

A standard linear barcode consisting of vertical black bars of varying widths on a white background.

3 1761 08140717 3

Digitized by the Internet Archive  
in 2010 with funding from  
University of Toronto









SILESIACARUM  
RERUM SCRIPTORES  
ALIQUOT ADHUC INEDITI,  
ACCEDUNT  
CODICIS SILESIÆ DIPLOMATICI SPECIMEN,  
ET  
DIPLOMATARIUM BOHEMO - SILESIACUM,  
QUIBUS UT  
HISTORIA AB ORIGINE GENTIS USQUE AD IMPERIUM  
AUGUSTISSIMI AC INVICTISSIMI

# GROSVI.

ROM. IMP. GERMANIÆ, HISPANIÆ,  
HUNGARIÆ, BOHEMIÆ &c.&c.

REGIS POTENTISSIMI

ILLUSTRETUR ET CONFIRMETUR  
INSERUNTUR DISSERTATIONES DUÆ  
QUARUM PRIOR

HISTORIÆ SILESIACÆ DIPLOMATICÆ SPECIMEN,  
ALTERA

HISTORIAM GENEALOGICAM DUCUM SILESIÆ  
SISTIT.

CONFECIT OPUS NON SILESIÆ MODO SED ET VICINARUM  
GENTIUM RES ADORNANS

FRIDR. WILH. DE SOMMERSBERG,  
EQUES SILESIUS.

LIPSIAE,

SUMTIBUS MICHAELIS HUBERTI, BIBLIOPOLÆ VRATISLAVIENSIS,  
A. O. R. cl. Icc xxix.





DD.


491

S42 S65



БІЛЯКІВСЬКА МАРІЯ Іванівна СЕМІНОВА  
ДОВІДКА ПОДГОТОВЛЕНА ВІД

ІІІ ГОДУ НАЧАЛЬНИКА РІЗИДЕНЦІЯ



DEO DUCE!

DE

# INSTITUTO ET RATIONE PRÆSENTIS OPERIS

AD AMICUM LECTOREM

PRÆFATIO.



Vod diu Animo mecum volvi Consilium de Re SILESIORUM Historica & Genealogica Scriptoribus ac Diplomatibus adhuc ineditis illustranda hoc tandem Volumine prodere ausus sum, cum vicinas undique Gentes hac nostra Tempestate id agere cognoverim, ut eadem ratione Res suas ab Interitu & Oblivione vindicent. Incepto igitur & nobis opus esse erediti, ac ex Tumulis suis neglectis Molestiarum & Sunituum Curis eruenda egregia illa Patriæ Historiæ Monumenta, quorum fide nubibus dispulsis Res nostra & historica & Genealogica aliam

Faciem induere imo & vicinis nostris Usui esse possit. Atque ut speciatim & Diplomatum & Scriptorum hoc Volumine in lucem publicam prodeuntium rationem ineam (I.) JOANNES (quis fuerit ignotum) Vincentio Kadlubkone recentior at Joanne Dlugosso antiquior Scriptor an. 1359. Poloniæ Chronicon absolvit, quod, ut addita in Margine Verba probant, Ludovicus I. Dux Silesiæ Bregensis an. 1360. sibi comparavit. Primus ex Scriptoribus nostris Mentionem illius Celeberr. MART. HANCKIUS injecit, dum libro de rebus Silesiorum eruditissimo Excerpta quædam Chronicæ hujus adhuc MSti intulit, nos Filio eius unico P. R. Dn. GODOFR. HANCKIO Ædis Magdaleneæ Wratislaviae Pastori & Consistorii A. C. Assessori meritissimo debemus integrum, qui nobiscum benivole communicavit & publici Juris facere concessit. Polonorum Res ab Origine Gentis ad finem usque Sec. P. C. N. XIII. descripsit autor, imprimis vero SILESIÆ curatius a Wladislao II. Duce (quem non Henrici V. uti Poloni Scriptores alii omnes contra fidem historicam tradunt, sed Imp. Henr. IV. Filiam quod & Dipl. CXXVII. Spec. C. nostri D. probat duxisse diserte affirmat) ad Mortem usque Boleslai Calvi Ducis Lignicensis sive an. 1278. explicat, itaque eam Historiæ Silesiacæ Æratem, qua divisa inter Henrici II. Pii Ducis Silesiæ a Tartaris an. 1241. occisi filios Provinçia in Ducatus diversos abire coepit, egregie absolvit. Excipit hunc (II.) Anonymus AUTOR CHRONICI PRINCIPUM POLONIÆ CUM EORUM GESTIS, qui circa finem Sec. XIV. fide ac Industria singulari Rebus Poloniæ ac Silesiæ consulturus ab Adventu Slavorum ad Ludovicum usque Ungariæ ac Poloniæ Regem Chronicon illud confecit, Wenceslao Episcopo Wratislavensi & Ruperto Ducibus Lignicensibus, ac Ludovico Duci Bregensi inscriptum, quos ut animum ad scribendum appelleret Duces & Hortatores sibi extitisse, testatur. Habebunt Poloni Scriptorem post Joannem Dlugosso antiquiorem, quem suo loco & merito numerent, imo & Silesii quibus DUCUM PIASTEORUM Res cumulatius a Wladislao II. ad Ludovicum usque I. Bregensem Ducem exponit, singulorum fere inferioris Silesiæ Ducatum rationem habens, nec ECCLESIAE WRATIS-

## PRÆFATIO.

LAVIENSIS immemor, quorum Episcoporum Seriem ab Hieronymo primo Wratislavensi Episcopo ad Wenceslaum usque Ducem Lignensem an. 1382. ad id dignitatis fastigium enectum tradidit. Clericum fuisse Autorem non est quod dubitemus cuius Chronicon ex Cod. MSto Musei nostri, cum alio Bibliothecæ splendidissimæ Hermisdorffensis, quæ EXCELLEN'TISSIMI S. R. I. COMITIS JOANNIS ANTONII SCHAFFGOTSCHEII, AD SUPREMAM CURIAM DUCATUS UTRIUSQUE SILESIÆ DIRECTORIS est, collato edimus & singulare de Rebus Gentis nostræ ab an. imprimis 1243. quo inter Henrici II. Piï Ducis Silesiæ filios divisa Silesia ad an. usque 1382. continet. (III.) SIGISMUNDI ROSITZII CHRON. ET NUMERUM EPISCOPORUM WRATISLAVIENSIMUM huic junximus, qui Canonicus Ord. S. Augustini in Monasterio B. M. V. in Arena Wratislaviæ quibusdam fuisse videtur & de se ipso, ad an. 1430. se hoc anno primam Missam Dominica Misericordias DOMINI in Ecclesia B. M. V. in arena Wratislaviæ cantasse, affirmat. Operis cui an. 1470. finem imposuit duas ipse Partes constituit: Priore Catalogum Episcoporum Wratislavensium omissis Smogrenibus & Bicinensibus ab Hieronymo ultimo Bicinensi & primo Wratislavensi Episcopo ordiens ad Rudolphum usque an. 1468. electum ablolvit: Altera Res in Silesia ab Henrici imprimis Barbari Tempestate ad an. usque 1470. gestas complexus & brevitate & singularibus, quas illis admisceret Circumstantiis sese commendans. Nos Codicem MStum Musei nostri cum duobus aliis sedulo collatum ita tamen in locis variis depravatum offendimus, ut non nisi multa Opera data restitui potuerit, tamen qualem emendari licuit exhibemus simulque Silesiæ Faciem, quæ Seculo imprimis XV. fuerit, (IV.) DANIEL RAPOLDUS: J. U. L. Episcopi Wratislaviæ Consil. & utriusque Ecclesiæ ad S. Johannem & S. Crucem Wratislaviæ Syndicus, qui Pohlio in Annal. Wratislaviæ MStis Teste an. 1588. d. 5. Maii AEtatis An. LXI. decepsit circa an. 1560. de Illustrissimo Silesiæ Ducatu Historiam, seu conscribendorum Provinciæ illius Commentariorum Epitomen confecit, quam an interierit Rhonus olim Fascicul. IV. de quibusdam ineditis Hist. Silesiæ Scriptoribus, se ignorare confessus est. Nos hoc loco ab Interitu vindicamus, cujus Autoris Vestigia Nasonem a Lewenfels in Prodromo Histor. Silesiacæ ubique fere legisse eluecscit. Majoris Momenti est (V.) Celeberrimi NICOLAI HENELII AB HENNENFELD CHRONICON DUCATUS MONSTERBERGENSIS ET TERRITORII FRANCOSTEINENSIS, quod autographum Emtionis Titulo ab Hæredibus ad me pervenit: Non hoc unius Ducatus sed universæ Silesiæ Res, Diplomatum & incorruptorum Monumentorum fide ab Initio Sec. XII. ad finem usque XVI. persequitur, Diplomata præstantiora additæ integra, aliorum Excerpta, & eo magis fidem meretur, quod Nobilissimus Autor Procancellarii Monsterbergensis & Francosteinenensis inde Reipublicæ Wratislavensis Syndici Officio functus, adeoque adminiculis ad elaborandum opus hoc insigne haud destitutus fuerit. Integrum hoc Chronicon edimus, si Rerum in Silesia gestarum ac ab Autore descriptarum Seriem spectes: Excerptorum vero Titulo saltim insignivimus, quod studio pauca quædam a nobis omissa sint, quæ a Scopo hoc videbantur aliena. Hi sunt Scriptores adhuc inediti, quos nunc in lucem edimus, accedit (VI.) CODICIS SILESIÆ DIPLOMATICI SPECIMEN, quo Ducum Silesiæ litteras Clientelares, Tabulas matrimoniales, Contractus Emtionis & Venditionis, Paœta, Conventiones, Monasteriorum quorundam insignia Fundationes & Dotaciones, ROMANORUM denique IMPERATORUM, PONTIFICUM ac BOHEMIÆ REGUM Diplomata Munificentia in Ducatus, Urbes & Cœnobia quædam Silesiæ Documenta egregia, quæ ex ipsis authenticis & Codd. MStis; paucissima vero ex impressis libris collegimus & in eum, quo Ducatus nunc in Comitiis suffragia ferunt, Ordinem redigimus continentur. Singulari quoque Indice in fine Voluminis hujus addito, edita ab adhuc ineditis disjunxitimus, nec enim edita quædam omittenda erant de confiendo inde Historiæ Silesiacæ Diplomaticæ Specimine mihi cogitanti. Inprimis operam in eo consumsi, ut superioris Silesiæ Rebus considerarem, qui Curæum & alios eius vix attigisse recordabar; quare Tessinensem, Opoliensem, Oppaviensem, Ratiboriensem, & qui in Dynastiarum nunc forniani redacti sunt Coslensem ac Bithumiensem Ducatum, Goldasto & Balbino hæud cognitis illustravi litteris, singulare & illud est Henrici V. Ducis Wratislaviæ ex Captivitate Glogoviensi reducis an. 1294. die S. Joannis Evangelistæ lingua vernacula editum, (Dipl. CXXI. Spec. C. D.) cui si litteras fratrum quinque, Ducum Glogoviensium Conradi II. Ducis, qui Henrico V. Ducis Wratislaviæ hostis fuerat, filiorum an. 1312. Glogoviæ exaratas jungas, quibus terras paternas dividebant, (Dipl. XCV. l. c.) Geographicam Diplomatum fide qualis Sec. XIV. inchoante Silesia inferior fuerit habebis faciem. Nos in Margine, quæ singularia in singulis occurrunt ad excitandum lectoris Animum annotavimus, unde confici suppleri ac emendari Res & Jura Patriæ nostræ possunt. (VII.) DIPLOMATARIO nostro BOHEMO-SILESIACO & nomen & amplitudinem Codex Diplomaticus MStus, SERENISSIMI PRINCIPIS DOMINI DOMINI CAROLI FRIDRICI, DUCIS WIIRTEMBERGICI,

## PRÆFATIO.

BERGICI, TECCENSIS, AC IN SILESIA OLSNENSIS, DOMINI MEI LONGE CLEMENTISSIMI singulari Gratia, qua Studiis Doctrinisque deditus est, ad Usus nostros concessus dedit, quem Celeberrimi Carloststeinensis Tabularii Partem non minimum esse ex Indice Ejusdem MSto, qui ad Manus nobis est intellexi. Meminit Tom. V. Reliquiarum MStorum: omnis Ævi Diplomatū ac Monumentorū in editorum adhuc p. 19. ILLUSTRIS DN. JOANNES PETRUS A LUDWIG, Fridricianæ Cancellarius se cum an. 175. Norimbergæ ageret inopinato Casu in Tabulario Codicem Diplomaticum MStum reperisse, in quo cum plurima primo Intuitu Diplomata a Goldasto & Balbino jam edita observaret dubitavit, num quæ adhuc latuissent superessent; postquam vero Thesaurum illum cum utroque contulisset se intellexisse quanti quod emerat esset faciendum, Partem nempe non levem esse Tabularii CARLOSTEINENSIS. Illum ergo Tomo V. inseruit, nos collatum cum eo SERENISSIMI DUCIS Codicem si Seriem Diplomatū spectes eundem, si vero Numerum locupletiorem deprehendimus: quare omissis omnibus iis, quæ ILL. DN. A LUDWIG publici Juris fecerat & allazis ex nostra Supellecili aliis Diplomatibus in unum redegimus Diplomatārium: Summaria tamen eorum, quæ in Codice MSto invenimus mutare noluimus. Quem Usum ea Rei nostræ historicæ & Genealogicæ præstent DISSERTATIONIBUS DUABUS comonstrare Operæ pretium duxi, quarum prior (VIII.) Silesiæ universæ Res ac Ducatum singulorum Vices & Fata ad hanc nostram usque Ætatem Diplomatū fide illustrat, altera (IX.) HISTORIAM GENEALOGICAM DUCUM INFERIORIS ET SUPERIORIS SILESIÆ a PIASTO Poloniæ Duce & OTTOKARO I. REGE BOHEMIÆ oriundorum sistit, Ducesque quorum Diplomatū vel coævorum Scriptorum Testimonio res gestas probare licuit majoribus, minoribus litteris recentiorum saltim Autoritatē indicat. Septem ea Tabulis Genealogicis constat: (1.) quæ WRATISLAVIENSES DUCES habet ab an. 1104. ad an. usque 1378. pertingit, aliis quoque Germaniæ Provinciis inserviens, dum ECCLESIAE SALISBURGENSI EPISCOPUM XXVII. WLADIZLAUM, Henrici II. Pii, Ducis Silesiæ an. 1241. a Tartaris occisi Filiū: BAMBERGENSI EPISCOPUM XIV. CONRADUM, Boleslai Alti Ducis Silesiæ an. 1201. defuncti Filium: WÜRTEMBERGICÆ GENTI AGNETEN, Boleslai II. Calvi Ducis Lignicensis an. 1278. mortui Filiam, Comitis Ulrici VI. Conjugem communem omnium, qui nunc supersunt DUCUM WÜRTEMBERGICORUM Genitricem: ASCANIIS HEDWIGEM, Henrici III. Ducis Wratislavensis an. 1266. diem suum obeuntis Filiam unicam Ottoni Comiti nuptam vindicat, taceo extinctas intra & extra Germaniam Gentes, quibus Lucem affert: (2.) DUCES GLOGOVIENSES, SAGANENSES & CROSNENSES ab an. 1250. ad an. usque 1541. persequitur, & BAVARIS ANNAM, Cunradi II. Ducis Glogov. Filiam LUDOVICO Severo Elect. Palatino, BEATRICEN Henrici III. Ducis Glogov. Filiam LUDOVICO BAVARO IMP. & Sororem illius AGNETEN Ottoni Duci Bavariæ Regi Hungariae Conjugem affirmat: BRUNSVICENSIBUS BARBARAM, Henrici IV. Ducis Glogoviensis Filiam ERNESTO DUCI ex Linea Göttingensi, & MARGARETHAM Johannis I. Ducis Saganensis Filiam HENRICO DUCI nuptam: ASCANIIS vero HEDWIGEN ejusdem Ducis Johannis I. Filiam BERNHARDO VI. linea Bernburgensis Uxorem. Junximus huic Glogoviensium Ducum Tabulæ, quod SALOME Johannis II. Ducis Saganensis Filia priore Marito Alberto Duce Monsterbergensi defuncto Johanni L. B. Kurtzbachio nupserit Gentis hujus, quæ olim liberam Silesiæ Dynastiam Milicensem habuit, quamvis extinctæ (A.) Tabulam Genealogicam rarissimam, quam an. 1602. Nathanael Tilesius a Tilenaw P. L. Civ. Romanus & Ecclesiasticus Liberi Baronatus Milicensis Superintendentens edidit, ex Nic. Henelii ab Hennfeld Adversariis Historiæ Silesiacæ MStis (quod Opus autographum posideo) ac Nicol. Pohlī Ædis Magdalene Wratislav. olim Diaconi Senioris Annal. Wratislav. MStis auctam & correctam. (3.) DUCES OLSNENSES ab an. 1300. ad an. usque 1492. Conratorum Nomine illustres sistit ac EUPHEMIAM Conradi II. Filiam duplici Vinculo ASCANIIS vindicat: eam vero Tabulam Genealogicam elaborando difficilem reddidere, quod tot per integra duo Secula Duces unum idemque nomen habuerint unde Patrem a Filio, Fratrem a Fratre discernere non ubivis ex Voto licuit, nec larga quæ ad aliorum Silesiæ Ducum Res illustrandas se se hic nobis Diplomatū Sege obtulit. Clarior Lux Tab. (4.) affulxit, quæ DUCES SUDNICENSES, JAVORIENSES ET MONSTERBERGENSES habet a Bolcone I. sive an. 1253. ad an. usque 1447. quo Euphemia Bolconis III. Ducis Monsterbergensis Filia Fridrici IV. Comitis Oettingensis Coniux decepsit. BAVARIS ea JUTHAM addit, Bolconis I. Ducis Filiam an. 1299. STEPHANO DUCI nuptam: OETTINGENSIBUS REGIUM SAN- GUINEM PIASTEUM, cum qui supersunt Principes & Comites Oettingenses ab EUPHEMIA illa Fridrici IV. Comitis Uxore an. 1447. defuncta Ortum trahant. Maxima deum Tab.

## PRÆFATIO.


(5) Lux ex infinita fere Diplomatū Copia & tot Autorū, qui Res Ducum Lygio-Bregensium descripsérunt, libris accessit, hinc sive longissimi ab an. 1291. quo Boleslaus III. Dux Lignicensis Henrici V. Ducis Wratislav. & Lign. Fil. primogenitus natus est ad an. usque 1707. quo CHARLOTTA, GEORGII WILHELMI ultimi ex PIASTEĀ GENTE Ducis Lygio-Bregensis Soror diem suum obiit, temporis Spatiū, sive rerum gestarum Amplitudinem & claritatem sive Principum ipsorum Numerū cogites eam aliis omnibus antecellere cognoscēs, nec Germaniæ Principum Familia facile supererit, cui non necessitudine juncti fuerint DUCES LYGIO-BREGENSES. Albertus Dux BAVARIÆ LUDOVICI IMP. Filius, Hollandiæ & Seelandiæ Comes, MARGARETHAM Ludovici I. Ducis Bregensis Filiam duxit: SOPHIAM Fridrici II. Ducis Lign. Filiam an. 1545. Johannes Georgius Elector BRANDENBURGICUS: CATHARINAM SOPHIAM Henrici XI. Ducis Lign. F. an. 1587. Fridricus Comes PALATINUS Rheni Bipontinus: DOROTHEAM ELISABETHEN Georgii III. Ducis Bregensis Filiam an. 1663. Henricus Princeps NASSOVIUS: CHARLOTTAM Christiani Ducis Lign. Breg. & Wohlav. Filiam an. 1673. Fridricus Dux HOLSATIÆ: BARBARAM AGNETEN Joachimi Fridrici Ducis Lign. & Breg. Filiam JOHANNES ULRICUS L. B. SCHAEFFGOTSCHIUS, Dynasta Silesiæ Trachenbergensis, qui hoc connubio REGIUM PIASTEUM sanguinem posteris vindicavit: taceo tot alia ipsorum Ducum Lygio-Bregensium cum PALATINA, BRANDENBURGICA, WÜRTEMBERGICA, MEGAPOLENSI, HOLSATICA, POMERANICA & NASSOVICA GENTE, imo & REGIA BOHEMIÆ ac POLONIÆ FAMILIA inita Connubia, quæ Danieli Czepkio, Eccles. Marianæ Suidnicens. Pastori, an. 1623. defuncto, locum olim dederunt, ut libro singulari GYNECÆUM LYGIO-BREGENSE conficeret, an. 1626. Lipsiæ editum. Hunc (B.) in Adspectum Luce[m]que iterum proferre uia plures jussere Causæ: Auctoris Fides & Industria Argumenti Nobilitas & Exemplarium Fuga, nec Tabulam Genealogicam quam Aeri incidi curaverat Auctor omisimus, loca tamen in quibus ab illa Tabulas nostras Genealogicas abire jussit Necesitas Asteriscis notavimus. Alio libello ide[m] Autor (C.) ASCANIA CONNUBIORUM VINCULA cum DUCIBUS LYGIO-BREGENSIBUS inita memoriarum prodidit, quem & nos denuo cognitione atque hospitio dignum existimavimus. Cumulatius vero Ducum horum res gestas JOHANNES SCHRAMMIUS Henrici IX. Ducis Lignicensi Cancellarius (D.) a PIASTO ad an. usque 1566. ex monumentis sive dignis Stylo latino ipsorum Ducum Suas & Consilio enarravit, & non Virtutis solum tantæ Gentis Præconem egit, sed & Historici ingenui Officio fecit satis. Hunc ergo librum ejusdem ac antecedentes Pretii huic nostræ Tabulae Genealogicæ recusum addere Operæ pretium putavi. Eadem fere Tempestate de superioris Silesiæ Ducibus Tessinensibus bene mereri ELEASAR TILESII volunt, qui cum ipsis a Secretis eset Diplomatū & Scriptorum Polonorum fide Res DUCUM TESSINENSIMUM lingua vernacula edere primus cœpit, & ab ipsa Gentis Origine ad an. usque 1586. progressus est Tabulam Genealogicam addens confecti veluti Operis Indicem. Et hunc librum, qui in paucorum Manibus supererat, dignum judicavi (E.) quem denuo editum Tabulae nostræ (6.) Itineris quasi Comitem constituerem, cui & alia accessit Tabula vetus adhuc MSta (\*) Cœnobii Wratislaviensis ad S. Claram, quæ multam lucem & DUCUM TESSINENSIMUM & DUCUM LYGIO-BREGENSIMUM Familiaæ Sec. XV. & XVI. affert. Neque tamen tanta hæc erat Suppellex, ut inde Tabulam Genealogicam DUCUM TESSINENSIMUM & OPPOLIENSIMUM conficerem, Tilesius enim quod miror collaterales & agnatos Principes omnes, adeoque & Oppolienses Silentio præterit de Eorum Rebus scripsiſſe contentus, qui Tessini Sedem habebant, itaque vix tertiam Reruni a Superioris Silesiæ Dueibus gestarum Partem absolvit. Diplomatū tamen fide licuit nobis locupletiorem Tabulam Genealogicam Ducum horum edere & BITUMIENSES ac KOSLENSES PRINCIPES urinque sexus vindicare, quos adhuc ignota Nox oppresserat. Eandem Operam in elaboranda Tabula Genealogica (7.) consumsi, quæ DUCES OPPAVIENSES & RATIBORIENSES, OTTOKARI BOHEMIÆ REGIS a RUDOLPHO I. IMP. Prælio superati & occisi Sanguine oriundos exhibit, ad quam & illustrandam Fragmenta ex Heffi Silesia Magna MSta benigno fato accesserunt, quæ Henelius Adversarii suis Hist. Silesiacæ MStis intulit.

Hifce VII. Tabulis Genealogicis Historiam DUCUM SILESIÆ Genealogicam a PIASTO Duce Poloniæ & Ottokaro BOH. REGE descendantium curatus explicavi, MONSTERBERGENSES DUCES, qui GEORGIUM PODIEBRADICUM BOHEMIÆ REGEM inter Imagines referunt, Tabula alia Genealogica sistimus Henelii Chronicæ Monsterbergensi præfixa, quæ Assertionibus nostris ideo caret, quod illarum loco sit integrum illud Opus Henelii. Absolvisse me nobilissimam hanc Historiæ Patriæ Partem ipse persuasum non habeo,

cui

## PRÆFATIO.

cui fronte tenuis labor inde vix tractabile Pondus videbatur, nec quis facile erit, qui negotium hoc amplissimum confecturus sit, ut causæ plures me audacter jubent affirmare, nisi forte Orangus quidam hac nostra Tempestate resurgat, quem doctum Canonicum olim Suato & Auctore Wenceslao Duce Silesiæ Lignicensi, Episcopo Wratislavensi Res Silesiæ nec non Ducum Familias Tabulis describere cœpisse in Catalogo MSto Episcop. VVratislav. in Vita VVenceslai refert Henelius; sive alius quem una omnium benevolentia ad ornandam communis studio Patriæ Gentis historiam adjuverit. Neque tamen est, quod Conatus hosce meos Ea Amicorum quorundam destitutos suisse dixerim, imprimis Diplomata quædam HENRICI BARBATI, DUCIS Silesiæ, Bolconis II. & Agnetis Ducum Suidnicensium, imo Statuta Civitatis Suidnicensis, Ducum PIAS TEORUM Ætate confecta, egregium Patrii Juris Monumentum ex vetusto Cod. MSto Membranaceo descripta gratus me debere profiteor Celeberr. Dn. JOANNI THEOPHILO MILICHO, Causarum Civilium & feudalium in Suidnicensi & Javoriensи Ducatu quondam Patrono anno nuper elapsi morbi diuturnitate absunto, quorum illa Diplomatario nostro inferui, hæc Tom. II. Scriptorum nostrorum destinavi, qui & NICOL. HENELII AB HENNENFELD Opus elegantissimum quod adhuc inter MSta delituit, ANNALES loquor SILESIÆ ab ipsa Gentis Origine ad an. usque 1612. summa fide ac Industria scriptos ex Codice ipsius Autoris Manu exarato ab Oblivione vindicabit: Duobus enim Tomis DEO DUCE patriis Rebus hac ratione consulere, secundum vero præter Scriptores adhuc ineditos Supplemento ad Historiam Ducum Silesiæ Genealogicam, Continuatione Diplomatarii Bohemo-Silesiaci, Indicibus denique Rerum & familiarum locupletissimis adornare, eoque simul finem laboribus hisce nostris imponere constitutum est. Aliorum Silesiæ Ducum, quorum Gentem hoc Volumine non exhibui, Res tamen attigi ab Ea Tempestate, qua Silesiæ Principes esse cœperunt, uti Dissertatio prior historica comonstrat: neque nostrorum Diplomatū fide de Majoribus Ducum horum differere licuit, de quibus extranea Tabularia testantur: dabo tamen & horum succinctas Tabulas Genealogicas, quod Pietas in Patriam jubet. Marmora & Sigilla, quibus Ducum suorum Seriem confirmet haud desunt Silesiæ, verum nulla æri incidi curavi, quod Nobiliss. Dn. JOANNEM GODOFREDUM BARONIUM J. U. D. VVratislav. singulari Opere, quod: MONUMENTA PIASTEA: dixit, ea omnia in lucem proxime prolaturum cognoscerem: taceo infinitam fere Diplomatū Copiam, quibus posteriores tres Henrici, Duces VVratislavenses: Bolcones Duces Suidnicenses & Monsterbergenses: Duces denique Lygio-Bregenses innotescunt, unde sufficiens illis Materia supererit, qui unius vel alterius Ducum horum Vitam libro singulari sint descripturi. Nostrarum in Historia, quam exhibemus Genealogica Partium fuit non interruptam Ducum Piaстorum & Ottokari Boh. Regis Sanguine oriundorum Seriem Diplomatū & Scriptorum Testimoniis firmare, ignota adhuc nocte sepultos quasi ad Vitam revocare & in id incumbere, ne unius saltim vel maxime cognitorum aliquot Principum Res gestas descripsisse, sed omnium quotquot ab Interitu vindicare licuit illustrasse vel attigisse videamur: in Specimine vero Historiæ Gentis nostræ Diplomaticæ, quod Dissertatione Historica edimus, eum finem præfixum habui, ut quam sub BOHEMIÆ REGIBUS singuli Silesiæ Ducatus increverint quæque ad hanc nostram usque ætatem fata experta sint explicarem simulque comonstrarem, continuis antea bellis intestinis dilaceratam, sub REGIBUS BOHEMIÆ demum FELICEM SILESIAM factam, quo & olim Titulo in Numis Dacia fuit gavisa, FELICISSIMÆ vero cognomen in nostra usque Tempora servatum esse, quibus ut CAROLUM NOSTRUM P. F. A. P. P. GENERIS HUMANI DELICIAS diutissime DEUS T.O.M. servet, ardentissimis Votis precamur.



TOMO HOC  
SCRIPTORUM RERUM SILESIACARUM  
HABENTUR:

- I. JOANNIS CHRONICA POLONORUM, an. 1359. confecta, ex Cod. MSto.
- II. ANONYMI CHRONICA PRINCIPUM POLONIÆ CUM EORUM GESTIS,  
sub finem Sec. XIV. scripta, ex Cod. MSto.
- III. SIGISMUNDI ROSITZII CHRONICA ET NUMERUS EPISCOPORUM  
WRATISLAVIENSIMUM, Liber an. 1470. exaratus, ex Cod. MSto.
- IV. DAN. RAPOLDI, JCTI, HISTORIA DE ILLUSTRISSIMO SILESIÆ DU-  
CATU, IMPERANTE D. FERDINANDO I. circa an. 1560. confecta, ex Cod.  
MSto.
- V. EXCERPTA EX NICOL. HENELII AB HENNENFELD CHRONICO DUCA-  
TUS MONSTERBERGENSIS ET TERRITORII FRANCOSTEINENSIS,  
ipsius Autoris Manu scripto.

INSERUNTUR:

- VI. DISSERTATIO HISTORICA, QUÆ RES UNIVERSÆ SILESIÆ ET DU-  
CATUUM SINGULORUM VICES AC FATA DIPLOMATICA FIDE AD  
NOSTRAM USQUE ÆTATEM ILLUSTRAT.
- VII. DISSERTATIO GENEALOGICA, QUÆ VII. TABULIS GENEALOGICIS  
EX MONUMENTIS FIDE DIGNIS SUPERIORIS ET INFERIORIS SI-  
LESIÆ DUCES A PIASTO DUCE POLONIÆ ET PRZEMISLAO III.  
OTTOKARO REGE BOHEMIÆ ORIUNDOS AB INITIO SECULI XIL  
AD FINEM USQUE XVII. SISTIT.

Utraque commonstrans quem Usum habeat

- VIII. CODICIS SILESIÆ DIPLOMATICI SPECIMEN, &
- IX. DIPLOMATARIUM BOHEMO-SILESIACUM,

Accedunt

ad Tabulas Genealogicas illustrandas

Scriptores quidam rariores denuo editi & Annotationibus instructi:

1. Nathan. Tilessi a Tilenavv Tabula Genealogica Gentis Kurtzbachiorum, Wrat. 1602. edita. (ad Tab. Genealog. II.)
2. Dan. Czepkii Gynecæum Silesiacum Lygio-Bregensø, Lips. 1626. ed. (ad Tab. Gen. V.)
3. Ejusdem Ascania Connubiorum Vincula, ed. 1622. (ad eandem.)
4. Johann. Schrammii Genealogia Illustrum & Inclitorum Principum & Dominorum Ducum Silesia-  
Lignicensium, Bregensium & Goldbergenium, ed. Witteberg. 1574 (ad eandem.)
5. Eleas. Tilessi kurze Verzeichniss, Bericht und Auszug von dem Stammling und Ankunft der Her-  
zoge zu Teschen und Grossen-Glogaw, Gedruckt czu Freyberg in Meilen 1588. (ad Tab. VI.)
6. Tabula vetus Monasterii ad S. Claram Wratislav. adhuc inedita. (ad eandem.)

I. CHRO-



# I.

# CHRONICA POLONORUM.

(Hunc Librum comparavit Dux Ludwicus, Dnus Bregensis, A. D. M. CCC. LX.)



Ecundum Opinionem multorum quidam Historiographi seu Chronicarum Scriptores penes duo suam exercuere Intentionem vide-  
licet secus Ostentationem sue litteralis Scientie & secus proprie gentis seu commendationem, aliarumque gentium sive Terrarum de-  
testationem: Primum in gravedine stili connititur qua tam sciolis  
quam insciis aliquid apparere qui sunt & non tam suorum quam  
suam in suis posteris memoriam commendare licet nonnulla tam  
dictorum quam gestarum Virtutum utilitatem videantur imitari  
volentibus annotasse: Secundum perpenditur in eo quod sue Gentis alii prospera facta  
omni lumine declaraverunt: infortunata seu execranda vel suppresserunt silentio & que  
ad alterius Gentis decommissionem esse poterant, sive quibusdam Verborum Velleri-  
bus obtexerunt non tanquam zelo sed velut Odii gladio persequi studuerunt sue vel suo-  
rum in hoc Invidie servientes.

Propter quod de Chronicis Lechitarum sive Polonorum ad solam Principum ipsorum Genealogiam pandendam Lechi autem dum fuerunt Poloni eo quod magis dece-  
ptionibus & calliditate in bellis utebantur quam Viribus ad notitiam simplicium quædam secundum æstimationem plurimi sive autumationem fide digna excerpere studui ac sine propria adjectione noscere volentibus simplici calamo breviusculo perorare. Unde sci-  
endum quod quia gens Lechitica sive Polonica dudum ad fidem conversa tempore gentilitatis litterarum ignara fuit nec aliqua Originis suæ primordia paginis commendare po-  
tuit: Ideirco ipius \* Chronographus ea quæ scripsit non se legisse dicit sed quorundam collatione se didicisse ac ideo modo dialogico descripsisse. Memini siquidem, inquit, col-  
locationis mutuæ (a) Virorum Illustrium quorum tanto fidelior est recordatio quan-  
tum celebrior viget Autoritas: Disputabant namque ambo grandævi ambo sententiis Origo Gentis Lechiticae, Polonicae  
graves de hujus Reipublicæ Origine progressu & consummatione: Cum unus quæso inquit mi Care sub quonam conceptam æstimabimus nostrarum Constitutionum Infantiam? nos enim hodierni sumus nec ulla hesternitatis est in Nobis cana Scientia. Ad quem alter: Scis quod in antiquis viget Sapientia & in multo Tempore Prudentia me vero in hac parte Infantulum fateor. Utrum etiam hujus instaatis simplex aliqua in me sit portiunctula prorsus non novi: Quod tamen veridica majorum narratione condidici non silebo.

Narrabat itaque grandis natu quidam infinitissimæ numerositatis manum in Polonia viguisse quam non dominandi ambitio non habendi vigebat Libido sed robur ani nosita-  
tis exercebat in occupandis Regnis aliorum ut præter magnanimitatem nihil magnum  
æstimarent & ideo suarum accessiones Virtutum nullis usquam terminis limitarent nec

A essent

\* Vincent. Kadlubko, cuius & Vestigiiis Autor insistit.

(a) Hæc Verba Kadlubkonis sunt Epist. L. qui Viros hosce Illustres, Johannem & Matthæum appellat.

essent Virtutes si ullis dignarentur limitum ergastulis includi: ut non solum citra marinās undique rationes sed & Danomalchicas Insulas suā conjecerint ditioni inhabitantium eas sibi clientelam vendicando Rege ipsorum Canutho in Vincula conjecto: His sunt Galatæ & etiam Longobardi: Fama est tunc (a) Gallos totius Regna Orbis occupasse cum quibus fœdus hoc solidum pepigere tune scilicet Poloni ut si quid eis aut forte aut virtute apud extraneos accidisset seu accessisset & qua utrisque contingenteret partitio. Gallis itaque universa cessit Græcia usque ad Danubium: Lechitis vero usque ad Parthiam Bulgariam & Carinthiam crevit accessio ubi post multa bellorum discrimina cum Romanis Urbes occupant Præfectos constituant & quandam nomine Graccum Principem super se creant. Sed tamen illius gentis Luxu segniter dissoluti, mulierum paulatim emolliti Lascivia, primi quidem Veneno extinguntur, cæteri jugo Indigenarum substernuntur. Hujus facti (b) Trogus Chronographus meminit dicens: Galli: i. e. Germani cum eos Patria: i. e. totus Occidens non caperet præ multitudine C C C M. Viroruū pugnatorum ad sedes novas quærendas ultra Istrum & citra miserunt. Ex eis Portio in Italia confedit quæ Romam captam incendit. Alia per Strages Barbarorum penetrans in Pannonia resedit ubi victis Pannoniis cum finitimis multa bella gesserunt. Lechitis ex tunc nonnulli liguriæ cœperunt portionem. Igitur Gracchus Jura instituit leges promulgat & Lechita per eum felicibus aucti successibus statuerunt ejus prolem Regni successione dignissimam nisi alterum filiorum ejus fratricidii fœdasset piaculum. Erat enim in eiusdam spēluncæ anfractibus monstrum Atrocity immanissimæ quod quidam (c) Olophagum dicunt: Hujus Voracitati accolæ singulis heptadibus certum armentorum numerum quasi pro Victimis offerabant alioquin totidem humanis Capitibus aliis ab eodem monstro plectebantur. Quam Gracchus jani senex non ferens pernicie clam filii accersitis dirigit consilium & pandit propositum dicens: Vos itaque ô Filii quos ad regni hujus gubernacula educavi inquit ob gloriæ Triumphum in hujus monstri pernicie armari convenit. Cui illi: in TE est præcipiendi Auctoritas in nobis autem obsequendi Voluntas. Non igitur Virium suarum sed Industriæ innitentes suffragio coram Olophago armentorum corpora sulphure & igne repleta loco solito ponunt. Quæ dum avidissime glutit Olophagus exhalantibus flammis suffocatur: Moxque minor Gracchus non quasi Victoria aut Regni consortem sed æmulum fratrem occupat ac trucidat quem quasi Crocodillus prosequens lacrums ab Olophago mentitur occisum à Parente tum gratulanter tanquam Victor exceptus: Sic minor Gracchus paterno succedit Imperio hæres nefarius sed diutius fratricidio fuit sordidus quam Imperio insignis. Nam paulo post Dolo deprehenso piaculi deputatur supplicio exilii perpetuitate damnatus.

**Cracovia condita:** Sed ne antiqui Gracci emorerentur beneficia & ut tanti Principis superesset Insigne in scopulo i. e. antro olophagi fundata est Urbs solemnis à nomine Gracci dicta Cracovia ut per eam æterna Gracci viveret Memoria. Quam quidem à crocitione corvorum qui eo ad cadaver monstri confluxerant Cracoviam dixerunt: Tantus vero Amor universos circa mortuum Principem devinxerat ut unicam filiam ejus Virgunculam Patris Imperio subrogarent quæ Wanda dicebatur. A qua fluvius Regni centro præterfluens **Wandalus fluvius:** Wandalus dictus quæ nunc Wyzla vocatur & populus Wendali nuncupatur quo disciso pars ejus Hunni dicti sunt quorum Rex fuit Atyla: Rex Wandalorum quibus multæ immixtæ fuerunt gentes tam ritu quam Lingua. De hac Wenda multa fabulosa dicuntur: Quæ quod omnia sprevit Connubia sine proliis successione decessit diuque post eam claudicavit Wandalicum Imperium.

**Legati Alexandri M.** Ea Tempestate famosus ille (d) Alexander Rex Macedonum vestigales pensiones à Lechitis exigere tentavit. Cujus Legatis ajunt: Legati tantum estis an Alexandri Regis census questores? qui responderunt: Et legati sumus & questores. Ad hæc illi: Prius, inquiunt, ergo intemerata Legatis exhibenda Religio ut magnifice suscepitos magnificis **Ad Lechitas:** veneremur Donariis: Quæstoribus deinde quæstus exsolvatur censualis. Legatorum itaque primi prius vivi excoriantur deinde cutes eorum partim Auro & partim Alga vilissima farcinantur. Quo facti hi emittunt Alexandro dicentes: Male aliis imperat qui sibi imperare non novit. Licet infatiabilem tuæ Voracitatis ingluviem mundus satiare non possit tuorum tamen quos misisti uteunque refocillamus esuriem. Nec te lateat locum apud nos non esse loculis ideo præsentia tibi transmisimus: nos non opibus sed animi Virtute & corporis duritie censi scias. Ad quæ commotus Alexander: Regem quendam contra

(a) Hæc Vincent. Kadlubko Epist. II. (b) Kadlubko Epist. III. (c) Kadlubko Epist. VI. Dlugoff. lib. I. (d) Fabulam hanc Epist. VIII. recenset Kadlubko.

contra ipsos dirigit cum exercitu ad eos strepitus evellendos: Quo rege capto Exercitu superato Alexander Pannorum ductu Moraviam in manu gravi pervalit Lechiam cuncta solo prosternit oppida redigit in favillam Urbes & Cracoviam jubet sale conspergi. Omnibus itaque de Salute desperantibus quidam Pictor multos Clypeos ad instar clypearum hostilium format quos cum similibus galeis astute jubet in quodam colle rupis & arboribus appendi: Quibus Alexandritæ conspectis putantes exercitum esse properati in prælium illi occurunt: Sed Pictor - - hoc colli jubens girat Alexandritas occulte: qui Lechitarum bus nil invenientibus sed quasi fugientes in sequentibus Lechitæ admiscentur tanquam fui: Et sic per contentionem intestinam fuscitant stragem pervalidam ita ut tota exercitus Ale- <sup>de</sup> xandri succumberet fortitudo. Deinde Lechitis contra castra hostium revertentibus occurrit illis Alexander tanquam suis victoriose revertentibus: sed dolo deprehenso vix cum paucis evasit. Est ergo (a) liber Epistolarum Alexandri ducentas pene continens Epistolas in quarum una scribit Magistro suo Aristoteli sic inquiens: Ne de nostro Statu Te semper dubia suspendat hæsitatio noveris nos apud Lechitas per amplissime prosperari: est Urbs famosa Lechitarum septentrionali Pannoniae lateri conjuncta quam Carenthas dicunt i. e. Cracoviam plus Viribus quam opibus plus arte quam situ munutissima. De hac & contiguis pro Voto triumphavimus: In Epistola vero quam rescribit Aristoteles sic habetur: Fama est quod de Carenthis Lechitarum te cum tuis triumphasse sed hujus gloria triumphi utinam tuis titulis nunquam accessisset. Ex quo enim Tributum Ignominiae tuorum infusum est intestinis: ex quo Lechitas expertus es Argyraspidas Tui Rutilantia Solis apud multos deserbuit. Imo tui visum est mutasse Diadema Imperii: ex hoc jam prima Corinthus clausit ab Alexandro portas & nuncios ejus cruci affixerunt. Tandem ille tam saluberrimæ Magister Artis patriæ quam salvaverat Princeps constituitur dictus-que est Listig i. e. astutus eo quod Astutia plures hostium interfecerit quam Viribus.

Quo mortuo fuit & alius Listig sed alio pacto sic nuncupatus: Orbata siquidem terra <sup>Lesko II.</sup> de successione singulis primorum contendentibus seditionis subruitur Tempestate. Tandem nimiam suorum stragem duobus simplicioribus de Vulgo eligendi principem defecerunt arbitrium: Qui habita secum deliberatione ut nulla parte consentire videantur sic arbitrantur dicentes: Eligatur studium figatur meta & cuius Equus maculis distinctus primus omnium metam contigerit princeps habeatur. Stat fixa sententia sed pro quærendis Equis maculosis dies prorogatur. Et dum medio Tempore quidam illorum ad hoc opus se quotidie exercitarent unus ipsorum versuta nisus astutia omnem studii planiciem clavis ferreis conserit exigonis modicam intercedinem pro semita sibi deputans seu denotans. (b) Sed dolus non latuit: Duo enim Juvenes fortuna tenues conditione humiles de pedumi celeritate altercantes pignoribus se obligant ut vietus vincentem non nisi principis nomine audeat appellare. Et sic jocantes: Decet, inquit, pro nostra Corona Victoriae non nisi in stadio Regii certaminis exerceri. Qui dum plantas in exigonis ossetenus vulnerassent, insidias repertas prorsus dissimulant senitam quam callide deprehenderunt alias exigoris sublatas conspergunt & inde redeuntes singuli pro se secum tacite cogitantes. Postera die cum omnis cursu ad spectaculum convenissent & omnis simul conniterent unus prædictorum Cursorum qui equi sui calcem integro fieri munierat subtegumine prior recte pertingit tramite. Alter vero per alia suspiria sive longa non sive distantiam ridiculo conclamamine transverso raptus curso girando secundus ad metam pervenit. Alii vero exigorum vulneribus prostrati indignantes primi equum considerunt bataque intuentes doli ingratiam putantes perimunt: Alium qui ridiculo fuerat Regem proclamat omne infausto. Huicque cum tantum inesset animositas Studium ut in propria persona plerisque hostium indiceret certamina à quibus non solum Vitas imo & regna plerumque extorxit. Cum hostis defuit contra suos dimicatores primum commisit: qui cum etiam summæ liberalitatis & temperantiae cibo & in potu in se & suis maxime qui in regali fastu humilitatis ita ut non Throno sed scabello se insideret suis plurimum carus obiit. Hic etiam super regali vestimenta semper sive paupertatis superinduebatur vestibus.

Cujus Filius item Listig III. Patri succedens non tam Patris Imperio quam patris multa adjecit Virtutibus qui Julium Cæsarem tribus fudit Præliis & Craßuni apud Parthos <sup>Lesko III.</sup> cum suis delevit. Tandem Julii (c) Sororem dicens affinitate bella compescuit quæ

A 2

Julia

(a) Kadlubko hæc Epist. IX. Dlugoss. I. I. hæc tacuit: imo Math. de Michovia I. I. cap. VII. hanc Victoriam à Polonis partam ingenue inter fabulas refert: quod & probat Cromerus I. II. & Victoriam hanc non de Alexandro M. sed de Moravis partam arbitratur. (b) Kadlubko Ep. XII. Dlugoss. I. I. (c) Easdem Fabulas Kadlubko habet Ep. XVI.

Julia dicebatur: Huic super Jure dotis Bavariam maritus vero ratione nuptiarum Surbiensem tradidit Provinciam. Unde Romani contra Julium indignati sunt quod aequales fecisset eos qui eis subefse debuerant cumque Julia duas fundasset Urbes unam nomine fratris Julii quae dicitur Lubus: aliam nomine suo quae nunc Lublin vocatur. Julius Bavariam recepit propter quod Listig Sororem ejus repudiavit juvenc filio secum retento cui nomen Pompilio. Pellejà autem ejus quae præsentem amulata etiam fuerat Regionem loco Reginæ succedit & in Odium prædictarum Urbium nomina immutavit: Ex hac & aliis Concubinis Listig filios X X. suscepit quibus totidem affigavit Principatus alios Duces alios Marchiones alios Comites constituens: Pompilium vero Regem omnium statuit.

Pompilius I.  
Dux  
Polonia:

Hunc post Obitum Patris fratres tanto Affectu coluere ut post mortem ejus & parvulum filium ejus Pompilium paterno Nomini & regno præficerent. Hic postmodum Consilium Veneficæ Conjugis suæ eosdem Patruos suos intoxicatebat mala pro bonis restituens. Hic se infirmum simularis Patruos tanquam ad suas exequias convocat: Quibus deosculatis post multas eorum lacrumas potum sibi dari petiit & quasi ultimo Amoris Indicio totum ebibit eos ad similia adorans. Quibus illa vilis mulier propinans cuilibet Calicem venenati Potus obtulit: quo bibito Rex tanquam pausatios eos exire juber qui veneno infecti tanquam ebrii foras alii cadendo alii volutando profiliunt: quorum funeribus ille etiam Tyrannus sepulturam prohibuit probans scelesti extinctus ultionem qui Amicum qui nepotem qui Regem hesternis Exequiis Lacrymarum vivum sepelire intendebat. Sic Patriæ Sideribus extinctis omne Lechitarum Decus contabuit & Pompilius à muribus cum per omnia vilis ultimus in prælio primus in fuga semper fuit: Hunc ultio divina sic infecta est quod ex cadaveribus fratrum mures ebullientes cum trans Ignem trans flumina trans Paludes trans lacus infectati sunt donec cum Uxore & duobus filiis in Cruswiciensi Insula cum amarissimis Morsibus corroserunt & vacavit principatus multo Tempore.

PIASTUS  
Dux  
Polonia:

Radice Pompilii stirpiter exscissa nova Principum orta est Successio quorum Celsitudo tanto crevit sublimior quanto stirps creditur suisse depressior. Fuit enim quidam pauperculus Cohosfisionis filius nomine POE AZ T, cuius Uxor dicitur Ripiza, ambo natura infimi, ambo rebus exigui, estimatione nulli qui filium generunt quem ZEMOVIT nuncuparunt: Quibus propter hospitalitatis pietatem dicitur hic filius natus: qui cum adolevit strenuitatem induit parentatur Virtutibus: Hic suis suffultus meritis prius Magister efficitur Militum tandem principalis fungitur Majestate & non eas solum quibus Pompiliana Ignavia defruerat nationes revocavit sed & alias suo conjectit Imperio quibus Decanos, Quinquagenarios, Centuriones, Collegiates, Tribunos, Chiliarchas & Magistros militum urbium præfectos Præfides omnesque Potestates instituit: Huic Zemovito successit Filius ejus Listig: Listiconi vero filius ejus Zemomizl: Horum utrumque animi Generositas, Robur corporis felices ad omnia successus adeo reddidere insignes ut omnium suorum Prædecessorum excelsæ Virtutes suis antecesserint Virtutibus. De Zemomyslone famosus ille MESCO cœcus generatus qui septennio cœcus educatur: Quibus finitis Visu recepto ætatem vicit Industria. Qui dum procaretur Dobrancam Filiam Boëmiæ illa consensum præbere noluit quousque repudiaret septem pellices quibus vicissim commiscebatur & Christianam fidem suscipiens baptizaretur.

ZEMOVITVS  
Dux  
POLONIAE:

LESCO:  
ZEMOMIS.  
LAUS:

MESCO  
cœcus natus:

CHRISTO  
nomen dat:

Primus itaque Polonorum Princeps & Rex MESCO Baptismi gratiam suscepit Anno Domini DCCCCLXVI. tempore Ottonis primi Imperatoris & dictus est Mesico i.e. Turbatio quia in ejus ortu propter Cœcitatem ejus turbati sunt parentes illius vel potius in Illuminatione ejus in fide Catholica turbati sunt hostes animarum videlicet Diaboli: Iste MESICO Ottone III. qui dictus est Rufus seu Miracula Mundi: cum exercitu ad se venientem honorifice illi occurrens cum magna gloria & triduano Convivio adeo decenter pertractavit quod Imperator liberalitate illius delectatus eum intra prandium in mensa residens coronavit suo Diademate & sic Imperii feudalem fecit. Iste MESICO Episcopatus Poloniae instituit & dotavit quorum prior fuit Poznani qui locus ideo sic dictus qui ibi se recognovit ipse Imperii feudalem. Alias sic dicitur & legi in aliqua Chronica quod Polonia in Poznania primo fidem recepit unde dicitur Poznan quasi se recognoscens fidelem. (a) Anno autem Domini 1001. MESICO I. Rex Polon. Christianus obiit.

ab  
OTTONE III.  
Imper. REX  
dicitur.

obiit an. 1001.

Huic

(a) Dlugossus l. I. an. habet 999. & filium ejus BOLEZLAUM an. 1001. ab OTTONE III. Imp. primum Polon. Regem constitutum suisse affirmat.

Huic successit Filius ejus BOLESLAUS I. qui dictus est Traba: i.e. mirabilis vel bibulus qui dicitur sic Tragbir. Iste post multa prælia quæ contra Pannonios Ruthenos Geras i.e. Lithuanos Pomeranos Danos Bohemos & Saxones ab Imper. Henrico II. secundo Coronam accepit: & filio suo (a) MESICONI II. Sororem Ottonis III. in conjugium copulavit Juditam nomine. Hic primus sedem Ducalem Pragæ constituit Ejus laudes: & Ecclesiam ibi in Monte ædificavit & Ruzciam usque Kiow pervasit & ibi signum victorialis gladii in porta quæ dicitur aurea dereliquit deflorata prius filia Regis Ruzciæ quam ipsius Conjugio negaverat. Deinde ducens filiam Regis Ungariae sedem Regni in Cracovia constituit in medio Terminorum obtentorum: Antea fuit in Gnezna postea in Poznani, ejus termini fuerunt ab oriente Rive: ab occidente Sals flumina, in quo defixit palum ferreum, à meridie Danubius, ab Aquilone Mare Oceanum sive Anno Domini 1025. obiit.

Cui successit filius ejus MESICO II. qui nunquam aliena invadere voluit sed prios Terminos studiose servavit: non sine prælio tamen mortuus est. Interim Proceres Polonorum pro Regni Gubernaculo invicem dissidentes pene totum Regnum cladicibus & spoliis subruunt & quique suminorum eos persuadentes & in Clientelam redientes limites pristinos repetunt. Tandem ex necessitate Periculi Dominum suum requirunt & Monachum factum tum sibi ab Henrico II. Imperat. restitui postulant. Quem cum professum & ad sacros Ordines promotum eis dare non possit tum ipsos nuncios suos ad ipsum Cle-mentem II. direxit qui prius Episcopus Bambergensis Suidegerus dicebatur coram quo propositis Terra Periculis circumquaque & novellam fidei plantationem Dominum suum ex Monacho obtinuerunt & reduxerunt tali pacto ut videlicet habitum non mutaret sed uxore ducta hæredem Terræ generaret & ut ipsi Poloni Dominum suum in tonsura & in Amplitudine vestium imitantes semper à Dominica Septuagesima usque in Pascha ab Esi Carnium abstinerent & ut singulis annis de singulis familiis unum denarium cum impressione Capitis S. Johannis vel duas Mensuras Avenæ darent S. Petro Romæ pro lumine. Sicque Cazimirus Monachus ab Henrico Imper. pie coronatus cum matre reversus duxit Uxorem nomine Dobrogenam & genuit ex ea duos filios Boleslaum secundum Wladislaum pri-mum & Claustrum sui Ordinis in monte Tmez sibi & matri & conjugi juxta Cracoviam construxit vocatis & fratribus ex conventu de Leodio & omnibus Regalibus possessionibus ad Cracoviæ Provinciam pertinentibus dotavit propter possessiones officialium Regni. Tandem per multa bella Terminos pristinos obtinens maxime contra quendam Maslaum ex ignobili Prosapia qui Ducebat Mazoviorum se fecerat quem binis præliis cum multitudine Danorum maritimorum, Getarum, Ruthenorum ac Mazoviorum prostravit qui inde ad Geras confugiens licet Princeps illorum factus ipsorum strage alto patibulo ab ipsis suspenditur: Et sic Cazimirus Monachus anno Domini M L VIII. defunctus est. defunctus an. 1058.

Cui successit filius illius BOLESLAUS II. qui cum vivente adhuc Patre probus liberalis existeret mortuo Patre omni in Circuitu Regna pervasit præliis. Et cum apud Getas Ruthenos & Ungaros aliquot annorum moram tunc hæret Uxores nobilium & fortunii minoribus ac longa exspectatione timentes terram rapi ab hostibus permiserunt & propriis servis nuper nati servis catulos lactare compellit & flagitosus cum Equa contra naturam effectus S. Stanislaum Antistitem Cracoviæ se obsecravit & tandem excommunicantem propria manu ad Altare intra Missarum solemnia sacra in die S. Michaelis in Capella trans Wislam gladio in frusta concidens perimit Anno Domini M XXXIX. tempore Gregorii Papæ VII. Sicque omnibus odiosus effectus in Ungariam ad S. Wladislaum Regem quem prius pedestre cursu obviantem contempserat confudit multa mentiens de Sancto Präfule quem trucidaverat crima impingens ubi inaudito correptus languore miser misere interiit. Sed & unicus filius ejus Mefico in ipso Juventutis flore veneno emarcuit anno Domini (b) - - - : Obiit Ex. 1058.

B

Post

(a) Dlugossus hæc curatius ad an. 1013. exposuit: „Mieclao filium suum BOLESLAUS REX & Virginem R IX AM neptem Imperatoris Ottonis eidem dudum desponsatam videns ad annos nubiles pervenisse solemini curia apud Gnesnam indicta vicinis Principibus Proceribus & Satrapis Primisque Poloniae congregatis & accersitis nuptias suo filio unico præfato Mieclao celebrat & Virginem Rixam illi conjungit quæ hactenus in Regia à Matre „Mieclai JUDITHA juxta ac filia materna charitate fovebatur.

(b) Dlugoss. I. IV. an. habet 1089.

W L A D I S -  
L A V S Dux  
P O L O N I A E .

Post hunc itaque regnavit frater illius minor Casimirides Wladislaus non minus strenuitate militiae Illustris quam devotione Religionis insignis. Hic Ecclesiis Poloniae ob mortem S. Stanislai omnem libertatem dedit de humanâ nil estimatum est defuisse felicitate tristabatur: sed tandem instigante Francone Episcopo in Provincia ad Abbatem & Conventum S. Galli imaginem auream Infantuli cum aliis Xeniis i.e. donis a longinquis partibus ac precibus transmisit rogans ut a Domino & Sancto Egidio sibi proliis fœcunditatem impetrarent. Quod triduano jejunio & multis precum celebratis solemnis factum est & tertius tunc nascitur Boleslaus eujus ex partu languore Mater defuncta est. Fuit gaudium mœrere temperatum & mœror dulcore nati filii interceptus. Sed ne Patri diu molesta esset jugalis Viduitas Regis Ungariae Salomonis relicta Henrici III. Imp. Sorori conjugatur: item Juditæ: de qua tantum tres filias suscepit. Nec Judita multa donaria Ecclesiis contulit: Habuit autem iste Wladislaus filium ex concubina qui ob odium in suam noviciam in desertis educatus dictus est Zbigneus. Hic de consilio profugarum ex consensu Episcopi Magni Wratislaviensis dum Setech Princeps Exercitus nimia tenacitatis Avaritia salaria militum accepta a Rege sibi reservaret convocato Exercitu Regis Ungariae sui nomine sive Zbignei, Moravis quoque Bohemis Regnum Patris decrepiti ac fratris tenelli pervalet. Sed Pater astute Infirmitatem assimulans cum filio ad se vocato pacificatur & constructione convivalis laxitatem omnes Wratislavenses sibi reconciliat: Unde filius grassantius in Patrem consurgens de Wratislavia fugiens in Crusciam se recepit & Pomeranorum non paterna congregans subsidia cum Patre congridetur & captus carceri mancipatus ut lacubus & fluminibus repletis multo post Tempore nec Piscibus ibi uti ausus fuerit. Tandem Zbigneo de Carcere misso Setech timens juvenem Boleslaum adhaerens Sbigneo cum fratre reconciliato discordia malum suscitat. Unde exilio propulsus fuit Setec Patre cum filiis reconciliatis: Pater vero Sbigneo contulit Provinciam Glogoviam & mortuus est.

BOLESLAUS  
III.  
DUX POLO-  
NIAE.

Silesia à Bohe-  
mis pervaleta:

Quinque  
BOLEZLAO  
Filii.

an. 1139.  
defunctus:

De Prælio  
Ejus  
cum HENRI-  
CO V. Imp.  
an. 1109.  
ad Hundsfel-  
dam gesto:

Cui dum filius ejus Boleslaus successit qui dictus est curvus frater ejus Sbigneus quatuor vicibus contra ipsum multiplicem omnium vicinorum exercitum induxit & maxime Bohemorum per quos Slesia tunc Temporis sapientia vastata fuit: Zbigneo in habitu simulato utrumque castra ut Boleslaum traderent frequentante. Unde adversus illum dum quadam Vice hostes advocaverat ante currus deprehensus fuisse: Ille vero causa custodiaz fe nocte castra exisse affereret & visis hostibus eos nunciare festinaret quidam Magnatum adversus eum consurgens querimonias detulit & Regem pro Judicio interpellavit. Cum quo dum multis legibus contendisset tandem pugna probatione cum superavit & sic perpetuo exilio damnatur & Victori totum territorium quod Ponecz dicitur cum omni Jure principali libere donatur & locus judicii ac pugna a re nomen suscepit scilicet Sandueli. Igitur dum Imperator Henricus IV. cum exercitu Ungariam ingressus fuisse Boleslaus rogatu Regis Ungariae Moraviam & Bohemiam quae jani ad Imperium devolutæ erant invadens Imperatorem redire compellit: Unde Imperator omne robur suum contra Boleslaum excitans Poloniam intravit & committens prælium Boleslaum cœpit. Quem cum secum reducere vellet ille multum pecuniam se daturum spondet & Termino obtento tanquam pro Thesauro mittit pro adjutorio in omnes Getarum Ruthenorum & Ungarorum provincias. Hostes in nocte in curribus adducti & in medio castrorum positi cum Duce suo Imperatorem rapiunt & in Colnberc castrum maritimum deducunt ubi detento per - - mens Libetatem pristinam ab eo extorquens quia ipsum ad servitium coquinæ ignominiose compulerat insuper filio suo primogenito Wladislae filiam ejus Christianam nomine ob perpetuæ pacis ac Amicitiae robur matrimonialiter obtinet & sic Imperatorem usque ad proprios Terminos conducens dimittit. Hinc Boleslao cum in Regem coronari deberet Angelus coronam de capite illius rapuit ac Regi Ungariae Michaëli imposuit. Iste Boleslaus quinque filios habuit: Wladislaum: Boleslaum: Mesiconem: Henricum & Casimirum. Quatuor ergo primis decedens Pater terram dimisit: Seniori Slesiam & BOLEZLAVS ad præcavendum aliis Cracoviam disponit & post illum Seniori semper Ducum Cracoviam Gubernacula consignat. Sicque anno Domini MCXXXIX. defunctus est.

Non prætereundum ut ajunt Cracovitæ Imperator Henricus perpeccæ Injuriaz non immemor primo Bitom & Glogoviam oppugnat deinde in campestribus Wratislaviæ Boleslaum capit Indicias dandis - - - in loco qui dicitur Psicpole i.e. Campus Canum Tenteratoria castrorum figit ubi dum per deceptionem captus fuisse & multi suorum corruiissent Poloni ob odium occisorum ibi & castrorum loco noniem præmissum indiderunt: Theotonicos Canes appellantes. Iste Boleslaus cum omnibus tum finitimiis ultra omnes Prædecessores suos inexplicabilia gessit prælia nec omnibus suis diebus quievit amplius: Cuinque

Cumque filiis Possessionem divideret ut prædictum est Seniori scilicet Wladislao Slesiam, Henrico Sandomeriam, Mesconi Gnesniam & Pomeraniam Boleslao Cracoviam & Mafsoviam deputavit. Juniori vero Casimiro nihil delegavit quasi prophetizans quod majora <sup>W L A D I S -</sup> fibi deberent: Boleslao autem curvo defuncto Wladislaus primogenitus ejus Monarchi- <sup>L A V S</sup>  
<sup>Primogenitus</sup>  
<sup>Ejus</sup> am tenuit.

Qui cum quodam tempore hyemali Venationi deditus esset quidam major natu & DVX SILE- principi proximior Petrus Wlastides secum perrexerat. Iste Petrus tempore Boleslai Curvi Regem Ruzciæ in dolo adierat & cum illo commessans cœperat eum & vincitum Boleslao adduxit. Et cum ille se pecunia liberasset simili dolo per quendam Panoniortum Rileria Urbem delevit cum magna strage Polonorum ac Captivitate. Propter quod idem Petrus injuncta sibi pecunia Cœnobia & septuaginta lapideas construxit Ecclesiæ. Qui ut prædictum est cum Principe novo ingruente nocte solus in Venatione remansisset aliis nescio quo casu aberrantibus ipse de Venatione Assaturam Igni apposuit & cum Principe suo sine Vino convivavit: Illis pro Vino nivem congestam in globum fugentibus princeps quasi jocando ait: Ecce quale Principis Convivium! forte commodis Uxor tua cum Abbatte tuo nunc convivatur. Petrus pro Joco licet non jocose regerit hic se solum cum solo sciens sic respondit: Uxor mea pro se ait cum Abbatte meo sicut & tua cum militie Theotonico te absente suo Amasio. Quæ Verba Principis licet graviter receperit cum joco pertransiit & domum rediens cum causam turbulenti Animi ejus Coniux Blan- <sup>Bellum civile</sup>  
<sup>Polonia:</sup> ditiis extorsisset Insidias Petro parans eum exoculari fecit. Quod factum in ejus ac mariti <sup>Fili Eius tres</sup> exterminium redundavit: siquidem tota Polonia adversus Wladislaum armatur cum fra- <sup>Silesiam recu- perant:</sup> tribus quos trino Prælio fudit ita ut nul præter solum Oppidum Posnan haberet. Quod cum vallasset & insidias non præcaveret inter Prandum hostes irruunt aliis trucidatis alii - - - Wladislaus - - - & ad Imperatorem Henricum Quartum & fratrem <sup>W L A D I S -</sup> Uxoris pergens adjutorium expetit & obtinet: Qui cum multo Exercitu veniens Castrum <sup>L A V S</sup>  
<sup>exul</sup> Grodis & Nemsch construit: sed Poloni loco ejus Boleslao instituto cum multis bellis <sup>defunctus an.</sup> configerent Wladislaus defructus est. <sup>1159.</sup>

Quem quidam dicunt Pigaviæ sepultum alii in Plozen: & Cracoviam irrumpentes <sup>Fili Eius tres</sup> Conjugem illius quæ Castrum tenebat cum tribus filiis propellunt videlicet Boleslao: Me- <sup>Silesiam recu- perant:</sup> scone: Conrado Loripede pro quibus non bello Imperator sed precibus instat ut si non monarchia saltim aliqua Terræ Portione donentur. Quorum Matre defuncta & in Porta sepulta Boleslaus Monarcha Orphanos collegit & eis Patrimonium Slesiæ concedit. Tandem hi duo fratres Boleslaus & Mesico municipia præparantes à Patruo Monarchiam repetunt. Quos cum Juri Primogenituræ abrenunciasse allegarent multoties cum illis pugnavit sed minus valuit cum in Municipiorum & armatorum Theotonicorum fulcirentur præsidio. Sed dum Boleslaus aliam duxisset Uxorem filio fratre & patruo conspirantibus propellitur: Tandem Boleslaus Monarcha contra Getas proficisciens multis suorum perditis filio suo juniori Lezconi Terram Mazoviæ & Cuyaviæ legans primogenito suo Boleslao jam dicto & post Lezonem fratri suo Casimiro si sine sobole decederet ipse defunctus est qui Casimiro fratri suo Heynrico defuncto in Ducatu Sendomiriæ simili Testamento jani ante successerat.

Defunctio itaque Boleslao successit ei frater ejus Mesico qui sicut erat natu fratri proximus sic in Regno fuit contiguus: Huic utique fortuna favens multorum natorum Parentem fecerat: habuit enim filios: Ottone: Stephanum: Boleslaum: Mesiconem & Wladislaum quorum duos ex Filia Regis Ungarorum: Tus ex filia Regis Ruzciæ suscepserat. Plures etiam filias habuit ex quibus multorum cognationem & amicitiam contraxit: Dux Bohemorum Bolezlaus Gener ejus: Dux Saxoniam Bernhardus Gener ejus: Dux Lotharingiam Fridricus Nepos Fridrici Imperatoris Gener ejus: Dux maritimam Bogzlaus Gener ejus: Dux ejusdem filius gener ejus: Dux Galiciæ Socer filii: Dux Pomeraniæ Socer alterius: Dux Rugiæ Socer tertii: alii filii inconjugati deceperant. Hic omni gloriæ suæ confusione superduxit per Calumnias & iniqua Judicia quæ sub eo surrexerunt per iniquum Præsidem dictum de Rethelice cuius prædium adhuc est in Terra Budissin ejusdem nominis & posteritas ejus in eodem loco qui cum Duce confusus. Nam cum Canes Venaticos ad Calumnias stuandas eis qui Slusnice dicuntur instituisset idem Richelitz & tota terra sub eorum mortibus evigilaretur Præful Cracoviæ dictus Gedeon timore DEI ductus hanc impietatem redarguere cœpit unde plures cum Principe suo huic aliisque de hoc malo dolentibus perfécutionum tenticulas ubique parat. Illiero ad Casimirum fugientes eum in Præsidium Cracoviæ introducunt & Monarcham constituunt.

**Res BOLES.** cum ut prædictum est in amicorum Copialicet insignis omnium tamen destitutus adjutorio quod valide quererebat vix tandem Poznaniensem Provinciam cum omnibus filiis de gratia fratris obtinuit. Tunc demum *Dux de Opul Jaroslaus filius Boleslai fundatoris Lubensis Cœnobii* in odium *noverca Domine Adelheidis que fuit Soror Imperatricis Uxor Imperatoris Cunradi II.* cum Patruo suo Mesicone patrem propulsant qui cum Imperatore pergens Mediolanum ibique quendam Virum giganteum prosterrens cum valido Exercitu rediit & Castrum Len & Lignicz adificavit. Quod videns Casimirus se interposuit & fratri Boleslai Mesiconi Terram Ratiborgensem consignavit à quo *Duces Ratiborienſes surrexerunt & Jaroslaus Episcopus ordinatus territorium Nissense à Patre obtinuit ac Tempore Vitæ sua Ducatum Opolie & Conrado Loripedi Marchiam Glogoviensem dedit licet alias dicitur Monachus factus.*

Hoc tandem defuncto Glogoviensis Marchia in Boleslai Ditionem rediit qui decadens fratri suo Mesiconi Terram Opolie delegavit quam *Henricus Barbatus* Filius ejus item sibi assunxit & decadens Casimiro Filio Boleslai Monarchæ defuncto hereditas ad Casimirum devolvitur.

**Qui** demum misericordiæ motu quasi facti ignarus fratrem suum Mesiconem per traditionem Gneznam Metropolin totius Poloniæ possidere permisit sed cum in Russiam profectus fuisset ad restituendum Primogenitum Sororis sui nomine Romanum Patrem Danielis quem fratres pepulerunt & longo Bellorum motu occuparetur LXX. de Magnatibus Cracoviæ Mesiconem adierant & filium ejus Odonem cum Exercitu adducentes Cracoviam ejus traditione pertentaverunt. Quo Casimirus comperto Cracoviam invadit & Igne consumit hostibus captis quos tamen post solennem refectionem ferre motu pietatis remisit unde inter ipsos Tempore Casimiri plena facta est Amicitia. Illum Calumniatorem & Traditorem, Præsidem ac Præfectum Cracoviæ Kethliz in ecclesia in qua fugerat deprehensum Ungariam æterno exilio damnavit. Item dum Casimirus à Strage Getarum maxima cum Triumpho ad propria remeaslet in Solemnitate S. Floriani post Prandia cum in medio resideret Pontificum hausto poculo humi prolabitur & exspiravit incertum morbo an Veneno extinctus. De hoc Casimiro caute - - - virtutes naturales quodsi litteratus fuisset utique Philosophus magnus crederetur.

**Lesko Monarchia Cracovie:**

Hoc defuncto statim Sulco Episcopus Cracoviæ principem pronunciavit Lezconem filium ejus primogenitum Monarcham Cracoviæ aliis acclamantibus aliis propter - - - juventutis renitentibus sed pars Episcopi prævaluuit. Fuit autem alter Filius Casimiri Conradus nomine cui cesit in Sorte Cujavia & Masovia. Quibus auditis consternatur animo ille Senex Miesco & indignanti animo humi prosternitur. Ait enim non tam suum se apud illos dolere contemtum quam superexcellentem tantæ Dignitatis Majestatem infantis gubernamine prostratam Ludibrio. Unde Cracoviensibus mandat ut resipiscant Lezconem amoveant & se seniorem ætate ac primogeniturae Principem agnoscant alioquin gladium bellicum experiri habeant. Sed dum nil proficeret callide à matre puerorum dolosis fussionibus obtinet ut saltim tanquam Tutor pupillorum ad honestatem ipsius Senii sibi Monarchæ gubernatio credatur: & sic bona Voluntate Lezconi honorem primatus conferat. Cui fœmina, fœmineo motu facile contra consilia suorum acquiescens bis eum filio decipitur: Nam totiens promissum à Mescone exigitur totiens denegatur & contra jusjurandum & ideo quotiens sublimatur totiens propter - - - avaritiæ Impetus dejicitur. Et hoc non absque bellorum collisione quorum primum fuit in Muscava circa Andreoro claustruni. In quo Mesico vulneratus filium suum Boleslaum cuspide occisum fugiens domum reportat: ex parte vero Cracoviensium infinitis prostratis Dux Ruthenorum Romanus post innumeram suorum stragam graviter concisus Vulneribus fugæ Præsidium quæsivit Wladislao solo Mescone videlicet & Jaroslao filio Boleslai

**Res HENRICI Barbati**  
**DVCIS SI.**

Campum victoriae tenentibus & Noricum Principem belli Cracoviensis Palatinum Senlesiae: dominia captivum inde secum abducentibus: Sulco vero Episcopus Cracoviensis Casum suorum audiens Cracoviam occupat & Lezconem revocat. Lezco postmodum ab expeditione quam in Rusiam & Galatiam fecerat post Procerum Rusiarum necem ac Galacia prospere rediens cum Duce Odone Gneznam cuius causa tunc agebatur ac Duce Henrico Barbato fratreque proprio Conrado Duce Cujaviæ ac Mazoviæ in Nackel contra Pomeranos proficisciatur & à Pomeranis in balneo occiditur & *Dux Henricus* in lecto multis Vulneribus affectus sed objectu Peregrini de Wyfinburgk qui super eum occisus fuit liberatus à morte & accurru suorum tandem erutus & ad propriæ reducitur & fatorum expeditio per Odonis præditionem sive traditionem confunditur. Lezcone igitur sic in-

terem-

teremperio Cunradus frater ejus Dux Cujaviæ & Masoviæ Monarchiam Cracoviensem occupare nitebatur: Sed relicta Lezconis Tyrannide illius considerata cum Consilio ac Consensu Procerum Pium *Principem Henricum Slesie dictum Barbatum Maritum Sancte Hedwigis* advocans se suosque parvulos duos illius Tutelæ commisit ac Monarchiam ille Cracoviæ resignavit: quam tamen duobus præliis à Cunrado Imperatore illius evicit. Horum unum fuit in Stala ante Castrum quod Henricus construxit ubi occisus est Primzel primogenitus Conradi: aliud in Mezbore ubi Dux Conradus Sylvæ ac collum Præsidia se suosque receperat. Tamen quia præsumtorum est raro à sua pertinacia proposito resilire & cum Pius Princeps Henricus jam velut adversario ejecto securior existeret exercitu alienigenarum cum filio suo ad propria remisso ultra Cracoviam ad secretiora loca in Spinterniz cum Baronibus Cracoviæ de Statu Terræ ordinatus secessit. Sed quia Cracoviensium Dolus & Traditio nunquam delituit cum ibi pius Princeps missarum Solemnia devotius insisteret ecce subito Hostes irruunt incautum rapiunt & vinculis injectum in Plozedk Castrum Mazoviæ deducunt. Quo filius malo comperto per omnia in Ultionem ac Patris convocationem exercitibus se præparat: B. vero Hedwigis Sangvini innoxio ac pauperum læsioni compatiens malum prævenire studuit & in propria Persona Tyrannum adiit duasque filias filii ob perpetuæ robur pacis filii Conradi in Conjugium tradidit. Boleslao videlicet & Casimiro quorum tamen prior cum Conjuge sua sine prole obiit: alter duos filios Lezconem & Semoniolum genuit. Sicque Dux Henricus literatus à Vinculis Monarchiam jam tenuit quam post obitum suum in filio Henrico cum Terra Lubucensi ac tota Polonia usque in Wartam fluvium & ultra usque in Geschk castrum circa Gneznam cum tota Slesia dereliquit. Ipse pius Princeps ad inferiores Partes Principatus sui profectus in Crozna beatum vitæ finem adeptus ad cœnobium solemne Monialium in obiit an. 1232 Trebnitz quod ipse devotus Princeps omni liberalitatis studio construxerat sepeliendus Anno Domini M C C XXXVIII. deductus est.

HEINRICUS igitur Filius ejus nomine ac omni Virtutum Decore Patri consumilis Res HENRICI  
P II  
DVCIS SILE-  
SIAE:  
Monarchia Culmen adeptus cum illud in omni pacis felicitate gubernare videretur subito Gens Tartarica velut à Tartaris ebuliens infernalibus tartarice in omne Regnum Ungariae ac Poloniae per stragem fidelium CHRISTI & inhumanæ deservit. Quæ cum in Cracoviam & Sandomiriam depopulata fuisset in Slesiam profecta ab ipso Principe HENRICO II. invaditur sed permittente DEO idem Princeps cum suis & pro suis sternitur Anno Domini M CCXLI. V. Id. Apr. sepultus ad fratres minores Wrat. Cumque qui in Prælio Tempestate semota terra Slesia respirare debuisset ecce senior filius ejus Boleslaus per quem omnia mala tunc orta sunt contra fratres suos parvulos infurgens Terram Lubucensem Marchioni Brandenburgi in suum ac suorum Discrimen tradidit & Poloniam perdidit. Et Cracovienses Boleslaum Filium Lesconis occisi Monarcham constituunt qui tandem ducta Uxore Cunegunde filia Regis Ungariae sine prole tamen defunctus est. Hujus temporibus licet calumniarum Virus per omnia loca sui Principatus vigeret modico munere tamen placatus in partem quamlibet trahebatur & maxime Canum quorum amator & fotor toti terræ importabilis fuit.

Cui successit Lesco Filius Casimiri Filii Cunradi qui sæva bella contra Getarum Insultus victor exercuit: Tandem conspiratione infidelium Cracoviæ propellitur & Cunradus filius Semoviti Ducis Masoviæ filii Cunradi fratris Casimiri inducitur. Qui cum infidelibus suis adjutoribus in bello per Lesconis validum Exercitum exusta Cracovia aufugit inde Lesco cum Triumpho ad suos fideles Cives Cracoviæ qui ipsum Castrum sibi strenue servaverant rediit & fidelitate illorum inspecta Civitatem munivit Anno Domini MCCLXXXV. mense Augusto.

Wladislaus primogenitus Boleslai Curvi cum Monarchia Cracoviæ Slesiam provinciam à Patre decedente lege testamenti adeptus est: Iste ex filia Henrici IV. Imp. tres filios habuit scilicet Boleslaum cognomento Altum: Mesiconem & Cunradum Loripedem quo propter excitationem Petri Vlosconis profugato & exulando cum Conjuge defunctus est ipse in Pignavia sepultus est & ejus Uxor in Porta.

Tandem interventu Imper. Henrici V. orphanis ad Terram reversis Boleslaus Wratislaviam Legniz & Opul: Mesico Rathbur & Cunradus Glogoviam adepti sunt: Cunrado defuncto Boleslaus Glogoviam sortitus est.

De Mesicone Casimirus: de Casimiro Mesico Crassius & Wladislaus Duces Ratiborienses nati sunt: Mesicone sine hærede defuncto Henricus III. Wratislav. relicta illius filiam Ducis Cujaviæ & Mazoviæ Cunradi duxit Uxorem & genuit ex ea filiam & filium Henricum IV. Wratislav. Ducem. Wladislaus frater Mesiconis ex filia Ducis Gnesensis

DUCES  
SUPERIORIS  
SILESIAE:

Jorzlai filii Odonis genuit quatuor filios: Mesconem Ratiboriensem: Casimirum Bitumiensem: Boleslaum Opoliensem & Przimislarem Olszentensem Ducem.

**BOLESLAUS** Altus primogenitus Wladislai Monarchæ de prima Conjuge sua genuit JAROSLAUM filium & ALGAM Filiam: qua defuncta duxit Dominam Adelheidem Sororem Imperatricis Conjugis Conradi II. Imper. & genuit filios BOLESLAUM & HENRICUM dictum cum Barba. Qui cum Monarchiam à Patruo Boleslao repeteret filiusejus JAROSLAUS & frater MESICO RATIBURGENSIS cum Boleslao Monarcha adversus eum ob odium Uxorius illius consurgentess una cum Uxore pepulerunt & cum filiis. Eo expertendi adjutorii gratia ad Imperatorem perrexit sed cum Imperator congregato Exercitu contra Lombardos proficisciens sibi adjutorium parare nequiret una cum Imperatore in Lombardiam profectus est Uxore & pueris Erfordiæ reliquit. Obsidente igitur Imperatore Mediolanum quidam Vir giganteus quotidie de Civitate armatus & Eques egrediebatur exprobrando Castra Imperatoris ad singulare Certamen pro totius Civitatis Triumpho indicendo. Quem cuni nemo invadere præsumeret BOLESLAUS audiens lugubrem famam egestatis magna Uxorius & filiorum suorum concepit Animo vel pugnando viriliter Vitam finire aut obsidioni diuturnæ & suo exilio triumphando de hoc exprobratore finem imponere. Captans ergo Tempus & horam Egressioñis illius secundum consuetudinem paratus in prælium quantulo castra egressus hostem hasta aggressus solo prosternit & amputato capite illius tanquam alter David victor ad castra revertitur vociferoso ex hoc Tumultu in castro exultantibus exorto: Imperator factò comperto BOLESLAUM assiscens sic alloquitur: Licet gratulandum sit nobis de tuo triumpho tamen obstupescimus ac dolentes de tuæ præsumptionis periculo requirimus eur tanto Dilectioni inconfusito nobis Te dare voluisti unde castris nostris excidium & nobis confusione malum poterat exoriri & tanto amplius quanto ex nobilitatis prosapia constat Te intiomorem Imperator Majestati quo ex sui Domini exilio & Uxor Indigentia animi perturbationem - - - - - Imperator cum magno rerum & exerci-

**JAROSLAVS** tus - - illius ad propria requirenda remisit: Et veniens ædificavit Castra Len & Lignitz: Quo comperto adversarii ejus timentes sibi & omni Polonia Treugas expetunt Monarchiam post Obitum Boleslai promittunt & Mesico frater ejus iratus de solo Ratiboriensi Territorio: Jaroslau Opoliensem Ducatum tempore Vitæ adeptus & deinde Episcopus ordinatus à patre Nissensem Provinciam sibi & S. Johanni assecutus Boleslao Wratislav. confert: scopus ordinatus à patre Nissensem Provinciam sibi & S. Johanni assecutus Boleslao Wratislav. Legnisensem & Glogoviensem terram in omni Pace concedunt: Tunc Boleslaus in Situ castris Luybes Cœnobium Cisterciens. Ord. construxit ad quod fratres de claustro Porta supra Salam propter Dilectionem Matris Christinæ Dominæ quæ in illo sepulta est FILIA IMPER. HENRICI QUARTI advexit ubi sepultis filiis Boleslao & Conrado & filia Olga demum ipse decedens Anno Domini M CCI. sepelitur & post eum Uxor sua **ADILHEYDIS**.

**HENRICI** Cui successit Filius ejus junior HENRICUS dictus cum Barba qui duxit S. HEDWIGEN uxorem filiam Ducis Merania Bertholdi Sororem Dominæ Gerdrudis Reginæ Ungariae & Dominæ Engildrudis Reginæ Franciae & genuit ex ea tres filias & filios Boleslaum Agnem & Sophiam sepultos in Lubus & Henricum & Conradum & Gertrudim Abbatissam Trebnensem quæ cum desponsata fuisset Palatino Rheni qui occidit Philipum Regem Almanniæ propter quem & ipse postmodum peremptus est & ideo alteri numero nolle instinctu B. Hedwigis Pater nobile Cœnobium Trebnensem construxit Filia in quo ipse & Beata Coniux illius feliciter inigrantes reconditi sunt: Postquam Monarchia Cracoviæ & Terræ Lubicensis sublimatus fuisset gubernamine viventibus autem adhuc Henrico & Coniuge Diabolus inter filios eorum Henricum & Conradum discordia seminarium sparrit: Pater juniori filio Cunrado procuratus fuerat filiam Ducis Saxoniæ designans ei Terram Lusatia & Lubensem: Seniorem vero Henricum Regem Poloniæ instituere nitebatur. Quod conperiens Cunradus qui Theutonicos execratur congregatis ex diversis provinciis Polonis fratrem cum paucis Theutonicis qui in Slesia erant tunc propellere intendebat: Pater vero & Mater cum hoc malum sedare nequirent Pater Glogoviam Mater in Niemisch sedentes filios congregandi permiserunt qui in Campo inter Legnitz & Aureum Montem in loco qui Studeniza vel Ruffa Ecclesia dicitur committentes Henricus cum Theutonicis Advenis tanquam militibus quos aliunde congregaverat occisis innumeris Polonis campum Victoria fugientibus qui evadere poterant triumphans obtinuit. Cunradus ergo Spe Vitæ servandæ ad Patrem configiens secessit in desertum Tarnowe ubi in Venatione de Equo corruens fractis Cervicibus occubuit & inde in Trebniza delatus in Capulo sepultus est prope fororem quæ maxime diligebat

ligebat eum & Crispus cognominatur. Ad cuius Exequias dum Mater ejus vocaretur tacita morte illius tanquam ad ægrotantem filium ait illa: Frustra ægrotare fingitis ad quem sépeliendum pergam cuius mortem ante præscivi quam multorum ex ejus Temeritate sanguis funderetur innoxius. Hujus incliti Ducis HENRICI BARBATI tempore Odō Dux Gnesensis aspirans Monarchiam & in omnium Principum Poloniæ mortem dolos cogitans omnes in Adjutorium suum contra Pomeranos convocat in Obsidionem Castrum Nackel. Ubi dum convenienter & in dolo de concordia tractaretur uno mane Pomerani subito super incautos irruentes sive profilientes Ducem Lezconem filium Casimiri Monarcham Cracoviæ de balneo procurrentem interinunt & HENRICUM DUCEM SLESIAE adhuc lecto pausantem multis Vulneribus concussum moribundum derelinquent occiso super eo Obice fideli Milie Peregrino de Wizemburch Patre Gebhardi & Timoris qui Patris Imitatores non fuerunt. Fugientibus ergo cunctis aliis Dux Henricus domum relatus à suis peregrinis in Lubes sépeliendus transvectus est. Lezcone si quidem interempto Cunradus Dux Mazoviæ Monarchiam Cracoviæ nitebatur occupare sed Relicta Lezconis Tyrannide illius considerata cum consilio & consensu Procerum Pium Principem Henricum Ducem Slesia dictum cum Barba advocans se suosque duos parvulos filios Tutela commisit & Monarchiam ille Cracoviæ resignavit: quam tamen duobus præliis à Cunrado Imperatore illius evicit. Horum unum fuit in Stala ante Castrum quod Dux Henricus construxit ubi occulus primogenitus fuit Cunradi: aliud in Mezeborz ubi se Cunradus ad Sylvæ ac collium præsidia receperat. Tamen quia Ratio pertinacium est à suæ præsumptionis proposito resilire cum pius Princeps Henricus jam velut evicto Adversario securior consisteret exercitu alienigenæ cum filio ad propria remissio ultra Cracoviam ad secretiora loca deserti Spicconis circa Vadum Wizele cum baronibus Cracoviæ de Statu Terræ ordinaturus secessit & quoniam Cracoviensium fraus & traditio nunquam delituit cum ibi pius Princeps missarum celebritati devotius adstaret ecce subito hostes irruunt incautum rapiunt & Vinculis injectum in Plozeck Castrum Mazoviæ deducunt. Quo filius ejus malo comperto per omnia in Ultionem Patrisque liberationem convocatis Exercitibus se præparat: Beatæ vero Hedwigis Sanguini innoxio ac pauperum lafioni compatiens malum inminens prævenire studuit & in propria Persona Tyrannum adiit & duos de filiabus filii ob perpetuæ pacis robur filiis Cunradi: Boleslao videlicet & Casimiro in Conjugium tradidit quorum prior cum Conjuge sua sine prole obiit.

Alter duos filios Lezconem & Zemomizlonem generavit & Cujavia & Syradia in HENRICVS eorum ditionem data fuit. Sicque Dux Henricus liberatus à Vinculis Monarchiam libere tenuit quam filio suo decedens cum Slesia & Lubucensi terra & Calisiensi Terra ac Posena usque in Gescek castrum prope Gnesnam tenendas dereliquit. Injuriæ siquidem primæ & mulierum quæ in Nackel per Odonis traditionem acceperat & propter exilium Wladislai fratris Odonis qui in Slesia propulsus à fratre exulabat Dux Henricus non immemor insurrexit contra Wladislaum filium Odonis & evicit ab eo omnem Terram Poz- De Dypoldæ naniæ & Calisiæ & Posenæ usque ad castrum Gescek terram Srodiæ & constructo castro in March. Srem ultra Wartam super litus posuit in prædio ejus filius Sororis suæ Moraviæ Marchionissa relictæ Dypoldi quæ cum quatuor filiis per Regem Bohemiæ Monoçulum profugata liberis ejus ex tunc degebatur apud fratrem dicta Adilheydis quæ in Trebniz decedens ibidem in Crypta sorore HENRICI sepulta est. Hunc ordinata traditione Poloni noctu castrum irrumpentes peremerunt: Barbati suscep- ptis:

Alter postmodum occisus à Paganis Boleslaus in Lubens sepultus est: Primizlaus moriens in Trebniz ante altare S. Crucis tumulatus jacet: Quartus Dypoldus in Canonia Magdeburgensi decepsit: Tandem pius Princeps Henricus cum B. Uxore sua Hedwige cum fere XXX. annis ob Castitatis Vidualis insigne Decus solemni Voto à Toro matrimoniali abstinuisse & ob religionis Amorem tonsuram clericalem & barbam tanquam conversus Cisterciensis gestasset unde & Dux cum Barba dicebatur ad inferiores Partes sui Principatus descendens in Crosna beatum suæ Vitæ finem adeptus ad Cœnobium solemne in Trebniz quod ipse devotus Princeps omni liberalitatis studio Sanctimonialibus construxerat sépeliendus deductus est Anno Domini MCCXXXVIII. Henricus tandem Filius ejus tam nomine tam onine Virtutum decore Patri consimilis Monarchia Culmen adeptus cum illud in omni Pacis felicitate gubernare videretur subito Gens Tartarica Irruptio Tar- velut à Tartaris ebuliens infernalibus tartarice in omne Regnum Ungariæ & Sandomiri- tarorum: am Cracoviam ac Silesiam per stragem fidelium CHRIS TI inhumane defævit: Quæ Prælium prope Legnicz: cum & fidelem Principem in Territorio Legnicensi invaderet permittente DEO idem in quo Princeps ab eis cum suis prosternitur Anno Domini MCCXL. in III. seria post octavas HENRICVS PASCHÆ. PIUS occidit:

V. filias & IV.  
filios relin-  
quens:

BOLEZLAUS  
DUX SILE-  
SIAE LIGNI-  
CENSIS:

CUNRADUS  
DUX GLO-  
GOVIENSIS:  
HENRICUS  
III.

DUX WRA-  
TISLAVIEN-  
SIS.

W LADIS-  
LAUS  
Archi - Episco-  
pus Salisbur-  
gensis:

HENRICUS  
III.  
veneno inter-  
emtus:

HENRICUS  
IV.  
DUX  
WRATISLA-  
VIENSIS:

Obitus CON-  
RADI  
DUCIS GLO-  
GOVIENSIS:  
quas conjuges  
quos liberos  
habuerit:

HENRICUS  
IV.  
i  
BOLEZLAO  
DUCE LIGNI-  
CENSIS  
caput

non nisi  
REGIS BO-  
HEMIAE  
ope liberatur:

Hic Princeps reliquit quinque filias: Quarum duæ Filiis Cunradi traditæ jam fuerant & duæ in Trebnicz degebant: quarum unam Boleslaus rapuit & Duci Gnesnensi Primzlaō copulavit: altera infirma Corpore tunc sed postmodum robusta mente vero infima & animo pertinacissima in Claustro relicta. Quæ tandem per Matrem Ordini Minorum Fratrum tradita fuit ad S. Claram Wratislav. Quatuor vero filios reliquit: BOLESLAUM Calvum Legnicensem: CUNRADUM Glogoviensem Duces de Domina Anna Sorore Regis Bohemiæ monoculi quæ Wratislavia sepulta est ad S. Claram quod Cœnobium extrivit & Wladislauum Salzburgensem Archi-Episcopum postmodum cumque hac tempestate eesserunt Slesia sola illis forte distributa remanente. Tandem HENRICI III. Fratris Boleslai viribus castra prædonum subversa sunt & BOLESLAUS gubernaculo terræ Legnicensis restitutus est licet indignus: qui etiam postea contra fratres suos HENRICUM & CUNRADUM & per Captivationem ipsorum scelestus & ipse ab eis postmodum captivatus fuit & tandem cum prædicto figellatore tanquam effuga ex Industria de Castro ac Turre Wratislavensi recedere noctu permisus est: Partitio autem Terræ Slesiæ sic facta est: Cum enim duo juniores fratrum prædictorum propter Clericaturam Scholis dediti essent ad Instantiam Boleslai terra Lignicensis ab Henrico in duo divisa est ita ut quilibet ipsorum in sua portione Consortem haberet ita ut uno consortium morienti consorti ejus tota portio cederet aliis vero duobus nil de ea contingere. Quodecum privilegiis ratificatum fuisse BOLESLAVS CONRADUM in consortem assumentis qui jam tune in Subdiaconatus gradum promotus & Bambergensis præsulatus electus Parisiis degebant Wratislaviam elegit cumque Matre & Episcopo Thoma primo pergens in Legnitz ut Henrico Legnitz & Glogoviam - - - - castro se recipiens Legnicz & Glogam iterato elegit sibi & CONRADO sperans Conradum per Episcopatum evadere & Privilegia consortium immutari fecit resignans Henrico & Wladislao Wratislaviam: Quod comperiens Cunradus indignanti Animo studium & Episcopatum deferuit & Sororem Ducis Gneznensis Primzlaō Salomeam in Conjugium duxit & à BOLESLAO Glogoviæ terram extorxit. HENRICUS vero usque ad ipsum Vitæ suæ punctum cum Wladislao jam Salzburgensi electo in una sorte permanefit quæ tune in fine Vitæ ejus per Vim militum qui ipsum intoxicari fecerant & Wladislao adhærebant in duo divisa fuit. Et dum Henricus videret se morti proximum filium suum HENRICUM IV. fratri suo WLODISLAO in fœdere primæ fortis & consortii conimendavit & filiam quos de filia Cunradi Cujavensis Relictæ Meficonis Ratiburgensis genuerat & sic terminavit.

Non multo post CONRADUS Glogoviensis etiam subito Veneno interiit in toxicatus relictis filiis CUNRADO Srinavensi: HENRICO Glogoviensi & PRZIM-CONE Sprotaviensi Ducellis, uxore sua prius defuncta, qui tune aliam utrumque duxerat Filiam Theoderici Marchionis Orientalis Relictam Conradi Nepotis Fridrici Imperatoris Filii Cunradi Filii Fredrici cui Cunradus pro dote Coronam Griffenstein & Pozzin Castra deposuerat quæ Theodericus Episcopo Magdeburgensis Cunrado de Sternberg dicto vendidit à quo HENRICUS IV. ea pecunia redemit:

Tandem defuncto WLODISLAO Archi-Episcopo Salzburgensis similiter in toxicato à suis Slesiensibus & in Salzburg sepulto filiolus ejus & consors HENRICUS IV. adhuc Puer Wratislavensis Terræ peroptime locatae gubernacula suscepit Matre ejus ante defuncta & in Trebnitz sepulta. Post istam Pater ejus duxit Filiam Ducis Saxoniæ quæ postmodum nupsit Burggratio de Nurnberg. Cui propter Sororem Archi-Episcopi præfati & propter Terram opulentam quam Pater Pueri bene locaverat BOLESLAUS Legnicensis invidens cum filio suo Henrico de Captivitate Pueri dolos cogitari & tentieulas. Pro Voce ergo Machinationes suæ quibusdam Baronibus Pueri de Morte Patris ejus & Patrui timentibus sibi à Puero circumvenientes per Latrunculas noctu puerum in lecto suo in Jeltsch rapi fecit in nocte V. feriæ post primam Dominicam Quadragesimæ Anno Domini MCCLXXVII. & in castrum Len sub duris Vinculis crudelissime detinuit. Deinde exercitu congregato terram Pueri transiens circa Stolcz filium suum cum Wratislavensisibus & Poznaniensisibus & Glogoviensisibus commiscere jussit ipse in Campo Congressi eodem Congresso Comite solo aufugiens in die S. Georgii in Sabbatho. In hoc prælio ex utrisque Partibus uno impetu plurimi ceciderunt Boleslaus campum victoria tenuit reliquis qui evadere poterant fuga dilapsi.

Tandem cooperatione Regis Bohemiæ Puer de captivitate eripitur non tamen sine Terra suæ dispendio: nam Stregam & Novum Forum: Strosa: Griffinberg: Pitzchin: Gozwinsdorf Boleslao tradidit: Croznam pueri milites Marchioni Brandenburgensi

pro

pro IVM. Marcarum proposuerant ne Parti eorum adverfareetur quam tamen idem Puer BOLEZLAI pro VIM. Marcarum redemit: Boleslaus Calvus mortua prima Uxore sua HEDWIGE DE ANHALTE de qua quatuor filios suscepserat, quorum unus puerulus obiit: alter HENRICUS LIGNICENSIS: tertius BOLCO: quartus BERNHARDUS fuit filiam duxit Samborii Ducis Pomeraniae quae despacta ab illo propter Pellicem vilissimam de misero statu Pedes aufugit: Habuit etiam idem Boleslaus tres filias de prima Uxore quarum unam tradidit Comiti de Würtemberg: alteram Duci Masoviae Conrado: tertia post Abbatissa in Trebnitz defuncta est.

Tandem ipse BOLESLAUS totus violentus sed violentiarum Ultor non parvus dysenteria occubuit & pellex ipsius de qua filium Jarozlaum habuit sine qua incantatrice vilissima vivere non poterat non requisito priore Marito suo quem deseruerat alteri nupsit in Polonia: de qua multa & detestanda narrantur & narrabuntur.

Finita Chronica Lechitarum per manus Johannis sub anno Domini MCCCLIX. in Sabbatho ante Dominicam qua canitur: Cantate Domino.

Obitus:  
Conjuges: &  
liberi:

Johannes huic  
Chron. finem  
imposuit  
an. 1359 in Sab-  
batho ante Do-  
minicam; qua  
canitur:  
Cantate Do-  
mino.

## II.

INCIPIT CRONICA PRINCIPUM POLONIE  
CUM EORUM GESTIS.

*N Nomine Sanctissime & Individue Trinitatis Dei Patris & Filii & Spiritus Sancti Amen.* Ego minutissimus in Domo Domini ad Laudem omnium potentis Dei, gloriose genitricis ejus, utriusque Johannis Baptiste pariter & Johannis Evangeliste, simul & beate Hedwigis olim Ducisse Polonie Patronorum nostrorum, jugemque future posteritatis memoriam, Vobis Dominis meis, Reverendo in Christo Patri, *Domino Wenceslao Episcopo Wratislaviensi moderno, & Inclitis Principibus Dominis Ludovico Bregensi & Ruperto Legnicensi Slesieque Ducibus*, qui sepe postulastis hoc ipsum, pro mee parvitatis modulo cupiens complacere, quantum omnipotens Deus inspiraverit, Veterum Polonorum Principum gesta plus notabilia, prout ex diversis codicibus Cronicarum conscripta reperi, fideliter consignare, mente concepi, sublevari me desiderans vestris orationibus, quatenus hoc opus quod aggredior acceptum sit Deo, legentibus utile, laudabilesque antiquorum mores sequi conantibus promotivum: Nam potissima fuit ratio, cur operam huic negocio dederim, ut videlicet actus bonorum principum antiquorum, velut speculum relucerent apud Posteros, inducivi ad bonum: malorum vero gesta nephanda malum finem indubitanter habencia, quemlibet modernorum retraherent, à perversis. Nam ideo veterum recitantur historie, quatenus si sint eorum opera bona imitatores illorum reddantur laudabiles & de bono proficiant in melius. Sin autem tanquam detestabilia per posteros execrentur. ad propositum igitur *Duce Deo feliciter properemus.*

## CAPITULUM PRIMUM.

Scribitur in antiquis Polonorum historiis, quod Poloni antiquitus sunt Lechi seu Lechiti vocati, qui magis calliditate bellorum, quam viribus utebantur, & quamvis eadem gens gentilitatis temporibus, litterarum ignara fuit, quod nec aliqua primordialis Originis sue certa possent vestigia reperiri; Antiquorum tamen fertur relatibus Poloniam dudum numerositate gencium viguisse, quas non dominandi ambicio, non res habendi urgebat libido, seu robur ingens animositatis in regnorum exterorum acquirendis dominiis plurimum exercebat; adeo quod nec quicquam preter magnanimitatem in quibusvis fere studiis autumabant. Et ideo nullis contenti terminis citra Servanciam ultramarinas undique naciones & Insulas sue subjecerunt servituti, eas sibi cum earum incolis vendicando, Rege qui tunc prefuerat vinculis mancipato. In Cronicis insuper Bohemorum recolome legisse, quod post divisionem lingvarum factam post diluvium, ut in Genesi legitur, disperse sint omnes gentes per varia loca, de quibus duo fratres Slavi successu temporum, pro possessionibus capiendis, hinc inde habitacula quefierint, quorum unus Czech, alter Lech appellati sunt, horum tamen unus qui Czech dicitur Bohemiam perveniens, ibidem mansionem elegit. Lech vero, ubi nunc est Polonia constituisse dicitur suam sedem.

De Czech itaque Bohemi, de Lech autem processerunt Poloni, propter quod Lechiti seu Lechi sunt vocati tunc temporis seu nominati, quibus multiplicatis super terram fama fuit ut in Polonorum Cronicis reperitur, Gallos qui sunt Germani totius tunc orbis

De Origine  
Lechitarum  
five Polono-  
rum.

ambitum occupasse, cum quibus fedus pepegere Poloni, quatenus si quid Fortuna forte aut virtute apud exterros contingenteret, equa porcio utrisque fieret. Gallis itaque cessit Grecia usque Danubium universa, Lechitis vero usque parvam Bulgariam & Carinthiam termini sunt distincti, ubi post multa bellorum certamina cum Romanis habita, prefectos tandem sibi constituunt, urbes disponunt & signanter quandam Graceum nomine Principem constituant. Graccus igitur Jura dura instituit, leges promulgat, cuius & felici regimine Lechite argumentis continuis prosperantur, ob cuius amorem etiam ejus prolem dignam successione Regia reputarunt. Erat itaque temporibus illis in quibusdam Polonie scopolis spelunca profunda, in qua monstrum, quod nonnulli nominant Olofagum, immanissimum habebatur, cuius voracitati singulis diebus Incole armenta tria quasi pro victimis offabant, alioquin tot humana corpora plecebantur ab illo. Graccus vero tam senex equanimiter tantam hominum non ferens perniciem, omnibus evocatis, prehabito consilio, cum eisdem, corpora que monstro danda erant sulphure atque igne artificiose repleta, more, locoque solitis offerunt Olofago, quibus avidissime consumptis & comeditis per esum, ipse intus flammis erumpentibus suffocatur. Sed minor Graccus post mortem patris Regnum ambiens & se regnaturum sperans, fratrem suum regni consortem latenter occidit, lacrimandoque nienciens eum ab Olofago peremptum, se pro fratri morte dolentem aliorum oculis demonstravit. Qui mortuo patre succedens in regno, paulo post dolo fraticidii deprehenso, per homines illos est perpetuo exilio relegatus. Verum tamen, ne antiqui Gracci grata oblivioni traderentur beneficia, in ejus perpetuam memoriam construitur Vrbs solemnis in scopolis Olofagi, quam nihilominus sicut nonnulli referunt atrocitate Corvorum ad cadaver monstri crebre convolancium Cracoviam nuncupaverunt. Perrottantus amor universos circa defunctum Principem Gracum antiquum tenuit, ut unicam ejus filiam, que Wanda nominata est, à qua etiam fluvius percurrentis Patriam Wandalus nuncupatur, qui nunc Weissel est dictus, & populus Wandali sunt vocati, subrogarent patris imperio regnaturam quibusdam populis processu dierum scissis pars eorum dicti sunt.

## DE ALEXANDRO MAGNO REGE MACEDONUM.

Eisdem temporibus, sicut dicitur, Alexander ille magnus Rex Macedonum mittens legatos, à Lechitis pensiones vestigales exegit, quibus interrogantibus, an essent tantum Alexandri Legati, an census questores? responderunt illi, Legati sumus pariter & Questores. Lechite idcirco dixerunt, vos magnificis venerabimur donariis, & mox eis decoratis cutes abstractas partim auro, partim alga viliissima farcinari fecerunt, atque remissis his pensionibus Alexandro dixerunt: Male ceteris imperat, qui sibimet imperare non novit: Quanquam pro voracitate tua facienda totus tibi mundus non sufficiat, tuorum tamen utcunque refocillavimus esuriem quos misisti. Iratus igitur Alexander Regem quendam contra eos dirigit, quo capto ac ejus exercitu superato, demum Alexander, Pannoniis sibi Ducatum pretensis, per Moraviam valida manu Lechitas invasis, cuncta menia solo prosteruit, Opida redigit in favillam, & Urbes nec non Cracoviam jubet sale conspergi. Omnibus itaque desperantibus de salute, quidam Przymisel nomine multos clypeos ad instar clypeorum hostium figuravit, faciens cum similibus galeis, in quodam colle rupis & vicinis arboribus eos suspendi, quibus conspectis gentes Alexandri, putantes hostilem exercitum ibi fore, ad prelium sunt parate, Prcynisel vero concito jubens hec tolli clam destinaverat exercitum. Cumque reperitur nemo illic, quasi fugientes Lechitas illi continuo suspicantur. Sed Lechite semetipsos insequentes miscuerunt se, propter quod bellum fit intestinum & debilitas. Ideo viribus succumbit exercitus Alexandri, deinde Lechitis contra hostium castra tendentibus velut suis victoriose revertentibus Alexander occurrit, sed deprehenso dolo Lechitarum vix cum paucis evasit. Tandem ille Magister tam artificiose rei Patrie, quam salvaverat Princeps constituitur, & dictus est Lestek primus id est astutus, eo quod hostes plus astucia quam viribus superavit. Est liber, profectio Alexandri, Epistolarum, ducentas pene continens epistolas, in quarum una scribit Magistro suo Arestotili sic inquiens: Ne te de statu nostro semper dubia suspendat hesitacio novensis nos apud Lechitas per ampliatissime prosperari. Est urbs famosa Lechitarum Septentrionalis Pannonio lateri conjuncta, quam Cauratas dicunt, id est Cracoviam, plus turbis quam opibus, plus arte quam situ munitissimam, de his & contiguis pro voto triumphavimus. In epistola vero quam rescribit Arestotiles sic habetur: Fama est de Cauratis Lechitarum te cum tuis triumphasse. Sed hujus gloria triumphi utinam tuis titulis nunquam accessisset. Ex quo enim tributum ignominie tuorum infusum est intestinis;

quo

Graccus:

Cracovia condita:

fluvius Wandalus nunc  
Vistula:

Fabula de  
Alexandri M.  
Expeditione  
in Lechitas:

LESKO I.

quo Lechitas expertus es argiraspides tui rutilancia solis apud multos deferbuit, imo tuum visum est mutasse Dyadema Imperii, ex hoc jam primo Corinthus clausit ab Alexandre portas & nuncios ejus cruci afficerunt.

### *DE LESTICONE SECUNDO.*

Sane dicto Lestek mortuo de successione Regni singulis primorum contendentibus **LESKO II.** post nimiam stragem suorum, de principe surrogando, in hanc convenerunt omnes simul sententiam, ut eligatur stadium, & cuius equus maculis distinctus primus metam attigerit, eorum continuo Princeps erit. Certus igitur statuitur terminus pro equis maculosis querendis; Et cum interim quidam ex eis, se quotidie ad hoc opus multis studiis exercerent, unus ipsorum clam callide stadii ferreis exigonis sternens collem sibi qua securus equus suus curreret, semitam denotavit, sed dolus non latuit. Nam duo juvenes condicione humiles & fortuna de pedum velocitate confisi, pignoribus se constringunt, ut victus vincenti non alio deinceps, quam Principis nomine appellare presumat; decet nos, inquiunt simul jocando, pro nostra Corona victorie non alibi quam in Regis stadio exerceri. Quique cursitantes simul dum pedum plantas in exigonis vulnerassent compertas infidias prorsus dissimulant, & semitam quam in regis stadio deprehenderunt alias factam consipergunt exigonis, & inde revertentes quis-quis pro se tacitus cogitavit. Posteraque die dum omnes ad cursus spectaculum convenissent, unus predictorum cursorum, quia integro ferro calcem munierat equi sui recto tramite porro ad metam pervenit, altero peralta suspiria, non sine astancium ridiculo clamore, gerendo postea subsequente. Ceteri vero volneribus exigonorum prostrati plurimum indignantes equum premi considerant, circunspectisque Babatis integris velut doli magistrum eum occidunt, alium qui ridiculo fuerat Principem acclamantes, qui tante animositatis extitit, ut in propria persona plerisque hostibus indiceret certamina, quos non solum quantum ad vitam, sed regna victoriose devicit, & sepius cum aliis defuissent ipsemnet dinicaturus bellum commisit & fuit insuper liberalitatis magne & humilitatis tante, quod non in Trono Regali, sed scabello sepe resedit, & super amictum regalem frequenter fruitus vestibus paupertatis, hic similiter Lefek dictus est & tandem suis plurimum carus, ab hac vita decessit.

### *LESTEK TERTIUS.*

Huic successit filius similiter Lestek nomine, qui non tantum patris imperio verum **LESKO III.** & paternis virtutibus adjecit multa. Nam cum Cesarem Julium tribus confudit preliis & Cassium apud perodos cum suis delevit, tandem Julii ducens sororem affinitate bella compescivit, que Julia dicebatur. Huic frater dotis nomine Bavariam, maritus vero ratione nuptiarum Surbiensem tradidit Provinciam, unde Romani contra Julium sunt indignati pro eo quod equales eos fecisset, qui pocius ipsis Romanis debuerant esse subiecti, verum cum Juliaduas fundasset urbes, unam nomine fratris, que nunc Lubus dicitur, aliam suo nomine, que nunc Lubin dicitur, Julius Bavariam reassumpit, propter quod Lestek sororem ejus repudians juvete filio suo secum retento, cui nomen erat Pompil seu Pompilius, a se removere presumpxit, loco Regine concubinam assumens, & in odium illius nomina urbium predictarum immutans, ex hac siquidem & aliis concubinis Lestek viginti pueros generavit, quibus assignavit totidem Principatus & alios Duces, alios Marchiones, alios vero Comites constituens, Pompilium omnium Regem fecit.

### *DE POMPILIONE QUI PATRUOS SUOS INTOXICAVIT ET A MURIBUS CORROSUS EST.*

Hunc Pompilium post Patris obitum fratres tanto coluerunt affectu quod post mortem fratris ejusdem parvulum suum Pompilium superstitem etiam suscepérunt in Regem circa annum Domini Octigentesimum. Sed qui tamen succedente tempore pravo conjugis sue ductus consilio pro bono malum rependens veneni toxicō patrios suos cunctos occidit, nam infirmum se simulans, quadam vice convocavit eosdem ad exequias peragenadas, quibus comparentibus coram eo, prebens oscula, post multas eorum Lacrimas potum sibi dari pecuit & quasi valedicens eis in signum dilectionis totum ebibit ipsos adhortans ad sinilia facienda. Quibus illa mulier pessima pro amoris potu, mortis venenatum calicem propinavit. Postquam bibisset Rex pausaturum se fingens cunctos jubet exire de Regis cubiculo, quibus egressis alii tanquam ebrii sencientes vertiginem ceciderunt, alii seipso miserabiliter volutando spiritum emiserunt, quibus Tyranus nichilominus sepulturam prohibuit, pretendens eos ulcione celesti plagatos. Qui tamen Regem, pietate promoti,

hesternis lacrimarum exequiis venerant sepelitum. Sic itaque syderibus extintis Patriae decus Lechitarum contabuit, & Pompilius maledictus, ultimus ad prelum & primus ad fugam in anteas semper fuit, quem eciam suis demeritis exigentibus tanta ulcio est prosecuta, quod tandem ex cadaveribus mortuorum que jacuerunt inhumata seaturaret murium multitudo, quorum serviam trans ignem & trans flumina cum uxore pariter & duobus filiis hinc inde fugit, nec quietem habere potuit, donec in Insula Crusvicensi in turri lignea, sicut testantur Cronice Polonorum, pater, filii, pariter uxor ejus omnes murium morsibus sunt corrosi, & quem ad modum quedam Cronica narrat, hic Pompilius consuetudinem habuit sic dicendi: si hoc vel illud non fecero mures me devorent, quod in eo & suis liberis impletum est, ut premittitur, propter quod vacavit Principatus multo tempore, Generis Pompilii, sicut dignum extitit, excisa radice. Quousque nova succederet grata progenies cuius celitudo tanto crevit sublimius succedencium fugit genus. Antequam igitur iste Pompilius, ut premittitur, a muribus esset corrosus, tunc temporis in urbe Gnesiensi, quem nidus interpretatur Slavonice, ad filiorum suorum conjuracionem juxta ritum gentilium grande tunc convivium preparavit, ad quod occulto Dei nutu specie peregrinorum duos contigit hospites adventare, qui nec suscepisti sunt ad Principis convivium, quam pocius cum injuria per eives ejecti sunt. Fuit in illis temporibus tunc in suburbis Civitatis pauperulus quidam olim Cossiconis filius nomine Piaſt rusticus seu arator Pompilii supra dicti ad cuius domicilium illi hospites diverterunt, Piaſt autem diligenter colligens peregrinos, benignis eos affectibus ad suum prandium invitavit. Huic Piaſt fuit coniuncta mulier quedam Repisa nomine, de qua suscepserat filium Semovith nomine, quem juxta paupertatis sue modulum nutrierunt, quos allocuti sunt peregrini dum ingredere utrū hospicium & ajunt: de nostro gaudeatis adventu quoniam per nos omnium bonorum copiam habebitis vereque sōbolis honorem, cumque ad mensam residentes de variis locis uarentur, inquerunt respondit Piaſt: est apud me cerevisie vasculum fermentate, quod profili mi unici tondenda cesarie conservavi, sed quid hoc inter tantos, nichilominus si libeat ebibatis, porcellum insuper nutriebat Piaſt parvulum, quem hic vellet pro usū communī similiter conservare, peregrini tamen mandaverant eum occidi, & ecce mirabile, propinatur cerevisia, porcellus occiditur. Nec tamen cerevisia neque porcellus minuantur, quin pocius augetur cerevisia, donec vasa recepta mutuo replentur flumine. De porcello vero decem titule de carnibus sunt implete. Piaſt igitur cum Uxore Repisa cernentes miraculum in stuporem merito sunt conversi, grande de puero suo presagium abitantes, & ideo Dominum suum Ducem Pompilium invitare cogitavit ad proprii sui filii convivium, nec presumunt, nisi prius desuper Peregrinorum consilium habeatur, quorum & consilio Dux cum multis aliis, ad rusticī convivium invitatur, nec respuit, quoniam tunc temporis non sicut nunc magne glorie fastu Principes Polonie tumescēbant. Convivantes igitur juxta morem & ritum gentilium puerum totunderunt, sibi Symovith vocabulum inponentes, his peractis, mortuo sicut premittitur, Pompilio, cum filiis pariter: & uxore, Symovith proficiebat viribus & etate, tandemque Deus omnipotens, sicut in dubito propter hospitalitatis graciam, quam homo gentilis impenderat, suppressis super ebris, humiles exaltavit. Nam idem Symovith adolescens in armis multum strenuus habebatur tantisque virtutum claruit meritis, quod Magister militum est effectus, & de die in diem proficiens in Ducem Polonorum tandem est assumptus. Naciones quas Pompilia ad seruerat ignavia nedum recuperat, sed & alias subjecit sue dieioni. Hic Symovith singulis urbibus presides & potestates constituit, & locorum prefecit Rectores gubernantes patriam in omnibus & emendans. Quos putas illos duos peregrinos fuisse, quam angelos Dei qui per eives ejecti, ad rusticū pauperem declinantes, velut ad Loth in Sodomis, & ab eo gratanter suscepisti, ducem indignum principali privaverunt privilegio, pauperi vero filium de cuius semine fuerunt procreandi principes Catholici propter hospitalitatem hospicium surrogarunt. Hic etiam Symovith multorum bellorum usū milicie brobstantem adeo solerter exercuit, ut vulgata fama honoris gloriam acquireret, dilata usque dominii sui terminos, plus quam aliquis ante ipsum Poloniā decoravit, cuius tandem decederat istis locum ejus Lescek filius obtinuit, qui se probitati, audacie confirmans paterne laudabiliter suum rexit Dominium, donec sibi humanis exempto succederet Symomiszl filius ejus, qui post decessum patris, patriam strenue gubernavit.

### DE MESSICKONE PRIMO.

MESCO I. Hic autem Symomiszl memorabilem genuit Messikonem, qui a nativitate septemniū cecus fuit, quo septennio per successionem elapsō, juxta ritum patrie ceci filii pater regen-

agens solennia, terre nobilibus convocatis, convivium instituit, quibus epulanib; & pro consuetudine manuum plausu exultantibus, pro pueri cecitate pater intrinsecus dolore tactus latenter ab imo pectoris suspiravit. Nec mirum, quia Messiko idem sonat ut turbacio, & forsitan ideo turbacio est appellatus, quod natus cecus, parentibus successionem ingessit, aut verius quia postea conversus ad fidem dyabolum fecit turbari. Cum itaque sic pater, ut premittitur, suspirasset, affluit continuo qui puerum visum recepisse patri protinus nunciaret, cuius rei experta veracitate gaudium gaudiis cumulatur, nec tamen pater hoc credidit, donec mater exsurgens de convivio cubiculum ingressa pueri, cunctis comimirantibus puerum apportat videntem, letantur ex hoc parentes. Letantur convive. Letatur puer, qui claris luminibus quos nunquam post viderat contemplatur. Symomiszl igitur requisitis primoribus quid hoc presagii designaret responderunt Poloniam hactenus cecam, per puerum Messikonem esse reducendam ad visum ut deinceps tanquam lucerna alii vicinis nationibus virtute parifer & potencia prepolleret. Sed verius signum fuit, ut puto, quod Polonia adhuc Ydolorum tenebris exceata per Messikonem ad cognitionem unius veri Dei perduci deberet, quod & factum est, Nam Messiko primus fuit qui Ydolatrie cecitate relicta, Lucem, que omnem hominem venientem in hunc mundum illuminat, virtute fidei recognoscens, cum Patria, cunctoque populo sibi subiecto, sacro fonte Baptismatis est renatus. Mortuo igitur patre Messiko gubernaculum Ducatus suscipiens assumptis viribus corporis debellando per circuitum imperavit nationes. Et cum esset adhuc perfidia gentilitatis astrictus septem uxores habuit, postremo omnes illas repudians Anno videlicet Domini Noningentesimo Sexagesimo Sexto tempore primi Ottonis Imperatoris *Christianissimam* mulierem de Bohemia, nomine Dubrancam sibi fecit conjugio copulari, que tamen, nisi *Christianus* efficeretur, eum recipere recusavit, unde dum Messiko paganisnum abjicit & Jugo *Christi* per fidem collum submittit, illa cum Clericis tam religiosis, quam secularibus Poloniam intravit. Suscipiens ergo Messiko fidem Catholicam ex Dubranca uxore genuit Boleslaum primum. Narratur insuper in quadam Cronica, quod iste Messiko habuit sororem nomine Adelheidam quam Yesse Rex Hungarie duxit in uxorem que cum Christiana facta fuisset, eundem virum suum ad fidem convertit hec Adelheides in visione facta sibi revelatione per beatum Stephanum Protho Martyrem concepit & genuit Stephanum Regem Hungarie Anno Domini Noningentesimo septuagesimo quinto cui Sanctus Henricus Imperator Sororem suam tradidit postea in Vxorem & quamvis Stephanus Rex Hungarie natus fuisset de parentibus Christianis non tamen plene conversus extitit, donec Henricus Imperator cum toto Regno Hungarie sic ad fidem converteret, ut postea factus Sanctus, multis miraculis coruscaret.

ad fidem  
CHRISTIA-  
NAM  
conversus:

Dubrancam  
Bohemam  
ducit:

obii an. 100.

## DE BOLESLAO PRIMO CHABRI DICTO.

Igitur Boleslaus Chabri dictus, patre defuncto, qui obiit Anno Domini Millefimo BOLESLAUS primo, Polonie gubernacula suscipiens, favente Domino, sic gessit eadem, quod tam Moraviam, quam Bohemiam subjugavit. In Praga Ducalem sedem constituens & Hungaros I. REX POLO- in certamine frequenter devincens terram eorum potenter suo subjiciendo Dominio NIAE: usque Danubium, contra Rutenos, Pomeranos, Lithuanos, Gethas, Danos pugnans con- Filius Miesco- tinue, nec non Saxones & Naciones vicinas perdomuit & in flumine Salo fixo palo fines nis: fecit, fidei resistentes conterens, conversos vero ad fidem strenue manu tenens. Moraviam & Bohemiam occupat:

Hic Boleslaus chabri mirabiliter nominatus est nec immerito, quoniam mirabilia multa gessit. Ecclesiastas multas construxit, Episcopos ordinavit, Metropolim Gneznensem instituit, & Suffraganeos plures sibi subjecit, certis terrarum & bonorum terminis, cui- libet pro sustentacione congrua deputatis. Quamvis quedam Cronica dicat Messikonem Patrem ejus Boleslai Ottoneum Imperatorem tertium, qui, sicut Martinus tractat in sua Cronica, Romanis imperare cepit, Anno Domini Noningentesimo Nonagesimo Quarto, & imperavit decem novem annis, dum idem Otto Sanctum Adalbertum jam martyrio coronatum veniens Poloniam visitavit, cum magna gloria suscepitur, sic eciam quod de Castro Ostrow de loco videlicet ubi nunc est Gneznam, cum Imperator ipse, qui ruffus, sive mirabilis cognominatus est, nudis pedibus, propter devocationem quam habuit ad Sanctum Adalbertum de eodem loco, ad Gneznam ad ejus sepulcrum vellet transire, non de- ciet inquiens Imperatoris pedes nudam transire terram, mandavit sterni per totam viam septem miliaribus purpuras & pannos sericos preciosos. Verum tamen cum alia Cronica dicit, quod hoc totum factum sit circa hunc Boleslaum ejus filium, quod veri similius puto, nam sicut eadem narrat Cronica Sanctus Adalbertus Boleslai temporibus adhuc vixit &

OTTONEM  
III. Imp.  
Advenam ex-  
cipit:

De S. Adalberto :

pertransiens Poloniā cum summa Reverēcia suscep̄tus est per eundem Boleslaum, qui quidem Boleslaus ejus predicationi fideliter obtemperans, suis salutaribus monitis obediuit, & multam sibi humanitatem impendebat, nam ut legitur in Vita Sancti Adalberti, dum ipsius tota cognacio, Bohemorum servicia turbaretur, Boleslaus unum de fratribus ipsius Sancti Adalberti sui amore tenens in sua curia, bene fecit eidem. Sanctus Adalbertus igitur Polonus confirmans in fide Caritatis ardore succensus, pro convertendis gentibus, ydolatras partes accessit prutenicas & ibi fidem Christi predicans, palma Martyrii est coronatus Anno Domini Noningentesimo Nonagesimo Septimo, cujus Sanctum Corpus Boleslaus auri pondere postea comparavit, collocans in Gneznensem Ecclesiam digno honore sepelivit. Sane, audiens Imperator predictus, Sanctum Adalbertum, quem in vita multum dilexerat, quod concupivit, pro nomine Christi passionem ferre cognitaque fama Boleslai, pro visitando sepulcro Sancti Martyris, quoniam pro habenda noticia tanti Dux Poloniā veniens, per Boleslaum cum magna gloria, sicut eciam predicitur est suscep̄tus, nam in occurso Cesari Boleslaus primo militum, deinde Principum suorum acies ordinavit, quia varietate vestium sunt ornati, cernens igitur magnificenciam Boleslai Cesar ait:

Imperator Boleslaus Regio Diademate cingit: plura sunt que cernimus quam que fama cognovimus, non est dignum tantum virum Ducali dumtaxat honore fulgere, quam eciam in regio sublimetur. Boleslaus igitur per Imperatorem regio dyadematē coronatur, accipiens de Imperiali munificencia Clavum de Cruce Dominica cum lancea Sancti Mauricii pro recompensa vero tradens Cesari Sancti Martyris Adalberti, quod testatur Martini Cronica referens illud per Ottomem terrum Romam delatum & positum in Ecclesia Sancti Bartholomei, nichilominus Imperator auctoritate Imperiali quicquid honoris spectabat ad Imperium Regi, Regnoque Polonie concessit, regionibusque Barbarorum superatis per Boleslani suosque successores in antea superandis, talem qualē Imperio subjecti obtinunt libertatem, quod & Sylvester secundus Pontifex supremus suo Privilegio confirmavit. Verum Boleslaus trium dierum insigne celebrans pro jucunda Imperatoris presēncia, & grande convivium, singulis his diebus nutritivit supellectile. Nec non vasā, affinito quoque convivio, cuncta tam aurea quam argentea precepit Imperatoris Camera presentanda. Fuerunt hec donaria, quod ea Imperator pro miraculo reputabat, similiter Principibus militibus & clientibus, quos Cesar adduxerat, juxta dignitatem regiam, dona magnifica est largitus, quibus omnibus cum jucunditate peractis, Imperator ad patriam remeavit. Boleslaus vero tanquam leo rugiens hostiliter desēvit in hostes. Nam contra Regem Rutenorum, qui sibi pridem sororem suam negaverat tradere in uxorem cum Exercitu magno procedens, totani illius virtutem contrivit, Russiam quoque usque Kiow invadens, ibi signum Victorialis gladii pependit in porta, que ante dicebatur aurea, & Regis Russie sorore, quam denegaverat, deflora, opulentam obtinuit civitatem, quam tenens, cum regno Rutenorum decem mensibus, magnum inde detulit Poloniā thesaurum. Undecimo vero mense regressus quendam Rutenam sui generis dereliquit in regno. Rex autem Rutenorum fugitivus factus, exercitu, prout potuit, congregato, insequitur Boleslaum usque flumen, Bugan nomine pugnaturus cum eo, magna parte Polonorū Boleslao infēito, defluente & quia subitum bellum urgebat suos hortatur, inquiens: Quid prodest hactenus tot & tantis victoriis hostes prostrasse subjugatisque ip̄is divicias acumulasse, si quod nunc absit, non sine dedecore succumbere contingat. Confidemus igitur Dei de Misericordia & bonorum priorum habentes memoriam pugnemus utiliter, spero namque quod cum gloria superabimus inimicos, & gloriosum reportabimus de eis triumphum. His & similibus verbis sui animati, quos habuit, hastis assumptis, cum hostis gravissimum iniere conflictum Boleslao se ferocem Leonem in bello exhibente, tot & tanti hostes ceciderunt, quod nec eorum multitudo potuit computari, reliquis fugis datis, affertur ibi tantam fuisse sanguinis effusionem humāni, quod totus fuit ille fluvius quasi rubricatus, ambularique potuit per planiciem super cadavera mortuorum. Ex tunc multis post temporib⁹ Russia fuit Polonię subjugalis. Insuper & Polonia plena fuit populo, nam de Poznania quociens opus fuit in auxilium Regi suo Boleslao mille & tricenti loricati & scutarii D. II. de Wladislavia. D. CCC. & II. Scutariorum de Odech. CCC. & II. scutariorum venerunt. Hii fortes & ad prelia bene docti, exceptis hiis, qui de ceteris Castellis Polonie ad bella tunc temporis procedebant. Et licet Boleslaus armis esset strenuus nominatus tamen circa veneracionem Personarum Ecclesiasticarum devotus, Nam nullatenus paciebatur eos stare coram se, Deum timebat & quantumcunque potuit Ecclesiam exaltavit. Habuit preterea hanc virtutem quod quantumcunque impeditus fuisset negotiis & magnatum agmine circumdatus, nichilominus causas audiebat pauperum & in reddenda justicia sibi non fuit accep̄cio persona-

Victoria BOLEZLAI de Rutenis:

Russia in Provinciæ Formam redacta:

Virtutes aliae BOLEZLAI:

sonarum, propter quod dubium non est, ad DEUM ipsum tante Dignitatis gloria pervenisse. Porro processu dierum contigit uno tempore, Boleslaum Russiam & Russie Regem e converso Polonię quolibet ignorante, quid alter ageret subintrare, interposito tamē medio flumine, castra metati sunt hinc inde his sic stantibus, Rex Rutenorum estimans Boleslaum fluvium transire, ampulla, verba contra Boleslaum inactavit, ac si eum retribus inclusisset, mandans: sibi tanquam suem in volutabro suis canibus & venatoribus esse captum. Boleslaus vero sibi hec remandavit verba, bene, inquit suem in volutabro nominaisti, qui venatorum & canum tuorum sangvini, pedes equorum meorum intingam & terrami tuam atque gentem quemadmodum singularis ferus depascam. His sic vertentibus sequenti die festivitas imminebat, propter quam dimittebat bellum committere in diem tertium subsequentem, eo die animalia nactabantur plurima pro crafino, propter quod Loci & Parasiti ad ripam fluminis purgabant exta pecorum, quo viso, Polonis Ruteni, clamorosis vocibus insultabant, eos ad iracundiam provocantes, nichil tamē ex adverso responderunt Poloni, quam intestinorum fordes contra hostium oculos jaciebant, Unde Ruteni contumeliis eos affidentes amplius impiecerant eos jaculis sagittarum. Mirares, militibus cunctis Boleslai meridiana hora sōpore oppressis: Cocicum parasitis armis induiti, fluvio transnatato, tantam Rutenorum multitudinem converterunt in fugam, & Boleslaus clamorum strepitu excitatus militum suorum ordinatis aciebus in hostes irruit undique fugientes, tanta igitur flumen Polonorum transfūcium multitudo extitit, ut non aqua iam, sed siccitas appareret, & sic capta preda, obtentaque victoria Poloni cum gaudio ad propria sunt reversi. Propterea tante devocationis extitit Boleslaus quod neminem ex Principibus & Nobilibus suis permitteret offendere Clericum vel Prelatum, nec quicquam enim Patronus causas Ecclesie defendebat. Coercens que sunt in circuitu barbaricas nationes non tantum ad tributum pecunie, quantum ad Christiane Religionis augmentum. Hujusmodi honestatis & virtutis studiis Regnum, Remque Publicam proficere curavit, propter quod ad tanti Culminis magnitudinem est subiectus. Principaliter pollebat virtutibus justicie, pietatis & equitatis. Quoniam non erat apud eum, quantum ad reddendum cuilibet justiciam, accepcio personarum, quoniam Christum & ejus Ecclesiam, summō prosequebatur studio pietatis, equitatis vero, quam principes, populumque sibi subiectos cum discrecionis moderamine diligebat. Et quamvis religiosus in hiis, que ad Deum pertinent, existeret, tamen in actibus apparere voluit gloriosus. Propter quod Principes sui & Nobiles atque Nobilium mulieres suis temporibus ad ejus honorem & gloriam preciosissimum & variis vestimentorum ornatibus utebantur, tam gloriosus existebat aspectum, quod si quis pro quavis culpa non est auseum accedere, jam se intrusum carceri putabat, donec ejus recuperaret graciā & favorem. Non exaccionibus gravavit pauperes, non angarias sine magna necessitate imposuit, sed grato animo tanquam paterno inquietudine confovebat. Stationes suas fecit fine subiectorum gravamine, nec stetit in campis sive villis paucis temporibus, sed civitatibus atque castris. Per viam ambulans neminem offendebat, propter quod ejus aspectus presentiam de primo quilibet summō desideravit. Contra legem damnatos, cum hoc intelligeret, liberavit. Sed uxor ejus felix mulier & prudens, quam duxerat Anno Domini Noningentesimo Octogesimo Quarto, & de qua suscepserat filium Messikonem secundum Anno Domini Noningentesimo Nonagesimo nonnullos morti dedicatos de manibus lictorum eripuit, eosque nonnunquam marito ignorantē, interdum vero dissimulante misericorditer liberavit de vinculis quibus tenebantur constricti. Habuit autem Rex Duodecim Confiliarios de Magnatibus cum quibus Regni tractavit utilitatem, & misteria sui gerebat consilii. Nonnunquam est factum quod hī cum suis uxoribus ad Regis convivium sunt invitati, & de damnatis cum eo in epulis collocuti & cum parentum damnatorum qui essent honesti noticiam haberet, intime Rex condolebat eisdem: Regina vero curialiter sciscitabatur, si placeret Regi si quis Sanctorum suscitaretur a morte Rege quoque respondentē nichil sibi accep̄tus fore quam si revocarentur ad vitam, bonaque parentela eorum in fama servarentur illesā. Contigit sepius, quod Regina sapiens ex hoc animosior facta mox se ipsam pro ejus criminibus ream constituit, & cum duodecim Senioribus eorumque uxoribus Regis pedibus provoluta dampnatis veniam impetravit. Mittitur igitur pro captivis, qui tamen non statim Regi, sed Regine presentati sunt, & ab ea jam aspere, jamque leviter reprehensi sunt, quo facto, Rex ipsemet eos vocatos, ad balneum collaudans eorum parentes, alios seniores durissimis verbis redarguit, alios vero juniores verberibus castigavit, mandans ut a nephandis amplius abstinerent. Quibus sic correctis, tandem eos cum muneribus remisit parentibus, unde tota provincia eum commendans, ejus severitatem timuit. Justicie vero pietatem

amavit in eo, Mensas undecim tenuit principales, exceptis minoribus & his que pro venato-ribus & auctupibus habebantur. Solitus est eciam suis dicere in provincie finibus con-stitutus, pro hostibus cohercendis honestius ibi pullum conservare, quoniam in civitatibus desidiosus consistens, hostibus & eorum insultibus locum dare. Nam pullum perdere hostium insultibus reportabat fortalicium amisisse, dum ideo abesset, per familiares sepe mandavit preparare subjectis convivia & largiri donaria que Rex presens dare consueverat, larga manu, hujusmodi dictis & factis homines in sui amorem trahebat & ad obsequen-*dum sibi promptos reddebat, nonnunquam dicentes ad invicem, hic Pater est Patrie noſtre defensor pariter & alumnus.* Quamvis hic Princeps propriam habuit miliciam copio-ſam, nichilominus se semper dicebat probis militibus indigere propter quod, &, si quis ex-traneus habebatur probus miles ejus delectabatur obsequio, nedum militari sed & regio-*eum reputans dignum honore.* O utinam moderni omnes principes se hujus Principis moribus conformarent, & timerent Deum ejusque intenderent cultui, Ecclesiam Dei glo-riolis prosequerentur affectibus & virtutis Clericis & personis Ecclesiasticis, nec non sibi subjectis pauperibus se propicios exhiberent. Sed proh dolor, quod cum dolore cordis referam, tales sepe Principes reperiuntur paucissimi quin pocius non gracie Dei, sed sue Generositatis meritis ascribentes, quod Principes sunt, cuncta sive bona sive mala, que fa-ciunt sibi licita existimantes, communiter grassantur in pauperes, depascunt Ecclesias atque viros Ecclesiasticos, eciam si sint humiles & devoti, eo acrius prosequuntur, quo minus eis resistitur. Ex adverso protendunt enim se ideo ad dignitatis eminentiam esse vocatos, ut tyrannidem audacius exercere presumant, seque seriosos ostendunt, ut eo amplius teneantur, qua accione in erudelitatem servant rigorem, hii corde sibi ipsis sepe loquuntur: cur nobis Principatum dedit, nisi quod majori quam ceteri homines fruamur gloria & deli-*ciis affluamus, & plerumque tanto prodigaliores expediendo redduntur, quanto gloriosiores in homines.* Opportet igitur ut eo crebriores exacciones & gravissimas imponunt tallias subditis, spoliant pauperes, & omnem severitatis modum & viam in depactacioni-*bus subditorum exquirant, aliud non intendentem quam ut ad inanem inflentur gloriam, & carnis atque voluntatis voluptatibus delectentur, non habentes pre oculis hoc quod dicitur Magnatibus, & in potestatibus constitutis, videlicet: quanto major, tanto esto humilior. & illud, Potentes potenter tormenta pacientur. Desuper existimes inter subjectos esse tanquam unum ex illis. Quoniam breve est tuum Dominiū, & potentes judicabuntur potenter. Et utinam eos non sequatur dampnacio, qui sine misericordia de sua confisi potencia momentanea, Generositateque sanguinis, vini & violenciam viduis & orphanis & egenis temerariam intulerunt. Qui ergo post mortem tantam, quantam hic Boleslaus habuit, famam cupit acquirere, terrarum suarum cum Deo & Justicia fines extendere, prosperitatem nedum temporalium sed & salutem anime obtinere, studeat in vita sua Deum & proximum diligere, totque virtutum opibus insigniri, tunc enim actus Principum erunt laudabiles post hanc vitam & memorabiles perseverant si dum vivunt honestis moribus illos exornant. Congruum enim est ut, quos Deus, a quo omnis est Potestas, miseri-corditer sue plebis Principes constituit & Rectores, non voluptatibus carnis deserviant, non crudelitatem in subjectos exerceant, sed magis mites & benigni eis pacem procurent, semper pietatem ostendant, & nichilominus justiciam cum mansuetudine prosequantur. Nec simpliciter transico, quod plerique, occulto Dei judicio, eciam mores turpes habentes, aliquando fortuna temporali proficiunt, quorum tamen gloria sicut fumus deficiet, & cum sonitu memoria evanescent. Non sic actum est cum hoc Principe quia Deum dilexit super omnia, & amoris dulcedine subditos coluit, precipue viros Ecclesiasticos prosperatus est. In omnibus his, hic Princeps cum vite terminus appropinquaret, convocatis senioribus, de Statu Regni secretius ordinavit, Spiritu Prophetico denuncians, eis plura mala futura. Inquiens cerno Regalem Polonie Prosapiam exulantem ab hostibus, quos contrivi, misera-biliter conculcandam. Nichilominus a longinquu contemplor de meo semine processu-ruin, qui quasi Lucernam Poloniā fecit relucere. Quapropter omnes circumstantes sunt lacrymis perfusi. Cumque paulisper suppressis singultibus requirebant, quanto tempore sumus ploratu lugubri celebraturi, respondit: non mensibus neque annis vobis terminos pono, sed quicunque me novit, & meam benevolenciam est expertus, de ineo re-cessu plorabit quotidie. Iste Boleslaus pridem filiam cuiusdam Duci Hungarie duxerat in uxorem, sedem Regni constituens in Cracovia, que ante fuerat in Gnezna, postea in Poznania, cujus termini fuerunt ab Oriente Kiow, ab Occidente vero Sala fluvius, in quo defixerat palum ferreum, a Meridie Danubius, ab Aquilone autem Mare Oceanum. Sic itaque sub Anno Domini, Millesimo Vicesimo Quinto de hac vita feliciter migravit & precio-*

preciosum aurum in vile plumbum conversum est. Qui Polonia prius quasi Domina gencium vicinarum, mortuo Rege suo, plurima postea incommoda deploravit, dum confusa pulvere merore consumitur, & super morte tanti Patroni suspiria longa trahuntur, per annum enim nemo publice convivium celebravit, cuncti Proceres, Nobiles & Magnates lugubribus sunt induiti, sonus jucunditatis & plausus manuum audiebatur a nemine, neque vox leticie in domibus resonabat, quoniam abscedente tanto Rege pax leticie, rerumque copia simul cum ejus obitu recesserunt.

### DE MESSIKONE SECUNDO.

Cui successit MESSICO filius ejus secundus. Hic contentus in terminis quos MIESLAVUS II. pater acquiserat, aliena invadere noluit propria non sine prelio conservando. Et licet REX POLO. coronatus non fuit, propter dignitatem tamen Uxor, sororis videlicet Ottonis Imperatoris tercii, quam adhuc vivente patre duxerat, Anno Domini Millesimo Tredecimo, appellatus est Rex & ex eademi Uxore Anno Domini Millesimo Quindecimo genuit Cazimirum. Hic legitur in quadam Cronica, quod Anno Nongentesimo Nonagesimo quinto, Lanipertus Episcopus Cracoviensis ad eundem Episcopatum promotus est adhuc Boleslao predicto vivente, quem filius suus Messiko postea misit ad Dominum Papam Sylvestrum Secundum pro Corona Regni petenda. Anno Domini Millesimo, eodem tempore misit Rex Stephanus de Hungaria pro simili negocio post obitum Yesse patris sui Anno quarto astrictum Episcopum, sed Dominus Papa per Angelum admonitus, coronam quam tunc Messikoni paraverat, mitti Stephano Regi Hungarie transmisit. Hic Messiko sicut fertur, captus est a Bohemis & genitalibus, ne deinceps gignere posset, constrictus est, quoniam Boleslaus Pater suus, Dux eorum Avunculum suum prius exceperat, tandem exiens vincula uxorem suam amplius non cognovit. Hujus temporibus quinque fratres Heremite de Polonia Martyrio coronantur in Kasimir Anno Domini obiit an. 1034. Millesimo Vicesimo Quinto.

### DE KAZIMIRO PRIMO MONACHO.

Mortuo Messikone Anno Domini Millesimo Tricesimo Quarto Kazimirus adhuc CASIMIRUS parvulus remansit cum Matre, que licet honeste filium educaret, & gubernaret Regnum I. REX PO. pro more femineo honorifice tamen Poloniccepto per invidiam odio, contra eam, ejecerunt ipsam de Regno. Nam ipsa cernens populum adhuc gentilitati deditum & nullis obsequiis Regi subjectum, astute populum in solennitatibus Sanctorum faciebat a diversis LONIAE: provinciis convenire convivia instruere plaudere canere atque Regem a Magnatibus mutari svadebat, que res in consuetudinem Senirvam sunt tracte, ideo fortassis depulso primum parvulo in Regno retento, sed postea cum factus esset adultus & regnare cepisset, Poloni veriti, ne matris invidiam sive injuriam vindicaret, eum in Hungariam secedere compulerunt. Eodem tempore Sanctus Stephanus Rex Hungariam gubernavit & Ungaros convertit ad fidem & pacem servabat cum Bohemis, Polonorum tunc infestissimus inimicus, quo Rege Stephano de hac luce sublato, Petrus Venetus quidam Ungarie Regnum gubernandum accepit & Ecclesiam Sancti Petri de Bozoario inchoavit, quam nec dum admodum inchoacionis Rex aliquis consummavit. Hic Petrus rogatus a Bohemis ne liberum dimitteret Kazimirum, si cum iis amiciciam atque pacem ceptam a suis predecessoribus retinere vellet, ipse vero responsum, sic scitur, eis tale dedit, si antiqua lex deficerit quod Rex Hungarie, Bohemorum Ducis, carcerarius esse debeat, faciam quod rogatis, Bohemorum amiciciam vel inamiciciam parvi pendens. Datis igitur Cazimiro centum totidem militibus, qui conducerent eum, abire liberum permisit. Unde Cazimirus iter arripiens versus Almaniam & ad Imperatorem & matrem profectus est, & aliquam diu in ibi conversatus, studiis literarum proficiens, ulteriusque procedens ad partes Gallie Cluniacense Monasterio suscepimus & professus regulam est subdiaconus ordinatus, diffidentibus & interim Polonis & Polonorum proceribus pene totum regnum cladibus & ipoliis est destruendum, ab hiis qui fuerunt in circuitu gravissimam sustinentes molestiam & ruinam, propter quod necessitate compulsi Poloni Regem suum hinc inde requirunt, & tandem ad Cluniacensem Monasterium venientes, eum sibi restitui postulabant, quem Monachum invenientes & missis nunciis solemnibus ad Sedem Apostolicam & propositis coram Dominino Papa Clemente Secundo qui prius Episcopus Bambergensis dictus est Sinderas, vel secundum alios, coram Papa Benedicto Nono, Regni Polonie, plebisque in fide novelle gravibus dispendiis obtinuerunt dispensacionem, cum eo tali pacto videlicet quod habitum non mutaret dum uxorem duceret, & Poloni similiter in tonsura & habitu se suo

**Poloniae Ter-**  
**minos recuper-**  
**tarunt:**

**Iacobus Ma-**  
**rcus Ducen-**  
**tus:**

**Defunctus an-**  
**1058.**

Domino conformarent, a Dominica Septuagesime usque ad Pascha ab eis carnium abstinentes & singulis annis de capite solveretur unus denarius pro lumine Sancti Petri Rome. Sic igitur reductus Poloniā Kazimirus coronatus a Henrico Imperatore pio, cum matreque reversus, duxit in uxorem Dobrognewam nomine, ex qua genuit secundum unam Cronicam, duos filios Boleslaum Secundum & Wladislaum Primum. Clastrum quoque in monte Tinez prope Cracoviam sui ordinis instauravit, vocans fratres de Leodio, quibus possessiones sufficientes pro eorum status congruencia liberaliter assignavit. Secundum autem Cronicā alios ex uxore quam de Russia duxisse dicitur, quatuor generavit Boleslaum, Wladislaum, Messikonem & Ottinem, unamque filiam Ducē Bohemie postea desponsatam. Tandem per bella plurima recuperavit Polonię terminos. Prefertim a quodam Maslao de ignobili prosapia nato, qui Masovie Ducem se prefici procuraverat, preliis binis devincitur, ubi eciam Masovienium tanta strages facta est, ut Kazimirus cedendo fuit perfuso sanguine rubricatus. Sceleratissimus autem Maslaus mala malis accumulans denuo congregata multitudine Prutenorum, Danorum Maritimorum, Getarum, Rutenorum & Mazavorum, & ingressus Poloniā, incendiis, spoliis & rapinis undique devastavit, & homines utriusque sexus delevit, propter quod Kazimirus in tantam cordis amaritudinem est prolapsus, quod quasi desperando dixit, se cum Papam dispensare non posse super voto Religionis & continencie, suscepioneque Sacrorum Ordinum, quin pocius se meruisse iram Dei, & propter plagam que venit tam immaniter super eum anxius. Itaque contigit eum intrare Beate Virginis Ecclesiam in Castro Ostrow per uxorem fundatam, gladio procinctus fuit posito in Altari. Cumque mente disponeret ad Monachatum regredi, regno dimisso, prostratus ante Altare in oracione aliquantulum obdormivit, tribus vicibus audiens vocem: quid dormis tolle gladium & in hostes irruere, tandem surgens intra se ait, propter peccata mea sic Deus permisit deleri populum meum, vos similiter me delete, inelius est ideo in manus hostium incidere, quam mandatum Domini non servare, si fuerit voluntas ejus in Celo, sic fiat. Mox quod resumpto ensē suis milibus, qui fatigati dormierant, excitatis, quamvis paucis, ascensis equis, signoque crucis signantes se simul in Exercitus hostium irruerunt, quibus pugnantibus affuit in aere quidam albī-indutus, in albo equo vexillum album super eos bajulans, atque clamans: in hostes fortiter, tociens repetens hunc clamorem, donec totus exercitus fit prostratus, fluviusque Warta ripas suas excessit sanguine occisorum quibus devictis in tantam sunt animositatem conversi Poloni quod semetipsos prelio impetebant, sed audientes omnes uno nomine se clamari mutuo se protinus cognoverunt. Et illum in albī vexilliferum amplius non viderunt. In loco vero pugne Rex construxit urbem quam Poznaniam ratione cognicionis mutue nuncupabat. Maslaus vero videns turpiter se convictum, furtive de Exercitu fugit ad Gethas, quorum etsi Princeps factus fuisset, tamen propter necem illorum alto patibulo est appensus. Kazimirus ergo Rex & Monachus tandem de hac vita sublatus est Anno Domini Millesimo Quinquagesimo VIII<sup>o</sup>.

## DE BOLESLAO II.

### QUI INTERFECIT SANCTUM STANISLAUM.

**BOLESLAUS**  
**II. REX PO-**  
**LONIAE:**

**Stanislaus**  
**Episcopum**  
**Cracoviensem**  
**trucidat:**

**In Exiliu-**  
**m abit:**

Qui successit filius ejus Boleslaus Secundus qui cum vivente adhuc patre probus & liberalis existeret, eo mortuo regna omnia in circuitu gencium bellis invasit. Cumque apud Gethas & Ruthenos & Hungaros moram cum exercitu copioso aliquot annis traxisset, uxores Nobilium secum existentium, auditis finistris rumoribus & de maritis longa expectacione timentes rapi Patriam ab hostibus, ne posteritate carerent, servis nupserunt propriis. Quo auditio revertitur Boleslaus, municiones capit, servos perimit, & a mensis Nobilium uxores prohibet & a thoro & natos servorum occidit, nobiles lactare catulos compulit mulieres. Nec silendum quod defuncto Lamperto Cracoviensi Episcopo Anno Domini Millesimo Septuagesimo primo, succedente quoque sibi beato Stanislao, Anno Domini Millesimo Septuagesimo secundo, ordinatoque eodem anno in Episcopum Cracoviensem, dum argueret pro suis sceleribus Boleslaum, ipse misit manus truculentas in eum arguentem, & excommunicacionis vinculo constringentem, paterna monitione premissa, inter missarum solennia in die Sancti Michaelis in capella trans Vislam apud Cracoviam trucidavit, Anno Domini Millesimo Octuagesimo nono, temporibus Domini Gregorii Pape Septimi, unde ob hoc omnibus odiosus effectus, fugit in Hungariam ad Sanctum Wladislaum Regem, quem prius pedestri cursu obviantem contemptaverat & mentionis Sancto Preluli quem occiderat impingens criminis inibi moram traxit. In alia legitur Cronicā quod cum Boleslaus iste tam Polonis quam Pomeranis pacificus imperaret, ambi-

ambitionis Zelo in Castrum Gradeck obfidendum ingentem multitudinem congregavit, nec tamen solum, Castrum non habuit, verum eciam Bohemorum insidias vix evasit; Dominum Pomeranorum amisisit, idem Boleslaus sicut ibidem legitur strenuus miles fuit, hospitum susceptor benignus, munerum dator largissimus. Et ideo ad instar primi Boleslai Urbem Kiow Rutenorum precipuam ingressus potenter ensis sui signum in porta reliquit aurea, & Rutenum quendam sui generis in sede regali preficiens cunctos rebellos a potestate dejecit. Contigit eodem tempore Duccem Bohemicum virtute tota sue potencie Polonię subintrare, quo audito, Boleslaus sibi obvios girando hostes, viam qua ve-nerant obsidens, interclusit. Et quia plurima pars diei preterierat, suosque fatigaverat, sequenti die se venturum ad pugnam Bohemis gentibus intimavit, inquiens, antea execuntes de silva sicut lupi famelici capta preda absente pastore solebatis silvarum latebras penetrare, modo vero presente venatore, cum venabulis..... que post vestigia dissolutis non fuga..... insidiis, sed virtute poteritis tensa reciacula devitare. Bohemi vero calliditate versuta responderunt Polonis indignum esse tantum Regem declinare ad inferiorem, die vero crastina sit paratus. Bohemorum servicia voluit experiri Boleslaus, ut se filium ostenderet Casimir si filius Cazimiri est ibi stando, Bohemorum fallacie satisfecit. sed quid. die namque postera mediante Polonorū castris ab exploratoribus nunciatur, quod precedenti nocte fuge se presidio dederunt Bohemi. Pomeranię igitur persequitur Boleslaus captis ex iisdem pluribus & peremptis & indignans sibi meti ipsi quod sine bello evaserant, ad propria est reversus. Contigit igitur Pomeranos Regnum Polonie subito invassisse, dum Boleslaus ageret in remotis. quo audito, cupiens de manu gentilium primam & alia multa liberare, pervenit fluvium ultra quem turma gentilium residebat, & non ponte quesito nec vado, milites profundo gurgitis se credebant, pluribus namque loricatis ibidem submersis, loricas reliqui dejecerunt, transmeatoque flumine non sine periculo victoriam de hostibus consecuti sunt. Ab illo tempore disvererunt Loricis uti Poloni. Porro in civitate Cracoviensi, quadam die Boleslaus ante Pallacium residebat, contemplans Rutenorum tributa in capitis posita, contigit, clericum paupereim & extraneum tunc adesse, qui visu thesauri magnitudine suam paupertatem recognoscens, suspiravit, quo audito sciscitatus quis ausus sit gemere. Boleslaus requisivit Clericum quem comperit gemisse, cur hoc fecit, qui cum timore respondit, Domine Rex, egestatem meam vestrarumque gloriā considerans suspicravi, felicitatem miserie comparando. Cui Rex si sic est, paupertatis tue dolorem in solaciū committabo, accede igitur ad pecuniam, & sit tuum quantum potes uno onere deportare. Qui gavisus accessit & auro & argento suum pallium implevit, itaque ex nimio pondere ruptum fuit, Rex igitur proprium pallium largitus est Clerico quo portaret pecuniam ipse netque juvans eum melioribus oneravit, adeo quod sibi disfolvi collum si plus imponeretur Clericus. Ex hoc Rex consecutus est famam glorie Clericus autem prius pauper subito dives factus recessit. Attendant hic moderni Principes qui non Dei, sed vanam querunt gloriam, & famam, quamvis enim iste Rex in armis foret strenuus, munificencia largus, hospitum susceptor, benignus, nobilibus & militibus propicius & in singulis mundanis actibus gloriosus. Verum tamen quia Deum non timuit & cuncta que fecit ad Statum mundi superbieque tumorem, solanique hominum laudem & famam quesivit: Sic enim Deus tandem misit cadere in peccatum, ut totus converteretur in vitam scelestam & adeo insaniret ut post multa flagicia eciam occidit Sanctum virum cuius salutaribus monitis non curavit parere, malo agitatus. Propter peccata nostra enim Deus eciam in majorem nostri ruinam, permittit nos abundare diviciis, prosperitatis gaudere fortuna, rebus cunctis temporalibus pollere, non ad bonum, sed ad malum nostrum, quod in hoc claret Principe qui prius fortunatus, ut Princeps largus diceretur, extitit, sed tandem, ut supra patuit & infra patebit, male conclusit. Ecce idem ipse Salomonem Regem Ungarie propriis viribus effugavit & in sede Regali Wladislaum locavit, qui fuerat in Polonia educatus, nec similem Wladislaao habuit Hungaria, nec sic fructuosa post eum terra Ungarorum extitit. Boleslaus vero in tantam superbiam est evectus, propter rerum habundanciam & terrarum, quod nolle Imperio subjacere, sed a se ipso ab omnibus Rex vocari, & propter peccata sua que commisit, tandem pulsus de Polonia, venit exul in Hungariam ad Regem Sanctum Wladislaum, ut predictitur, miserabiliter migravit de hoc mundo.

### DE MESSICONE TERTIO.

Hic Boleslaus reliquerat post se unicum filium Messikonem, quem Wladislaus Filius ejus unius Regis III. Sanctus Ungarorum Rex amore prius parvulum nutriebat, cuinque indole bona pullula- ret, placuit Wladislaao eum Polonię destinare, qui moribus ornatus fuit & placabilis in Veneno perit.

hinc Polonis  
Gubernacula  
Frater suscepit

WLADIS.  
LAUS L.

Cujus Con-  
iunx JUTTA  
sterilis  
precibus S. E.  
gidii secunda  
redditur:

sed obiit Jutta  
1621 papa an.  
1586.

A. secunda  
Vita transi-  
WLADIS.  
LAUS:  
Sophiam Salo-  
monis Ungaria  
Regis Viduam  
an. 1088. du-  
cens:  
Pomeranos an.  
1091. vincit:

oculis Polonoruin sed nonnulli timentes ne prius vindicaret offensam, puerum occidunt veneno, Qui vero secum biberant, vix mortis periculum evaserunt. Et sic, ut puto, propter occasionem Sancti Stanislai, flagiciaque alia, Boleslai semen extinctum est.

### DE WLADISLAO PRIMO REGE POLONORUM.

Boleslao igitur cum filio & fratribus aliis mortuo Wladislaus minor frater Boleslai successit in Regno. Hic non minus milicie strenuus, quam devocatione in signis, ob amorem Sancti Stanislai dedit omnibus Ecclesiis Polonie libertatem, qui & filiam Wratislai Bohemie Regis Juttam nomine duxit uxorem. Cumque filium non haberet ex ea, jejunii & oracionibus ambo deprecabantur Dominum super habenda sibole. Largissimis igitur elemosinarum largicionibus insistentes atque petentes sibi dari filium, qui Deum timeret, coleret Ecclesiam, soveret Justiciam & regeret Polonie Regnum ad honorem Dei, populique Salutem. Quibus sic actis, accessit forte Poloniā quidam devotus Episcopus, svadens ut fabricaret ymaginem pueri, quam & mitteret cum aliis eximiis Regalibus Sancto Egidio, qui multis tunc in partibus Gallie corruscavit miraculis in Monasterio super Rodanum, quod ad Sanctum Egidium nominatur. Nec mora quin ad sationem Pontificis fieret imago preciosissima, preter hanc & calix de auro purissimo, nec non ornatus nobilis, que omnia missa fidelium manibus Legatorum, ad Sanctum Egidium deferruntur. Significabat igitur Wladislaus & Jutta uxor sua desiderium suum Accati Sancto Egidio, ut largiretur eis prolem, cuius solatio potirentur, ejusque conventui postulantes ut acceptis hiis oblacionibus, pro eis intercederent apud Deum omnipotentem, ut meritis sancti Egidii prolem optatam consequerentur, & Regnum cum Polonorum populo proficeret talis prolis regimine salutari. Triduano igitur jejunio post nunciorum & oblacionum susceptionem per Abbatem & Conventum Sancti Egidii celebrato fusisque devotis precibus apud Deum, Jutta partum effudit in die Sancti Stephani Regis, mater vero infirmata nocte natalis Dominici occubuit, & pueri noviter nati gaudium, matris defuncte vertitur in tristiam, & ita leticia cum tristitia temperatur. Postea Wladislaus Jutte uxoris solacio viduato, conjungitur relicta Salamonis Regis Hungarie, Tercii Imperatoris Henrici soror, ex qua tantum tres filias generavit. Jutta vero, de qua superius est dictum, dum adhuc ageret in humanis, multum Ecclesiis erogavit, & in pauperes & captivos grandia fecit opera, pietate redimeris Christianos de servitute Judeorum. De filiabus quas de secunda uxore generavit Wladislaus, videlicet sorore Henrici Imperatoris dicti tertii, qui imperavit Anno Domini Millesimo Sexagesimo, una viro traditur in Russia, secunda Sa- crimonialium velamine tegitur, tercia vero euidam sue gentis nobili despontatur. Porro Wladislaus Pomeranorum contrivit potentiam & contumaciam sub pedibus conculcavit forte Castrum eorum quod vallaverat cepit in die assumptionis Virginis gloriose, .... que ipsos, municiones ipsorum & terras eciam occupavit, in principalioribus locis suis militibus constitutis per eum. Et ne perfidia paganorum cresceret hora constituta fecit omnes municiones in meditullio constitutas ignibus concremari. Nec sic tamen gens rebellis edomari potuit, nam quos Cetegus eis prefecerat, qui tunc milicie princeps erat, aliquos perimerunt, Nobiliores vero honestius & discrecius se habentes vix amicorum assensu se fugi dederunt. Propter quod Wladislaus cum valido exercitu terram eorum ante Quadragesimam intro ingressus inde predam magnam & multos captivos eduxit. Cunque Regni sui terminis apropinquans jam se putaret securum, Pomerani subito subsequentes super fluvium Nacka bellum luctuosum utrisque partibus commiserunt, & hora diei tercia usque ad crepusculum est pugnatum, nec sciebatur an Christianorum vel paganorum majoris fuit damnum. Wladislaus igitur denique Bohemis in auxilium evocatis denuo Pomeriam subintravit, & Castrum Nakel obsedit. Contigebat autem ibi mirabile, nam singulis noctibus armati quam si pugnaturum, agitabant in hostes, cunque hujusmodi delusionem patarentur, vehementissime admirati, quadam nocte pavore solito excitati, extra castra longius venientes & quasi nocturnas umbras palparent, delusi velut cuneos hostium sequebantur. Interim illi de castro properant & pugnaculis exeuntmachinas & staciones & tabernacula eombusserunt. Poloni ergo, cum se nichil proficeret nec bellum inventisse inspicerent, cum magna pars exercitus virtualia non haberet, casso labore, ad propria redierunt. Hujus pretextu Pomerani contra Polonus in superbiam sunt erecti. Preterea Wladislaus de quadam concubina sua suscepit filium suum Sbigneum nomine, ad odium uxoris sue legitime nutritus est. Sbigneus in deserto quoque adolescentem fieret, deinde Cracoviam literis traditus, deinde instruendus dicitur in Saxoniam, hiisdem temporibus Cethagus Palatinus, Vir quamvis nobilis & formosus, tamen avaricia excecatus, multa crude-

crudelia perpetravit, alios supprievebat, alios propulit de patria, ignobiles vero preposuit Turbas Sbi.  
nobilibus. Quique cum sic existerent fugiti, per diversa vagabantur loca & nonnulli gneus filius  
Wratislai Ducis in consilio Bohemie congregantur, sive quosdam precio conduxerunt, <sup>Wladislai na-</sup>  
qui Sbigneum furtive de claustrorum Monialium, ubi fuerat, extraxerunt. Recepto igitur  
Sbigneo in Bohemiam sunt fugiti legacionem in hec verba mittunt Comiti magno no-  
mine Wratislavensi, (hic tenuit Wratisl. Castrum cum tota Slesia:) Tuquidem comes  
magne scis, quomodo Cether alias Setek contumelias in exilio positi tolleramus, sed tibi  
cui nomen Ducatus est plus honori, quam dedecori lacrimabiliter condolemus, cum labo-  
rem oneris, sed non honorem habeas. Si Cethagus non audeat dominari..... &  
ideo si cupis cervicem de jugo servitutis excutere, festina, in defensionem accipe puerum  
quem habemus. Et hoc Dux Bohemie svadebat, ut inter Polonos discordiam seminaret.  
Hoc audito magnus Dux Wratislaviens. Comitato majorum suam consilio ultimo ac-  
quievit, pro quo facto Wladislaus graviter tristabatur & Cethagus multo amplius cum re-  
gina. Mittitur igitur nuncius ad magnum Wratislavensem Duce & ad Magnates re-  
gionis illius & fit scrutinium, quid hoc sibi velit quod Sbigneum cum fugitivis sine patris  
imperio recepissent: an rebellare proponunt, an obedientes existere, ad hoc Wratislavi-  
enes responderunt, non se patriam Bohemis vel aliis nationibus tradidisse, sed Domini  
Regis filium, suosque fratres fugitivos in suum presidium recepisse: nec minus se velle  
Domino Wladislaeo, nec non filio suo Boleslao per omnia fideliter obedire, quin pocius  
contraire Cethego & Operibus suis malis. Populus autem Legatum lapidare volebat,  
quia Cethagi partem falsis rationibus defendebant. Propter quod Wladislaus & Cethe-  
gus irati, Wladislaum Hungarie Regem & Boleslaum Duce Bohemie contra Wratisla-  
viensem in auxilium postulabant, unde plus damni quam profici receperunt, nam Rex  
Wladislaus de Ungaris Cethagum secum vinctum in Ungariam deportasset, si non trans-  
fugisset cum parvulo Boleslao. Cumque idcirco nichil proficerent eo quod sui contra  
suos amicos bellum gerere voluerunt pacem Pater cum filio suo fecit. Reverius igitur  
Cethagus de loco suo quo fugerat, maiores Polonie calliditate contra Sbigneum & suos, &  
promissis munieribus in partem aliam reflectebat. Unde Wladislaus Rex ad Castrum  
Wratislaviense ultimo cum exercitu perveniens, obtentis prius castris que fuerant in cir-  
citu, ac Sbigneo cernente sibi proceres defecisse atque durum fore contra calcitrare sti-  
mulum, fugiente, quod nocte ad Castrum Cruswiz militibus. Opulento cum exercitu,  
quem secum habuit pater Sbigneum persequitur fugientem, & fortiter aggreditur idem  
Castrum. Sbigneus vero convocata multitudine paganorum exiens de Castro dimicavit  
cum patre. Commisso igitur gravi bello inter Wladislaum pariter & filium ejus, innu-  
merabiles de hostibus occiderunt patris filio carceri mancipato. Tantum ibi cruoris hu-  
mani fusum est, quod quisque ibi de aquis fluentibus pisces comedere non audebat. Tan-  
dem vero Sbigneo ad Episcoporum & Principum instanciam de carcere liberato, patris ei  
gracia datur, Cethago autem reconciliatis fratribus simul Boleslao & Sbigneo, exilio rele-  
gato. Sed nec silendum est, quod in vigilia dedicacionis Gneznensis Ecclesie sub eisdem <sup>De Miraculo</sup>  
temporibus hoc factum est miraculum. Eadem nocte quippe in quodam castro Polonie <sup>in Vigilia De-</sup>  
tradidores nonnulli fuerunt, qui Pomeranos funibus <sup>dictionis</sup> receperunt ad Castrum, quibus arma-  
tus apparuit insidens equo albo, hostes gladio exempto terrens atque precipites agitans per  
gradus, quo usque hoc strepitu Castellani expergesfacti, Meritis sancti Adalberti, procul  
dubio Castrum ab hostibus liberant porro: Prout in una legitur Cronica. Pater senex  
terram filiis devidens dedit provinciam Glogovie Sbigneo spurio, alia tamen dicit Cro-  
nica, quod eidem Sbigneo Mazoviam, Boleslao vero Wratislaviam, Cracoviam &  
Sandomiram Provincias assignavit post sub condicione hujusmodi: Quod si quis ex  
eis forsitan exteris nationibus contra Regnicolas adhærebat, sui Patrimonii cadat a jure.  
Pater autem dum adhuc viveret in Mazovia frequencius habitavit. Boleslaus vero <sup>Specimina Vir-</sup>  
non sequens pueriles actus in venacionibus & similibus actibus & voluptatibus, sed se <sup>tutis Filii BO.</sup>  
in militaribus exercebat, & nonnunquam in scio Patre contra hostes in expedicionibus  
Dux miliciam precedebat. Nec hoc celandum, Quod cum quadam vice Pater con-  
fectus jam senio cum exercitu contra Moraviam mississet Cethagum, init cum eo puer  
Boleslaus solo nomine pugnaturus & tam strenue se habuit in exercitu, quod Moravia  
magnum partem destruxisset & capta magna preda, cum pluribus captivis rediit sine bello.  
Quadam vice vero aprum inmanem per sylvani cernens currere solus venabulo presu-  
ptuofus aprum invasit pariter & occidit. Simile bellum cum ursa commisit, & vicit eciam  
adhuc juvenis. Boleslaus adhuc Patre vivente Castrum Mezerzia tantis invasit viribus &  
impugnavit insultibus, quod tandem paucis diebus elapsis eos qui fuerunt in Castro, illud

tradere oportebat. Hic Boleslaus non tantum prediis vel incendiis intendebat, quantum munitionum capeionibus Barbarorum, in servitatem redigere cupiens regionem. Sed interim Cethagus ipsis pueris fratribus Boleslao pariter & Sbigneo, plures infidias intemperabat, unde fratres juramentis fidelitatis sibi mutuo prestitis contra Cethegi machinaciones mutuo insurgunt. Contigit enim Vladislauum filio Boleslao dare mandatum significando Bohemos Poloniam intraturos, & ibidem predam facturos, ab exploratorum relatione se veridica percepisse, quapropter precepit, pro filio properare ad locum quem sibi prefixerat & assumpto exereitu, quem Cethagus congregandum, & in quo Boleslaus nullatenus confidebat, hostibus mandavit occurserc Patriam invasuris, Boleslaus nichilominus paternis iussionibus obtemperans, cum suis ad statutum terminum festinus pervenit. Sed comes quidam Wislaus nomine, fidelis sibicunque dudum commissus fuerat secum non init. Cumque ibi eciam adesset frater sius Sbigneus, simul collocuti sunt suspicantes non esse tutum, esse cum familiaribus Cethegi, qui heredes Regni nititur modis omnibus abolere. Quo cognito & pensato Boleslaus vehementer expavit, totusque sudoribus & lacrimis effluebat & ambo statim ad Castrum Wratislavense, ne preoccuparentur ab enuallis, redierint. Puer igitur Boleslaus regressus, nobilibus & civitatum senioribus convocatis cum lacrimis enarravit eis Cethegi paratas infidias; & Sbigneus, qui liberatus fuit ad fidem fratri sui tumultuantem populum animavit adhortans omnes ut ipsis ambobus consulerent, quid faciant in hoc casu. Ad hoc Wratislavensis tota multitudo respondit: Nos quidem fidem servare volumus patri vestro quoad vixerit, nec vobis deficiemus dum in vobis spiritus est vitalis. Congregatur igitur exercitus de eorum consilio qui seniores & famosiores esse videbantur, convenerunt cum Patre in loco qui dieitur Sarnove, ubi premissis tractatibus atque minis filiorum Patrem, Cethegum a se deserere opportebat & juravit Pater filiis, eum se nunquam deiiceps in honorem pristinum resunipturum. Receidente sic a Patre, Cethego, filii Patrem inermes accesserunt humiliter, sicque Pater cum filiis nec non toto tandem exercitu fugiente in Cethegum ad Castrum quod fecerat, persecuti sunt, quem cum filii ad fines patrie conarentur propellere, Pater de nocte cum in lectu suo putaretur requiescere cum tribus dunitaxat familiaribus, ceteris ignorantibus, Cethegum ex alia parte Wisle fluminis cum navicula transfretavit cunctis de proceribus exercitus publice dicentibus: Sapientis non esse, filiosque tot nobiles & tantum exercitum propter unum deserere, quin pocius delirantis. Statim igitur facto consilio Boleslaus Sandomiram & Cracoviam sedes principales proximas occupavit, Sbigneus vero Mazoviam properans Plocensem urbem preoccupare cupiens, sed preventus tandem a Patre, suo, desiderio frustratus est, post hoc exercitu congregato contra Plocensem Urbem, ex alia parte Wisle fratres castra milicie posuerunt, ubi Martinus Episcopus decrepitus & fidelis inter Patrem & filios discordiam mitigavit, & Pater promisit iterum interposito juramento, se Cethegum nullatenus retenturum, propter quod & Boleslaus Patri sedes restituit preoccupatas, nec dum tamen pactum Pater servavit, & quamvis tamen ultimo fecerint tantum filii, quod Pater velit nolit Cethegum dimittere de Polonia est coactus, tamen longe postea reversus est, sed non licuit sibi sicut fecerat a modo dominari. Deinde nunciatum est Pomeranos contra Zittek, quod fuit quam si clavis Polonie, castrum appositum exisse, tam prope, quod ea que siebant & dicebantur in Zittek videri atque audiri bene poterant a paganis. Sbigneus igitur, qui partem Regni paganis proximam obtinebat, eum Patris & suo exercitu contra Pomeranos, qui adhuc pagani fuerunt, processit, qui tamen modicum profecit, quam nec pugnavit cum eis, sed casso itinere ad propria remeavit. Boleslaus quamvis junior nec dum cinctus gladio militari plus fecit quam frater, nam eum paucioribus pontem illorum invasit & abstulit, & persecutus est hostes usque ad portam, videntes itaque pagani Boleslaum tam strenue facientem cum paueis & timentes ne cum multitudine veniens inferat ampliora meti ipsi Castrum quod fecerant, demoliti sunt, latibula querentes. Consideratoque quod Boleslaus adhuc juvenis strenuitate tanta polleret, Pater in die assumptionis Virginis gloriose fecit eum cingi gladio militari, ea de causa preparare faciens in civitate Ploczen grandis convivii apparatum, interim autem nunciatur Pomeranos Zittek denuo cum exereitu obsedit. Boleslaus igitur probitatis sue insignia manifestans, Patre, multisque dimissis prohibentibus e convivio, in Pomeranos audacter irruens, audacter triumphavit, & victor reversus statim a Patre cinctus est milicie gladio hujusmodi solennitatem celebrantibus cum gaudio cunctis festum & nonnullis ad honorem sue milicie cinctis ense. Contigit autem non longo post Plawos qui Almanice Blawen dicuntur, innumerabiles convenire, moreque ut prius discurrere per Poloniā, in partes se tres, vel quatuor dividentes nocturno tempore prope Wislam & in crastino predam innumerata-

merabilem capientes & onerati spoliis circa Vesperam ultra fluvium redierunt, & quasi securitatis locum se habere sperantes indulserunt quieti, sed quid misericors fidelibus suis auxilium suum ministravit. Nam diei Dominice vigilia in paganos irruentibus Christiani & victoriose triumphantibus, Regnante Boleslao redire Plawi Poloniā a modo ausi non fuerunt, propterea Poloni dixerunt: Beata que tales puerū educavit, usque modo fuit Polonia ab hostib[us] conculcata, sed nunc per hunc puerū ut antiquitus restauratur. Wladislaus ergo plenus dierum, longaque debilitate confractus diem suum clausit extremum, cui solemnes aguntur exequie quinque dierum. Verum quanquam inter filios super thesauro relicto post patrem esset suborta dissensio, Ministerio tamen Martini Episcopi per Dei Graciam sunt sedati, tradito ergo funere sepulture, divisionem fortis sue, prout Pater vivens designaverat, quilibet est adeptus; Circum Annū Domini Millesimum Nonagesimum Sextum Bresslaus Dux Bohemie cum toto suo exercitu Poloniā veniens super ripam fluminis Nisse castro Birde vel Bardo destruncto, longe inferius edificavit aliud Castrum super altum scopulum, fortissimum Camenecz nominatum, trahens vocabulum a scopolu sive petra, ubi nunc Monasterium Cisterciense consistit.

### DE BOLESLAO TERTIO POLONORUM REGE CAPITULUM.

Boleslaus igitur tertius Wladislai filius dictus curvus, partem sicut debuit, obtinens BOLEZLAUS meliorem cepit militibus & consilio animi virtutem & vires corporis exercere, cepitque & de eo fama longe volare. Nam & bella renovat, & hostium paganorum vires enervare cogitat, & convocata bellatorum multitudine copiosa penetravit potenter meditullium paganorum, & urbem eorum precipuam Albani nomine, antequam totus secutus esset exercitus, sine instrumentis bellicis & machinis, prima die sui adventus, cepit opulencia omni plenam. Nonnullimē retulerunt Boleslaum primum fuisse, qui condidit propugnacula civitatis, de qua predam abduxit innumerabilem, munitionem destruens & planiciem adequans. Cum Boleslaus cum nobili suo generi congruenti, quam duxit uxorem Anno Domini Millesimo Centesimo quarto, nupcias celebraret, Sbigneus frater suus vocatus ad nubcias venire contempsit, quin & cum Bohemis & Pomeranis amiciciam fedravit & nubciis durantibus, procuravit Bohemos intrare Poloniā, qui nonnullis per Wratislaviam temporibus discurrentes multis captivis abductis, predas, ac incendia commiserunt. Quo audito, missa legacione ad fratrem qui hoc procuraverat, requirit, cur hoc facere sibi placuit cum tamen nunquam denieruit apud eum. Sbigneus vero, quid responderet congrue non inveniens, quibusdam frivolis excusacionibus innocenciam allegavit, nec fratri suo contra hostes, cum quibus frequenter bellum gessit, misit auxilium, quin pocius contra eum illos pecuniarum subsidiis confortavit, non obstante, quod ipsum sepe fratrem monuerit, ne cum hostibus paterne hereditatis haberet colliganciam in occulto. Quem pacificis verbis semper compescere studuit e converso Sbigneus. Cupiensque itaque Boleslaus, quam intulerunt sibi Bohemi, vindicare injuriam, tres militum turmas misit in Moraviā, qui facientes predam & incendia, in ipsa Dominice Resurrecciois septima persécucionem perpetrati sunt a Swantopolkone Duce Moraviae, qui cum acri militum acie subsequens Polonos, ab eis in reversione predam excussum, propter quod fit inter utrasque partes bellum acerrimum, & hinc inde mortui cadunt & superstites de utraque parte tandem sunt adeo fatigati quod nec Moravi letam habuerunt victoriam neque Poloni notam infamie incurrerunt, ibi Sefislaus comes quidam manum amisit, qua gestabat clypeum, sed amissam manum Absessoris morte rependit. Unde Boleslaus pro carnea sibi auream redonavit & postea personaliter ingressus Moraviā, incendiis magna dampna fecit, & ad partem Polonie deinceps Moravia in arduitate moncium & densitate sylvarum adeo est obstrusa, quod & itinerantibus vie videntur plurimum onerosa, nec ausi fuerunt Moravi cum eo bellum campestre inire, sive de Moravia eodem tempore est reversus. Eodem tempore Walo Bellicensis Episcopus Apostolice Sedis Legatus venit Poloniā, quo per Boleslaum honorifice suscepit, celebratoque concilio, zelo justicie fretus idem Walo auxilio Boleslai tantum districcionis Catholice exercuit rigorem, quod duos Episcopos depositus & recessit. Sane Boleslaus in Glogovia non peditem sed militum electorum exercitu congregato, auditio de Beata Virgine officio, & sexta feria, que instabat, procuratis suis gentibus Corporis Christi venerabili Sacramento, ductu sydereo conta Paganos, Holberck pervenerunt, ne eorum adventus flumen quoddam sine ponte, sed vado cum periculo transeuntes, & aciei agminibus ordinatis & retro duabus turmis positis, ne quisquam eos incautos adiret ad urbem opulentissimam capicendam pocius volat.

cum Pomeranis:

lare quam currere singuli videbantur. Adhortati prius per Principem Boleslaum, ut audacter & strenue se haberent & graves in aggressus inicio prima die se habuissent, procul dubio civitatei diviciarum copia nec non multitudo prede, militum nonnullorum audaciam sic exceccavit, ut non statim caperetur civitas, sed & pauci ex eis gloriam diviciis preferentes pontem prope locum exemptis ensibus civitatis intraverunt valvas, qui sibi multitudine civium occurrente, retrocedere sunt coacti. Suburbio igitur spoliato & extra muros edificiis concrematis, cum exercitu convocato Boleslaus inde recessit, quo facto tota natio Barbarorum concussa expavit, & fama longe, lateque dispersa Boleslai procrebravit apud omnes. Porro rediens inde Boleslaus statuit cum Colomanno Rege Hungarorum litteris eruditio, locum & terminum colloquendi, ad quem tamen terminum Rex Hungarie venire timuit, propter quendam Ungarorum Dicem Alnum nomine, qui fugatus de Hungaria circa Boleslaum hospitalitatis gracia moram traxit, tandem tamen missis aliis legacionibus insimul convenerunt & amicicia perpetua sunt confederati. Post hoc convenit Boleslaus cum fratre suo Sbigneo, quibus colloquentibus intraverunt sibi mutuo, quod alter sine alio de pace tractanda, vel bella agenda nullatenus cum hostibus conveniret, nec faceret sedus cum aliquo, sed unus alteri contra hostes quolibet in omnibus necessariis subveniret. Hiis firmatis statuit hinc inde certus locus, ubi cum exercitibus expeditat convenire. Ad quem statuto termino Boleslaus venit cum paucis. Sbigneus vero contra surgendum veniens non solum fregit fidem, sed & fratri exercitum declinarem ad se ab itinere revocavit. Quidam interim nobilis Polonie confinio Ecclesiam quandam de novo constructam, consecrari faciens invitaverat Boleslaum, expletoque consecrationis officio, quibusdam matrimonialiter copulatis nubcie subsecuntur. Boleslaus non delectatus, ut arbitror, in epulis & conviviorum potacionibus, sed preponens hiis venacionis studium, multitudine cum suis senioribus in convivio derelictis, venacioni dedit operam cum paucis eum comitantibus, cui per sylvam occurrebant alii contrarii venatores, nam infusi Pomerani per Polonię medio tempore discurrentes collegunt captivos, predas & incendia committentes. Unde Boleslaus iracundia concitatus, nullos expectans, quantum potuit restitit & in honore gladii multos de hostibus interemis. Cumque persequi & ulcisci amplius patrie injuriam conaretur ignorans incidit hostium insidias metoctogesimus, tribus millibus stantibus ex adverso, nec tamen fugit sed prima fronte hostium cuneos penetravit. Cumque nonnullos ex suis perdidisset, aliis dispersis, aliis vero crudeliter peremptis, vix met quintus tandem evalit, cum quibus secundario hostes dimisit volens eos ternaria regi ratione hoc ipsum cernens quidam de suis & equi Regis viscera considerans jam ad terram cadere, alta voce clamavit, noli Domine, noli Domine iterum prelum introire, atque Patrie lucem extingvere, sed meum equum ascende, fugeque prefidum parum per accipe, melius est enim me hic mori, quam te, totius Polonie salutem subtrahi. Cujus mox equo cadente Boleslaus militis aquircvit consilio, aliquantulum declinans a campo, consideransque se plurimum attenuatum & milicie principem Scarbusserum residuis non adesse de recuperanda victoria desperavit. Scarbusserus namque seorsum stabat gravi vulnere sauciatus & dextro privatus lumine oculorum, hoc audientes in convivio, qui fuerant universi protinus exgentes revenerunt de loco certaminis, nondum cum paucissimis recessisse sed cum paulatim sequencium vestigia fugiencium hostium, qui non pervenerunt ad pugnam, neque Poloni satigati hactenus ex labore eos acriter sunt persecuti, laudabant hoc factum potissime in Principe tam juvne, quod tam strenue faciebat, quam si metipsi de eo victoriā deportassent, dicentes alter ad alterum, quis puer iste erit si diu supervixerit & plures ad bellum traxerit, qui sibi resistere poterit prelanti. Sicque revertentes ad propria non tantum preda letati sunt, quantum timore quem acceperten, ex Boleslai forti constancia tribulati. Sequenti ergo die advenientes proceres Polonie, de dampno tante nobilitatis, habentes dolorem reverenter arguebant audaciam Boleslai, qui nec in hoc acquievit correctionibus, nec cum penituit hoc fecisse, quin pocius adhortatus est eos sub attestacione fidei, ut ad convertendas paganicas gentes auxilium sibi subministrarent, in hoc siquidem bello tot ictus in galea & lorica gladiis & lanceis est expertus belliger Boleslaus, quod multis diebus sua lucebant stigmata lesionis. Post hac fama fuit, quod Bohemi disponuerint venire Polonię destruendam. Et quia Boleslaus proposuerat se de Pomeranis utiliter vindicare in dubio positus quid eligeret, an Bohemis occurreret, an Pomeranis vindictam inferret animo fluctuatus & tandem deliberans misit partem exercitus sui contra Pomeranos, qui rapinis & incendiis pluribus sunt damnati. Cum alia parte Bohemis occurrentis bellum expectavit, sed illi audit a fama Boleslai, casso labore ad propriam redierunt. Non solum hunc Boleslaum exteriora, verum etiam intestina bella perturbant, dum nec de fratribus

tris machinacionibus supportatur, nam quociens dampnum & beili molestiam sustinuit, Sbigneus gaudebat, sed si triumphi gloriam reportavit, merore consumitur & dolore. Hujus signum extitit quia de manibus Barbarorum recipit munuscula sibi missa & redonavit nonnunquam majora & dum Boleslai captivi magno redimerentur precio, Sbignei homines per ignoranciam capti gratis fuerunt remissi & preda integraliter restituta. Unde hoc cum Fratre natus perpendentes Poloni in Sbignei sunt odium graviter concitati, melius arbitrantes hostes habere publicos quam occultis machinacionibus molestari. Presertim cum Sbigneus Boleslao sepius fidem promisisset & hanc juramento firmavit, nunquam tamen eam tenuit, quod semper, saltem occultis machinacionibus Barbaris adhesit contra fratrem, hoc tamen Boleslaus equanimiter sustinuit & Patriam in sua virtute defendit. His sic stantibus, nunciatum est Castrum Caszle circa confinium Moravorum non ab hostibus, sed a se ipso concrematum, timens Boleslaus, ne per tradicionem hoc factum sit, cum paucis subito declinavit ad illud, atque ad reedificandum propriis manibus laboravit intimans fratri quod sibi subveniat in auxilium. Sbigneus nec dedit nunciis responsum congruum, sed eos carceri mancipavit. Jamque totum exercitum sibi colligens, cum Bohemis simul & Pomeranis fratrem subito invasurus disposuit de Polonia profugare. Boleslaus vero eorum inscius in loco, vocato lapide, tunc temporis residebat, & auditis rumoribus quod hostiliter procederent contra eum protinus occurrebat eisdem & antequam hoc faceret, expediebat Legaciones tam ad Regem Rutenorum, quam ad Regem Ungarorum, petens auxilium ab eisdem, Exercitibus igitur tribus circumdatus undique. Sed quemadmodum leo rugiens ad iracundiam provocatus belliger Boleslaus, an in hostes sine illorum auxilio, ad quos misit, irruat solus, an illorum expectetur auxilium sollicitus meditatus, & interim Sbignei littere capte cum nunciis sunt allegate, in quibus comperte sunt multarum contradictionum infidie, quibus lectis Pompilius lamentabatur propter dissidium inter fratres. Boleslaus autem prudenter se habens, ad tempus pacem statuit cum Bohemis, quod cernens Sbigneus non fratri adventum, qui paratus erat ad bellum jam exercitu congregato, expectavit in castris vel campis, sed fugiens faciem Boleslai, Wislam fluvium transnatavit. Boleslaus vero festinanter adveniens Calis, & insequens fratrem quoad usque Sbignei familiares sibi resistentes invenit ibidem & infra paucos dies castrum illud obtinens, & ultra progrediens ad Lungick subito properavit, ibique reparavit, & contra Mazoviam vetus Castellum, & recepto Hungarorum auxilio, transfretavit Wislam. Videns igitur Sbigneus se esse in periculo in desperationem deditus, & mediantibus Jaroslao Duce Rutenorum nec non Balidewino Craecoviensi Episcopo reconciliatus est fratri, promittens, & jurans se sibi nunquam fore contrarium, sed & Castrum Galli, quod contra eum construxerat, destructrum & sibi sic Boleslaus tanquam militi subito non ut Domino Sbigneo Mazoviam dereliquit. Reversis igitur Rutenorum exercitibus, ad propria, pacificatis fratribus, Boleslaus per Poloniam transiens queque disposuit utilia Patrie pro arbitrii voluntate. Rursus appropinquante hyemali tempore Pomeraniam invasurus exercitus congregavit Boleslaus, ut municiones Pomeranorum facilius posset capere paludibus congelatis. Tunc igitur Boleslaus Sbignei perfidiam est expertus, quoniam quecunque juraverat non servavit, nec Castrum Galli destruxit, nec quod fratri promisit data fide ministravit auxilium opportunitum. Nichilominus Boleslaus intrat Pomeraniam. Rebelles ferro perimit, nec non municiones & villas hinc inde destruxit atque ad Albam obsidem p[er]veniens civitatem, que quasi centrum illius terre medium reputatur, iterum castra ponit, instrumenta parat, quibus civitas majori periculo capiatur, & tamen ingenis atque armis sagaciter laboravit, quod paucis diebus evolutis cives urbem tradere coacti sunt, cullocavit ideo Boleslaus suos milites & castris inde motis ad maritima festinanter accessit. Cumque iterum ad Castrum Holberg & urbem gressus suos dirigeret, & Castrum idem mari proximum expugnare priusquam ad urbem descenderet, cogitaret, ecce cives illius loci obviantes sibi pronis cervicibus se subdentes, fidem & servicium promiserunt. Ipse quoque met Pomeranorum Dux adveniens inclinatus Boleslao se servicio & milicie ultroneum exhibebat. Quinque ideo hebdomadis expectando bellum Boleslaus equitavit per Pomeraniam eum suo exercitu, totumque pene illud Regnum sine prelio subjugavit. Demum Boleslaus perpendens quod frater suus in omnibus promissis & juramentis fieret fidefractor & semper Regis & Polonic Regni malum quereret, eum perpetuo exilio, expugnatis prius omnibus munitionibus, quas habuerat, relegavit, suorum procerum & nobilium consilio precurrente. Imo postea dierum processu, quidam nobilis duellum faciens cum Sbigneo, vicit eundem in Sandwel, cui Boleslaus pro triumphi titulo dedit oppidum Ponitus perpetuo possedium. Denique Boleslaus quieti non indulgens sed semper cogitans quomodo suum di-

latare posset Regnum & barbaricas sibi subjicere naciones, Prussiam cum potentia est ingressus, unde preda capta usque constrictis in vinculis & incendiis pluribus in partibus illis commissis bellum querens & non inveniens cum gaudio est reversus.

### *DE LOCA CIONE PRUTENORUM.*

Hec Prusie Regio sic antiquitus populis, sicut dicitur, est locata, tempore namque Caroli Magni Francorum Regis cum Saxonia rebellis sibi existeret, & plebs dure cervicis nollet super se jugum dominacionis sue, neque fidem suscipere Christianam, tunc populus iste dispersus de Saxonia Prussiam navibus transmeavit & a regione nomen accepit. Et quoniam terra Prusie paludibus est munita, faciliter subjugari non potuit, nec propter ferocitatem a paganis perfidia revocari, donec auxiliante Deo, Sancte Marie Ordo de Domini Teotonica obtineret incommoidis pluribus atque bellis illam patriam, que sicut per fratres illius ordinis est subdita temporaliter, ita eciā ad cognitionem virtutis fidei spiritualiter est reducta Sancti Adalberti meritis, qui primus fidem Catholicam Prutenicis predicens gentibus, ibidem Coronam martirii suscepit. Preterea quamvis Boleslaus sic, ut supra narratur, Ponieranorum presumpcionem aliqualiter refrenasset, nondum tamen voluerunt cessare, quin & iterum processissent, more solito, adversus Poloniam predam & dampna facturi, quibus per Poloniam hostiliter discurrentibus & nephanda queque patranticibus, ex eis nonnulli in majorem perversitatis nequiciam prorumpunt, Ecclesiam Sacro-Sanctam metropolitanam Gneznensem ferociter invadentes, quo tempore Archi-Episcopus Gneznensis Martinus, in ipsa Ecclesia confessionem faciens missam fuerat auditurus, sed occurrens quidam de ministris foris astantibus, armis Pomeranorum recognitis, ad Ecclesie januam properans, hostes clamavit adesse, tunc Presul cum Archi-Diacono & presentibus sacerdotibus tremefacti, quid facerent aut quo fugerent ignorabant. Tandem Archi-Diaconus ad hostem exiens, ad equos ire voluit sic posse evadere multum sperans, sed frustratus spe sua, Pomeranis illuc irruentibus, quem captum pagani putantes esse Archi-Episcopum vehementissime sunt gavisi, eumque positum in vehiculo, non ligant, non verberant, sed custodiunt reverenter. Interim autem Archi-Episcopus, senex homo, & grandevus Domino se commendans, confignans se crucis signaculo non dubitavit scandere sublime. Presbyter vero qui paratus erat ad missam legendam se reclinaverat retro Altare, & sic utriusque Presul & Sacerdos, manus infidelium evaserunt, nam paganos in Ecclesiam irrumpentes, divina sic exceccavit Majestas, quod nullus eorum scandentem consideravit Presulem, nec vidit retro Altare se Presbyterum abscondente, ablatis igitur per paganos reliquis Ecclesie & nonnullis rebus aliis, cum captivo Archi-Diacono abierunt. Sed Deus omnipotens sicut Presulem, Sacerdotem & Ecclesiam misericorditer liberavit, ita postea reliquias, totumque Sanctuarium quid abstulerant in violatum restituit, quicunque enim paganorum reliquias vel sacras res aut vasa sanctuarii abstulit, vel caducus morbus vel insanus terribilis agitavit, ut captivo Archi-Diacono postea sic cuncta reddere sunt coacti. Propter quod Diaconus sanus & incolmis de Pomerania reversus Poloniam omnia reportavit. Ex ea die Pomeranorum virtus incepit deficere, nec ausi fuerunt deinceps Poloniam introire. Sane Boleslaus non omisit, quin pocius ingressus sit Pomeraniā & quadam vice Castellum Carulcaw, magnis obsedit viribus & diversi generis machinis preparatis, armis tamdiu & instrumentis bellicis, oppidum impugnavit, donec sibi traditum fuit per eos, qui postea ad fidem sunt conversi, de quorum numero Dominus Castelli per Boleslaum de fonte Baptismatis est levatus. Audientes igitur hoc pagani, Dux eorum primus ..... se inclinaverat ad obedienciam Boleslai. Sed nec ipse fidem servavit, nec qui per Boleslaum de Baptismo fuit levatus. Nam idem partus multimodas tradiciones fecit, dignas sentencie Capitalis. De Pomerania quoque timens Boleslaus Patrie dispendium evenire, frequenter tenuit custodiam terre. Quo tempore contigit, Moravos venire ad Castrum Cosle Polonis nescientibus, illud capere cupientes. Tunc Boleslaus ad preliandum cum Moravis nonnullos misit milites, de quibus aliqui corruperunt in bello sociis eorum campum victorie obtinentibus pariter & Castellum, & sic in bello plures de Moravia sunt occisi. Interea sicut legitur in Cronica una Henricus Imperator Quartus, qui regnare incepit Anno Domini Millefimo Quadragesimo Quinto, potenter Ungariam est ingressus & quia inter Colomannum Hungaric Regem & Boleslaum Regem confederatio talis fuit, quod si Regnum alterius Imperator invaderet, alter interim Bohemiam pervaletaret. Sicque Boleslaus pactum commisso servans prelio Victor Bohemiam devastavit, tres Castellanatus & unum suburbium ignibus dissipando, quo sit absente - - - Castrum quoddam Gnewomir per traditionem dederunt Pomeranis: fuit enim

enim iste Gnewomir de Castello Carulcaw, quod Boleslaus prius expugnavit, ut prefertur, quem ipse met de sacro fonte levavit, hic perfidus & perjurus immenor beneficij sibi facti, male consulit tradi Castrum, menciens Boleslaum a Bohemicis gentibus superatum, qui non parcens laboribus hominum & equorum festinanter cum paucis venit, injuriam querens vindicare, & quia in principio reversionis de Bohemia nemo sibi restitut, antequam veniret Pomeraniam, equis & militibus aliqualiter recreatis procedere parat in Pomeraniam, & ad bellum cohortibus preparatis hostium terras ingressus, non predas sequitur, vel armata, sed Castrum Welen obsidens, parat machinas & diversi generis instrumenta. Sed & qui fuerunt in Castro ad resistendum se fortificarunt, qui tandem laboribus & vigiliis fatigati tradiderunt castrum inviti, quos omnes occiderunt Poloni, siveque per Boleslaum paulatim rebelles Pomerani huniabantur, & Boleslaus suis militibus & fidelibus Castrum munivit. Sequenti vero estate Pomerani ad invadendum Mazoviam congregati hostiliter intraverunt illam. Cumque rapta jam preda, captivisque conductis & factis incendiis se securos estimantes in quodam steterunt loco. Et ecce Comes nomine Magnus, qui tunc Mazoviam gubernabat, cum Masoviensibus quamvis paucis, respectu multitudinis pagorum cum eis fecit conflictum, ubi Deo auxiliante ad sexcentos numero pagani occisi sunt, preda nec non captivis excussis, & residui qui capti non fuerunt nec occisi, fuge se presidio dederunt. Hoc factum est tempore illo, quo Symon illius regionis presul velut Moyses orandi stabat pro filiis suis spiritualibus, qui per ejus oracionem sunt gloriosam contra paganos victoriam consecuti. Sequenti vero due mulieres legentes fraga quendam militem de Pomeranis relictum in campis ligatis retro manibus in prefenciam Comitis & pontificis adduxerunt captivum. Medio tempore Sbignei adhuc exulis milites per silvam discurrentes cum Bohemis, inferentesque dampna plurima exercendo simul a terrigenis sunt devicti. Preterea Castrum, Nakel nomine, paludibus firmum & opere, constitutum ubi confinit Polonia cum Pomerania, Boleslaus obsedit. Cumque opidum auxilio suorum Principum considerassent expectato se multitudini tante non possere resistere, certum terminum posuerunt, in quem si Dominorum suorum non consequerentur redemptionem & auxilium, se atque opidum Boleslau traducerent potestati. Congregatis interim Pomeranis, & auditis nunciis, qui per oppidanos missi fuerant, conjuracionem fecerunt, quod aut vellent pro patria simul mori, vel adipisci victoriam de Polonis, & divisis equis, ut cunctis audacia major esset per silvarum latibula gradientes in die Sancti Laurencii emiserunt de silvis, quibus viis a Polonis due acies ordinantur, in una erat met Boleslaus, in alia vero Scarbuzerus, qui locum invenit penetrandi hostes, quibus penetratis eti primum fortiter resisterent, tandem tamen fuge petunt presidium. De Christianorum agminibus ceciderunt pauci probi milites, sed de paganorum quadraginta milibus decem milia yix vadunt. Quis dubitat quin nec victoria facta fuit meritis Sancti Laurencii, cuius auxilio tanta multitudo hostium est prostrata. Cernentes igitur Oppidani se totam amississe spem salutis, se Boleslao cum opido tradiderunt, quo auditio de sex castellis aliis vicinis se ac munitiones suas similiter reddiderunt. Dum hec aguntur Henricus Imperator Quartus nondum Rome coronatus Boleslao mandavit, quatenus fratrem suum exulem nondum victum duello, ut predictitur, ad medietatem regni resumat, & nichilominus trecentas solvat sibi Marcas tributarias annuatim, cui Boleslaus respondit, se non posse neque velle cum sediciose homine dividere regnum, nec etiam ad indebitum astringi tributum. Quod audiens Imperator ad iracundiam provocatur, sed & magis eum Sbigneus concitat in furorem, promittens paucos esse Polonus, qui Cesaree resisterent voluntati. Insuper & Bohemi ad invasionem Polonie Cesarem animabant, afferentes se scire modos & viam quibus per silvas & nemora Polonia sit invadenda. Cesar itaque spem ponens in illis usque ad Bithum pervenit, & Castrum Bewthum aquarum circuitu cunmunitum cernens non faciliter expugnandi, indignacionis oculis Sbigneum respiciens Castrum voluit preterire, puto, quod non fuit Bewthum versus Cracoviam, sed prope Glogoviam majorem, sicut ex subscriptis patebit, & Glogavia, sicut credo, ex alia parte Odere usque Poloniam, tunc temporis fuit sita, ubi fuit antiquum Castrum & Ecclesia collegiata jam ibidec consistit in honorem Virginis Gloriose fabricata. Milites autem nonnulli cupientes militaribus actibus comprobari, & experiri audaciam Polonorum acceperunt ad Castrum, Castellani vero tantam multitudinem non verentes apertis portis & ensibus denudatis utiliter impetum hostium represserunt, quod Imperator considerans, vehementer admiratus est, sic homines inermes contra loricatos tam fortiter agere, nec sagittarum telatimere, probans in hoc Polonorum audaciam. Nec omnes suos qui acceperunt incolumes revocavit. Boleslaus autem ut predictitur Pomeranis in prelio superatis, audiens Poloniam Cesarem grandi exercitu in-

Henricus IV.  
Imperator Po-  
meriam inva-  
dit:

Glogoviam  
frustra Obsi-  
dione cingit:

troisse, cum quibus potuit post hoc bellum properanter venit, obstruere transitus atque vada fluminis Odere, premittens quosdam de suis militibus Glogoviam ad transitus hujusmodi observandos, qui & Cesari resisterent, donec ipsemet succurreret. Super ripam fluminis predicti stabat igitur Boleslaus non longe a Glogavia, inde mittens exploratores exercitus Cesarei rumoresque quos referrent expectans, interim eciam pro Pruthenicis & Pannonicis gentibus mittebat. Cumque Cesār sorsum & deorsum fluminis invenire vada tentaret, tandem vix Glogaviam ubi prius nunquam fuit transitus, vadum inveniens, nullo prohibente, nondum preparatis civibus neque his, qui fuerunt intus, aquarum flumina transvadavit die Sancti Bartholomei Apostoli Gloriosi, quo totus populus civitatis missam audivit, & Cesār sine quovis impedimento capiens predam pariter, circa oppidum tentoria sua fixit, quo Boleslao per nuncium, qui de loco recenter venerat, nunciato; Boleslaus non leporino sed Leonino, more solito, suos quos habuit territos animavit arboribus celsis obstruens ..... in quo stabat, donec multiplicaretur exercitus, qui nondum plene fuerat congregatus, presertim cum nuper venit de Pommerania, ut presertur, ubi nonnulli fatigati fuerunt prelio, alii vero graviter vulnerati, aliqui autem occisi, multis ad lares proprias jam reversis. Interim Cesār a Glogoviensibus obsides cum juramento receperat, sed hoc pacto juramenti firmato, quod si per spacium quinque dierum pacem vel pacacionem aliquomodo missa legacione ad suum Principem cives efficerent, redditā reponceōne de pace composita vel prohibita, nichilominus cives ipsi suos obsides libere rehaberent. Ob hoc enim Cesār obsides cum juramento proprio receperat, ut per eos civitatem non sine perjurio se obtinere putabat, sed ad hoc cives obsides posuerunt, ut loca civitatis venustate transumpta hiis treguis pendentibus communirent. Boleslaus vero auditā legacione de datis obsedibus sub pena capitis ominatus est civibus, si propter eos traderent civitatem, adjiciens, melius esse atque honestius pro patria cives & hostes interire, quam facto dedecore vitam deducere in honestam. Hac iussione Boleslai pensati cives, sicut Cesār juraverat, obsides restituendos requirunt, sed Cesār respondit, si munitionem dederitis obsides restituam, sin autem non, obsides & vos faciam jugulari, ad quod illi dixerunt: Poteris quidem in obsedibus notam perjurii homicidio perpetrato incurrire, sed quod desideras nullatenus obtinebis, quibus sic dictis, Imperator mandat capi arma, instrumenta fieri, dividi legiones, civitatem vallari, signiferos prefici, tubis canere, urbem quoque undique ferro, flamis & machinis impugnari. Cives vero se muniunt e conversō, nam per portas & turres serpunt, dividunt, instrumenta parant, & jacula, lapides & aquas super portas & turres comportant. Quod cernens Imperator & existimans pietate filiorum posse flecti parentes, de obsedibus meliores & signanter filium cuiusdam Comitis, qui tunc Castellaniam tenebat, fecit super machinam ligari. Sed Castellani atque cives filii non parcentes, hostes à civitate abscedere, lapidibus atque armis & jaculis fortissime cohercebant, propter quod utrinque clamor inagens attollitur & Theotonici fortiter impetunt civitatem. Sed Poloni se viriliter defendunt, undique moles lapidum emittunt, baliste crepant, jacula per aera volant, perforantur clypei, penetrantur lorice, galee grassantur, mortui corruunt, sedent, Theotonici cum lapidibus fundas rotabant, Poloni lapides molares jaciendo cum acutis sudibus & palis repugnabant. Theotonici cratis subiectis transibant, Poloni ignem coniburentem & aquam ferventem de fortalicio supercilio emittebant. Theotonici curribus arietes subducebant, Poloni rotas firmatas & acutas calybem desuper evolvebant. Theotonici erectis scalis superius scandere presumebant, Poloni cum uncis eos ferreis suspendebant. Interim vero Boleslaus quieti non indulxit, die, noctuque gentibus Cesari paravit insidias, & aliquid de exercitu detrahebat, & quainvis Cesār multis diebus insisteret tali pugne, non tamē aliud reportavit, nisi quod humanū sangvinem vidi effundi. Sepius viri nobiles sunt occisi, qui aromatibus conditi Moraviam aut Bohemiā aut Saxoniam portabantur. Consideransque itaque Imperator se nulla ratione posse flectere cives nec ditieū stando ibi proficere comitatu suorum consilio, demissa Glogavia, contra Wratislaviam movet castra, ubi vires Boleslai & ingenium ejus est expertus. Nam sequebatur Imperatoris exercitum Boleslaus & si quis de exercitu est egreditus, reditus subito sibi patebat, cum enim aliquando pro victualibus aliqui eorum procedebant, exercitus Boleslai se statim in medium opponebat, faciens predam de illis, qui suos venerant depredari, propter quod nemo exire presumebat Cesari exercitum nec ad colligendum pabulum, nec eciam ad purgandum ventrem ultra terminos pro custodia deputatos, timebatur namque Boleslaus ab omnibus, & in cuiuslibet memoria vertebatur: neque fuit frumentum vel silva ubi non suspicaretur existere: sed ibi latitat: per singulos clamabatur, de nocte cuncti milites Exercitus Cesari dormitabant in armis, exactas vigilias observau-

servantes, de die vero procedendo cum tanquam in eorum foret Provincia reputabant, clama-  
 mantes, presertim noctis tempore vigilate, cavete, custodite, ne incautos vos inveniat Bo-  
 leslaus. Plurimi eciam de hostibus commendabant Boleslaum, dicentes, nisi Deusejus  
 esset adjutor, nunquam de paganis tociens triumphasset, nobisque resisteret tam audacter,  
 sed fortassis Deus occulto judicio hoc ipsum agit, ut laus ejus, preter eos, qui multipliciter  
 commendant eum, eciam ad Cesarem transferatur & quia contra Boleslaum profecit mo-  
 dicum Imperator, quoniam moriebantur equi fatigati, laboribus & vigiliis cruciebantur  
 milites. Silve per quas erat transitus, fuerunt condensae, palmites tenues, muscae pungen-  
 tes, mordaces rustici & acuta sagacitate, se velle ire Cracoviam diffimulavit, a Boleslao que-  
 rens pacem, & non tantam nec tam superbe sicut prius petivit pecunie summam. Cui Bo-  
 leslaus respondit nullam penitus se velle dare pecuniam. Inquit enim malem pocius ad  
 tempus Regnum Polonie salva libertate perdere, quam semper illud cum infamia retinere.  
 His auditis Imperator Wratislaviense Castrum acudivit, nec ullam utilitatem consequeretur, de prælio pro-  
 nisi quod pro vivis, mortuos reperuit, & considerato quod diu stando in Polonia plus pe Hundsfel-  
 dampnum quam commodum consequeretur & dedecus quam honorem, se dispositus ad dam an. 1109.  
 regressum. In alia vero legitur Cronica, quod dum Henricus Imperator quartus eum Fama:  
 exercitu ingressus fuisset Hungariam & Bohemiam, que jam ad Imperium fuerant devolute  
 invadens Imperatorem redire compellit, unde Imperator ad iracundiam concitatus totum  
 robur suum contra Boleslaum collegit, & intrans Poloniā manu forti prelio Boleslaum  
 devicit in captivum, quem cum Cesar vellet abducere, dare Boleslaus pecunie multam  
 spondet & obtento solvendi termino, mittit pro adjutorio in omnes Getharum, Rutenorum & Ungarorum Provincias qui de nocte adducti curribus, & in medio Castrorum positi,  
 cum duce suo Imperatorem rapiunt, & in Colberg maritimum Castrum deducunt, ubi  
 a detento Imperatore per sex menses Boleslaus, extorquet pristinam libertatem. Insuper  
 Boleslaus suo primogenito filiam Imperatoris Christinam nomine ob perpetue amicicie  
 atque pacis robur obtinuit, ad terminos proprio eum conducens. Hec in alia Cronica.  
 Porro quidam Swatopluk Dux Moravie hereditarius existit prius, qui postea plenus ambi-  
 cione Borzywoy de Ducatu Bohemicū supplantavit, hic Swatopluk nobilis fuit genere ferox  
 naturali condicione milicia strenuus, sed ingenio multum versutus, hujus consilio Polo-  
 niā invasit Imperator, quam non semel sed sepius juraverat Boleslao fidem servare, pre-  
 sertim cum Boleslai auxilio Bohemiam fuit consécutus. Nonne Boleslaus prius pro eo,  
 una cum Colomanno Rege Hungarie Moraviam intrans redeunte Rege silvas Bohemicas  
 penetravit, nec inde rediit, nisi Bernowy Castrum Camenecz pro pactionibus sibi daret.  
 Insuper multos de Bohemia fugientes ad ipsam & Swatoplokh parvam terram, paucasque  
 divicias habebat, horum beneficiorum omnium & eciam Juramenti prestiti, pene imme-  
 mor Ducatum adeptus, nec fideni tenuit, sed prorsus que promisit omnia violavit, ideo  
 Deus omnipotens penam sibi condignam inflxit, nam inermis & securus mule insidens  
 suorum in medio a quodam vili venabulo perforatus occubuit, nec quisquam de suis in  
 ejus vindictam manus extendit. Sie Cesar rediens de Polonia sui auxiliatoris Imperato-  
 ris ductum pro gaudio, multorumque mortuorum cadavera reportavit. Post hunc autem  
 laborem quem successione Boleslaus sustinuit aliquantulum recreatur. Nichilominus  
 cogitat de Bohemis suam injuriam vindicare sed & Bornywoy supplantatum in statum suum  
 reducere. Unde opportuno tempore agens iter, in silvarum medio cum Bohemis con-  
 flictum habuit, & victoriā & ideo Bornywoy cum adhuc pars exercitus resideret in can-  
 pis, a Bohemis gentibus est resumptus, in quo Bornywoy grates retulit Boleslao qui sic  
 cum honore dupli de Bohemia est reversus. Nec statim post ejus redditum exercitum ad  
 domum redire permisit, quin pocius post porectis ceteris deliciis cum exercitu militum  
 electorum, iterum contra Pomeranorum dirigeret gressus suos, ubi cepit tam Castella, qui-  
 bus destructis funditus predam & captivos abduxit, postea reversus ad propria repausavit  
 aliqualiter, fortificans civitates & loca ubi fuerat prius Cesar, cumque reficiens civitatem  
 Glogoviensem, & muniens resideret ibidem, cum Bohemis milites Sbignei exierunt Po-  
 loniam depredare, qui eciam Boleslao ignorante vicinis populis congregatis protinus capti-  
 sunt, partim vero traditi sunt pene morti. Et licet superius dixerim supplantatum Borzy-  
 woy per Bohemos in Ducem esse suscepimus per auxilium Boleslai, verum tamen quia tunc  
 temporis Bohemica fides existens volubilis velut rota, quemadmodum eum expulerunt  
 traditorie, sic & enim iterum deceptum traditorie resumperunt. Nam post hoc breviter  
 honore earuit a fratre medio supplantatus & nichilominus ab Imperatore detentus, mino-  
 rem autem fratrem Boleslaus in Polonia retinebat, propter quem colecta multitudine po-  
 tenter per multa latibula non sine difficultate Bohemiam est reingressus, non statim predam

Bellum Bohemum  
mix intelli-  
sum:

faciens in occulto, sed vexillis erectis publice tubis canentibus atque timpanis, agminibus ordinatis paulatim transiens per campos Bohemie querens bellum & non inveniens incedebat. Interim Bohemi per turmas aliquociens apparebant, sed viso Polonorum exercitu recesserunt, & de Castellis nonnulli milites exeuntes contiguo irruentibus Polonis occasionem dederunt suburbia comburendi, frater vero Bornywoy minimus, quem predixi, Bolislao supplicat, terram non destrui, incendi, simplex puer putans se recuperare regnum bellicosis actibus sed verbis pocius traditorum. Cumque die quarto jam bellum expectans Boleslaus ulterius versus Pragam procederet, flumineque non magno, sed pertransiendo difficulti, propinquaret, ex alia parte fluminis exercitu congregato Bohemorum, dux ibi difficultati loci consilus & prohibiturus transitum expectabat. Quo viro Poloni quererent jam sursum jam deorsum opportunum pertransiendi locum per aquas & ex altera parte fluminis Bohemi stabant, e contra non audebant Poloni transire per fluvium, quia Bohemi, qui cum eis fuerunt nunciantes dixerunt: Est flumen paludosum & periculosum tante multitudini, perpendens igitur Boleslaus, quod sic agens tempus in vanum expenderet die jam ad noctis caliginem declinante, Bohemorum Duci dedit electionem, videlicet vel ut permitteret eum transire, vel ipse daret sibi ad eum transeundi libertatem asserens se non venisse Bohemiam occupandi gracia, sed more solito pro fugitivorum justicia defendenda, postulans nichilominus a Duce Bohemie quatenus fratrem suum ad Ducatus portionem suscepit. Sin autem velit secum bello campestri propter fratris sui claram justiciam experiri. Cui Dux Bohemorum hujusmodi responsum dedit: fratrem meum libens recipiam si tu tuum receperis, verum tamen secum hereditatem dividere paternam, non audeo sine consilio Cesaris & consensi. Quibus intelligens Boleslaus responsiones hujusmodi fore manes, castris suis motis de loco descendendo ad ripas fluminis Albee se posuit ubi primum flumen qui fluit in Albeam sine obstaculo potuit pertransire, & festinus pertransiendi locum ubi prius bellum expectaverat, requisivit, ad quem siquidem locum cum pervenisset cum suis, reperit Bohemos de suis stacionibus recessisse. Convocatis igitur suis senioribus misterium sui consilii habuit cum eisdem, an procedere debeat cum eisdem, an poeius retroire. Quamvis Seniores super hoc svaderent regressum, Boleslaus nichilominus cum juvenibus militibus decrevit procedere, nec tamen in hoc resedit finale Consilium eo quod pluribus diebus stetisset in territorio adversariorum neque bellum habere posset, satisque Boleslaus haberet de gloria si rediret, quia finaliter omnes peciere regressum, deliberatum est ultimo ab eisdem. Cumque redeundo transiret exercitus, Boleslaus suis dedit comburendi licenciam & predandi, & ordinatis cohortibus regulariter incedebat, & ipse met plerumque cum primis, plerumque cum ultimis omnem cautelam adhibens versabatur, dispositi per eum fuerunt & milites, qui combustoribus & predatoribus anteirent, & eos ab hostibus defensarent. Cumque sic prudenter reducendo exercitum feria sexta perveniens ad silvarum introitum, exercitus poneret stacionem mandavit accuraciis vigilare, quemlibet sicut ordinatus fuerat, permanere. Nocturno igitur tempore Boleslao insistente suis consuetis oracionibus, horror quidam contrivit universos, ut singuli facientes strepitum conclamarent & quilibet in suo paratus est ordine, prout sibi fuerat constitutum. Sic Boleslaus auditio clamore suorum, stipatis cohortibus ad locum eminentiorem, quo melius audiri ab omnibus potuit, mox ascendit, suos, ut non essent timidi sed strenui ad pugnandum multis verbis inductivis ad victorie gloriam, adhortabatur. Et auditis demum missarum solemniis, factis ad populum predicationibus, nec non pluribus Sacramento Venerabilis eucaristie procuratis, de stacionibus unanimiter processerunt. Cumque prevenissent ad densitatem silvarum, ut nec locorum haberent noticiam, neque viarum vestigia, quisquis ut non teneret ordinem sed dignaretur per devia, necesse habuit. Boleslaus vero retro latus dextrum tenebat, totumque suum exercitum velut pastor gregem precedere faciebat. Sed & comes Scarbunerus ad sinistrum latus tenuit in silva latitabat, ut si que forte forent insidie, scrutaretur. Gneznensium eciam acies cum quibusdam palatinis & aliis nobilibus in planicie sustinuerunt, expectantes suum Dominum. Hec quippe planicius silvas minores a majoribus dividebat, Bohemi autem putantes non munitos esse Polonus, eo quod simul per silvas non possent procedere ordinati, & ideo sperantes se habituros victoriani, non catervatim sed unus ante alium properavit ad bellum, simul itaque Poloni cum Bohemis acriter confligentes, tandem Bohemis fugiunt, quos cum Poloni fugam simulare putabant, propter quod Boleslaus fugientes prosequi suos milites prohibebat. Sed postea Poloni cernentes Bohemos veraciter fugere, suorum equorum laxant habenas & Bohemos impetuosis cursibus inseguuntur, potiti ergo Poloni victoria redeundi differunt iter & suos sauciatos qui secum fuerunt in prelio. Fuerat

rat enim ibi cum Bohemis Sbigneus, qui similiter fuge presidium suscepit gratum. Sieque Poloni procedentes, Poloniam cum gaudio sunt reversi. Postea Boleslaus non velut desidiosus jacuit in quiete, sed dum tempus hyemale adesset, fortissimis terra constricta frigoribus Prussiam intravit, & glaciebus in illis paludosis partibus, pro pontibus utebatur, cumque pertransitis paludibus ad terram habitabilem pervenisset, & quia ibidem non sunt comperta Castella seu Opida invadenda, sed exercitus Boleslai passim discurrens, cepit predam immensam, viros & mulieres, pueros & puellas captivas abduxit, nec non villarum edificia concremavit, remeans Poloniam sine bello hostibus circumquaque plurimum refrenatis. Tandem Boleslaus Ducem Bohemie perduxit ad hoc, quod minimum fratrem suum, de quo prius dictum, ad divisionem hereditatis paterne recipere oportebat, quibusdam sibi civitatibus datis. Quo facto Sbigneus missa legacione, particulam hereditatis paternae sibi dare per Boleslaum humiliter supplicavit, quemadmodum factum est cum fratre minore Ducus Bohemie, ut prefertur, exhibens se sibi velle in omnibus obedire. Jam enim nec per Cefarem, nec per Bohemos, neque per Pomeranos vincere se sperabat. Verba quidem humilitatis signum, sed occultum fuit odium quod gerebat in mente. Audita ergo fratris petitione humili Boleslaus ignoscendo tot perjuriis, totque injuriis sibi & Patrie per eum illatis, respondit, si verbis humilibus concordaret mens humilis: si non se Sbigneus in tumorem erigeret, si dominari non quereret, si caritatem veram & fidem in fine prospiceret, nonnulla sibi deputaret Castella, quem & si melius se haberet, plus eum quotidie promoveret. Si vero non foret, melius foret se habere manifestum hostem, quam qui semper novas sibi pararet insidias in occulto. Cumque sub hac forma sicut predictur Boleslaus ad fratrem ad patriam revocaret, Sbigneus stultorum consiliis acquiescens exhibite humilitatis inmemor arroganter ad patriam est reversus. Non enim velut exul de exilio rediens, non sicut doloribus & fatigiis marcescens, quin pocius sicut Dominus terre, ense prelato cum timpanis & musicis instrumentis ingreditur, pretendens signa potencie principalis, unde nonnulli de Consiliatoribus Boleslai malam facientes interpretationem, dixerunt: hic homo tantis attritus calamitatibus, tam longo exilio relegatus, si primo aditu tanto fastu superbie, de singulis adhuc incertus ingreditur, quid in futuro faciet, si sibi aliqua potestas in Polonia tribuatur, aliud criminosis adjungentes, quod jam Sbigneus quempiam haberet, qui captata opportunitate cultello aut alio ferreamento occideret Boleslaum: quem eciam Sbigneus, si evaderet mortis periculum, sicut de principibus pro remuneracione criminis exaltaret. Quorum consilio licet forsan non ex virtutis procedente radice, dictus Boleslaus interire fratrem permisit, ut supra dicitur per bellum. Pro quo postea penitenciam multam peregit. Nam sepe visus est Boleslaus in cilicio & cinere humo prosterni, lacrimosis suspiriis irrigatus, ab humano consorcio sequestrari, habereque proxima humum, pro mantello herbam, grossum panem pro delicis & aquam pro nectaris dulci haustu: preterea Pontifices, Abbates, Presbyteri, tam regulares, quam seculares, alie persone missis & jejunis satisfaciebant pro eo pro suis viribus veniam ei impetrantes. Insuper ipse met singulis diebus pro defunctis & peccatis celebrare fecit Psalteriumque cantari, pauperibus munera largitus est, peregrinaciones ad Sanctum Egidium & ad Sanctum Stephanum Regem Hungarie, paucis hoc scientibus, summa devocione iter suscepit, omnibus quippe diebus illius quadragesime, jejunavit in pane & aqua, nisi occasione laboris mutaretur sibi hoc ipsum auctoritate prelatorum in alia opera pietatis. Singulis quoque diebus ab hospicio tam diu nudis aliquando pedibus cum Episcopis & Capellaniis suis gressus suos peregit, donec horas Canonicas & de Beata Maria Virgine & septem Psalmos penitenciales, cum Litania devocius adimpleret. Et plerumque cursum Pfalterii post defunctorum vigilias adjungebat, in pedibus eciam pauperum ablwendis & elemosinas eis erogando ita studiosus & devotus in illa via peregrinationis extitit, quod nenio petens sive misericordie sine subsidio recedebat. Ad quemcunque locum insignem Episcopalem, Preposituram aut Abbatiam pervenit occurrebat ei Clerus cum reliquiis & processionibus, & ipse semper aliquid per Ecclesiis offerebat reliquias, in locis principalioribus aurum pro vasis sacrificii, nec non pallas. Ubique dum esset in Hungaria peregrinus minister Regis Colimanni sequebatur eum, servicium impensurus. Quoniam quicunque quocunque locorum eum suscipiebat honorabilius & venerabatur diligenter, hunc cum Rex perciperet amplius diligebat. De hac peregrinatione tandem rediens Boleslaus peregrinationis habitum non deposituit, & labore quoque Pasca celebraturus, ad sepulcrum Polonorum Patroni & Apostoli Sancti Adalberti Martyris perveniret, & quanto propinquior fieret in accessu, tanto devocius nudis pedibus cum lacrimis & oracionibus incedebat. Cumque pervenisset ad locum sepulti, multa distribuit in pauperes, ad Ecclesie Altaria multa ob-

tulit & largitus est pro reliquiis sancti Martyris feretrum preciosum de auro & gemmis magnificum. Pasca celebrans eum suis Episcopis & Principibus militibus & capellanis, de quibus maiores preciosis vestibus adornavit, honorans quemlibet de Canonicis, custodibus & ministris Ecclesie secundum sue qualitatem & exigenciam dignitatis. Preterea in Ecclesia Cracoviensi viginti Canonicales prebendas creavit & ut non deferam actus Boleslai, de quibus superius facta est narracio, nunc revertar ad eos. Nam Castrum Nakel, ubi factum est illud grande prelum supradictum, unde quoque Polonis plurima facta sunt damna, Boleslaus eidem Pomerano sui generis Swatoplok nomine commiserat, cum aliis Castellis vicinis quam pluribus, sub tali pacto, quod sibi deberet inde servire, semperque fortalicia hujusmodi deinceps esse aperta, sed Swatoplock pactum non tenuit, quin pocius sicut hostis frequenter se opposuit Boleslao, & suis, propter quod ad iracundiam provocatus exercitu congregato Castrum illud iterata vice potenter vallavit & ibidem a testo Sancti Michaelis usque ad Domini Nativitatem, obsidionem tenens nichil profecit, propter locum aquis circumquaque munitum & machinas & instrumenta non posset Castro applicare, fuit insuper viris, armis & vietualibus sic provisum, quod non fuit timor infra annum continuum expugnari posse. Et quia sagitta tactus fuit Boleslaus in Castrum accessu, eo majoris est ire stimulis agitatus, foreiorque faclus ad pugnam. Swantoplok autem pacem instanter cum nonnullis familiaribus Boleslai requirebat offerens magnam pecuniam cum obsidibus copiosis. Quo auditio Boleslaus tunc temporis obsidionem dimisit, volens expectare tempus magis idoneum, quo possit proficere, ducensque secum partem pecunie, sed & filium Swantoplok primogenitum obsidem recipiens ad Patriam remeavit. Anno vero sequenti Swantoplok cum nec servaret conditum, nec de filii periculo cogitaret, neque convenire curaret cum Boleslao ad terminum colloquii supradictum, nec eciam excusacionem mitteret congruentem, Boleslaus multitudine congregata suorum Pomeraniam ingressus est denuo, Castellumque Wischegorad capere cogitavit. Cum deventum est ad fluvium quendam, qui conjunctus est Wisle, Castrum illud situm in angulo, armis cinctum, alii enim natabant per eundem fluvium, alii vero per Wislam navigio transiebant. Contigit igitur fieri bellum civile plus quam octo diebus, atque damnum committi ex hostium insultu, tandem tamen toto circa Castrum Boleslai exercitu collecto, & instrumentis ad pugnam aptatis, Oppidani parvi pendentes constanciam Boleslai timore concussi dextras petebant, facientes dedicacionem, sic quod mortis periculum evaserunt, quo castro habitio, Boleslaus munivit & relictis in presidiis, procedens ulterius, & aliud Castrum obsidens, cum majoribus illud laboribus acquisivit, quod plures ibi forcioresque pariter & fortitudine locum plus munitum invenit. Nam machinis & instrumentis paratis expugnare disponunt illud. Pomerani vero repugnando fecerunt similiter instrumenta. Poloni terra, lignisque replent fossata, quo facilius cum ligneis turribus valeant propinquare. Pomerani ex adverso, lardum, lignaque picea, quibus illa comburatur congeries, diligenter comportant, que quippe congeries tribus vicibus est combusta, per Pomeranos, & per Polonos e contra tocens restaurata. Et demum stabant turres ligneae tam prope Castellum, quod per Castellanos de pugnaeulis fieri poterat impugnacio, fiebantque hinc inde homicidia, lapidibus armis pariter & sagittis. Interdum tamen illi cum Boleslao de Castro pacem facere, Castrumque tradere cogitabant, sed potenter traditionem Castrum differunt, & interim Poloni eos fortiter impugnant, quod videntes Pomerani, atque cognoscentes mentem Boleslai, a suo proposito, esse inflexibilem, nec se posse mortem evadere nisi tradant Castrum, presertim eum a suo Domino Swatoplockone auxiliu fieri non sperabant, premissis tractibus multis, & inter se consiliis mutuo habitis, tandem Castellum fide recepta, ne occiderentur, nec afferantur eis res cum omnibus suis incolumes, quo volebant ire libere sunt dimissi. Et quemadmodum ajunt Cronice Imperator Henricus, antequam venisset Glogoviam, sicut superius designatur, a Cracovitis injurie perpesse non immemor primo Bewthum & postea Glogaviam occupat, deinde in campum Wratislavensem veniens Boleslaum captivat, & propter inducias dande pecunie in loco qui dicitur Pfypuole, id est, campus canum, teutonice Hundsfeld, tentoria figit Castrorum, ubi dum Boleslaus per deceptionem captus fuisse, & plurimi suorum dum corruissent, Poloni ob odium occisorum & castrorum ibi loco hujusmodi hoc nomine Campum Canum imponunt canes Thewtonicos appellantes. Iste Boleslaus cum omnibus in exercitu constitutis firmatus ultra omnes predecessores suos inexplicabilia bella gesit, nec omnibus diebus suis aliqui quesivit modum sicut ex superioribus patuit, nisi bella. Hie habuit eciam quinque filios: *Wladislauum* quem generat ex quadam Rutena nobili, qua mortua, ex theutonica quam BOLEZLAI: duxerat, genuit Boleslaum quartum & Messikonem tertium, Henricum primum & Cazimi-

*rum secundum*, nec non *Juttam* traditam Regi Hungarie in uxorem & sicut predictitur, qui obiit ab. Wladislao primogenito Christina filia Imperatoris traditur in uxorem, & quae tres filios generavit *Boleslaum Altum, Messikonem & Conradum loripedem*. Huic etiam Bolislao <sup>1139.</sup> *divisa inter filios Poloniae*: riu, cum in regem coronari deberet, auream coronam de capite rapuit & imposuit Regi Hungarie Michaeli. Cumque Boleslaus ante mortem suam filiis possessionem divideret, *primogenito Wladislao Sleziam & ut alis preefset Monarcham constituit*, & Henrico Sandomiriam, Messikoni Gneznam, & Pomeraniam, Boleslao Coyaviam & Mazoviam, juniori autem Cazimiro nichil legavit, quasi Prophetica voce diceret, deberi sibi majora. De hoc etiam Principe scriptum vidi, quod cum Principibus & Regibus ceteris Christianis nonnullis Mare transfretavit, ubi nonnullis castris expugnatis revertitur per Hungariam preliando & tandem filiam suam Juttam Regis Hungarie filio tradidit in uxorem. Et Anno Domini Millesimo Centesimo Trecesimo nono defunctus est. Hic Boleslaus vocatus curvus, si hic Boleslaus sic fuit strenuus ut prefertur, non est mirum. Nam meritis Sancti Egidii postulatus a Deo, propter nonnullas virtutes & devocationem in clerum, quam habuit, placuit summo Deo, ut prosperaretur in honoribus temporalibus, qui propter virtutum exercicia, ne dum in temporalibus, sed gratiam glorieque coronam acquisivit. Ideo quilibet Princeps debet Deum timere, proximum diligere, nec non humilitatis ac aliis virtuosis actibus, principaliter Deo, cunctisque ceteris, quantum posset, se amabilem exhibere. Et quis est hic, & laudabimus eum & dignis honoribus quantum possumus, proferemus.

### DE WLADISLAO SECUNDO PRINCIPE POLONORUM.

Huic successit in Regno Wladislaus primogenitus tenens super omnes provincias <sup>LAUS II.</sup> Monarchiam Polonie. Qui dum quodam tempore hiemali, venacionem ferarum intendens, solus in silvis esset, ceteris, quo casu nescitur, ab eo dilapsis, cum Petro Wlascides <sup>DUX POLO-</sup> <sup>NIAE ET ST-</sup> dicto, qui major natu, Principique proximior tunc secum prorex erat, qui etiam Petrus <sup>LESIAE:</sup> pridem tempore Boleslai curvi predicti, Regem accedens Russie in dolo cum eo conve- scens captivaverat, ad Boleslaum vincitum adduxerat, se postea liberantem de vinculis simili quoque dolo per quendam Pannionorum Kelziam urbem delevit non sine magna Polonorum strage, nec non captivitate multorum, propter quod injuncta sibi penitentia fuit, ut septem fundaret cenobia, que non contentus in septuaginta septem construxit ecclesias. Hic Petrus existens solus cum Wladislao, ut premititur in venatu, posuit assūtū ad ignem, & sic residens solus cum Principe manducavit, & ambobus nivem pro vino conge- stam in glebam sugentibus, ait princeps jocando ad Petrum: Ecce quale Principis convi- vium, fortassis uxor tua cum Abbatē melius dominatur. Petrus autem hoc jocose totali- ter non recipiens, se solum sciens esse cum Principe respondit: Uxor mea cum Abbatē modo agat quicquid voluerit, sicut tua cum milite Teutonico amasio suo, te absente. Que verba licet graviter Princeps aliquantulum reciperet, tamen ea sub joci simulacione me- morie commendans ad domum rediit. Cum perturbati animi causam conjunx, ut earum <sup>Petri Comitis</sup> moris est, blandiciis extorsisset a viro, Petro igitur parans infidias exoculare fecit eundem. Quod ne dum in sui propriam, sed ut in mariti exterminium redundavit. Nam tota Polonia propter hanc causam contra Wladislaum & cum fratribus armatur, quos prelio trino fugavit, ita etiam ut nichil preter solam Poznaniam tunc haberent, quod cum vallassent & infidias modo precaveret, hostes infra prandium irruentes occiderunt multos, sed ex resi- duis sunt plurimi submersi. Wladislao ad Imperatorem Henricum quintum, fratrem uxoris sue, fuge presidium capiente petens, & obtinens adjutorium ab eodem, propter quod postea cum multo Poloniam reversus, Castrum Gradis & Nemische construxit. Sed Poloni posuerunt Boleslaum fratrem suum Principem loco sui. Factis namque bellis plurimis inter eos, Wladislao tandem diem suum clausit extremum, de exoculacione vero Petri fertur sic contigisse. Cum enim Uxor Wladislai Petro pararet infidias, ut superius est expressum. Ipsa tanquam anguis perfida, & quemadmodum ille serpens callidus pri- mis parentibus paravit infidias dampnacionis fraudulenter ad destructionem Regni, perdi- cionem Castrorum & honoris Ducalis dedecus, sic confecit hoc malum, ad maritum refe- rens, videlicet: tu deberes dominus esse fratrum tuorum & totum regni dominium, nunc autem venaris in silvis: Pater tuus dum adhuc ageret in humanis dispositus, quod tu tan- quam senior in alios deberes habere potestatem & esse eorum Princeps, nunc autem illi tibi singulis in honoribus inter homines preferuntur: Ego quippe propter te vilis facta sum cuius indigne sum uxor tanquam de Imperiali genere procreata: utinam mortua fuisssem,

priusque te meum cognovissem maritum & nisi meam perfeceris voluntatem, me tuam uxorem amplius non habebis. Maritus itaque uxoris pessimis instigatus s̄vationibus, fratribus movet lites, eos expugnat, exilio quoque damnat. Cumque hoc Petrus corriperet & s̄vaderet fratres non persequi sed pocius eos fraterna colere caritate. Illa ex adverso marito s̄vasit contrarium. Et ne Petrum sic se habeat arguentem suggessit tanquam hostem capi debere, pariter & occidi, spondens hereditates & divicias, euidam dicto Dobesch suo Amasio, si Petrum positum insidiis captivaret & ad consensum mali hujusmodi maritum tandem induxit, quamvis invitum. Unde Dobesch cum suis complicibus, paratis insidiis Petrum nocturno tempore fraudulenter accedens, cum suo Capitaneo & filio suo Egidio cepit eundem. Cumque Petrum Princeps sciens immunem vellet eum a vinculis liberare. Uxor querula expresse dicens: si hoc faceret, recedere velit a marito, quod audiens Wladislaus, ne offenderet maledictam, Petrum exoculare permisit per Dobesch amarium pravissime mulieris. Petrus autem post hoc vixit quinque annis, totum suum patrimonium piis locis distribuit, & deinde moriens, apud sanctum Vicencium prope Wratislaviam in Monasterio Ordinis Premonstratensis, quod ipse prius fundaverat & large dotaverat cum uxore sua sepultus est, & corporaliter requiescit ibidem. Wladislaum vero in Pegavia quidam, sed alii in Ploqk referunt esse sepultum. Nec hoc silendum, quod quidam postea Cronicam eorum corrupentes conjugem Wladislai que Castrum tunc temporis tenebat ibidem cum tribus filiis videlicet Boleslao Alto, Messikone & Conrado Loripede propulerunt de Regno, pro quibusdam Imperator non instat bellorum comminationibus sed precibus, ut si Monarchiam Polonie habere non valeant, saltem aliqua terre porcio gratuita donetur eisdem. Horum Mater defuncta est, & in Portenensi Monasterio sepulta.

### *DE FILIIS BOLESLAI POST PATRIS MORTEM PROPULSIS.*

Post mortem vero Boleslai, propulsis uxore nec non pueris, ut prefertur, Boleslaus frater ejus tenens Monarchiam Polonie, ad instanciam Imperatoris predicti, collegit Orphanos ejusdem fratr̄is filios, donans Boleslao Alto Wratislaviam, Legniz & Oppel, Messikoni Rattibor, Conrado autem Loripedi Glogoviam cum suis districtibus & Ducatibus.

qua ratione in- De Messikone predicto Kazimirus, & de Kazimiro Messiko Crassus & Wladislaus Dux ter eos Provin- Rattiborienses, successivis temporibus processerunt. Decedente siquidem Conrado Lo- cia fuerit di- ripede Glogovia, quam idem Conradus ex donatione Boleslai obtinuerat, ut prefertur, vis: cum defunctus nullum reliquisset heredem ad Boleslai Altū Dominium est devoluta. Pre-

terea processu temporis contigit, quod predicti duo fratres Boleslaus Altus pariter & Messiko, non obstante, quod Boleslaus eorum patruus tunc obtinens Monarchiam, pretendens eam ad se jure pertinere paterno, Boleslaus eis respondit, ad eos nullatenus perti-

BOLEZLAUS: nere, ob hoc, quia juri primogeniture eos abrenunciasse afferunt. Propter quod ipsi fratres Boleslaus & Messiko ad pugnandum cum patruo suo mancipia preparant & quum ar-

DUX POLO- matorum theutonicorum fulciti fuerunt auxilio dictus Boleslaus eorum patruus minus valuit contra eos. Nichilominus tandem contra Gethas procedens multis suorum perditis NIAE: filio suo juniori Lestikoni Mazoviam nec non Olao primogenito suo iam mortuo, & post Lesticonem fratri suo Kasimiro Wladislao filio suo juniori de quo supra dictum & pro quo pater nichil disposuerat, si Lestiko sine herede decederet, assignavit. Hic siquidem Kazimirus in Ducatu Sandomirie fratri suo Henrico prius defuncto iam successerat simili Testamento. Quibus actis Boleslaus defunctus est.

### *MESSIKO QUARTUS.*

Huic Boleslao in Monarchia Polonie successit frater ejus Messiko, qui sicut fratri decedenti natu fuit proximus, ita & in Regno successor vicinus. Hic tam felix fuit, ut de semine suo procederet Principum multitudo. Nam generavit hos filios videlicet: Ottoneni, Stephanum, Boleslaum, Messikonem & Wladislaum, quorum duos ex filia Regis Russie suscepit, multas etiam filias habuit, cum quibus multorum Principum affinitatem contraxit, hii enim sunt generi sui: Boleslaus Dux Bohemie gener suus: Fridericus nepos Dux Saxonie gener suus: Dux Lotharinge gener suus: Dux Maritime Boguslaus gener suus: Cujusdam Ducis filius gener suus: Dux Galacie sacer ejus, Dux Pomeranie fuit sacer alterius filii ejus: Dux Rugie sacer tertii filii ejus, ceteri vero filii carentes conjugibus decesserunt. Hic omnem suam gloriam & honorem cujusdam magne confusio- nis obtexit macula, eo quod sub ejus regimine calunniae pauperuni, & iniqua judicia sunt subor-

MIECSLAUS  
IV. DUX PO-  
LONIAE:

qui numero-  
sam Prolem  
habuit:

suborta, per quendam de Ketheliz, cuius premium adhuc est prope Budesyn. Hic cum suo Duce Messikone velut canes venaticos, ministeriales videlicet, qui cognominantur Sluzebnice Polonie instituit, ad calumpnias imponendas, quorum morsibus multum terra distracta est. Cumque pius Presul Gedion, Episcopus Cracoviensis timore Dei ductus hanc impietatem reprehenderet, dictus preses de Kethelicz, conscente suo Principe presuli parat infidias, ceteris dolentibus, qui tandem in odium Messikonis, consugentes ad fratrem suum Cazimirum, eum in Cracovienfe Presidium introducunt, constituentes ipsum Principem Monarchie. Quod & cernens Otto filius Messikonis una cum aliis patrem ex causa premissa persegitur & prefugat de Regno. Ecce quomodo presagium adimpletur Boleslai terci, qui disponens pro filiis aliis, pro Cazimiro hoc nichil disposuit, designando sibi majora debere. Qui sic suscepitus in Cracoviam, Polonie tandem tenuit Monarchiam. Premissis hiis ad actus Boleslai Altii nec non Messikonis Rattiboriensis Ducis fratrini sui Cronica se divertit. Boleslaus siquidem Altus dum adhuc viveret suus patruus Boleslaus qui tenuit, sicut predicitur, Monarchiam, sicut dicit quedam Cronica, ex ducta quadam Ruthena nomine Wanczawa in uxorem genuit duos filios Jaroslaum & Boleslaum. Dicta vero Wanczawa successu temporis mortua, aliam superduxit, videlicet Dominam Adelheidam sororem Imperatoris conjugis videlicet Conradi secundi Imperatoris, ex qua genuit Henricum dictum cum barba & Conradum & filiam Adelheidam, quam marcho Moravie Dypoldus duxit uxorem. Verum quia idem Boleslaus Altus, sicut narratur superius a Boleslao patruo suo tunc Monarcha, repetit Monarchiam, quamvis prius Messiko frater suus Ratiboriensis in repetendo consors sibi fuit; tamen postea in odium Adelheide noverce Domini sui Jaroslai, una cum eodem filio suo Jaroslao & Episcopo Wratislavensi, cui pater jam Ducatum Oppoliensem & Nissensem terram assigauerat, pariter cum Boleslao Monarcha predicto insurgentes in eum, cum uxore simul & pueris eum expulerunt de terra. Qui ad Imperatorem configiens auxilium postulavit ab eo, verum quia Imperator exercitu congregato tunc necesse habuit contra Lombardos ire, sic non potuit auxilium ministrare. Propter quod & Boleslaus filiis & uxore relictis in Erfordia cum Imperatore ad partes alias processit. Cumque Imperator ante Mediolanum fixis tentoriis obsidionem tenet, armatus quidam vir gigantis eques de civitate singulis diebus egressus singulare certamen quesivit, Imperialibus castris exprobrans, quem cum nemo auderet invadere, tandem Boleslaus memor proprii, filiorum pariter & uxoris exilii, pocius eligens mori quam cum suis diuiciis exilii miseriari sustinere, hora egressionis illius secundum consuetudinem signanter captata paratus in prelium clam solus cum solo congrereditur & favente Deo hostem prosternit in humum, tanquam alterque David Goliath superans, illum amputato ejus capite victor rediit ad Castra. Cunctis igitur de exercitu exultantibus triumphi fama pervenit ad Cesarem, qui accersitum sic alloquitur Boleslaum: Quanquam de tua victoria merito nobis sit gaudium, tamen miramur cur nobis inconsultis tanto discrimini te contulisti, unde nobis omnibus potuit excidium suboriri, presertim cum nobis sis vicinior prosapie nobilis dignitate. Considerans igitur Imperator propter exilium uxoris & puerorum ejus fore animum perturbatum, cum magna exercitus atque rerum opulencia Boleslaum remisit ad patriam. Qui reversus successu prospero Löben & Ligniz tunc construxit. Quo comperto ejus adversarii metuentes sibi, tregas pacis secum constituunt & post obitum patrui Boleslai Polonie Monarchiam sibi promittunt. Sunt & contenti Messiko frater ejus in Ducatu Ratiboriensi ut & dominus filius ejus, Dominus Jaroslaus Episcopus Wratislavensis in Ducatu Opolensi ad tempora vite sue, nec non in terra Nissenae Patrimonio sancti Johannis. Recuperavit ideo Boleslaus Wratislavensem & Legnicensem, Glogoviensem Ducatus, & eos in omni pace possedit & tunc idem Boleslaus Altus Zelo devocationis accensus in situ Castri Lubensis ubi sicut dicitur antiquitus tempore Julii Cesaris qui hoc ipsum construxisse narratur, fuit Phanum Ydolorum, fundat Cenobium Cisterciensis Ordinis, in quo prius Cazimirus monachos Ordinis Sancti Benedicti collocaverat, vocans fratres de portensi Monasterio super Salam, propter dilectionem matris Domine Christine filie Imperatoris, ut predicitur, que ibidem quiescit & quemadmodum constat ex Epitaphiis Principum Polonorum, nec non Cronicis. Hic Boleslaus Altus dictos habuit hos filios Jaroslaum Wratislavensem Episcopum, Henricum cum barba, Boleslaum, Conradum, Johannem infantem in porta sepultum, nec non Alggm & Adelheidam Marchionissam, supradictas filias & tandem decedens Anno Domini M.CC. primo & in Leubes similiter est sepultus.

CASIMIRUS:  
DUX POLO-  
NIAE:

BOLEZLAUS  
ALTUS:  
DUX SILE-  
SIAE:

Ejus Fata:  
Conjunx & Li-  
beri:

JAROSLAUS:  
DUX OPOLI-  
ENSIS:

EPISC.WRA-  
TISLAVIEN-  
SIS:  
De Cenobio  
Leubusino:

BOLEZLAUS  
Altus obiit  
an. 1101.

## DE DUCE HENRICO CUM BARBA.

**HENRICUS I.** Huic successit filius ejus junior *Henricus cum barba*, quia, sicut puto, alii ejus filii sine heredibus decesserunt. Hic *Henricus barbatus* pius homo duxit in uxorem *Sanctam Hedwigim* filiam Bertholdi Ducis Moravie, sororem videlicet Domine Agnes Regine Hungarie, nec non Domine Gertrudi Regine Francie, de qua suscepit tres filios & tres filias, videlicet *Boleslum*, *Agnetem* & *Sophiam* sepultos in Leubus, *Henricum*, *Conradum* & *Gertrudim* *Abbatissam Trebnensem*, que cum despontata fuisse Palatino Rheni, qui Regem Almanie Philippum occidit, posteaque propter hoc ipsum occisus est, deinceps alteri nubere recusavit. Hiis sic stantibus necesse habemus ut juxta assignacionem Cronice ad historiam Kazimiri de quo superius fit mencio, & successive de aliis Polonie Principibus, quantum liquere poterit ex Cronicis consequamur.

DE KAZIMIRO PREDICTO ET FRATRE  
EJUS MESSICKO.

**KAZIMIRUS** itaque tenens Polonie Monarchiam motus misericordia super fratre suo **Messikone** qui sicut supra dicitur prius post obitum Boleslai tenuerat Monarchiam & de-  
**CASIMIRUS** pulsus fuerat quasi sancti ignarus *Gneznam Metropolim* tocius Polonie, quam idem Messicko sibi per tradicionem vendicaret, dissimulando, possidere permisit eundem & in Prussiam prolectus pro restituzione fororis sue primogenite Romani nomine patris Danielis, quem fratres de Prussia prideni propulerant ibidem diutinam moram traxit longo motu bellorum, unde in ejus absencia nobiles Cracovie LXX. sub tradicionis versucia Messikonen & Ottinem ejus filium adducentes Cracoviam sibi Castri fortalicium presentarunt. **DUX POLO-** Quo cognito Kazimirus reversus invasit Cracoviam & per incendium ignis eam consumpsit captis hostibus, quos tamen partus solenne convivium celebratum liberos iterum fratris zelo remisit. Temporibus igitur Kazimiri inter ipsos mutuo amicicia stabilita, calumniatorem illum de Kethelicz tocius mali patratorem in Ecclesia deprehensum, ad quam **NIAE:** fugerat, perpetuo exilio in Hungariam propulsavit & tandem idem Kazimirus postquam **Cracoviam o-** Obiit an. 1194. a strage Getharum cum triumpho reverteretur Cracoviam in die Sancti Floriani, cum in medio pontificum post prandium resideret, hausto poculo, cecidit in terram & nescitur an **cupat:** morbo vel veneno expiravit protinus. De hoc Kazimiro tot & tante recitantur virtutes eciam naturales, quod si literatus fuisse, phanus merito crederetur.

## DE LESTICKONE QUARTO.

**LESKO IV.** Quo defuncto mox Sulcko Episcopus Cracoviensis principem pronunciat Lestickonem, dicti Kazimiri primogenitum, aliis propter juventutem reclamantibus, sed Episcopi pars prevaluit, affuit autem alter filius Kazimiri *Conradus* nomine cui cesserat Coyavia pariter & Mazovia in hereditatem sibi. Hoc audito, antiquus ille Messicko consternatus animo & quasi prolapsus in terram plurimum indignabatur, inquiens non se dolere de promotione pueri propter proprium commodum vel suorum, sed indignum prorsus existere, infantulo regimen tante committere dignitatis, mandat igitur Cracoviensibus quatenus abjecto Lestickone, se primogeniture seniorem Regni Principem recognoscant & comminatur eis nichilominus si hoc non fecerint gladii ulcionem. Verum quia per hoc se nichil vident proficere ad alia se decepcionis argumenta convertit, apud matrem enim puerorum callidis instat persuationibus & dolosis & tandem obtinet ut sibi saltem tanquam puerorum tutori Monarchie gubernacio committatur. Cui persuasioni melior femineo more subito acquiescens ejus consilio decipitur, quoniam promissum per Messickonem factum in nullo servatur, quin pocius eciam contra iusjurandum veniens prevaricetur omnia. Et quociens sublimatur in principem tociens propter nimios avaricie impetus sursum dejicitur collisione bellorum. Quorum primum fuit in Moseena prope claustrum Andreow in quo Messicko filium proprium occisum cuspidi ipse met vulnératus ad domum fugiens asportavit. De parte Cracoviensi infinitis prostratis, Romanus eciam Ruthenorum Dux inestinum: post stragem suorum in manu vulneratus graviter, fuge quesivit presidium, Messickone Rabboriensis nec non Jaroslao filio Boleslai Altij Episcopo Wratislaviensi victorie campum tenentibus & quendam Gonoricum belli principem Sendomirie palatinum secum adductibus captivatum. Suleo autem Episcopus Cracoviensis audiens easum hujusmodi Cracoviam occupat & revocat Lestickonem, sed postmodum expeditione facta per Lestickonem in Russiam & Gillaciam commissaque cede procerum Russie multipharia Lesticko cum Duce Ottone Gnezenis cuius tunc agebatur causa nec non Duce Henrico Barbato,

Barbato, proprioque quoque fratre Conrado Duce Coyavie & Mazovie prospere rediens, contra Nackel direxit in Pomeraniam gressus suos, sed proch dolor, in balneo Lestico tunc per fraudem Ottonis ibidem occiditur. Et *Heinricus barbatus* in lecto quiescens graviter vulneratur, qui similiter occisus fuisset, si peregrinus de Wesinberg, qui tunc affuit, seipsum pro suo principe non tradidisset in mortem. Nam idem peregrinus se ponens obicem & cadens super principem occiditur & Heinricus Dux suorum fidelium auxilio quamvis vulneratus graviter evictus ad propria liberatur. Sic igitur tantorum principum solemnis expeditio prodicione Ottonis confunditur, qui hoc malum fraudulenter fieri procuravit. Nam idem Otto Gnesnensis tunc Dux ad Polonie Monarchiam aspirans & in omnium Principum Polonie necem & extincionem dolos excogitans. Contra Pomeranos ad expeditiōē dictos principes ut premititur, convocaret in obsidionem Nackel Castrum predicti. Cumque sub dolo predictum Ottonem inter Polonos & Pomeranos de concordia tractaretur, metipse proditorie procuravit Pomeranos super Polonos repente irruere & incertos alias occidere, alias quoque vero usque ad mortis periculum vulnerare. Lestickone igitur sic perempto frater ejus Conradus Dux Coyavie & Mazovie qui evaserat, occupare nititur Monarchiam. Sed relicta Lestickonis advertens ejus tyrannidem procerum suorum consilio pium principem *Heinricum cum barba* factum jam fanum protinus advocavit se suosque parvulos illius tutelle committens & resignans, sed Cracovie Monarchiam quam duobus preliis cum dicto Conrado coniussis evicit, quorum unum factum est in scala ante Castrum quod Dux Heinricus ipse construxerat, ubi eciam Primiszel ipsius Conradi primogenitus est occisus, aliud vero in Meske ubi Conradus ad silvas & colles recursum habens ibi se comisit conservacionis presidio atque suos. Verum cum singulare presumptorum sit raro a suo pernicie proposito resiliare cum tunc eciam princeps Heinricus velut adversario devicto securior in locis sicut sed videbatur tutus consisteret, alienigenarum exercitu cum filio ad propria tunc dimisso & ultro Cracoviam in seccerioribus locis staret cum Baronibus Cracovie tractaturus de statu regni, videlicet in Oppetewiz alias Spin-cowicz fraus & dolus Cracoviensium non quiescens iterum in lucem prodiit cum eorum procuracionibus intra missarum sollempnia improvise hostes in Heinricum Ducem irruunt & in Ploczk Castrum Mazovie vinculatum deducunt. Quo cognito Heinricus filius ejus exercitibus congregatis cogitavit liberare patrem & in paterne prodicionis procedere ultionem. Sed mater *Beatissima Hedwigis* pauperum lesioni compaciens & ne sangvis utробique funderetur innoxius, tantum malum prudenti consilio studuit prevenire. Nam in propria persona tyrrannum adiit & duas neptes filii sui natas ob perpetue pacis observanciam Conradi filiis, videlicet Boleslao & Kaziimiro, conjugio copulavit. Quorum prior Precibus S. cum conjugi sine prole decepsit, alter vero ex sua conjugi Lestickonem & Symonislaum HEDWIGIS  
é Vinculis li,  
beratur : duos filios generavit, sive pius *Dux Heinrichs* liberatus a vinculis pacifice Polonie tenuit Bellum Silesia  
intestinum in-  
ter fratres Hen-  
ricum & Con-  
radum, HENRICI  
BARBATTI  
filiis : Monarchiam, quam post obitum suum Heinrico filio suo cum tota terra Lubucensi totaque Polonia usque fluvium Wartham & Castrum, Gschk nomine, prope Gneznam, prout inferius describetur, cum tota Slezia possidenda reliquit. Porro piis *Heinrico cum barba* & conjugi sua *santæ Hedwigi* adhuc agentibus in humanis, hostis humani generis antiquum inter fratres Heinricum & Conradum eorum filios schisma grande seminavit, litis odium suscitavit, cui causa fuit hec potissima, quod pater Conrado filio juniori procatus filiam Ducis Saxonie, nuptuque traditam, pro certa porcione sed terram Lubucensem pariterque & Lusatiae designaverat, disponens Heinricum seniorem filium in Polonia generaliter regnaturum, quo comperto Conradus qui plurimum exercebat Theotonicos ex diversis partibus Polonie exercitu congregato, fratrem qui cum paucis Theotonicis fuit in Slezia de terra propellere conabatur. Parentes vero interfilos sedare malum hujusmodi non valentes, pater Glogoviam, & mater in Nimpesch secedentes filios congredi permisérunt. Quibus inter Legniz & aureum montem in loco qui dicitur Studenize seu ruffa ecclesia confluentibus Heinricus cum Theotonicis, tam advenis quam eciam Polonis militibus & aliis de locis, quibus potuit recollectis, multis hinc inde occisis, & tandem Polonis de parte Conradi terga vertentibus, campum obtinuit, cum triumpho. Conrado sub spe vite servande ad patrem fuge presidium capiente apud Glogoviam. Qui tandem ad desertum Tarnaw secedens, ibique successu dierum venacioni studens & de Equo corruiens fractis cervieibus expiravit & mortuus delatus ad monasterium Trebnicense, quod jam pater fundaverat amore sororis, que diligebat eum tenerrime. In loco Capituli est sepultus. Hic Conradus crispus appellatus est. Sane mater *sanctissima Hedwigis* cum ad ejus vocaretur exequias, tacite quod eslet mortuus, sed ac si ad filium egrotantem deberet accedere, ait ipsa: frustra fingitis filium egrotare, ad quem transeo tumulandum, cuius Mors CON-  
RADI:

mors michi patuit antequam ejus temeritate sangvis funderetur innoxius plurimorum, & sic transiit ad exequias filii que ad ejus egrotacionis lectulum fuerat evocata. Preterea successione temporum, pius *Dux Henricus cum barba* non immemor injurie, quam pristinis temporibus in Nackel, Duce Lestickone occiso, sicut supra narratur, sed per tradicionem & fraudem Otto intulerat, ubi eciam, ut predictitur, graviter extitit vulneratus, eciam propter exilium fratris Ottonis Wladislai nomine, qui propulsus per eundem Ottomem stetit in Slezia, volens in filium patris retorquere delictum, contra Wladislaum Ottonis predicti filium insurrexit & evicit ab eo terram omnem Pomeranie Kalisie atque Pysdre, construendoque castro in Stryni ultra Wartham filium sororis sue *Adelheidis relicte Dipoldi Marchionis Moraviae*, que cum quatuor filiis per Regem Bohemie Monoculum profugata degens apud sororem Abbatissam in Trebnicz. Et ibidem tandem decedens in Cripta Monasterii est sepulta, in dicti castri presidio collocavit, hunc filium Adelheidis Poloni nocturna tradizione in castrum irrumptentes, predictum occidunt. Alter autem ejusdem filius Boleslaus a paganiis occisus in choro conversoruni in Lewbusz sepultus est. Tercius vero ejus filius Priuslaus jacet in Trebnicz sepultus ante altare sancte crucis. Quartus autem Dyboldus nomine, decessit in Magdeburg, & ibide traditus est sepulture. Tandem pius princeps cum beatissima conjuge sua Hedwige fere XXX. annis amore castitatis simul continenter viventes, abstinuerunt utrobique a thoro conjugii & ob gratae religionis insigne, tonsuram clericalem & barbam ipse Dux Heinricus ad instar gessit barbati conversi, unde Dux barbatus communiter est nuncupatus, qui ultimo ad inferiores sui principatus partes descendens in Croszna, videlicet XIV. Kalen. Aprilis feliciter diem suum clausit extrellum, & inde deductus ad Monasterium Trebnicense quod ipse pro conventu Sanctimonialium in easilitate serviencium Deo magno studio pietatis pridie fundaverat & large dotaverat, ibidem Anno Domini M. CC. XXXVIII. solemniter sicut talem decuit principem est sepultus. Hic Heinricus merito eciam potest dici fuisse fundator Cenobii apud Heinrichaw. Quoniam etsi non ipse tamen promocione ipsius, Nicolaus suus Notarius idem fundavit Monasterium, ut narratur de eo. Quanvis autem tam in vita dicti Ducis, quam post obitum ejus virtutibus miraculis claruit, & felix ejus conjux Hedewigis, sanctissima legenda de ipsius vita lucide manifestat, si quem delectat videre decursum vite ejus sanctissime, recurrat ad eam videndam pleniū, non est enim opus quod me dilatet in illis, quoniam singula sicut puto, que DEUS fecit tam in vita sua, quam in morte miraculorum insignia meritis ipsius ibidem clarius sunt descripta.

### DE DUCE HEINRICO A TARTARIS OCCISO.

Huic Pio Heinrico successit filius ejus *Heinricus*, quia primogenitus Boleslaus jam fuit defunctus. Qui sicut nomine sic & virtutum decorum similis fuit patri. Quique cum assumens gubernacula Poloniae Monarchie, feliciter & in pace gubernaverat eandem. Demum gens quedam Thartarica, quasi de Tartaro infernali subito accessu ebulliens potenter intravit Ungariam, Sandomiriam, Cracoviam & Sleziam & inhumaniter in cunctos Christi fideles circumquaque deservit. Qui cum devenissent prope Legnicz ad locum qui nunc dicitur Wolstadt occurrens ibidem fidelis princeps cum suis gentibus cum infidelibus pro fide Catholica pugnaturus, & permittente Deo cuius judicii abiit mul..... prosternitur & ut non dubito coram altissimo factus favissimum holocaustum pro suis subjectis populis hostia ymolatur & Anno Domini MCCXLIV. Idus Aprilis sepelitur apud fratres minores in monasterio Sancti Jacobi apud Wratislavienses & ibi feliciter requiescit. Hic princeps eximius pro suo grege mortuus, quatuor reliquit filias, quarum due filiis Conradi Ducis Mazovie tradite fuerant, ut prefertur, alie vero due degebant in Trebnicz, ex quibus unam rapuit earum senior frater ac eam Premsloni Duci Gneznensi matrimonio copulavit. Altera vero dimissa in Trebnicz, quamvis primo corpore debili extiterit, postea tamen tam corpore quam mente fortis effecta, per Sanctam Hedwigem matrem ejus ad Monasterium sancte Clare in Wratislaviense tradita est Deo in castitatis Sanctimonia jugiter servitura. Habuit insuper hic Heinricus oculis a Thartaris quatuor filios, quos suscepserat ex Domina Anna sorore Regis Bohemie monoculi. (Fuit hec Anna filia Regis Otokari, que sepulta requiescit in Monasterio sancte Clare predicto, quod ipsa construxit.) Videlicet Boleslaui calvum Legnicensem, Heinricum Wratislaviensem, Conradum Glagovensem Duces, nec non Saltzburgensem Archi-Episcopum Wladislaum. Habuit insuper duas filias ex eadem Elisabet & Agnetem. Cumque post occasionem patris debuisset terra Slezia respirasse, ecce contrarium ejus factum est. Nam frater senior Boleslaus

ADELHEIL  
DIS Filie  
HENRICI  
Barbati Con-  
nubium & li-  
ben:

HENRICUS  
BARBATUS  
Croszna  
obit an. 1238.  
19. Martii:  
De Cœnobio  
Henrichovi-  
ensi:

Eius Conjun-  
& Liberi:

Iaus calvus contra juniores fratres insurgens, tribus expeditionibus obsedit Wratislaviam, que cum adhuc novella Theotonicis jure Theotonicico illuc se locantibus foret viribus quasi nulla, sed tamen in angustia sua contrahens viriliter defensavit. Quod Boleslaus cernens multis Theotonicis predonibus confluentibus de diversis partibus congregatis in unam terram, non solum prediis verum eciam ignis incendiis aliquociens plurimum devastavit. In hiis siquidem malis dum fierent in Novo foro tam ecclesia quam in cimiterio, ad quod configuerant, fere quingenti homines incendiis perierunt. Hiis insuper malis sic crebrescentibus, castra predonum in terre magnum dispendium plurimam sunt constructa. Et idem Boleslaus in fratum suorum prejudicium castrum Lubucensem cum terra Marchionibus Brandenburgensi Johanni pariter & Ottoni, nec non Magdeburgensi Archi-Episcopo tradidit. Ita circa propriam terram Legnicensem & infra ejus limites a castorum constructorum predonibus est rebus & viribus destitutus, quod aliquando eques, nonnunquam pedes sine scutulo, cum quodam ferriano vigilatore miserime vagaretur, nec immerito. Quam qui delectatus in rebus alienis, predari desiderat alios, non mirum si & hoc proh dolor multi principes non advertunt, cupientes semper pauperum repleri fudoribus & magnum videtur eis solacium, si ceteris per predam fecerunt injuriam & inde bursa eorum ac si sit famelica repleatur. Hii principes non sunt tales qui velint viduam & orphanum defensare, quin pocius tanquam fures & latrones spoliare rebus eorum, quod etsi in propriis personis hoc ipsum non faciunt, per alios tamen turpius fieri permittunt eos in sua malicia confoventes, dum enim predonibus frena laxantur, quis dubitat, quin audacie res fiant ad mala omnia perpetranda. Nec dubitant hii principes qui sunt, quin finaliter depredentur & ipsi aut heredes eorum, & nichilominus nisi penitenciam agant, ablataque restituant damnacionem perpetuam non evadent. Ecce quid illum principem subsecutum est. Nam propter tempestatum harum quas suscitavit materiam, Cracovia totaque Polonia a se nec non suis fratribus recesserunt apud illos sola Slezia remanente. Tandem ideo per Heinricum tertium Ducis Heinrici secundi Wratislaviensis Ducis filium auxilio Dei nonnulla subversa sunt castra predonum temporibus successivis. Et Boleslaus indignus ad terre Legnicensis Dominium restitutus. Qui nichilominus in capcionem fratrum suorum Henrici pariter & Conradi machinatus, tandem metiple captus est, sed ex industria dissimulatur de Castro Wratislaviensi recedere noctu permisus. Nec hoc sub silencio transire possum, quod beatissima Hedwigis sicut in ejus vita tangitur in Croisna tunc existens filium suum occisum a Thartaris in spiritu recognovit, hiisque qui cum ea fuerant revelavit hoc ipsum predicens eciam mala plurima que per Boleslaum, ut predictitur, sunt commissa. Hec sancta mulier plena virtutibus migravit a seculo Anno Domini M. CC. LXIII. VII. Idus Octobris, & in Monasterio Trebnicensi corporaliter, feliciterque requiescens diligenter examinatis & veraciter cognitis quibus coruscavit, tam in morte, quam in vita multarum virtutum miraculis canonizata est Anno Domini M. CC. LXVI. ad summi DEI gloriam, fidelium devocationem & exactionem fidei Christiane.

B. HEDWIGIS inter San-  
tos relata a.  
1266.

## DE DIVISIONE SLEZIE.

Divisio autem Slezie facta est sic, cum enim duo juniores dictorum fratrum quatuor SILESIA In-  
essent Clerici, sic est dispositum inter eos, quod due porciones terrarum facte sunt, quarum fe-  
runt inter Fi-  
lios HENRI-  
CI II. PII  
divisa:  
una cessit in sortem Boleslai, alia vero in sortem Heinrici. Eorum quoque unum ex duobus Clericis in sortem sue porcionis accepit, decedente ad superstitem devolvere-  
tur porcio tota, nec penitus quicquam ad illos qui simul sortem haberent in alia porcione que siquidem ordinacione ratificata & privilegiis munita. Boleslaus fratrem suum Conra-  
dum electum Bamburgensem in Sub-Diaconum jam promotum, qui tunc temporis in stu-  
dio Parisiense degebatur in sortem accipiens, pro porcione sua terram Wratisl. elegit. Unde puerorum mater cum Domino Thoma primo Episcopo Wratislaviense, pergens in Legnicz, alteri filio Heinrico videlicet Legnicz & Glogaviam assignavit. Boleslaus vero voluntatem mutans & similiter ordinacionis privilegia mutare desiderans Legnicz & Glo-  
gaviam preelegit, sperans evadere se posse Conradum per Episcopatum quem eum credi-  
derat accepturum, resignans ab hoc sponte, Wratisl. Heinrico & Wladislao fratribus con-  
sortibus alterius porcionis. Quibus auditis Conradus indignans studium pariter & Epi-  
scopatum deseruit a Boleslao Glogoviense Ducatum extorquens fororem Primislonis WRATISLA-  
DUCES  
Ducis Gneznensis sibi tradi in uxorem matrimonialiter procuravit, nomine Salome-  
am, quam esse puto, que apud fratres predicatorum in Glogovia requiescit, quamque a nonnullis audivi miraculis choruscantem. Ipse Conradus autem sepultus est in ecclesia

LIGNICEN-  
SES:  
&  
GLOGOVI-  
ENSES:  
  
Quorum  
Res & Fata  
summatim re-  
censentur:  
  
Wratislavien-  
sem Ducatum:  
HENRICUS  
III. sortitur:  
Glogoviensem  
CONRADUS  
II.  
Lignicensem  
BOLEZLAUS  
II. Calvus:  
  
W L A D I Z-  
L A U S  
vero  
ARCHIEP.  
SALISBURI-  
ENSIS:  
quartus Fra-  
trum ex W'r'a-  
tislavensi redi-  
tuum partem  
percipit:  
  
Sancte Marie Glogoviensi quam idem ipse fundaverat. *Henricus vero cum Wladislao Saltzburgense Episcopo* in sua porcione temporibus vite sue permanxit, que tamen, sicut scribitur in Cronica, circa Henrici vite terminum, per vim quorundam militum eundem Heinricum intoxicari procurancium & adherencium Wladislao fuit in duo divisa. Cumque idem Heinricus tertius cerneret se in proximo moriturum, filium suum Heinricum quartum fratri suo Wladislao in federe sue fortis & consorcii commendavit, pariter & filiam, quos de filia Conradi Coyaviensis Ducis, relicta Messickonis Ratiborianis pridem suscepserat, sieque vitam finivit & apud sanctam Claram in Wratislavia est sepultus. Nec partus longo tempore stetit, quin & *Conradus Dux Glogoviensis veneno etiam interiret, reliquis filiis Conrado Stynaviensi, Heinrico Glogoviensi, qui duxit Mechtildim filiam Alberti Ducis Brunswicensis sepultam in Glogovia in summo: Prymslone Sprottarwie se, Ducibus, uxore sua prius defuncta.* Qui post aliam illam superduxerat, filiam videlicet Theodorici Marchionis Orientalis reliquit quondam Conradi nepotis Heinrici Imperatoris Conradi filii, cui Conrades Dux pro dote Crossnam, Greiffenstein & Pitschen castra disposuerat, que siquidem castra dictus Theodoricus Archi-Episcopo Magdeburgensi Conrado dicto de Steinberg vendidit: Sed Heinricus quartus postea pecunia redemit eadem. Postea vero Wladislao Archi-Episcopo Saltzburgensi defuncto a suis etiam intoxicato Slezitis & in Saltzburg tumulato Heinricus quartus filius Heinrici tertii Wratislaviensis Ducis adhuc puer cum matre sua defuncta & in Trebniecz sepulta, Wratisl. suscepit gubernacula. Ecce terre optime iam locate nec quemquam hoc lateat, quod pater ejus tertius Heinricus post mortem matris istius quarti Heinrici, aliam superduxerat filiam videlicet Ducis Saxonie, que postea nups erat Burggrario Nurembergensi, Boleslaus autem Legnicensis Dux invidens pueru suamque propter porcionem Wladislai Saltzburgensis Archi-Episcopi nunc defuncti, que ad eum devoluta est, cum propter terram per patrem pueri bene locatam una cum filio suo Heinrico dolose de pueri captivitate tractabat, & pro voto machinationis sue, quibusdam latronibus pueri propter mortem tam patris, quam patrui ejus, quam procuraverant toxicu, ut prefertur, sed timentibus circumventis per latrunculos quosdam in Jelcke dum dormiret & in lecto puerum capi fecit in nocte quinte ferie post primam Dominicam Quadragesime Anno Domini M. C CLXXIII. & ad castrum Lehen adductum diris vinculis mancipari. Et tandem exercitu pueri congregato terram adhuc pertransiens circa Stolez cum Wratislaviensi, Glogoviensi & Posnaniensi filium committere jussit bellum. Quibus congressis in campo in die sancti Georgii, qui fuit in Sabbatho ex utrisque partibus plurimi ceciderunt in bello, ipse cum solo reversus de campo effugit ..... Heinrico filio cum suis nichilominus victorie campum tenentibus & ceteris qui fugere poterant fuga dilapsis. Postea vero cooperacione Regis Bohemie puer eripitur, non tamen sine terre sue magno dispensio, nam Strigoviani, Novum Forum, Stroppam, Greiffenburg, Pitschin & Goswindsdorff tradidit Boleslao. Crossnam vero pueri milites Marchioni Brandenburgensi pro quatuor millibus marcarum obligaverunt ne parti eorum adversarius esset, puerum igitur liberare pro sex milibus marcarum postea opporebat. Tandem autem predictus Boleslaus calvus uxore prima defuncta, videlicet illa de Anhalt, ex qua quatuor filios suscepserat, quorum unus adhuc parvulus mortuus est. Et alii superstites fuerunt Heinricus Legnicensis pinguis sive ventrosus dictus, Bolko Swidnicensis & in Furstenberg & Bernhardus qui cognominabatur agilis, qui tante agilitatis fuit ut XIII. robora in una stuba cursu impetu ascenderet & resiliens in pedibus staret. Aliam filiam Samborii Ducis Pomeranie superduxit uxorem, quam habuit respectu propter pellicem turpissimam, que de misero statu tandem peditando aufugit. Habuit insuper Boleslaus prefatus de prima uxore tres filias, quarum unam comiti de Würtemberg tradidit, alteram Conrado Duci Mazovie. Tercia vero Abbatissa in Trebniecz Monasterio est defuncta. Hic Boleslaus totus violentus fuit, nec tamen sue violencie ultor parvus. Pellex autem ex qua Jaroslau nomine suscepserat spurium, & sine qua propter incantaciones suas vivere non sperabat, post obitum ejus, irrequiso primo marito, a quo male diverterat, in Polonia nupsit alteri viro, adhuc primo vivente, de qua detestanda plurima narrabantur. Nec mirum si talis fuit, que pridem jam incantacionibus, jam adulteriis & peccatis aliis plurimis se involverit more pessimarum mulierum, que nonnunquam dyabulo sunt pejores. Nec hoc libet taciturnitate transeo cur hic princeps penes alios violentos esse voluit, sed in propriis violenciis magnus ultor, nisi quia res aliorum ambivit, propriarum vero tenax fuit servator. Timeo quod hodie plures quoque sint ei similes, quia proni sunt ad nocendum aliis, quod tamen minime fieri volunt sibi ipsis. Noveruntque prope mala facere, sed nequam mala pati. Cum tamen ista non sit via, que dicit ad vitam, melius esset enim & multo Deo accepitus, mala perpeti, quam etiam mala

mala ne dicam facere, sed eciam in minimo consentire. Caveat ergo quisquis princeps Catholicus, ut si mala pati non valeat, saltem non perpetret in aliis quibuscumque minoribus, quod met ipse horret sustinere ab aliis, que naturalis eciam lex est ad quam conversatio cunctorum fidelium obligatur. Hic *Boleslaus calbus*, sicut fide dignorum tenet relacio, mirabilis dicebatur, fuit enim loquela mirabilis, eò quod Theotonici cum proferens sic verba corrupit ut pluribus audientibus ridiculum efficeretur. Et si quis ad ejus obsequium laboravit, cuius artis esset, protinus requisivit, & percepto quod bonus sagittarius esset, Dux ipse existens in campis, viso lacu sagittario dixit: tende balistam & sagittam mitte in aquas. Quod cum factum esset, illum bonum sagittarium reputavit, afferens: si tetigisti locum sagitta, totum qui contra me fuerit exercitum eciam benetanges. Quadam vice Ducem Boleslaum suus dispensator accedens, quesivit, si liceret sibi recipere pro pabulo porcorum frumentum de allodio Panthenau inter Legnicz & Haynoviam consistente. Qui respondit: cur fenum eis non daret? Cum diceret dispensator: fenum non comedere porcos, ipse respondit: mentiris nam & grama eos comedere vidi, acsi diceret, si comedunt grama, comedunt eciam fenum. Corani eo eciam accusatus quidam propter flagicium, quod sibi fuit impositum, Provocatus, statim Dux accusatum decollari mandavit, milites autem sui percipientes ejus innocenciam, ipsum pauperem liberum procuraverunt dimitti. Post hoc Dux ad Aureum Montem perveniens, vidit illum quem credidit decollatum, cum alio quoque tynam deportantem, interrogavit igitur, si foret idem, quem in Legnicz decollari fecisset, respondentibus suis quod esset. Et cum requireret, quomodo ibi mortuus tynam nunc portaret. Responderunt eum a mortuis surrexisse. Versum est nedum sed sic & aliis in proverbium, si quispiam fuerit decollatus sibi in nullo nocere cum & ipse qui decollatur in aureo monte possit tynam portare. Postea filius eius *Bernhardus agilis nuncupatus defunctus est cum sorore sua Katherina*. Boleslaus prefatus, multos de diversis partibus adduxit Theutonicos propter bellum quod factum est, ut superius dicitur, inter Stolcz & Proczanum & filium ejus Heinricum, qui campum obtinuit. Tandem post multa, que suis temporibus egit mirabilia, mortuus est Anno Domini MCC..... & sepultus requiescit in Legnicz cum uxore sua Adelheide de Anhald, filio suo Bernhardo & Katharina ejus filia in monasterio fratrum predicatorum in Legnicz, quod dictus Boleslaus fundavit.

### DE HEINRICO DUCE LEGNICENSI.

Huic successit filius suus *Heinricus Dux Legnicensis* & heres iste Heinricus Dux Legnicensis Caliensis Ducis filiam duxit uxorem. Fuit ipse Heinricus homo magne stature, corpulentus adeo quod Dux ventrolitus communiter diceretur. Hic amator pacis extitit honestus in regimine, vexaque pariter in sermone, commendabilis multum ab omnibus, sic ut eciam Heinrico quarto Duce Wratislavensi probo mortuo eligeretur in principem loco sui. Et notandum quod Dux Heinricus tertius Wratislavensis quem, ut supra dicitur, captivaverat Boleslaus predictus in Ielczhe atque in Lehen duxerat, ex qua muliere, non habetur in Cronicis, genuit *Heinricum quartum ducentumque Wratislavensem probum, dictum*, qui processu dierum multum Wratislavensem Episcopum, Thomam secundum & Ecclesiam persecutus est. Nam abstulit sibi & Ecclesie Nissam & Othmachau cum omnibus vicinis Episcopatus ipsius oppidis, possessionibus, decimis atque villis cepit & castris, insuper castrum Edilstein Episcopo & ecclesie pignori obligatum & sic, ut fide dignorum antiquorum confirmat relacio, tandem ad tantam, confisus de sua potencia pervenit tyrannidem, ut Episcopum predictum de toto patrimonio Sancti Johannis fugaret in Ratibor, atque eundem locum cum grandi procedens exercitu episcopum fugientem obsedit. Cernens vero Episcopus quod ejus non posset potentiam tolerare, volens potius in ejus manus incidere quam fugitivus haberi aliquamdiu secum, & cum Canonicis suis, qui cum eo tunc fuerant, deliberans, quadam die confisus de Dei auxilio, indutus pontificalibus civitatem egreditur, cum suis Canonicis ad principis staciones volens sponte se sue tradere potestati. Quod audiens suis ministris sibi referentibus, plurimum admiratus, exiliit subito de suo tentorio & nec reor gratia Spiritus Sancti tactus anime minor occurrens Episcopo protinus in terram corruit, atque dixit: Pater peccavi in Celum & coram te, nec sum dignus vocari filius tuus. Quem Episcopus blande suscipiens, lacrimis utrorumque se sunt mutuo amplexati ac ruentes in pacis oscula simul & ioli, que prope fuerat, & hodie, Ecclesiam sunt ingressi Sancti Nicolai. Sic amicabiliter sunt concordati, ut Dux nedum possessiones & castra, nec non omnia Ecclesie ablata restitueret sed & ea perpetue libertaret. Nec in hoc contentus, quin & in maiorem emendam pro satisfactione omnium

delictorum suorum, Collegium sancte crucis Wratisl. fundaret solemniter & dotaret, & sicut a plerisque referentibus dicitur, Wratislaviam civitatem dedisset Episcopo & Ecclesie si recipere voluisset, quam & recipere Episcopus noluit, eo, quod timueret eam cum districtu & dominio defendere se non posse. Hic Dux Heinricus quartus multa postea bona fecit in remissionem peccatorum & deinde Anno Domini M. C C. Nonagesimo, XI. Kalend. Augusti decepsit sine liberis proch dolor veneni poculo interemptus, sepultus in dicta ecclesia sancte crucis feliciter requiescens.

### DE DUCE LEGNICENSI HEINRICO.

Defuncto igitur probo duce Heinrico predicto, ut premittitur, fit altricatio magna, dum aliqui volunt habere ducem Conradi Glogoviensem, eo quod aliqualiter Heinricus quartus prefatus non plene sic disposuerat ante mortem. Aliqui vero noluerunt, eum scientes non esse pacis zelatorem & ut dicebatur, non fuit firmus in verbis. Nichilominus remansit idem dux Conradus in Wratisl., donec Heinricus Dux Legnicensis de quo supra narratur, in historia Wratisl. est ingressus, qui intrans siquidem per unam portam, per aliam dux Conradus regreditur. Quo auditio mox nobiles atque inito confilio dictum Ducem Heinricum Legnicensem unanimiter elegerunt & solemniter suscepserunt. Hinc Heinricus quintus dux Wratislavensis, pacificus dominus & quiete adeptus est totam terram & districtum Wratislavensem, regens hujusmodi dominium multum honeste, sovensque justiciam in omnibus & honorem. Quod dux Bolcko Svidnicensis frater ejus audiens atque invidens ejus saluti, occultam conspiracionem fecisse dicitur, cum Conrado duce Glogoviensi predicto ambo excogitatis fraudibus disponentes, quomodo eum caperent & fortassis occiderent, aut partem terre Wratislavie, quam bonam sciebant, aliquam extorquerent. Hoc ipsum ignorans Heinricus confisus de fratre suo Bolckone predicto, misit ad eum, ut fraterne caritatis non immemor contra Conradi Glogoviensem ducem, eum juvaret. Quod dux Bolcko facere totis viribus repromisit, sic tamen ut sibi aliquas municiones tribueret viceversa. Quod fecit Heinricus. Nam dedit fratri Jawor & Strigoviam, que ad ducatum Legnicensem hactenus pertinent. Juravit igitur Bolcko fratri prestare auxilium. Sed non tenuit juramentum. Nam cum dux Conradus Ducem Heinricum non per vim exercitus, sed per predones captatores & intendarios nocturnos invaderet, male hoc sustinens misit ad fratrem ut eum juvaret. Bolcko hoc facere recusavit, propter quod alias conveniendi terminus est statutus, in quo, tanquam pius homo & pacificus Heinricus addidit fratri suo Bolckoni predicto Reichenbach, Franckenstein atque Strelen, ut sibi auxilium ministraret. Qui juravit iterum eum juvare tam re quam corpore, atque tota potencia quam haberet. Sed sciendum, ante aliquos annos, antequam Dux Heinricus predictus terram Wratislavensem, ut premittitur, fuisset adeptus, quendam ipsius Heinrici, qui Packuslaus ex nomine vocabatur existens de intimo consilio Ducis, quem etiam dux pre ceteris multum dilexerat. Hic quippe quendam nobilium alium, qui multos amicos habuit, occidit ex casu, accendentibus igitur amicis occisi principem sunt conquesti. Quo auditio princeps multum territus & turbatus justiciam quam cum lacrimis & clamore contra occisorem postularunt facere pollicetur. Cumque sic de homicidio tractaretur hujusmodi, accessit Packuslaus cum suis amicis plurimis arroganter, de quo Dux ipse doluit, inquiens initi modo: audis, quid isti adversum te homines conqueruntur. Ille autem de diviciis & amicis confisus, presumensque de ducis gratia, ampulloso respondit: bene audio: nolo negare quod feci. Dux autem dixit: vade & interloquaris cum tuis amicis & aliter respondeas. Nisi enim aliter responderis, faciam justiciam, quam oportet. Recepis itaque amicis ad partem, cum eis consiliatus est, quid respondeat adversariis pro fienda justicia clamantibus ex adverso. Tunc iterum venit Packuslaus & majori quam prius arrogancia respondebat, se fecisse homicidium, publice confitendo. Dux igitur magis turbatus, dixit, vade stulte respondes, adhuc habeas tercio bonam interlocutoriam & melius deliberes, aliquin justiciam conquerentibus de te super tanto scelere non omittam: Sagaciter ergo te provideas, sapiensque respondeas, quod si neglexeris faciam quod oportet, propter quod habito consilio cum amicis, non negando, sed confitendo crimen sicut prius arroganter respondit, non metuens Dux sentenciam, quam in se tamen finaliter expertus, pronunciavit enim dux & dixit in hunc modum sentenciam: ex quo te hoc crimen fateris fecisse post tantam deliberacionem justiciam facere oportet, mandat igitur eum duci degradari & in castri medio coram omnibus decollari. Hic Packuslaus filium habuit decem octo vel viginti annorum, qui Lewtcko Packuslai ex nomine vocabatur, qui vidit & audivit omnia, circa patrem ordine juris commissa. Filius dolens

non Testa-  
menti legi, sed  
Populo Wrat.  
sic jubente  
Successor da-  
tus est:

qui ob Marc In-  
clementia  
fratris BOL-  
KONIS  
DUCIS  
SWIDNI-  
CENSIS  
Invidiam:  
CONRADI  
DUCIS GLO-  
GOV. Carce-  
rem meruit,

in quem per  
Insidias abre-  
ptus,  
nec eo solutus  
est,

dolens pro patre, qui eciam in Ducis obsequio consistebat, considerantes hoc Ducis consiliarii disfivadebant juvenem, ne juvenis patris necem, quamvis factam per justiciam vindicaret. In presencia igitur consiliariorum & notorum aliorum, qui aderant recepto ad partem juvēne dixit princeps: tu scis, vidisti & audisti quomodo patertus vitam suam perdidit sponte, propter suam magnam arroganciam, quodque me facere ideo justiciam oportebat, nunc elige tibi quid vis, aut patris mortem transeas sic etiam quod nec aliquid rancoris in corde contineas, aut recedas a nobis, octo septimanarum de hoc habeas inducias, ut cum amicis deliberes & postea tuam aperias voluntatem. Transactis itaque hiis octo septimanarum temporibus reversus juvenis cum amicis coram duce flexis genibus lacrimando dixit: vidi domine graciosissime atque scio, quod pater meus vitam perdidit suam sponte: promitto ex nunc data fide, quod nunquam loquar nec verbo nec facto habeo recordium patris mei, solummodo sitis michi Dominus gratus & ego vobis serviam pura fide. Propter quod Dux ipsum lacrimando suscipiens ait: Nunc ero pater tuus & benefaciam tibi, ut omnes amici tui habeant michi referre graciarum merito acciones. Suscipiens igitur eum in speciale suum ministrum ad summum ejus consilium evocavit, dans sibi plurima & ceteris eum preferens quibuscumque & plurimis annis fuit in Ducis obsequio, tanquam ille de quo per amplius presumebat. Quibus sic se habentibus dum Heinricus Dux fuit Ducatum Wratislaviem, ut premittitur, asseditus & Conradus dux Glogoviensis ejus hostis frequenter sibi poneret infidias, tandem ad Lewtkonem Packuslai predictum secrete nuncios suos misit, qui munieribus forsitan & promissis allectus secrete ad Ducem Conradum venit, experiri desiderans, quid sibi vellet loqui. Cui Dux ipse Conradus dixit: non recordaris quod pater tuus occisus est a Duce Heinrico, si velis michi eum tradere, tibi dabo munera plurima & benefaciam. Et quod hiis suggestionibus concupit tandem obtinuit. Promisit enim idem Lewtko suum dominum predictum Ducem Heinricum capere & Duci Conrado Glogoviensi illico presentare. Quadam igitur die dum Dux Heinricus venit ad balneum premissum Lewtko insidiis gentes promptas habuit & paratas, & intrans per Oderam, que parva fuit, molitur capere Ducem suum, quem cum vidissent ministri ducis, cum armato exercitu adveniente, nunciaverunt hoc ipsum Duci. Qui respondit, se nullum habere timorem de Lewtkonis insidiis, cum familiaris & potissimum ejus consiliarius esset, sed maledictus traditor impetum in Ducem faciens prope castrum Wratislaviense in balneo cepit eundem, cum suis complicibus, qui traxerunt de balneo, ubi nulla erat defensio, cum cuncti Ducis familiares nudi constiterent, ex quibus unus nichilominus eecidit super Ducem cupiens eum defendere qui ponens se obicem fuit occisus super eo. Capientes igitur super equum posuerunt dictum celeriter Ducem & nudum, imponentes sed pallium de illo, & nocte in locum Sandwel abduxerunt ipsum presentatum Duci Conrado, quem ipse recipiens perduxit Glogoviam & diris vinculis mancipavit, volensque depactare ipsum, cistam fieri fecit eum cancello ferreo per quod respireare posset & victualia sumere, aliud vero similiter bene inunitum foramen reliquit, per quod emittere posset egestum, tenens eum sic vinculis quasi per sex menses gravissime, ut de ejus femoribus & scapulis multitudine verium scaturiret, presertim cum nec stare, neque sedere possit, sed neque jacere possit in arcto. Qui eciam tantis passionibus est vexatus, ut pre doloribus ab eo extorquerentur hec oppida, cum suis districtibus, videlicet Namslavia Bernstadt, Crewtzburg, Pitschyn, Cunczenstadt, Rozenberg, Haynonia & Boleslavia, per grenicias suas distincta prope Lignicz in ponte nigre aque, nichilominus oportebat eum addere triginta millia marcarum si a captivitate hujusmodi voluit liberari. Qui eciam liberatus & sic semper fuit egrotus, nec plene sanitati restitutus extitit, quod ad vixit, nam non plene ad annum vivens, vidensque se mortem non posse evadere, misit pro fratre suo Duce Bolckone dicens: Carissime frater multas mihi tribulaciones fecisti, nichilominus omnia tibi parco, dummodo te de pueris meis tutorio nomine intromittas, & agas fideliter ut teneris. Cui respondens Bolcko Dux dixit, se libenter facere, si tamen castrum Ozobta hereditarie possit habere. Irritus igitur Dux Heinricus dixit, quamvis multa mala michi feceris, aduc me, puerosque meos depactare conaris. Quod audiens Bolcko sine fine recessit. Quo cognito milites, Vasalli, cives ad Ducem Heinricum dixerunt, domine timens in vobis mortis periculum & si pueri vestri fratrem vestrum non habebunt tutorem, quis eis auxilium & consilium ministravit, melius enim videtur perdere modicum nunc, quam postea multum, cum non habent filii vestri defensorem contra inimicicias quas habebunt. Fecit igitur revocari fratrem Dux Heinricus dicens: ego committo tibi pueros meos super animam tuam, ecce Barones, milites, vasalli & cives: ecce meuni sigillum, omnia tibi presento conscientie tue relinquens. Quo facto Dux Bolcko se intromisit

Obiit an. 1296. fit de puerorum tutela, & mortuus est Dux Heinricus post triduum & sepultus Wratislav.  
Minoren. Fi-  
liorum Tutela  
BOLKONI  
DUCI SWID-  
NIC FRATRI  
commissa:

### DE BOLCKONE DUCE PUEGORUM HEINRICI DUCIS TUTORE.

Defunctus Heinricus quintus Dux Wratislaviensis tres pueros masculini sexus reliquit, videlicet Boleslaum, Heinricum & Wladislaum, quorum tutor, ut superius designatur, extitit frater ejus Dux Bolcko prefatus, qui movit gwerras Conrado Duei Glogoviensi propter deparationem fratris sui Heinrici prefati, per quas eciam gwerras aliquanto tempore perdurantes recuperavit Haynoniam, & Boleslaviam, quippe pro propriis suis filiis retinuit, adjungens, eam eorum dominio, pueris autem Heinrici Haynoniam restituit & in districtu Boleslaviensi Cliezdorff, in territorio vero Haynoniense castrum Coenzau edificavit gubernans strenue tam propriam, quam puerorum Ducis Heinrici, qui fuerunt adhuc parvuli terram & munient civitatem Bregensem castro videlicet & muro & civitatem Grotkau munire incepit Nyimpseh eciam quod fuit puerorum castro & muro munivit, congregans magnas pecunias de terris tam puerorum quam suis, quarum partem in Polekenhayn muro munito reposita, aliam vero partem in castro Legnicz pro pueris conservavit. Hie princeps tante dicitur fuisse potencie, quod tam Imperatori, quam Regi Bohemie intrare voluntibus terram suam & eam facere subjugalem respondit, quod eos vellet in terrarum limitibus expectare, propter quod eciam recepit se in Landishut, ubi cum exercitu suo prestolabatur eorum adventum, hoc videntes adversarii sui non sunt ausi suo domino appropinquare, quin pocius facta fuerit concordia inter eos: & ideo nomen loci vocatum est Landishute, in quo construxit civitatem, eam muro circumdans. Fertur eciam de eodem principe, quod primus fuerit, qui exacciones terrarum constituit, prout dicta sunt solite conscripsit dextrarialia & alia servicia vasallorum statuens ista fieri prout bona cuiuslibet poterant hec prestare. Narratur eciam de eodem dum sibi tamque puerorum tutori Wratisl. vellet civitas rebellare, grandem congregat exercitum contra eos. Quo cognito multis tractatibus premisis concordarunt cum eo, quod murum civitatis in longitudine quatuor virgarum eos deponere oportebat, post quod intrans civitatem (prius intrare noluit) cum gloria susceptus est pariter & timore, faciebat enim pacem, in qua conservanda fuit severus & seriosus. Propter quod sicut puto, omnia sibi prospere successerunt. Nec mirum si Deus, qui pacis est auctor, quempiam amatorem pacis faciat prosperari. Et eum in manibus principum plurimum hominum pax consistit, ut ipse Deus colatur amplius pacis tempore consuevit hiis benefacere principibus eciam in augmento temporalium qui pacem zelavit ad cultum Dei amplius augmentandum. Nec credat quisquam princeps se ditari posse discordiarum commocionibus, quoniam quicquid sit de bonis pauperum usurpet indebite. Non in eo fructificat, quin & si habundet vite sue temporibus, non tamen conquesita indebite ad posteros derivantur, sed frequencius contigit, quod tanto infelicius post talium parentum mortem solent egere filii, quanto crudeliore progenitores eorum in rapienda pauperum substancia sevierunt, sane dictus Dux Monasterium in Grisaw Cisterciensis Ordinis ex devocatione fundavit & defunctus ibidem sepultus est Anno Domini M. CCC. primo.

Ex Filii tribus  
BERNHAR-

DUS,

SWIDNI-

CENSEM:

HENRICUS I.

JAVORIEN-

SIUM &

MONSTER-

BERGENSI-

UM DUCUM

PARENS

communis,

circa an. 1201.

(1203.) defun-

ctus-

in Cenobio

Grisoviensi

a se extracto

sepultus est:

### DE DUCIBUS SWIDNICENSIBUS.

Hic Dux reliquit tres filios videlicet Bernhardum, Heinricum & Bolckonem, qui diviserrunt terram. Bernhardus enim habuit Ducatum Swidnicensem cum suis pertinenciis. Heinricus vero Javor, Bolcko autem Monsterberg. Bernhardus genuit Bolckonem & Heinricum fratrem ejus qui fuit pater domine Anne Imperatricis quondam & regine Bohemie, Heinricus autem predictus frater Bernhardi & Bolckonis, cui in sorte divisionis Ducatus Javorenensis, uxorem habuit dominam Agnetem filiam Wegerstai Regis Bohemie, quamque generavit ex secunda uxore sua Elisabeth filia Duci Caliensis. Iste Heinricus decepit sine heredibus & terra Javorenensis devoluta fuit ad Bolckonem ultimum Swidnicensem filium fratribus sui Duci Bernhardi post mortem Heinrici fratris dicti Bolckonis & patris domine Anne Imperatricis predictae. Heinricus I. Hic Bolcko ultimus Dux Swidnicensis post nonnullas contractaciones & gwerras motus qui JAVORIEN- sunt temporibus facti domini Johannis Regis Bohemie, qui cecus jam factus civitatem beris defunctus Swidnicensi vallaverat & sicut audivi portam civitatis tetigerat & recessit. Qui eciam Ducatum ad dominus Rex Landishutam ceperat, sed Bolcko predictus Dux Swidnicensis ultimus per BOLCONEM currus quibus posuerat latenter armatos civitatem recuperavit eandem. Tandem cum se- II. Ducem renissimo principe domino Carolo Romano Imperatore idem Dux Bolcko hanc init concordiam, Swidnicensem transmisit: quod

quod dominam Annam predictam Ducas Jawrovienensis filiam fratris sui sibi tradidit in uxorem qui utrumque & cum hoc regno & corona Bohemie post mortem suam, si sine prole masculini sexus contigerit eum A N N A E ex fratre HEN-  
decedere, terram suam donavit perpetuo babendam. Ita tamen quod ejus conjunx domina RICO II.  
Agnes, que hodie vivit & quam de domo Ducum Austriae in uxorem duxerat, videlicet filiam Lu- Nepti  
pulti Ducas Austriae debeat tenere totum dominium suum ad tempora vite sue, si eundem CAROLO IV.  
Ducem premori contigerit. Qui Dux Bolcko ultiinus defunctus est sine herede, Anno Imp. nubenri  
Domini M. CCC. LXVIII. sexta Feria post diem sancti Jacobi & in Monasterio Grisovi- dotis loco ad-  
ense traditus sepulture. didit:  
salvo tamen ad  
Vita Dies  
Conjugi  
AGNETI  
AUSTRIA-  
CAE

### DE DUCIBUS MONSTERBERGE.

Bolcko autem Dux Monsterbergensis fuit homo mirabilis & multum salacious & sicut audivi plurimorum relatibus gessit plurima risu digna. Nam quadam vice in Nuoforo ususfructu, quz Wrat. ubi tunc ad forum multe convenerant mulieres Lacticinia vendentes, Ipse omnium lac venale habencium, amphoras fecit emicium lacte & in hospicio suo ad hoc dolio preparato totum lac quod emerat fecit infundi. Sed antequam mulieres essent pagate, quelibet de suo precio ammonuit. Dux ait: quelibet vestrum de dolio recipiat suum lac, nolo enim vos pagare de illo. Quo cognito, mulieres accelerando quelibet amphoram suam misit ad doleum, lac suum resuniere cupiens, quod infudit. In quo mulierum congressu tantus factus est impetus, ut quelibet amphoram suam concuteret, & sic fractis vasis contendere simul ceperunt, & ut audivi, se mutuo sortiter capillarunt. Ex quo facto Duci hoc cernenti est factum solacium magni risus. Post contencionem igitur hujusmodi mulierum sedavit easdem & dato precio cuilibet cum gaudio fecit abire. Hoc & huic similia facta ridiculo digna suis temporibus multa communis, que per omnia longum esset de narrare. Porro suis temporibus per dominum Carolum predictum temporibus Marchionem Moraviae Franckenstein est vallatum & sicut audivi multi Nobiles de Bohemia Moravia de parte Marchionis in obsidione hujusmodi capti sunt, sed quodam tempore per dictum dominum Carolum solemni convivio preparato, ad quod invitaverat dictum Ducem ordinatisque multis nobilium speciosis mulieribus, postulavit cum illos captos hos mitti solutos. Quod & fecit ad instanciam eorundem & sicut multi referunt, si exactionasset captivos eosdem tantas habuisse pecunias, quod terram tam bonam sicut habuit cum hiis emere potuisset. Demum igitur tractatum est inter Regem Bohemic & eundem Ducem taliter, quod Glocz cum suo districtu datum est, sed ad tempora vite sue cum omnibusque heredibus Vasallus Regis Bohemic atque Regni factus est, processu quoque dierum mortuus est, in Monsterberg Anno Domini M. CCC..... Et sepultus est in Heinrichaw & sicut audivi dum ageret in agone multum contritus est atque cantavit illud responsorium: Tribularer si nescirem misericordias tuas domine & usque ad finem perduxit.

### DE NICOLAO DUCE MONSTERBERGENSI.

Huic successit Nicolaus Dux Monsterbergensis qui vendidit Franckenstein Regi Bohemie ad Sepulchrumque Domini transiens, revertendo in Hungaria diem suum clausit extrellum & de Ungaria ductus in Heinrichaw Anno Domini M. CCC..... est traditus sepulture relinquens post se duos filios Boleslum & Heinricum. Heinricus factus est crucifer de domo Theotonica & mortuus est in Prussia in penitencia, quam egerat post suum exitum de ordine. Quoniam aliquibus temporibus habitu sui ordinis deposito vagabatur in mundo. Frater autem suus Dux Bolcko Monsterbergensis modernus.

### DE DOMINO HEINRICO EPISCOPO VVRATISLAVIENSIS PUERORUM TUTORE ET BOLESLAO.

Post mortem vero Ducas Bolckonis Swidnicensis qui tutor fuerat puerorum Ducas Heinrici Wratislavensis quinti, ut superius est expressum, pueris ipsius adhuc viventibus & pupillis Tutores non habentibus, Barones, Vasalli, milites, cives & maiores terre simul congregati Dominum Henricum Wirben tunc Episcopum Wratisl. tutorem puerorum concorditer elegerunt. Qui dominus Episcopus sumptuosus homo fuit, propter quod thesaurum depositum & relictum per ducem Bolckonem prefatum in Legnicz, qui se ad LX. millia marcarum in auro & argento dicitur extendisse, successive cepit expendere. Quod videntes terrigine, habito consilio, decreverunt Boleslao tanquam seniori de uxore atque amicis qui possent pueros defendere providere & precari sunt sibi dominam Margaretham filiam domini Wenceslai Bohemie Regis, que cum esset sibi matrimonialiter copulata, idem Rex Bohemie Boleslaum annorum quindecim existentem vel citra recepit ad se, aliis

quo defuncto duobus fratribus Heinrico pariter & Wladislao in terra remanentibus. Cumque Boles-  
 BOLESLAUS laus citra quatuor annos fuisset apud sacerorum demoratus. Interim reconditus thezaurus  
 fratre. n. Primo- expenditur & Rex Bohemie supradictus viam carnis ingreditur universo, revertitur insuper  
 genitus BRE- de Bohemia Polonię Boleslaus ducens secum uxorem Margaretham prefatam, que do-  
 GENSEM pri- mina fuit conversacione multum honesta. Crevit autem Boleslaus ejus maritus & ad  
 mo inde L1- domum XXIII<sup>o</sup>. annos perveniens quesivit extolli cogitans, qualiter se vindicare posset de capti-  
 GNICENSSEM vitate, morteque patris in filios Conradi Ducis Glogoviensis, qui mortuus jam fuit, cepit  
 DUCATUM: eis gweras movere & partus multas discordias, prelia, nec non effusionem sanguinis homi-  
 HENRICUS num plurimorum, tandem gentes Boleslai vicerunt adversarios in quodam prelio depellen-  
 VI. WRA- tes illorum aliquos ut ad civitatem Wratislavensem fugerent & nonnulli eciam in Cella-  
 TISLAVIEN- riis capti sunt vivi, propter quod plus exaltatum est cor Boleslai cepitque villas, predia mi-  
 SEM recipit: litibus erogare, fovere curias & coreas, ac multa prodigaliter dispensare. Idecirco quanto  
 plus fuit prodigus ad donandum tanto militum & nobilium erat concursus amplior ad  
 eum. Quod cernentes fratres Heinricus pariter & Wladislaus, qui citra adolescenciam  
 jam creverant, nolentes hoc amplius sustinere, ad divisionem terrarum recurrere aspira-  
 bant, & factis divisionis partibus, prima pars erat Wratislavia, secunda Legnicz. & tercia  
 Brega. Ordinatum quoque fuit, quod cuicunque Wratisl. Ducatus veniret in sortem,  
 alteri deberet addere XVIII. marcarum millia illi videlicet qui Bregam obtineret. Ille  
 autem cui cedet Legnicz addere deberet eciam Bregensi Duci XXXII. millia marcarum.  
 Boleslaus vero aspirans ad habendas pecunias Bregam sponte recepit & duci Heinrico in  
 sortem divisionis cessit Wratisl. Dux vero Wladislaus fratrem suum Boleslaum exsolvit  
 apud milites & cives de pecunia quam solvere debuit de sua porcione. Dux autem Wla-  
 dislaus junior, factus jam Sub-Diaconus & non habens pecuniam, quam fratri redderet pro  
 sua porcione civitatem Legnicensem obligavit eidem. Et factum est quod Boleslaus &  
 WLADIS- Wladislaus aliquanto tempore simul manarent. Sed successivis temporibus penitencia  
 LAUS ductus Wladislaus quod obligaverat terram fratri Legnicensem, cepit predari terram ean-  
 dem pariter & Bregensem, nec non rapinis & incendiis devastare, per hoc volens recupe-  
 rera ubique rare terram predictam sed & Boleslaus ex adverso posuit defensorem. He itaque gwerre  
 fustra experitur: tanto tempore durarunt quoisque Wladislaus captus & ductus in Legnicz in turri fuit  
 vinculis mancipatus manibus & pedibus ad anni dimidii spacium. Demum autem simul  
 concordati sunt fratres ipsi taliter quod Boleslaus pro expensis & necessitatibus suis deberet  
 quingentas marcas annis singulis solvere Wladislao sive fuit a vinculis absolutus, postea  
 vero iterum ductus est penitencia & plus cupiebat habere inculpans atque monens fratrem  
 super promissionibus, quas sibi fecisse fratrem asseruit, sed id negat. Propter quod jusju-  
 randum Boleslaus fecit fratri tribus vicibus ejus inculpacionis necessitate coactus. Ex  
 hoc, sicut creditur, Wladislaus in eadem septimana in frenesim raptus est, & aliqualiter de-  
 liravit adjungens se cuidam militi, qui tunc temporibus habuit castrum Hornsbergk situm  
 in montibus ex alia parte Swidnicz, de quo castro in terra iterum assumptis sed quibusdam  
 predonibus rapinas & dampna commisit. Et contigit quadam vice, quod cum venisset ad  
 terram Bregensem in villis videlicet Janckaw atque Wirbin, ubi morantur Gallici, cum  
 centum armatis, velletque predari villanos, habitantes ibidem ipsi villani de utrisque vil-  
 lis insimul concurrentes se fortiter defenderunt ac hostes fugantes ceperunt Ducem Wla-  
 dislaum cum viginti personis vel citra: presentarunt eum quoque Boleslao fratri suo pre-  
 dicto & sic tentus est iterum in vinculis in Legnicz uno anno. In captivitate igitur consti-  
 tutus tam dura frenesi laborat, quod mordens se ipsum & homines ministrantes, sed quos  
 occidere cupiebat, ut nenio auderet eum accedere. Verum tamen tandem mitigata frenesi de  
 vinculis est emissus & ibat per terras in uno curru met secundus vel tertius vagabun-  
 dus, comedens jam cum uno, jam cum alio plebano vel milite aut Sculteto, nec in civitate  
 aliqua stabilis esse voluit ad tempora vite sue. Interim autem Boleslaus gweras fovit con-  
 BOLESLAUS tra Conradow Ducem Glogoviensem & Olsnicensem & interim damnificavit eundem pa-  
 Conradum I. riter & destruxit, quod non habuit nisi equum in quo, pallio induitus lineo equitavit & ad  
 Ducem Olsni- hoc deuentum est, quod celebrata concordia inter eos Ducem Conradow oportebat resi-  
 censem, gnare Namislaviam, Bernstadt, Creutzburg, Pytschyn & Cunczenstadt. Dux vero Boles-  
 Cunradi II. laus dimisit ei Wolaviam & Lewbes qui prius ad Legnicz pertinebant. Dux itaque Bo-  
 Glogoviensis leslaus post factam concordiam, dum adversarios non haberet, in magna vixit gloria, multa  
 Nepotem, militibus tribuit & vasallis, atque prodigaliter multas inuteles fecit expensas. Interim  
 Henrici III. F. quoque se ipsum extenuavit, quod tandem cepit egere. Recipiens super damna inter Ju-  
 bello super- deos & Christianos, obstatia fecit & obligaciones terrarum Nymtsch cum suo districtu  
 tum ad incitas per unum Judeum obligavit Duci Bernhardo Swidnicensi, quem quidem Judeum ad octo  
 sedigit: millia

millia marcarum depactaverat, propter quod civitas Nymptsch cum districtu adhuc pignori obligata. Obligaverat insuper Haynoniam atque aureum montem pro quinque millibus marcarum. His siquidem debitis involutus jani paciebatur defectum, nec tam large donare potuit, sicut prius. Hiis quippe temporibus *Heinricus sextus Dux Wratislaviensis frater ipsius*, simplex homo & mitis sedebat in pace, de suo contentus dominio vivebat honeste & ultra expensas necessarias, sumptus non fecit, & ideo in rebus necessariis abundabat, videns hoc frater eius *Dux Boleslaus predictus* quasi penitens de fratribus successu, eum per tractatus & consilia impulsavit, ut daret sibi Wratislav. pro Legnicz. Quod omnino Dux Heinricus facere recusavit. Cumque cerneret Boleslaus ejus constanciam, per indirectum fratrem cepit vexare, permittens eum, acsi ignoraret, predari ac terram ejus destrui, sic videlicet, quod de Curia Mertensdorff & de aliis terre Bregensis fortaliciis in Wratislavense districtu sepe plurima fierent damna. Et quia Dux Boleslaus intentum suum habere non potuit, consilio Heinrici ducis cepit insidias ponere, ac eis qui de conilio fuerunt, mala inferre. Unde dominum Nicolaum de Bancz canonicum Wratislavensem, qui fuit de consilio Ducis Heinrici, dum esset in capitulo in Ecclesia sancti Egidii constitutus, extrahi fecit & usque in Jelcz duci per pontem eum captivum, donec amici ejus liberarent eundem. Imposuit enim Dux Boleslaus sibi, quod aliqua fuisset locutus in consilio fratris sui que displicuerunt eidem, propter quod ipsum capi mandavit. Preterea quendam civem Wratislavensem de Molensdorff dictum, de consilio existentem eciam dicti Ducis Heinrici, de ecclesia Sancte Elisabeth fecit extrahi quadam vice afferens, eum sui memoriam habuisse. Cumque de ecclesia, ut predictitur, esset extractus idem civis, & super equum positus clamavit valde pro auxilio. Et quanquam illi qui eum duxerunt minus facerent ut taceret, plus tamen ipse clamavit, unde timentes illi concursum fieri populi & ex hoc sibi periculum imminere, occiderunt eundem, projicientes eum de equo ad terram, & sic de civitate subito recesserunt. Reversi ad Ducem Boleslaum qui prope stabat cum suis armatis, narrarunt eidem ordinem hujus rei. Quapropter Dux Boleslaus turbatus, pocius enim eum vidisset vivum, quam mortuum, sperabat namque a fratre per illum morium si vixisset aliquam concordiam extorsisse. Quo considerato tam terrigene quam cives cum Duce suo Heinrico inierunt consilium, qualiter provideretur dispendiis. Et quia Dux ipse Heinricus heredes masculini sexus non habuit cum uxore filia Duci Austriae, que fuit quondam Marchionissa Brandenburg. & mortuo Marchione nupsit Henrico, ex ea generando tres filias, videlicet Offkam traditam matrimonialiter Bolckoni Duci Falkenburgense que vivit adhuc. Secundam Elisabeth, que nupsit Duci Conrado Olsnicensi & sine heredibus est defuncta. Terciam vero Grittam sanctimoniale monasterii sancte Clare Wratisl. Abbatis-sam postea factam & ibidem defunctorum. Nonnulli consuluerunt Duci Heinrico quod propter defensionem sui, subderet se Johanni Regi Bohemie propter quod tractatus fuit, inter Regem ipsum & Ducem. Tandem concluditur, quod Dux Heinricus in odium fratris Wratisl. Ducatum post obitum suum Regi & Regno Bohemie resignavit & ideo Rex in recompensam sibi Glocz cum suo districtu similiter ad vite sue dedit Duci. Quo cognito malo sibi Boleslaus Dux, Regem Johannem monuit, qui juraverat sibi super ewkaristie Sacramentum, quod terras suas & devoluciones acceptare nollet, quin pocius contra quemcumque hominem juvare vellet eundem. Cui Rex tale dedit responsum: verum est promisi vos juvare contra quemquam alium, non autem contra me ipsum. Ex hac occasione recepta, inimicie fuerunt, quoniam Ducis sororem Regis Wenceslai filiam habuit uxorem Rex. Distictionem Ducis comminatus est loquens cum civibus Wrat. quia ipsi presentarent sibi Haynoniam & Goldberg eis per Boleslaum pignori obligata. Quamquam Boleslaus Regi servicia multa impenderet, tanta eciam, quod sere fuisset de terra propulsus si Boleslaus sibi auxilium non fecisset, cum quingentis galeatis, quos sibi adduxerat sub magnis dampnis ipsius. Veniens insuper *Wladislaus frater Duci Boleslai predicti* cuius Exemplum postea BOLEZLAUS ipse sequitur: *de Mazovia, ubi antiquam vetulam Ducissam quandam uxorem duxerat, propter aliquales pecunias quas habuit.* quibusque consumptis, ab illa diverterat & Regem Bohemie superdictum accessit & afferuit se fore verum heredem & dominum Legnicensem. Et producens unam literam sigillatam per cives Legnenses, que fatebatur hoc ipsum, terram Lignensem venalem exhibuit ipsi Regi, quam literam receptam a Duce Wladislawo Rex ipse Boleslao ostendit. Qui territus visa litera nesciens quid facere, stabat anxius quasi mutus, quoniam Rex comminatur sibi, quod vellet habere Legnicz, eumque penitus destruere, nisi se subderet & efficeretur Bohemic Regni Vasallus. Et quia Dux Boleslaus expendendo sic, ut premittitur, fuit facultatibus diminutus ut sibi resistere non posset, timens eciam si majus periculum immineret, factus est Regis Bohemie & Regni subditus &

Vasallus, & forsitan peccatis exigentibus terra Wrat. & Ducatus a dominis naturalibus sic ad exteris devolvitur & perdita est libertas principum Polonorum. Nec tamen a prodigalitate sua destitit Boleslaus, quin & plus expendet, quam haberet. Nam omnes munitiones suas involvit obligacionibus & debitibus oneravit. Legnicz enim obligaverat pro octo millibus marcarum. Haynaw pro quatuor millibus marcarum. Aureum Montem vero tribus millibus marcarum, nonnullis civibus Wratislaviensibus jam pro pannis, jam pro equis, jam pro aliis rebus, super danipnis apud eos receptis, obligaverat: *Insuper filios suos Wenceslaum pariter & Ludovicum Duces in Wratislav.* obstagium pro magna summa pecunie observantes. *Quos quidem filios ex domina Margaretha predicta filia Regis Bohemie generavit & ad tantam pervenit inopiam quod quo diverteret ignoraret.* Cumque jam vergens ad senium, se de tam magnis debitis non posset liberare, filiis ipsis terram Legnicensem cum suis pertinenciis assignavit, ut, si possent hujusmodi debita evadere cogitarent, qui se intromittentes de ea simul obtinuerunt Legnicz. Sed Dux Boleslaus pater eorum remansit in Brega & in Olavia donec fere consumeret omnes redditus & provenitus, quos ibidem potuisse habere. Hiis temporibus inter Regem Bohemie & Neckerum Episcopum Wratisl. gwerrarum materia est suborta, propter quod Rex ipse exercitu congregato Castrum Melicz, quod tunc temporis tenebat dominus *Heinricus de Wirbenaw Archi-Diaconus & Canonicus Wratislav.* obsedit. Qua siquidem obsidione durante tractatum est per nobiles cum dicto Archi-Diacono, qui libenter bibit, cui, quod date sunt due flasce vini Gallici, ut tam pocione placatus quam eciam terroribus comminacionum concussus Regi Castrum tradidit. Et cum Rex castrum teneret & Episcopo requirenti restituere nollet per totam terram Wratisl. Episcopus ecclesiasticum ponit interdictum. Et quamquam varii tractatus super restituzione castri fuissent habiti, Episcopus tamen nichil profecit. Convocatis igitur Canonicis suis, voluit Episcopus ut secum irent, quia vellet movere personaliter Regem pro restituzione castri, quorum aliqui metuentes Regem se protinus abstraxerunt, paucis cum Episcopo manentibus, videlicet domino Opaczkone Scolastico, qui postea factus est Episcopus Lubucensis Ottone de Dony, Cunczkone de Schalekau & Petro de Witkow. Quibus assumptis secum Episcopus audacter ad Claustrum fratrum minorum Wratislav. ubi Rex tunc erat in una parva stubella retro refectorium cum suis consiliariis, pedes iniit, manu propria pulsavit ad Stubellam hostium tam fortiter, ut quesitum fuisset a custodibus, quis tam impetuose auderet pulsare. Responsum est eis, quod Episcopus vellet intrare. Rex vero sibi dici mandavit, quod expectaret, ad horam, quoniam esset aliis negotiis prepeditus, quod sibi audienciam dare non posset. Nichilominus Episcopus perseveravit constans & immobilis in pulsando tamdiu donec aliqui de consilio Regis svalserunt intromitti eum debere. Cumque fuisset stubellam ingressus, Episcopus religione indutus pectorale habens in collo & cedulam parvam in manibus cepit legere atque ad Regem dicere: Domine Rex, ego moneo vos primo, secundo, tertio & peremptorie quantum restituatis castrum Melicz Ecclesie mee Wratislav. Cui Rex respondit: Adhuc non habebitis tam cito, sicut vobis videtur. Et Episcopus e converso lignum *sancte crucis* manu gestans, subjunxit: Et ego vos excommunico ex nunc, prout ex tunc *in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti*. Et stabant omnes Nobiles, Principes & Barones, qui apud tunc Regem fuerant stupefacti, ut nec quisquam verbum dicere. Rex autem dixit: ach anima mea, qualis est iste sacerdos, libenter moreretur ut Martyr fieret, si quis vellet eum martyrio coronare, martyremque facere. Fuitque ex hoc Rex in magnum furorem conversus, sed volentem itaque dictum Episcopum stubellam exire, accesserunt consules civitatis Wrat. & cupientes ejus animum mitigare dixerunt: O Domine non debuissetis sic in faciem excommunicasse Dominum nostrum Regem, sed pocius eum alloqui modi. Quibus respondit Episcopus, inducatis vos vestrum Regem ut Ecclesie restituat suum castrum, qui fuistis eciani ibi cum Ecclesie hujusmodi dampna fuissent illata. Dixerunt cives: Domine non est nobis tanta potestas ut possimus hoc facere. Quibus eciam respondit Episcopus, & ego eciam vos ut vestrum Regem excommunico *in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti*, & sciatis, subjunxit Episcopus, eum non esse Regem sed Regulum. Quibus sic actis ad domum suam Episcopus cum Canonicis est reversus. Hec siquidem verba dicta per Episcopum de Regulo per principes & alios multos fuerunt notata, non intelligentes plene, quid innuisset eo, & habitis diversis tractatibus nomine Regis, missum est ad Episcopum & requisitum quid denotavit cum dicens Regulum & non Regem. Qui respondit se verum dixisse. Nam ceteri habent suos Archi-Episcopos, qui eos inungunt, benedicunt atque coronant, sed Rex Bohemie nullum hunc habet, sed quociens necessarium essent, oporteret eum alium precio & prece condu-

REGIS Diffi-  
dia  
cum EPISCO-  
PO WRA-  
TISL.

de Castro Mi-  
litz:

conducere, notando Moguntinens. Archi-Episcopum. Qui pridem benedicere atque coronare habuit Regem Bohemic. Unde creditur quod pretextu hujusmodi dicti verbi per Episcopum, Dominus Carolus Imperator & Rex Bohemie semper de cetero cogitavit, qualiter proprium haberet Archi-Episcopum, Pragens. videlicet, qui hoc munus benedictionis & coronacionis impenderet suo Regi. Quod & factum est temporibus successivis. Episcopus itaque supradictus, cum negotium hujusmodi concordari non posset, post tres dies est in Nyssam reversus & totus Clerus depulsus & omnes ecclesie, tam cathedralis, quam alie regulares & seculares clausi sunt, donec cives Wratislav. in earum aliquibus, videlicet apud Sanctam Elisabeth, & apud Sanctum Spiritum, vagabundos, sicut audivi, Clericos permitterent prophanare, ad quorum celebracionem compulsi sunt ire homines utriusque sexus. Propter quod in Wratislav. devotarum mencium magna tribulacio est suborta. Nam si quispiam ex devocione volebat ire ad Ecclesiam, in quibus interdicti obediencia servabatur, male tractatus est, & sepe ipsis sua pallia sunt ablata. Quapropter Episcopus memoratus & processus valde graves misit contra Regem, cives & terram Wratisl. excommunicando & interdicendo eis omnia Ecclesiastica Sacra menta. Visa itaque constancia Episcopi intromisit se Rex de cunctis bonis Ecclesie, personarumque Ecclesiasticarum, tam regularium, quam secularium quarumcunque. Adhortabatur Boleslaus Ducem Bregensem, ut super hiis sibi contra Episcopum atque Clerum auxilium ministret. Qui cum esset pauper & inops, quoniam quasi cuncta sua consumpscerat, ut prefertur, sed ad hec mala cicias permisit, & bona tam Episcopi quam Cleri, in quibuscunque redditibus, censibus atque decimis consistencia in terra sua invasit atque diripuit, ut eciam tandem excommunicaretur pro eis & terra Bregensis eciam subjecta esset Ecclesiastico interdicto, per longa temporuni curricula & pro hiis injuriis & violenciis, prefatus Episcopus mittens ad Romanam curiam magnas querelas & multas, contra Regem & cives Wratislavienses depositus coram Papa. Qui remissis multis processibus, sentencias pristinas aggravavit. Sic Rex nec non filius ejus Dominus Carolus primogenitus, postea Imperator electus, personaliter inierunt curiam Romanam. Quos nec Papa Benedictus, qui tunc fuit, videre voluit, nec audire, nisi prius ablata omnia essent Ecclesie Wratislav. restituta, qui cum hoc nolent facere, sine benedictione ab Apostolico recesserunt. Interim *decessit Dominus Nenckerus Episcopus Wratislaviensis prefatus, quarto iudis Aprilis Anno Domini M. CCC. XLI.* Et eligitur loco sui, *Dominus Priczlaus de Pogorella in Episcopum Wratislaviensem*, tunc in Bononiensi studio constitutus. Qui reverus de studio pro confirmatione sui apud Gnezensem Archi-Episcopum laboravit, sed impeditus est per Regem Kazimirum Polonie. Quapropter personaliter proficisciens ad Curiam Romanam a Domino Benedicto Papa confirmatus & consecratus est in die Sancti Gothardi post electionem, que facta eodem die anno precedenti. Quoniam sicut electus fuit in die Sancti Gothardi, sic & confirmatus est eodem die anno postea revoluto. Sed notandum quod cum dominus Nenckerus adhuc viveret & ageret in humanis, factum est ut civitas Wratislaviensis non curaret processus Episcopi, nec eciam Apostolica mandata. Durante sic rebellione hujusmodi, cernens Episcopos eorum duriciam, vocato ad se Inquisitore heretice pravitatis, videlicet Magistro Johanne de Schwenckfeld, sacre pagine professi, homine sancte vite, proposuit: sibi qualiter tam frivole, tamque proterviter starent cives Wratislavienses in excommunicationes & interdicti sentencias, & imploravit super hoc, ejus inquisitionis officium. Qui homo constans & strenuus, habens zelum Dei, atque cupiens officium suum exequi diligenter, veniensque Wratislaviam die quodam Dominico sermonem faciendo solempniter ad populum publice fecit indici post prandium, igitur ante pretorium convenit quasi tota civitas ipsum audire, ubi fecit magnum & longum sermonem adhortans cives ut redirent ad gremium matris Ecclesie sancte obedienciamque servarent, increpans eciam prophanacionis vicium, quod ibi fiebat. Sed finaliter sermo displicuit in auribus nonnullorum, presertim cum citaret consules & juratos, se die crastina comparere, sed illi citati veniente termino noluerunt venire. Quapropter spiritu fortitudinis roboratus metivit ad eos ad pretorium & facto eorum examine responsiones & contradiccciones quarum aliique non placuerunt sibi audivit ab illis. Cumque diceret non posse talia sub silencio preterire, quin oporteret eum ad superiores & ad Papam deducere. Hec subjungens se timere propterea eos incurrire graviora, si aliter non cogitarent, mox de loco recessit non nullis in eum stridentibus & blasphemantibus. Unde consules postea innuerunt ad Regem de inquisitore predicto, querimonia facientes atque dicentes: quod eos vellet facere Hereticos inquirendo & procedendo taliter contra eos. Medio tempore Rex decretivit mitti administratores, jam sede vacante, qui tunc stabant in Nissa & fuerunt domini Heinricus

de Baruth prepositus & Opeczko Scolasticus, Canonici Wratisl. in spiritualibus generaliter deputati, desiderans aliquos ex suis, nec non Inquisitorem predictum ad se Pragam transmitti, quoniam tractare vellet de hujusmodi dissensionis negocio concordando. Et ut securi transirent predicti, mandavit Capitaneo suo Wratislavensi nec non civibus ut illos deberent conducere & inviolabiliter treugas pacis servare, propterea specialiter Conradus de Falckenhayn tunc Capitaneus Wratisl. Inquisitorem conduxit & alios, transeuntes secum inierunt eciam & consules versus Pragam. Quibus illic existentibus Rex tractabat uno die cum eis. Altero autem die mane dum esset dictus inquisitor in Monasterio fratribus predicatorum sancti Clementis in Praga & sic, ut audiri relativis nonnullorum, debat tunc temporis fecisse collacionem sermonis ad Clerum, existens in camera studio deditus, super eo accedentes duo nequam, quorum unus vocabatur Knewffel, & cum percipisset eum ibidem existere, petivit Knewffel cum instance pulsans ad ostium camere, ut ejus confessionem dignaretur audire, cumque responderet de intus sic se fore impeditum aliis, quod modo non posset vacare, sed expectaret modicum, tunc eum libenter vellet audire. Nequam ille importunando dixit, nisi me statim audieritis desperabo, quoniam peccator sum magnus & nunc cor meum tetigit contra, confitendi plus quam unquam, quam quidem graciam, si pertractus suero diucius, perdami fortassi. Ex hoc remorsu conscientie stimulatus vir dictus, statim surrexit de studio, cameramque aperuit & egressus posuit se secum ad sustentaculum gradus, quo ascenditur ad cameram & inclinante se quasi confessionem auditurus, maledictus ille nec non aliis qui secum venerat occurrentes insimul exemptis cultellis cum tribus sauciantes vulneribus percutuerunt ad mortem. Et quemadmodum intellexi a quadam antiquo fratre dicti monasterii, qui tunc afferuit se vixisse sibique factum bene constare: cum illi nequam sceleris perpetrato fugerent, Inquisitor clamavit post eos latrones. Nichilominus in se reversus protinus ad se ipsum dixit: cur vis perdere aureolam martyrii & sic statim siluit atque se reponens ad sustentaculum multum sui sanguinis, cruentum effudit, qui guttatum adhuc appetat ad oculum in sustentaculi pariete qui extra veritatur, rubicundus interim ac si fulis esset recenter, qui que nec deleri potuit nec potest usque in prefens, quamvis etiam paries ipse tam casu nivium, quam jmbrium sedule contingatur. Quo sic peracto Rex capi mandavit Capitaneum atque cives Wratislav. & in quadam camera concludi, de perpetracione hujus sceleris eos habens suspectos. Sed cum suo affererent juramento se penitus nichil scire de criminis dimissi sunt. Sicque pius homo & devotus, quod fortasse concupivit, est palmam martyrii consecutus. Retulit michi quidam alias frater, habens curam capelle, in qua corporaliter requiescit & depictum est ejus Epitaphium in quadam imagine ad parietem ex adverso sepulcri, qui quadam vice sibi apparuit dictus martyr in silencio visionis nocturne. Quem cum frater ille requireret, quid de ejus statu foret, respondit: optime. Requisitus per eum ulterius, cur Deus ejus meritis miracula non faceret? Ipse respondit: nondum est tempus, sed advenientes dies, quibus locus & monasterium in quo quiesco multum exaltabitur. Propter quod idem frater super sepulcrum ejus de lignis quasi quoddam feretrum mortuorum poni fecit, ne pedibus hominum capellam visitancium conculegetur. Porro post dimidium annum malefactores predicti capti sunt in Legnicz & cum deberent mortis supplicium sustinere, percipiens hoc dominus Priczlaus factus tunc Episcopus Wratisl. misit ad Duceim Boleslaum postulans ut mitteret sibi eos in Otmachaw. Quod & factum est, & illi publice sunt confessi coram Episcopo & aliis multis, quod scelus perpetraissent, hujusmodi convencione facta cum eis pro triginta marcarum per quosdam tunc consiles Wratislav. & signanter nominaverunt Merckelium, Scherteniczal & Hellebonum. Puto quod adhuc de hac materia sunt signature publicorum notariorum in archivis Wratislavensis Episcopi. Et si ausus sum dicere, retulit met dominus Imperator Carolus, recolende memoria domino Regi Cypri cum secum esset in Wratislav. qualiter magna plaga fuisset secuta nedum propter occisionem viri sancti sed & expulsionem Cleri, nedum tota civitas Wrat. post hoc subito per incendium ignis vastaretur, per quendam inclusum apud Sanctum Mauricium visus est angelus Dei super civitatem, quasi vibrans gladium & mittens carbones igneos super illos. Cumque sicut narratur superiorius, venisset dominus Priczlaus per Romanam curiam Episcopus confirmatus honorifice est suscepitus a populo & a Clero in aliis civitatibus, preterquam in Wrat. statim enim antequam venisset Wratisl., Nyssam transivit. Tunc venit ad eum dictus dominus Carolus adhuc existens Marchio Moravie, pro tractanda concordia inter eos & post tractatus varios concordatum fuit solemniter, ita videlicet, quod Episcopus cum Clero & Ecclesia steterunt contenti, & sunt in Wratislavia tam Episcopus, quam Clerus honorifice introducti, & magnum factum est.

est gaudium civitatis & processerunt consules & jurati pedestres de pretorio ad Monasterium sancti Adalberti & ibi palliis, capuciis, cincturis depositis promiserunt, similia ..... se nunquam perpetrare. De hoc eciam facta fuerunt, sicut multi referunt plurimia instrumenta. Huic concordie interfuerunt nonnulli principes Polonie, videlicet Boleslaus Bregens. & Legnicens., Wladislaus Bythuniensis, Conradus Olsnicens. Bolko Falckenbergens. Boleslaus Oppoliensis & alii multi.

S'LESIA tota  
BOHEMIAE  
REGIS  
Obsequium  
subit:

### DE DUCIBUS BREGENSIBUS.

Cumque hec, sicut premittitur, essent acta, & Dominus dictus Carolus dixerit, quod vellet eciam Ducem Boleslaum cum Episcopo & Clero, pro rapinis & dampnis, que fecerat Ecclesie, concordare. Nichil tamen penitus in hiisfacto, recedens, dimisit Boleslaum in magno sepultum laborinto, sed quoniam Episcopus Priczlaus de ducatu suo natus fuerat & tunc temporis gwerre consurgerent inter Episcopum & Ducem Conradum, Dux Boleslaus auxiliatus est Episcopo tota sua potencia contra illum. Et quoniam Episcopo & Ecclesie auxilio Boleslai competens emenda facta extitit, inter Episcopum & Boleslaumi ducem nec non capitulum & Ecclesiam magna benevolencia & amicicia est secreta, raliiter eciam quod de rapinis & dampnis vicinis agebatur. Senuerat enim processu dierum & factus est sexagenarius vel citra. Boleslaus Dux multa comedens & in Festo Pasce, cum post jejunium XL<sup>me</sup> plurimum comedisset, videlicet sicut narratur, XIII. juvenes pullos, nimiumque de potibus diversis potasset, statim in crastino magnam egritudinem incidit & vocatis filiis Wenceslao & Ludovico postulabat, si quo modo possent, procurarent tolli excommunicacionis & interdicti sentencias in se nec non in terram suam prolatas & quoniam negocium nimis arduum eis fuit, se difficulter hoc facere responderunt. Verum tamen tandem habitis consiliis inter se mutuo tractaverunt, quod Dux Wenceslaus filius senior Wratislaviam ire deberet & pro se ac pro fratre promittere, quod omnia restituerent, quantum possent. Quo Wratislaviam veniente cum Episcopo & Capitulo sic tractavit, quod ad instanciam quarumcunque eciam singularium personarum prolate sentencie excommunicacionis & interdicti, de consensu omnium sublate pariter & relaxate fuerunt, venientes enim propter tollendas sentencias Domini Johannis, dictus bonum mane quondam Decanus, & Petrus de Costina dictus alias Crumpholz Canonici Wratislav. quibus attributa fuerat absolvendi potestas Bregam, noctis tempore absolverunt Ducem, & sentencias ut premititur, relaxarunt. De quo multum gavisus ipse Dux elevatis in Celum manibus gracias egit Deo & eadem nocte circa diluculum feria sexta videlicet ante Dominicam, qua Misericordia Domini decantatur, quod suit XI. Kalend. Maj. Anno Domini M. CCC. LII. de hac luce migravit & sepultus est in capella beate virginis in Lubensi Monasterio, quam ipse fundavit & donavit monasterio duas villas bonas, videlicet Olsnam & Heinrichdorff in districtu Nimczensti & vero satis fuit miraculo dignum, quod sibi Deus dedit hanc graciem, quod fuit tam subito omnibus vinculis sentenciarum absolutus ante mortem suam, quas sustinuerat bene XVII. annis. Facta est sibi hec gracia per misericordiam Dei, ut reor, quia contritus & penitencia ductus super omnibus, que fecerat, confitens se merito hec pati. Oculis & manibus elevatis in Celum in articulo mortis positus agens gracias expiravit & sic dicitur spiritum emississe. Idem Dux Boleslaus pristinis eciam temporibus monasterium fratrum predicatorum in Brega fundavit.

### DE DUCE LUDOWIGO

#### BREGENSI MODERNO CLERICORUM FAUTORE.

Post mortem vero ejus Domina Katarina ejus uxor secunda de Croacia nata & de Un- Res LUDO-  
garia ducta, in dotalicium tenuit Bregam & Olaviam. Duo autem filii ejus superstites Wenc- VICI I.  
ceslaus pariter & Ludovicus simul Legnicz aliquanto tempore tenuerunt, sed simul diu mane- DUCIS  
re non poterant, propter susurra consiliariorum. Qui sepe non querentes, que Dominorum, BREGENSIS:  
sed que propria sunt, discordias seminarunt. Quod & factum hic credo. Cogitabant ergo se scindere preferrim. cum esset jam quilibet conjugatus. Wenczlaus enim duxerat filiam Ducis Teschnensis, Ludovicus autem filiam Ducis Henrici, Ducis Glogoviensis & Saganensis. Interim in terra Legnicensis magne aurifodine originem habuerunt & succreverunt in tantum, quod in principio fere septimanatim aliquando CXX. aliquando CLX. marce auri poterant ibidem lucrari. Hoc sic divisi sunt fratres, propter quod civitas Legnicensis cum suo districtu in sortem cecidit Ludwico, Goldberg vero Lobyn & Haynonia Wenczeslao. Quo viso idem dux Wenczeslaus non contentus cepit movere gwerras & dissensiones fratri Ludowico & in ejus odium accedens Dominum Carolum tunc tem-

Res WEN-  
CESLAI,  
DUCIS LI-  
GNICENSIS:

poris Marchionem Moravic in absēcia patris ejus Johannis Regis, qui fuit in Francia, Regnum Bohemie gubernantem, sibi venalem exhibuit partem suam, quia heredibus adhuc caruit, & cupiebat fratrem exhereditare. Et accepto cum Marchione termino super eo reversus ad patriam multa tedia fecit fratri, promittens eum dannificare depredacionibus & rapinis. Interim consiliarii Vasalli eorum tractare ceperunt & dicere Ludwico cur se vellet exhereditare permittere, cum heres frater vero taceret & debilis homo esset. Et finaliter tractatibus conclusum fuit, quod Dux Ludwicus cessit fratri de terra ipsius Legnicensi, sub hac condicione, quam sibi svaferant ipsius Ludwici Consiliarii pecuniarum dono corrupti, videlicet quod post mortem Wenceslai Ducis, fratri sui tota terra videlicet ambe divisionis partes devolvi deberent ad Ludwicum & ejus heredes, si Wenceslaus decederet nullo herede relicto, in casu vero quod heredes suscipieret Dux Ludwicus nullam suis porcionem heredibus dare deberet ad tempora vite sue. Postquam autem decederet Ludwicus heredes utriusque deberent equaliter inter se dividere totam terram, hoc ipsum magnis privilegiis & multis sigillis Baronum & civium est firmatum. In hac siquidem ordinacione non plus habuit Ludwicus quam CCCC. marcas redditus annuos & curiam Buchwald communiter nuncupatum cum villa ibidem. Mirares. Antequam Dux Ludwicus totam terram ex ordinacione hujusmodi est adeptus, tam debilis exitit ut claudicans ambularet in sustentaculis baculorum, terram autem adeptus fanus apparuit ac si nichil mali sentiret. Et quamquam ex aurifodinis & aliis multis pensionibus que solvabantur sibi, merito esse potuit opulentus, tam prodigaliter tamen vixit, quod tandem non modicam inopiam est perpessus. Adeo eciam quod interdum cibum non habuit manducare. Stansque cum uxore sua XVIII. annos in conjugio pueros non habebat. Quibus elapsis postea quatuor filios genuit & unam filiam. Videlicet Ducem Rupertum modernum Legnicensem. Dominum Wenceslaum quondam Lubucens. nunc vero Wratislav. Episcopum. Boleslaum & Henricum Decanum & Canonicum Wratisl. nec non Hedwigim filiam seniori Duci Heinrico Saganensi moderno, conjugio copulatam Cernens igitur Wenceslaus Dux predictus se heredes habere multas exquisivit vias & modos quomodo heredes proprios circa terram Legnicensi conservare posset, fratrem vero suum Ludowicum cum ejus heredibus removere. Propter quod & expulit de terra nonnullos Vasallos & alios qui ut premittitur, promiserunt Duci Ludwico, nec voluerunt ob hoc omagium facere heredibus Wenceslai, indignans nichilominus civibus qui post mortem suam prestare omagium ejusdem heredibus recusarunt. Considerans igitur Ludwicus quod frater suus Wenceslaus semper ad destrucionem suam tenderet, cogitavit qualiter aliquam munitionem acquireret & eciam adherentem sed haberet aliquem, cuius se posset presidio defendere, cum adhuc nullum talem haberet. Qui blandiens fratri miti modo transfivit cum eo donec de ejus consensu municiones, possessiones, redditus obligare. Cui tamen facto ipse Dux Ludwicus restitit quantum potuit, alienacionem terrarum non libenter videns. Nichilominus obligavit aureum montem eidam Judeo Ludwico invito. Unde contigit quod Ludwicus diffidat Judeum & captum in civitate Legnicz duxit secum in Löben, quem & coegit ad solutum aureum montem dimittendum. Wenceslaus irascens fratri, redditus quos habuit in terra Legnicensi auferens, graviter fecit, fratrem diversis incendiis & rapinis opprimens pauperem nichil munitionis quam castrum solum in Löben & oppidum obtinentem. Accesit igitur Dominus Ludwicus Dominum Carolum Imperatorem jam factum Bohemie Regem de fratre querelam deponens super injuriis sibi factis, nec multum prosecit. Quin durarent dissiplicencie inter fratres ad VI. & VII. annos, quibus tractatus & placita facta sunt plurima inter eos. Postea vero decessit domina Katherina predicta eorum noverca & ad ambos fratres terre Bregens. & Olaviens. cum suis districtibus devolvuntur. Sed in odium fratris Ludwiei Wenceslaus Duci Bolckoni Swidnicens. vendidit partem suam ad tempora vite illius pro quadam pecunie quantitate. Propter quod novas tribulaciones & incomoda Ludwicus habuit. Quoniam Dux Bolcko Swidnicensis confilis de sua potencia Domino Imperatore predicto, cui assignaverat jam idem Schwidnicensis omne dominium suum post mortem, conniventibus nunquam oculis transante plurimum infestavit eundem & lites & controversias sed suscitans undecumque potuit, oppressionibus fatigavit, cupi-

Obitus BOL-  
CONIS II.  
DUCIS  
SWIDNI-  
CENSIS:

ens eum depremere de sue partis medie porcione. Cumque Dominus Imperator penderet Duci Ludwico injuriam fieri, se tractatibus interponens ac concordiam faciens inter fratres, ab invicem divisit eosdem: Ita quod Dux Ludwicus manere debuit in Bregae & Dux Wenceslaus in Legnicz & addere Haynoviam Ludowico in recompensam Grotkau, quod iam tenet Episcopus & Ecclesia, Pytlhyn vero & Creuzburg pro se & deberet Dux Ludowicus redimendo exsolvere post mortem Bolckonis Ducis Swidnicensis, quod & fa-

& factum est & quoniam aurifodine in suis operibus cessarunt, quod nichil lucri provenerat ex eisdem, Dux Wenceslaus in magnam inopiam est redactus in qua & mortuus est, & in Ecclesia collegiata Legnicensi, quam metipse fundaverat Anno Domini M. CCC..... traditus est sepulture.

### DE DEVOLUCIONE TERRE BREGENSIS POST OBITUM BOLCKONIS AD DUCEM LUDWICUM.

Igitur Duce Wenceslao defuncto predicto heredes sui, de quibus superius fit mencio, in Tutori concorditer elegerunt Dominum Ludwicum predictum, qui sic eis prefuit, & tam fideliter egit eorum negotia per sex annos & citra. Fuerunt aliqualiter in facultatis emendati, retinentes terras suas, quas, sicut credo, alias perdidissent. Et nichilominus existens in Brega a Duce Bolckone Swidnicensi predicto, plurimas sustinuit molestias & fatigas. Qui etiam Dux Swidnicensis post mortem suam donavit suis avunculis ducibus Oppolienibus Ladislao moderno nec non Bolckoni predicto terras predictas Pytschyn & Creuzburg, a quibus etiam Dux Ludwicus pro duobus marcarum millibus liberavit & in proprietatem reduxit, propter quod indignati Duces Oppolienenses guerras moverunt sibi multataedia facientes. Sed Dux Ludwicus ad se defendendum exercitum congregavit & commissum est bellum prope Creuzburg, Duce Ludwico, sicut Deo placuit fortassis ad preces ejus & intercessione Patronorum suorum, quos specialiter venerabatur, victoriam obtinente. Decesserat autem, ut superius dicitur, Boleko Dux Swidnicensis predictus sine heredibus Anno Domini M. CCC. LXVIII, sexta feria post diem Sancti Jacobi & in Grisoviensi monasterio est sepultus. Dux vero Ludwicus predictus per Dei gratiam adhuc vivens genuit Ducem Heinricum viventem adhuc. Wenceslaum defunctum, Margaretham uxorem Alberti Ducis Bavarie, Hanovie nec non Hollandie comitis. Hedwigim Ducissam Usvicensem & Katherinam Abbatissam Trebnicensem omnes adhuc viventes. Hic Dominus Ludwicus specialem devocationem habens in Sanctum Johannem Baptistam Patronum Ecclesie Wratislavensis, Beatam Hedwigim quondam Ducissam Polonie, de qua supra fit mencio, ad reverenciam & honorem ipsorum pulcherrimam fundavit & dotavit in Brega Collegiam Ecclesiam Canonicorum secularium & ibidem mansionarios omnes horas de Domina decantantes diebus singulis deputavit. Decanus Ecclesie predicte desert mitram cum baculo pastorali diebus solemnis ex privilegio sedis Apostolice speciali. Dictus etiam Dux Ludwicus in Löben in castro capellam pulcram, ubi Rector principalis Czapraca more Canonicorum utitur, instauravit, reformans castrum nec non muniens oppidum ibidem muris, & etiam castrum in Brega, quod ruina in ejus adventu fuit nimia desolatum, redimens insuper civitatem Bregensem de multis debitibus & obligacionibus, quibus per patrem suum Boleslauum Ducem prefatum ipsa civitas fuit involuta, pacem diligit, miseretur pauperum, non permittens terram ultra solitum depactari. propter quod & subditu diligunt eum, quorum etiam precibus sperandum est, eum per divinum auxilium amplius prosperari : Et quia viros Ecclesiasticos & devotos speciali favore prosequitur, optant sibi longitudinem dierum felicium & post vite presentis curriculum gaudium sempiternum.

### DE DUCIBUS GLOGOVENSIBUS.

Rescripta, quantum ex Cronicis & nonnullis aliis scripturis poterat reperiri Genealogia Ducum Wratislavensium, Legnicensium, Swidnicensium & Monasterbergensium & eorum actuum relatorum michi per seniores fide dignos, quibus plus constare poterant, nunc ad Genealoyam Glogoviensem scilicet seriem convertamus. Longe namque supra narratur, quod Dux Conradus Glogoviensis, qui Salomeam sororem Primislai Ducis Gneznensis habebat uxorem, etiam veneno interiit toxicatus, relinquens filios Heinricum Glogoviensem, & Conradum Ducem Stinaviensem & Primislauum Sprottabavensem. Qui sicut credo in bello occisus fuit. Et quantum possum colligere de diversis apparet michi, quod dictus Dux Conradus Stinaviensis & Saganensis, habuit post obitum patris sui Conradi Glogoviensem & Löben predicti, qui obiit Anno Domini M..... & sepultus est in Ecclesia collegiata Sancte Marie Glogoviensis, quam ipse dicitur una cum Episcopo Wratislavensi, qui tunc fuerat, fundasse. Iste Conradus Dux Stinaviensis ejus filius gibbosus fuit & ideo Dux Kobirleyn nuncupatus & erat prepositus Wratislav. postmodum electus in Archi-Episcopum Saltzburgensem. Quod cum transiens ad Saltzburgensem Ecclesiam acceptandum & conductus usque Wienam solemniter per suos nobiles & prelatos venisset, secundum fecisset duci cerevisiam & requisiisset, si cerevisia haberetur in Salzburg, sibi Conradus anno 1304, defun-  
ctus est:

electus Archi-  
 Episcop. Salis-  
 buriensis: responsum extitit, ibi non esse cerevisiam, sed bonum vinum. Quo auditio afferens se  
 non vivere posse sine cerevisia, propter cerevisie carenciam Archi-Episcopatu dimisso,  
 mox ad patriam est reversus. Interim autem frater ejus Dux Heinricus Glogoviensis se  
 introniserat de Sagano, nec fratri petenti restituere voluit, sed suscitata inter eos discordia,  
 eum cepit & duci fecit Glogoviam captivatum, Vafalli autem ejus de Löben, quod eciam  
 sium fuit & de Rudenaw nocturno quodam tempore latenter castrum Glogovie subin-  
 trantes de vineulis liberaverunt eundem, qui post in terra sua manens usque ad mortem,  
 tandem decessit, Anno Domini M. CCC. III. Quinto Idus Octobris & in Luben. Monas-  
 terio est sepultus. Sed frater ejus Primslaus Dux Sprottaviensis de quo supra fit mencio  
 cum de Cracovia reverti deberet cum exercitu Ducis Heinrici quarti Probi Wratislavien-  
 sis, Poloni Calisienses impetum facientes in eum ceperunt & exsoliatum adhuc juvencu-  
 lum gladiis & hastis crudeliter perimerunt in sylva prope Bythwn Anno Domini M. CC.  
 LXXX. quarto Kalend. Marcii, longe antequam decessit frater suus Conradus predi-  
 ctus, quia juvenis adhuc est mortuus & sicut fertur, quasi prescius hujus eventus se fecerat  
 sacramentis Ecclesiasticis procurari ac sium ordinans Testamentum, duas villas Lassewicz  
**HENRICUS**  
 III.  
**GLOGOVI-**  
**ENS DUCAS.** & Sirekau donavit Luben. Monasterio, ubi sepulturam elegit. Omnibus defunctis sine  
 heredibus ad Heinricum Ducem Glogoviensem fratrem eorum totum est dominium de-  
 volutum. Hic *Heinricus*, sicut vidi plurimas ejus litteras & Privilegium, scripsit se here-  
 dem Regni Polonic, sicutque homo seriosus & timorosus atque multa prelia & Gwerras  
 movens contra Polonus obtinuit Posnaniam atque Kalicz, uxorem habens dominam Mechil-  
 dam filiam Adalberti Ducis Brunsicensis, que decessit Anno Domini M. C. .... Et  
 in Ecclesia beate Virginis Glogoviensis predicta est sepulta. Sed Dux Heinricus post va-  
 rios actus, & bella que gessit, defunctus est Anno Domini M. CCC. IX. quinto Idus De-  
 cembris in Monasterio Lubensi sepultus. *Hic Heinrichs Dux Glogoviensis reliquit \* qua-*  
*tuor filios; videlicet Heinricum, Conradum, Johannem & Primslaus, qui postea terram divi-*  
*dens Heinricus Sagannum cum aliis Civitatibus vicinisque oppidis in partem sue sortis obti-*  
 nuit. Conradus vero Olsnam cum suis attinenciis. Primslaus autem, alias Primcke Glo-  
 goviam. Sed Johannes Stynaviain atque Goram cum suis pertinenciis. Primslaus Dux  
**PRZEMIS-**  
 LAO:  
 IV.  
 CONRADO,  
 JOHANNE &  
 PRZEMIS-  
 LAO:  
 quorum res &  
 fata recense-  
 tur:  
**JOHANNES**  
 BOH. REX  
 Glogovia me-  
 diam partem  
 emit:  
**HENRICO** IV  
 succedit  
**FILIUS UNI-**  
**CUS HENRI-**  
**CUS V. cogn.**  
 ferreus,  
 qui Terras suas  
 JOHANNI  
 BOH. REGI  
 Feudi titulo  
 obtulit:  
 Bella cum Po-  
 lonis gessit:  
 tatis conductu ad se vocavit cives Glogovienses. Qui ad eum venientes tradicionis ignari  
 steterunt coram eo, cumque mandasset eis seriosis verbis sibi civitatem protinus presentari,  
 responderunt honori suo hoc nullatenus expediri. Quibus & Rex dixit: vos conduci  
 feci ad me paucis hominibus, sed ex quo hoc dicitis, ego reducam vos cum hac hominum  
 multitidine, quam videris: scientes: quod postquam ad domum reversi fueritis, videbitis  
 stare banderium super Castrum. Quod & factum est. Et per hunc modum est civitas Re-  
 gi presentata. Sed successivis temporibus post mortem dicti Heinrici Ducis Saganensis,  
 qui obiit Anno Domini M. CCC. .... & sepultus est in Monasterio Canonorum  
 regularium in Sagano, surrexit unicus filius ejus Heinricus inclitus Dux Saganensis & repe-  
 tit medium partem Glogovie, quam Rex occupaverat, ut prefertur, & tandem recuperavit  
 eam magnis laboribus & fatigis & tediis & gwerris, quas habuit tam in vita Regis Johannis,  
 quam post mortem ejus cum Domino Carolo Imperatore & Rege Bohemie, qui aliquan-  
 do venit Glogoviam cum multis gentibus contra eum, qui se sic viriliter defendebat, quod  
 Dux Heinricus ferreus diceretur. Tandem facta est concordia. Idem Dux Heinricus  
 reepe-

\* Quinque filios fuisset HENRICO III. Diplomatum fide ad no. 15. Tab. nostræ Genealog. II.  
 probavimus.

recuperavit medium partem Glogovie, sed factus est Bohemie Regis & Regni Vasallus. Hic princeps eciam plurimas gwerras habuit cum Rege Polonie Kaczimiro, postmodum profectus eum *Domino Carolo* predicto Romani, dum coronaretur in Imperatorem, ibi cinctus est gladio balteo militari. Demum transivit ad sepulcrum Domini & reversus ad patriam, fortiter movit gwerras illi de Bybyrstejn super quadam devolucione terrarum illius de Paez de Soravia, qui sine propriis heredibus deceperat & commisso bello victoriam obtinuit. Dux autem Johannes predictus mortuus est sine heredibus Anno Domini M. CCC. .... & in Monasterio Lubensi sepultus. Per cuius obitum media pars Gore fuit ad Ducem Heinricum eciam devoluta. Et tandem ipse *Dux Heinricus, postquam generasset tres filios, scilicet Heinricum seniorem modernum Ducem Saganensem: Heinricum mediu*m *Rypoldum Ducem nunc Glogoviensem: Et juniores Ducem Heinricum in Freyenstadt & in Sprottavia, Sperling dictum.* Qui omnes adhuc vivunt & divisionem terrarum fecerunt in hunc modum videlicet quod senior habet Saganum, Crocznam & Nawmburg & Swebusin cum suis attinenciis. Medius vero Runipoldus habet medium partem Glogovie atque Gore & Stynavie & Heineendorff eum suis pertinenciis. Junior autem habet Freyenstadt & Sprottaviam cum suis pertinenciis & prefatus Heinricus Dux Glogovensis nonnullis factis per eum claris actibus, quia fuit homo timens Deum & bene regens suum dominium, tandem decessit Anno Domini M. CCC. LXIX. & sepultus est in Sagano apud Canonicos regulares prope sepulcrum patris sui supradicti.

### DE DUCIBUS OLSNICENSIBUS.

*Conradus* autem *Dux Olsnicensis* fuit homo procerus & prudens, multum austerus inimicis suis, sed amicis valde benevolus. Hic gerit bellum cum Polonis prope Olsnam & victoriam obtinens plurimos nobiles de Polonia captivavit, & sic personaliter existens in prelio pugnavit, & tam strenue se habuit, quod fama circa plurimos magna fuit de eo. Istud bellum factum cum Rex Polonie Kaczimirus cremavit & cepit Stinaviam. Sub ejus regimine bene stabant monasteria Lubense & Trebnicense: Et tandem in senectute bona decessit Anno Domini M. CCC. .... & sepultus est in Monasterio Trebnicense. Cui successit *Conradus Olsnicensis modernus* habens filium *eciam Conradum* per Dei gratiam nunc viventem.

### DE DUCIBUS OPPOLIENSIBUS.

Restat & nunc scribendum de Ducibus Oppoliensibus & eorum successione nec non actibus. Sed quia certitudinaliter quicquam de eis invenire non potui, ad presens eos pertransiens, ad principes magne Polonie declinavi. Superius a longe scribitur, quod *Dux Mescko atque Mescko filius Boleslai curvi tres genuit filios videlicet Boleslaum & Wladislaum, qui quidem Wladislaus duos genuit videlicet: Boleslaum Ducem Posnanensem. De Duce Boleslao Caliseni non inveni processisse heredem*, sed de Primszel Duce Posnanensi processit filius ejus eciam nomine *Primszel* hic oecisus est a suis eciam nullo reliquo herede.

### DE DUCIBUS MAZOVENSIBUS ET COTAVIENSIBUS.

De Duce autem Kazimiro sicut longe superiorius describitur, qui eciam fuit filius Boleslai curvi predicti, processerunt hii videlicet Dux Boleslaus qui heredem non habuit, Conradus Dux Mazovie & Coyavie nec non Lescko alias Lesticko Dux Cracovie & Sandomirie Albus dictus. De Conrado predicto nati sunt Semowitus Dux Mazovie & Boleslaus qui non reliquit heredem, nec non Kazimirus Dux Coyaviensis. Preterea de Semowito Duce Mazovie processerunt, Dux Conradus qui eciam non reliquit heredem. Boleslaus Dux Mazovie. Idein Boleslaus genuit Treydam & Semowitum, de ipsis ulterius non invenio heredes aliquos processisse. Kazimirus autem Dux Coyaviensis predictus genuit Lestickonem dictum Nigrum Ducem Cracovie, Sandomirie & Coyavie, de quo cujus posteros eciam prolem non invenio processisse. Item dictus Kazimirus genuit Synisil Duxem Coyavie, qui Symisil genuit ulterius Ducem Leczonem, Ducem Primszel & Ducem Kazimirum, de hiis similiter tribus filiis non invenio heredem aliquem ulterius processisse. Ita sepe dictus Kazimirus Dux Coyavie genuit Wladislaus dictum Locketh factum Regem Polonie. Hic Wladislaus expulsus fuit de Regno Polonie per Wenceslaum quendam Regem Bohemie, factusque est proflugus tanto tempore quo usque mortuo Wenceslao eodem Rege Bohemie, nec non filio eius eciam nomine Wenceslao per proprios nobiles in Olomucz interfecto, revertitur ad Regnum Sandomiriam nec non totam Polonię re-

ejusque  
Successorem  
LUDOVICUM M.  
UNG. ac POL.  
REGEN,  
ex Sorore  
ELISABETH  
Nepotem  
singulos recen-  
set:

Interregnum  
LUDOVICO  
M. REG E  
defuncto.

cuperans & coronam. Hic insuper Wladislaus Locketh postea magno Theotonicorum, Ungarorum atque Polonorum exercitu congregato potenter ingressus Prussiam usque ad fluvium Ossa dictum duabus vicibus vastavit eandem incendiis pariter & rapinis. Et sicut fertur ultima vice terram expugnasset predictam si a propriis consiliariis traditus non fuisset. Nam a dominis cruciferis de Prussia nonnulli habuerunt pecunias propter quas tradiciones fecerunt in Regem. Iste *Wladislaus* genuit Kazimirum ultimum Regem Polonie, genuit eciam *ducissam Swidnicensem matrem Bolckonis ultimi Ducis Swidnicensis, nec non Heinrici Ducis Lubanie, patris domine Anne Imperatricis confortis Domini Caroli supradicti.* De quibus quidem ducibus facta est mencio superius. Genuit eciam predictus Rex Wladislaus dominam Elisabetham reginam Ungarie, matrem domini Ludwici Regis Ungarie ultimi & Stephani dicti bauer, genuit nichilominus Kazimirus Dux Coyavie supradictus Kazimirum occisum a Litwanis & Semovituin ducem Dobrinensem, de quibus heredes alios processisse non invenio. Dux autem Lesticko dictus albus Cracovie & Sandonirie & Salomea facta Regina, de quibus seu eorum actibus in Cronicis & scripturis nichil invenio quemquam de eorum semine processisse, propter quod ut puto ad Kazimirum filium Wladislai Locketh dicti totum Regnum Polonie esse devolutum, preter Mazoviam & Gnybekaw quas terras habuerunt & habent duces de quorum Geneloya nichil reperto scriptum. Sed iste Kazimirus ultimus Rex Polonie homo maxime fuit suis temporibus providencie temporalis: amavit pacem & in bonum statum Regnum Polonie reduxerat: libenter edificavit Ecclesias: & pro conservacione pacis reformavit castra in regni finibus constituta & fuit homo magnarum opum. Et quamvis, sicut fertur, alias fuerit incontinentis & voluptuosus, non tamen reliquit heredes masculini sexus, stetit quidem in conjugio multis temporibus cum filia Landgravii de Hassia, ex ea tamen nullum suscepit filium, sed finaliter sine proprii seminis masculini sexus herede decessit Anno Domini M. CCC. LXX. feria tercia post omnium sanctorum, in castro Cracoviensi & Cathedrali ecclesia inibi est sepultus. Iste Rex Kazimirus in vita sua disposuerat, sibi debere succedere Ludicum Regem Ungarie filium sororis sue qui aliquanto tempore ambo gubernans regna Ungarie pariter & Polonie, postea eciam sine herede Masculini sexus decessit, relinquens duas filias, seniorem Mariam Sigismundo Marchioni Brandenburgensi, filio Domini Caroli Imperatoris predicti, quem genuit ex domina Elisabeth Imperatrice moderna, matrimonialiter desponsata, quia nonnulli eum referunt jam dormivisse. Aliam vero desponsatam Ducis Leopoldi filio Austrie junioren, que quamvis ducta sit Cracoviam ut habeatur pro Regina nec dum tamen dicti ducis Leopoldi filio, nec alicui alteri traditur copulanda, propter quod hodie pessime stat Regnum Polonie, presertim cum ibidem non habetur Rex, & Magnates & Nobiles sunt discordes, se invicem magnis rapinis & incendiis devastantes. Et plures, sicut fertur, non tendunt ad hoc ut Regem habeant, ut bonis Regni uti valeant & queque liberius propriis usibus applicare. Unde pauperes opprimuntur nec alicui redditur justicia, sed quilibet non secundum rationem dirigitur sed propius secundum motum propriæ voluntatis.

## DE INSTITUCIONE ECCLESIE WRATISLAVIENSIS.

ECCLESIAM  
WRATISLA-  
VIENSEM  
CASIMIR.  
REX POLO-  
NIAE  
Wratislaviam  
transfert:  
Cui Praefules  
fuerunt:  
(orxter \* illos,  
qui Smogra &  
Riczinii sedem  
habentur an-  
tillites:) VI. JERONIMO-  
NIMUS:  
† an. 1062.

Nunc scribendum est de institutione Wratislaviensis Ecclesie, quam in Historiis principium Polonorum reperi. Primordialiter fundat Kazimirus primus, qui, prout superius narratur, fuerat monachus Cluniacensis ordinis Benedictini & ad Polonie Regnum reductus, de quo eciam sunt hii versus: quondam per Monachum Regein dictum Kazimirum est institutus Wratislaus Pontificatus. Hec Wratisl. Ecclesia principaliter, antequam terra Nyssensis esset Ecclesie donata, per dominum Jaroslaum filium olim Boleslai Altij Episcopum Wratislav. de quo superius est narratum, super decimis & decimarum usibus, est fundata, pro majori parte beneficia Ecclesiastica in Wratisl. Dicec. constituta. Hec siquidem Ecclesia, sicut fertur, jam in tertio loco est sita. Fuit enim primo in Smogorew Namislavieus districtus. Secundo in Pitschen Bregens. districtus. Nunc autem in Wratisl. est locata. Cujus Ecclesie primus Episcopus fuit Jeronimus. Hic ordinatus est Anno Domini M. LII. & obiit Anno Dn. M. LXII.

Item

\* Smogra: I. GODFREDUS Civis Romanus, qui an. 983. obiit: II. URBANUS, Nob. Italus, an. 1005. defunctus: III. CLEMENS, Nobilis Italus, an. 1027. denatus: IV. LUCILIUS, Nob. Italus, an. 1036. mortuus; Riczinii: V. LEONARDUS, Nobilis Italus, an. 1045. febri quartana extinctus: VI. TIMOTHEUS, Nob. Italus, an. 1051. diem suum obiens, ECCLESIAE WRATISLAVIENSIS erant Antistites.

- Item Anno Domini M. LXII. ordinatus est *Johannes secundus Episcopus Wratisl.* & VIII. JO-  
obiit Anno Dn. M. LXXII. HANNES II.  
Item Anno Dn. M. LXXXIII. ordinatus est *Petrus tercius Episcopus Wratisl.* & obiit IX. PETRUS I.  
Anno Dn. M. XCI. Tempore istius Episcopi passus est S. Stanislaus, M. LXXIX. † an. 1092.  
Item Anno Domini M. C. XX. ordinatus est *Syroslaus quartus Episcopus Wratisl.* & X. ZTROS-  
obiit A. Dn. M. C. XX. LAUS I.  
Item Anno Dn. M. C. XX. ordinatus est *Haymo quintus Episcopus Wratisl.* & obiit XI. HATMO:  
An. Dn. M. C. XXVI. † an. 1126.  
Item An. Dn. M. C. XXVI. ordinatus est *Robertus sextus Episcopus Wratisl.* & obiit XII. ROBERT-  
A. Dni. M. C. XL. Hic sicut reperitur in aliquibus Cronicis, translatus est de Ecclesia TUS:  
Wratisl. ad Cracoviem. Et ibidem Sancti Wenceslai Kathedralem Ecclesiam confecravit. † an. 1140.  
Item A. D. M. C. XL-I. secundum aliquas Cronicas ordinatus est *Magnus, septimus Episcopus Wratisl.* & obiit XIII. MAG-  
qui fuit tempore Wladislai patris Boleslai curvi, sicut in illis Cronicis re- GNUS:  
peritur & obiit Anno Domini M. C. XLV. vel M. C. XLVI. † an. 1146.  
Item A. D. M. C. XLVI. ordinatus est *Johannes secundus, dictus Janick*, octavus XIV. JOAN-  
Episcopus Wratislav. qui propter ejus clara meritorum insignia ad Archi-Episcopalem NES II.  
Gnezenf. Ecclesiam translatus est, ubi defunctus est & ejus mortis terminus ignoratur. † an.  
Item A. D. M. C. XLVIII. ordinatus est *Walterus nonus Episcopus Wratislav.* XV. WALTE-  
RUS: Istius Episcopi Wratislavensis temporibus Ecclesia de muro lapideo est constructa, que  
lignea fuit antiquitus & usque ad ejus tempora, sicut dicitur, multi Episcoporum Polonie  
nec non Canonici & sacerdotes uxorati fuerunt, per eundem Episcopum Walterum institutum est officium, Ludum Lugdiniens. Ecclesie in Ecclesia Wratisl. servandum, cum  
tantum & ordine, ut puto, quod hoc factum sit, ex eo, quia in Lugdino Sanctus Johannes  
est Patronus & ad instar Ecclesie Wratisl. Canonici Lugdiniens. deferunt rubeas cappas &  
quoniam dicta Lugdiniensi Ecclesia est in Francia constituta, puto, quod de eadem Eccle-  
sia Lugdiniensi recepta sunt Ecclesie Wratisl. armis, videlicet sex alborum liliorum in cam-  
po rubeo. Communiter enim liliorum armis utuntur Episcopi Regni Francie, sicut vidi.  
Hic Episcopus Walterus introduxit primo Conventum nigrorum monachorum in Lew-  
bic和平 ordinis Sancti Benedicti. Sed postea Conventus ibidem factus est unus sub ordine  
Sancti Bernhardi. Et idem Waltherus extitit Episcopus & obiit Anno Domini M. C. LXIX. VI. Kal. February. † an. 1169
- Item A. D. M. C. LXX. ordinatus est *Syroslaus secundus*, decimus Episcopus Wratisl. XVI. ZTROS-  
tisl. & obiit Anno Domini M. C. LXXXIII. Nonas Aprilis. LAUS II.  
Item A. D. M. C. LXXXI. ordinatus est *Franco vel Franciscus XI. Episcopus Wratisl.* XVII. FRAN-  
tisl. & obiit Anno Domini M. C. XCIV. quamvis quedam Cronicam dicat hunc Francko- CKO:  
nem fuisse ante Magnum predictum, qui Magnus in aliquibus Cronicis & Episcoporum  
designacionibus non reperitur. † an. 1198.
- Item Anno Di. M. C. XCIX. ordinatus est *Dominus Jaroslav Dux filius Boleslai* XVIII. JA-  
ALTI, de quo supra fit menio, XII. Episcopus, qui dedit terram Nyssensem Ecclesie Wratisl., R O S L A U S ,  
prout etiam superius est expressum. Sed donationem nonalium in tota terra SIAE:  
Legnicensi per dominum Syroslaus Episcopum factam Lubensi monasterio, quod pater † an. 1201:  
Dominii Jaroslai fundaverat, irritavit, patre de terra propulsò & obiit Anno Domini M.CCI.  
X. Calend. Februario, antequam pater esset mortuus.
- Item Anno Domini M. CC. I. postulatus est ad Wratislav. Ecclesiam assumptus Dominus Cyprianus Episcopus Lubucensis. & factus est XIII. Episcopus Wratisl. Hic Cyprianus ANUS:  
antequam esset Episcopus Lubucensis fuerat Abbas Sancti Vicencii prope Wratislav. & obiit † an.  
Anno Domini .....
- Item Anno Domini M. CC. VII. ordinatus est *Laurencius XIII. Episcopus Wratisl.* XX. LAUREN-  
cius: cuius temporibus fundatum est monasterium Cisterciensis Ordinis Henrichaw per quen-  
dam Nicolaitum, qui dicitur fuisse Notarius Domini Heinrici cum barba Ducis Wratislav.  
cum adjutorio tamen ejusdem Domini sui Duci. Conventus intravit idem monasterium  
sub duce predicto Anno Domini M. CC. XXII. Item Ejusdem Episcopi temporibus  
fundatum est Monasterium in Camencz, propter scopolos, qui fuerant ibi, nomen trahens  
a lapide seu scopolis lapideis. Castrum hoc fundaverat quidem Wratislaus Dux Bohemiae  
construerens ibi Capellam in honorem Sancti Procopii. Postea fuerunt ibi positi re-  
gulares Canonici de Monasterio Sancte Marie Wratislav. sed successivis temporibus Mo-  
nachi Cisterciensis Ordinis introducti, tempore Domini Thome primi Episcopi Wratisl.  
Anno Domini M. CC. XLVI. VII. Idus Januarii, temporibus Domini Innocencii Pape  
Quarti. Obiit autem dictus Dominus Laurencius Anno Domini M. CC. XXXII. † an. 1122:

**XXI. THO.  
MAS I.** Item Anno Domini M. CC. XXXII. ordinatus est *Thomas primus*, XV. Episcopus Wratisl. Hic de nobili progenie Polonorum natus, sic litterarum sapientia & virtutibus morum claruit, ut ejus fama celebris esset in Romana Curia & apud nobiles & magnates. Nichilominus irritavit nonnullas donaciones factas per predecessores suos Monasteriis in Lubes pariter & in Trebnicz, Episcopatum autem suum extulit plurimum & ditavit. Hic Thomas dicitur fuisse captus per Boleslaum Duce Legnicens. & sine consensu Capituli permutacionem decimarum fieri permisit, sicut fertur in pecunias & maldratus & tandem obiit Anno Domini M. CC. LXVII. tercio Calend. Juny in nocte videlicet.....  
† an. 1267.

**XXII. THO.  
MAS II.** Item Anno Domini M. CC. LXX. vel secundum LXXI ordinatus est *Thomas secundus*, filius sororis dicti Thome Primi, XVI. Episcopus Wratisl. Et secundum quod Ecclesia Wratisl. vacavit aliquibus intermediis annis post obitum Thome I. pro eo quod Dux Wladislaus factus Archi-Episcopus Salzburgensis a Domino Papa imperavit in sub-sidium sibi Episcopatum Wratislav. ut posset usum fructus percipere annis mediis ut preferatur. Hic Dominus Wladislaus Salzburgensis Archi-Episcopus dum quondam stetisset in studio Paduan. quidam homo quondam dives sed pauper factus pulcherrimam habens filiam, coactus inopia misit eam ad Wladislaum ad deflorandam per eum. Cui compaciens nec cum ea voluit habere commercium, sed poicus data sibi propter Deum pecunia maritavit eandem, propter has virtutes videlicet pietatis & castitatis, ejus fama celebrior apud omnes habebatur. Hic siquidem Thomas secundus plurimas persecuciones sustinuit a principibus & presertim a Duce Heinrico quarto Wratisl. qui nominabatur probus & quantum persequebatur enim superius est narratum. Verum tamen idem Dux postea penitencia ductus Ecclesiam sancte crucis Wratisl. fundavit & alia plurima bona fecit. Idem Thomas obiit Anno Domini M. CC. XCII. II. Idus Martii.

**XIII. JO.  
NANNES III.** Item Anno Domini M. CC. XCII. ordinatus est Dominus *Johannes Romka*, XVII. Episcopus Wratisl. Et obiit Anno Domini M. CCC. I. III. Kal. Decemb.

**XXIV. HEN-  
RICUS DE  
WIRBNA:** Item Anno Domini M. CCC. I. ordinatus est *Henricus de Wirbenaw* XVIII. Episcopus Wratisl. & obiit An. Dn. M. CCC. XIX. IX. Calend. Octobris.

**† an. 1301.  
XXVI.\* NAN-  
CKERUS:** Item An. Dn. M. CCC. XXVII. translatus est Dominus *Nenckerus* XIX. Episcopus Wratisl. de Ecclesia Cracoviens. ad Ecclesiam Wratisl. Et sciendum quod annis interme-diis Ecclesia Wratisl. vacavit propter duos electos in discordia, quorum unus fuit *Vitus*, alter vero *Lucoldus*. Quibus simul litigantibus in Romana Curia super ea tandem Vitus triumphavit & vix octo diebus vel citra, post victoriam supervivens tradidit spiritum & translatus est, ut predictitur, Dominus Nenckerus, qui fuit homo constans. Et propter castrum Melicz in faciem excommunicavit Johannem Regem Bohemie, ut superius eciam est expressum. Et quemadmodum fertur reversus Nyssam postea sexta feria ex de-vocione nudis pedibus discurrens per ecclesiastis, breviter est defunctus, videlicet Anno Domini M. CCC. XLI. IV. Idus Aprilis. Et tandem dictus Wratisl. Ecclesie traditus, audi vi referre, quod in exitu anime sue de corpore, per quandam devotissimam mulierem svavissimus est cantus auditus, cui & revelatum est animam deferri per angelos Nenckeri Episcopi supradicti. Devotus quidem homo fuit & simplex multum jejunavit & missas quotquot legi poterant per capellanos suos audivit, & oblationem fecit ad misericordiam quamlibet specialem.

**XXVII. PRE-  
CISLAUS de  
Pogarella:** Item Anno Domini M. CCC. XLI. in die videlicet Sancti Gothardi Confessi. in Episcopum Wratislavien. concorditer est electus *Dominus Priczlaus de Pogrella*, XX. Episcopus Wratisl. revoluto Anno eodem die Sancti Gothardi per Dominum Benedictum Papam confirmatus est. Quamvis enim se postulaverat confirmari per Gneznensem Archi-Episcopum, tamen Rex Kazimirus, de quo superius fit mencio, impedivit ejus confirmationem desiderans promoveri aliquem de suis natis de Cracovia. Quoniam plures tunc fuerunt Wratisl. Canonici Cracovite. Quapropter transtulit se ad Romanam Curiam ubi fuit confirmationis & consecrationis beneficium consecutus. Hic reversus de curia cum Johanne Rege Bohemie nec non ejus filio Carolo tunc Marchione Moravia supra controversis pretextu castri Melicz habitis pro ut eciam narratur superius, concordavit. Et in Wratisl. per omnes cum reverentia est suscepitus, hic natus in die Gothardi & eodem die revolutus annis plurimis electus & eciam confirmatus. Nam sicut audivi ab ejus ore cum adhuc esset parvulus mandavit sibi mater ut magna reverentia habere debet Sanctum Gothardum. Qui natus esset in ejus die, sciretque pro certo multa sibi esse bona ejusdem

\* Hic XXV. EP. VITUM Habdanckium omisit Autor, forte quod alii tum LUTHOLDUM ex Wirorum Gente EP. elegiissent; Victor tamen ille coram P. R. extitit & an. 1326. defunctus est.

ejusdem sancti meritis reservata. Propter quod & ipse postquam promotus esset in Episcopum in magna devocione Sanctum Gothardum habuit & in ejus die duplex festum instituit celebrandum distribuciones faciens pro Canonicis & Vicariis Wratisl. ipso die fieri speciales. Idem Episcopus fortunatus & felix fuit habundans rebus temporalibus de quibus Ecclesie nec non confangvineis suis plurima bona fecit, omnes villas & possessiones quas habet Wratisl. Ecclesia & Episcopatus in principatu, dominiis & districtibus omnibus liberavit, supremum jus quod nonnulli vendicaverant eripiens de manibus Laicorum, jam per censuram Ecclesiasticam, jamque per exolucionem peccunie. Et nichilominus *pulchram capellam in honorem virginis gloriose, retro chorum Wrat. ecclesie, ubi canuntur omnes bore de domina nocturne pariter & diurne, pro ..... nec non mansionariis instituit & fundavit*, dotans illam sufficientibus redditibus, nonnullis per eum eciam constructis & dotatis altaribus, in eadem. Preterea instituit in Nyssa Conventum XX. pauperum Laycorum, quibus singulis diebus necessaria largiuntur vietu pariter & amictu. Providus homo multum fuit & bene rexit suam ecclesiam, vitabat gwerras ubi potuit favorem conservans principum atque pacem. Propter quod aliquam congregaverat pecunie quantitatem, qui diu vixerat, unde ad ejus successionem plurimis aspirantibus ecclesia tanto vacavit tempore, ut longe post ejus obitum nullus Episcopus haberetur, obiit autem in Othmachaw Anno Domini M. CCC. LXXXVI. in nocte Doninice Palmarum, que fuit VIII.<sup>t in Ottomachaw an. 1376:</sup> nonas Aprilis & ductus Wratisl. in Capella beate Virginis supradicta solemniter est sepultus.

Item Anno Domini M. CCC. LXXXII. translatus est de Ecclesia Lubensi ad Wrat. \*XXIX. WEN-  
ecclesiam Dominus Wenceslaus Dux Lignicens. & Episcopus Wratisl. XXI. modernus. Hic  
provisus per Dominum Urbanum Papam quintum cum amicis suis multas persecuciones sustinuit *a Domino Wenceslao Romanorum & Bohemie Rege*, fortassis ex eo quod sine con-  
fensi suo promotus extitit. Et sciendum quod dictus *Dominus Rex Wenceslaus est filius Domini Caroli Imperatoris predicti, quem suscepserat ex Domina Anna filia Heinrici Ducis Jaworenensis & Lubanie Ducis Bolckonis ultimi Swidnicensis fratriss.* Hic sequidem Dominus Wenceslaus duxit uxorem *Dominam Johannam filiam Alberti Ducis Bavarie Comitis Hollandie atque Hanorie, quam idem Dux suscepserat ex Margaretha filia Ludwici Ducis Bregensis predicti.* Quamvis enim idei dominus Rex fuerit, & sic dicti Wenceslai Episcopi ex patre consanguineus & ex uxore affinis, volens tamen pocius quendam de ducatu Wratisl. ad Episcopatum suisse promotum, multa damna intulit ecclesie, cupiens super hoc quod super potacione cerevisie aliunde adducte ad summum Wratisl. nec nonnullis libertatibus ecclesie inter canonicos ab una & cives Wrat. ab alia parte, tunc questio vertebar. Nam idem dominus Rex Clerum permisit expelli ac eos nec non eorum homines depredari, comminando principibus ne quemquam apud se Wrat. Canonicum conservarent, propter quod fugati fuerunt hinc inde, donec concordia tractaretur. Que tamen proch dolor consummata fuit cum tanto ecclesie dispedio, quod difficulter recuperari poterit multis temporibus effectis. Nam Regis consiliarii, quilibet habet partem & tunicam, propter quod reditus ecclesie obligati sunt plures, & Episcopus supradictus ad magnam devenit inopiam ut eciam multis debitorum oneribus est pregravatus. Deus parcat illis & qui causam huic dederunt & sui misericordia faciat aliquando suam ecclesiam, que quondam opulenta fuit, & floruit, a suis incommodis feliciter respirare, tribuatque sapientiam & fortitudinem Episcopo, ut debitorum oneribus depositis diuiciis vivens, reformare possit deperditam cum salute, ecclesiam.

Principum & Episcoporum Polonie libenter descripsissem actus & gesta magis no- <sup>ut & pro reli-</sup>  
tabilia, sed in scripturis & Cronicis, quas videre potui, relatione dignum non inveni amplius & expressum, DEO referens gracias, qui Rex Regum & dominus dominancium gerit in manibus omnium principum potestates, quas sic dirigere dignetur, ut pacem diligent gwerrarum dimotis convolucionibus, commoda subjectorum procurent, & Deum Omnipotentem timentes dignis laudibus venerentur, sic quoque sua gubernent dominia, ut post hanc vitam cum subjectis sibi populis consequantur consolaciones celestium gaudiorum. Amen.

Pro cuius Sa-  
lure Vota sol-  
vit Autor:

## III.

# SIGISMUNDI ROSITZII CHRONICA ET NUMERUS EPISCOPORUM WRATIS- LAVIENSIMUM.



Ratislavensem ut in Principum Polonorum reperitur Historiis CÁSIMIRUS I. Monachus Subdiaconus Cluniacensis Monasterii & ad Poloniae Regnum reductus fundavit Ecclesiam: de quo etiam sunt hi Versus:

Quondam per Monachum Regem Dominum Casimirum  
Est institutus Wratislaus Pontificatus:

Hæc siquidem Ecclesia jam in tertio loco sita est: Fuit enim a) primo in Smogra Narislavensis Districtus, secundo in b) Riczen Bregensis: nunc autem in Wratislaviam est locata.

Hujus Ecclesiæ primus Episcopus fuit Hieronymus Nobilis Romanus ordinatus An. Domini 1051. qui & attulit Reliquias, sc. capita SS. Vincentii Levitæ & Martyris: & brachia sanctorum Clementis, Georgii, Sebastiani Martyrum: † Anno Domini 1062.

Secundus Episcopus Wratislavensis c) Johannes ordinatus est anno Domini 1063. & † an. 1072.

Tertius Episcopus Wratislavensis d) Petrus ordinatus est an. Domini 1074. & † an. 1111. Tempore ipsius passus est Stanislaus Episcopus Cracoviensis an. Domini 1079.

Quartus Episcopus Wratisl. e) Zyroslaus ordinatus est an. Domini 1112. & † 1120.

Quintus Episcopus Wratisl. f) Haymo Comes Hulsanæ ordinatus est an. Domini 1120. qui fundavit Collegium Glogoviæ Majoris & † an. Domini 1126.

Sextus Episcopus Wratisl. Robertus alias g) Rupetius ordinatus est an. 1127. Hic translatus est de Ecclesia Wratislavensi ad Cracoviensem & ibidem S. Wenceslai Ecclesiam consecravit: † an. 1140.

Septimus Episcopus Wratislav. secundum æquas Chronicas h) Magnus ordinatus est an. 1141. qui fuit Tempore Wladislai Patris Boleslai Curvi, sicut in illis Chronicis repetitur: † an. Domini 1145.

Octavus Episcopus Wratislav. Johannes II. qui vocatus fuit i) Janech ordinatus est an. Domini 1147. Hic propter clara ejus meritorum insignia translatus est in Archi-Episcopatum Gnesnensem & ibidem defunctus: ejus Mortis dies ignoratur.

Nonus

a) MIESLAUS I. DUX POLONIAE, qui foedam superstitionem damnavit exilio & CHRISTO nomen dedit Episcopatum hunc an. 966: instituit, quod una omnium Arinalium Voce constat; Antistites igitur Smogre fuerunt:

I. GODEFRIDUS, Civis. Romanus, elect. an. 966. † 983. 21. Junii.

II. URBANUS, Nobilis Romanus, elect. 983. † an. 1005.

III. CLEMENS, Nobilis Italus, elect. an. 1005. † an. 1027.

IV. LUCILIUS, Nobilis Italus, el. an. 1027. † an. 1036.

b) Riczinii: V. LEONARDUS, Nob. Italus, el. an. 1036. † an. 1045. 4. Apr.

VI. TIMOTHEUS, Nob. Italus, elect. an. 1045. † an. 1051.

VII. HIERONYMUS, Nob. Romanus: quo Praefule CÁSIMIRUS POL. REX Ecclesiam Cathedram Wratislaviam in Insulam S. Johannis transtulit: † an. 1062.

c) Wratislav. VIII. JOHANNES I; Nob. Polonus, Gente Gryphius: † an. 1072.

d) IX. PETRUS, Nob. Polon: familia Vulpinas: † an. 1112: ex quo Rositzii de Morte Ejus Testimonio Dlugosius corrigendus est; qui an. 1072. electum; an. vero 1091: defunctum; postquam annis uno & trigesima in Eccles. Wratislavensi præsedisset; lib. IV. trædit.

e) X. ZYROSLAUS, Nob. Polonus, de Domo Rozæ in Terra Cracoviensi: † an. 1120: non an. 1100. ut alii volunt;

f) XI. YMISLAUS quoque dictus, Nob. Polonus; de Domo Lesczytarum alias Acerorum: † an. 1126.

g) XII. ROBERTUS, Nob. Polonus ex familia Korabitarum: † an. 1143. d. 12. Apr: ut habet Dlugosius lib. V.

h) XIII. MAGNUS, Nob. Polonus, Gente Zarembarum; BOLESLAI DUCIS POLONIAE Cancellarius: † an. 1146.

i) XIV. JOHANNES II. Nob. Polonus, Gente Gryphonum; electus an. 1148. Archi-Episcopus Gnesnensis: † an. 1165. Teste Dlugosio:

Nonus Episcopus Wratisl. k) *Walterus* ordinatus est an. Domini 1148. hujus Temporibus Ecclesia Wratisl. murata est, quæ lignea fuit, & usque ad ejus Tempora multi Episcoporum Poloniae ac Canonici & Sacerdotes uxorati fuerunt: Per eundem Episcopum institutum est Officium Lugdunensis Ecclesiae cantu & Ordine in Ecclesia Wratisl. quia in Lugdunensi Johannes Baptista est Patronus & Administrator Ecclesiae Wratisl. Canonici Lugdunenses habent rubeas cappas & de Ecclesia Lugdunensi Arma Ecclesiae Wratislaviam sex litorum in campo rubeo sunt recepta. Hic Episcopus primo introduxit Conventum Monachorum in Leubes Ordinis S. Benedicti.

Decimus Episcopus Wratisl. l) *Zyroslaus II.* ordinatus est an. Domini 1170. & † an. Domini 1183. Non. Apr.

Undecimus Episcopus Wratisl. *Suantbo m)* Franco alias Franciscus ordinatus est an. Domini 1183. † an. Domni 1198. Chronica dicit hunc Franconem fuisse ante Magnum praescriptum: qui Magnus in aliquibus Chronicis & Episcoporum Designationibus non reperitur.

Duodecimus Episcopus Wratisl. n) *Jaroslau Dux, Boleslai Altii Filius*, ordinatus est an. Domini 1199. Hic dedit Terram Nissensem Ecclesia Wratislav. sed donationem decimorum in toto Territorio Lignicensi per Dn. Zyroslaum Episcopum Lubensi Monasterio factam infirmavit, † 1201. V. Kal. Februarii.

Tredecimus Episcopus Wratisl. o) *Cyprianus* postulatus de Ecclesia Lubucensi, ubi tunc fuit Episcopus, an. Domini 1201. Hic antequam esset Episcopus Lubicensis fuit Abbas Monasterii S. Vincentii prope Wratislaviam: † an. 1206. XI. Kal. Decembr.

Decimus quartus Episcopus Wratislav. p) *Laurentius* ordinatus est an. Dmni 1207. cuius Temporibus fundatum est Monasterium Henrichaw an. Domini 1222. Item Monasterium Camenense fundatum est ejus Temporibus: Fuerunt ibidem Canonici regulares de Monasterio S. Mariæ.

Decimus quintus Episcopus Wratislav. q) *Thomas* de nobili progenie Polonorum natus, ordinatus est an. Domini 1232. qui ædificavit Chorum Ecclesiae Wratisl. & dedit Capitolio decimas in districtu Cruciburgensi & Pitschenensi: Episcopatumque suum extulit ac dedit. Hic dicitur captus per Boleslum Ducem Lignensem & sine Consensu Capitolii permutationem decimorum & maldratarum in pecunias fieri permisit: † an. Domini 1267. in nocte Cartianorum.

Decimus sextus r) *Thomas II.* Episcopus Wratislav. fuit filius praescripti Thomæ: ordinatus fuit an. Domini 1271. XII. Kal. April. Vacat Ecclesia plurimis intermediis Annis post obitum Dni Thomæ I. pro eo quod Dux Wladislaus factus Archi-Episcopus Salzburghensis à Dno Papa impetraverat sibi in subsidium Episcopatum Wratislav. Hic Thomas II. plurimas persecutions à Principibus sustinuit & praesertim à Duce HENRICO IV. Probo cognominato, qui postea pœnitentia ductus Ecclesiam S. Crucis fundavit. Idem Thomas † an. Domini 1292. V. Id. Martii.

Decimus septimus Episcopus Wratisl. s) *Johannes* ordinatus fuit an. Dmni 1292. Non. Augusti, & † An. Dmni 1301. XIII. Kal. Decembr.

R

Decimus

k) XV. *WALTHERUS*, Nob. Pol. ex Gente Zadereorum: antea BOLEZLAI Altii DUCIS SILESIAE Cancellarius: quem A. C. 1176. inchoante obiisse tradunt: BOLEZLAUS vero an. 1178. adhuc superstitem fuisse Diplomate Leubusino Cœnobio concessio, quod est CXXVII. Spec. C. nostri D. afferit.

l) XVI. *ZYROSLAUS ROSA*, Eques Polonus: † an. 1181. 3. April.

m) XVII. *FRANCISCUS PRAWDITA*, Eques Silesius: † an. 1198. Testate Dlugosso.

n) XVIII. *JAROSLAUS, DUX ZLEZIE DE OPOL*, elect. an. 1198. Kal. Junii: † an. 1201. X. Kal. Febr. vid. Tab. nostram Genealog. I. no. 9.

o) XIX. *CYPRIANUS*, Eques Polonus, elect. an. 1201. Kal. Martii: † an. 1207. 21. Febr. vid. Mart. Hanckii de Silesiis Alienigenis Erruditis Cap. II.

p) XX. *LAURENTIUS DOLIVITA*, Eques Polonus: † in Preichaviano Castro Ducatus Wohlaviensis an. 1232. 8. Junii.

q) XXI. *THOMAS COSLEROGUS*, Eques Polonus, elect. an. 1232. 18. Aug. captus an. 1256. 6. Octobr. in oppido Gorka cum duobus Canonicis Bogushao & Eccardo à Bolezlao Duce Legnicensi: † an. 1267. 30. Maii.

r) XXII. *THOMAS II.* Thomæ I. ex Sorore nepos: † an. 1292. d. 11. Martii.

s) XXIII. *JOHANNES ROMKA*, Eques Polonus, elect. an. 1292. 24. April. † an. 1301. d. 14. Nov. Peste corruptus.

Decimus octavus Episcopus Wratisl. t) *Henricus de Wrbna* ordinatus fuit An. Domini 1301. Hic Castrum Kaldenstein multis Villis Ecclesiae obligavit: † 1319. Kal. Oct.

Decimus nonus Episcopus Wratisl. *Nankerus* translatus de Episcopatu Cracoviensi ad Ecclesiam Wratisl. an. Domini 1327. Et vacat Ecclesia Wrat. annis intermediis propter duos in discordia electos u) *Vitum & Lutoldum*: Hic Nankerus x) Homo constans propter Castrum Melicz Johannem Regem Boemiae in faciem excommunicavit. Devotus homo fuit & simplex, multum jejunavit, Missas quotquot legi potuerunt per suos Capellanos audivit, & ad quamlibet specialem oblationem fecit, tandem reversus Nissam pedibus Ecclesiastis visitavit. Breviter defunctus est an. Domini 1341. ductus Wratisl. Ecclesiastice traditur sepultura.

Vicesimus Episcopus Wratislav. y) *Preczlaus de Pogarella*, electus fuit in Nissa in die S. Gothardi an. Dmni 1341. ductus Wratislaviam Tempore expulsione Cleri de Wratislavia: confirmatus fuit an. 1342. Fecit concordiam cum Rege Boemiae Johanne & filio ac novam Ecclesiam Wratislav. dudum inceptam confirmavit, atque capellam pulchram in honorem Mariæ Virginis, retro chorum Ecclesiae Wratisl. fundavit, & alia multa bona fecit: † an. 1376. tercia nocte post dominum Palmarum. Ductus Wratislaviam in capella praescripta solenniter est sepultus, de quo sunt Versus:

MCCC seno sub & anno septuageno  
Idibus Aprilis decrepitus atque senilis  
Fræsul honoratus est mortuus & tumulatus:  
Regem de cœlis oret nunc quisque fidelis  
Ut propter merita sibi detur cœlica vita.

z) Vigesimus primus Episcopus Wratislav. aa) *Wenceslaus Dux Silesie & Dmnuis Legnicensis*, translatus est de Ecclesia Lubecensi ad Wratislav. an. Domini 1382. Hic multas persecutiones à Rege Boemie Wenceslao sustinuit, quod sine suo consensu promotus extitit. Cessit Ecclesiæ an. Domini 1417. † 1420.

Vigesimus secundus Episcopus Wratislav. bb) *Conradus Dux senior Silesie & Dominus Olsnicensis*, cui provisum fuit de Episcopatu Wrat. in vigilia B. Thomæ Apostoli an. Domini 1417. Hic intravit Wratisl. Dominica Lætare & suscepitus fuit cum Reverentia. An. Dmni 1445. spoliari fecit bona Capituli Vicos Oltatschin, Eckersdorf, Radlowicz: sed affixa deinde fuit valvis Ecclesiae Wratisl. bulla Restitutionis Episcopatus sui & venit Wratislaviam in profecto S. Hedwigis, introivitque Ecclesiam: Quare Daus Petrus Noway, Franciscus Woyezdorf Scholaisticus, & Caspar Weigel Cancellarius in die Simonis & Judæ Apostolorum recesserunt de Wratisl. suspendentes Jurisdictionem, & appellatum fuit à Capitulo ad sedem Apostolicam contra Dominum Episcopum: interim Episcopus monuit Prælatos, Canonicos & alios, inter quos aliqui eidem adhaeserunt, alii disenserunt. Tandem habitis pluribus Contractibus receptus est in Episcopum Wratislaviensem & præstata fuit sibi obedientia à Dominis Prælati & Capitolio: † an. Domini 1447. in Vigilia S. Laurentii. Requiescat in pace.

Vigesi-

t) XXIV. HENRICUS a WÜRBEN, elect. an. 1302. d. 2. Februar. † an. 1319. d. 23. Sept.

u) XXV. VITUS, ex Habdanckiorum Gente: † an. 1326.

x) XXVI. NANKERUS OXIUS, Eques Silesiae Opolensis: † Nissæ an. 1341. 10. Apr. sepultus in Templo Cathedrali S. Johannis, cuius hæc Sepulcri Inscriptio:

PRAESUL NANKERUS ELECTUS KRAKOVIENSIS  
OCCIDIT HIC VERUS TRANSLATUS WRATZLAVIENSIS:  
Mille Trecentenis Annis primo Quadragenis  
In Festo Pasce: DEUS hunc super æthere pasce:

M. CCC. XXXI.

y) XXVII. PRECISLAUS de Pogarella, Eques Silesiae Monasterbergensis, cuius varia Diplomata in Spec. C. nostri D. exhibemus, unde Aulæ Regiæ Cancelleriarium fuisse constat: electus an. 1341. 5. Maii: † an. 1376. 6. Apr.

z) XXVIII. EP. erat THEODERICUS Bohemus, elect. an. 1376. 27. Apr. quem P. R. Gregorius XI. confirmare noluit, Rositzius plane omisit: † an. 1382. 15. Febr.

aa) XXIX. WENCESLAUS, DUX ZLEZIE, DNUS in LEGNITZ, Wenceslai I. Ducis Filius, Boleslai Nepos erat, de quo curatius Tab. nostra Genealog. V. no. 9.

bb) XXX. CONRADUS, DUX ZLEZIE, DNUS in OLESNITZ, Conradi II. Ducis Filius erat, CONRADI I. Nepos, de cuius rebus cumulatius agit Tab. nostra Genealog. III. no. 16.

Vigesimus tertius Episcopus Wrat. cc) *Petrus II. V. Septembr. an. 1447.* confirmatus per Dominum Vincentium Archi-Episcopum Gnesensem, VII. Mens. Octobr. consecratus: † an. Domini 1456. in castro Ottmucha ipso die S. Dorotheæ: sepultus in Choro Ecclesiae Wratislav. in die Apolloniae.

Vigesimus quartus Episcopus Wrat. Dnus dd) *Jodocus de Rosenberg*, electus fuit in Ecclesia Wrat. die 8. Mens. Mart. qui fuit feria secunda post Dominicam Lætare an. Domini 1456. Venit Wratislaviam die XI. mens. Junii an. sequ. & fuit susceptus à Capitolio, Clero & Consulatu. Die 7. Mens. Novemb. pulsatis Campanis omnibus, Te DEUM laudamus, cantatur: accessit ad sumnum Altare osculatus reverenter sanctorum Reliquias, obtulit 4. florenos Ungaricos. Consecratus per Dnum Casparum Episcopum ..... nensem die Dominicæ, Gaudete in domino semper, qui fuit undecima mensis Decembris. Obiit in Nissa an. 1467. Ductus Wratislaviam in Ecclesiam Episcopalem sepultus in Choro.

Vigesimus quintus Episcopus Wrat. Dnus ee) *Rudolphus*, electus est an. 1468.

R 2

Confir-

cc) XXXI. PETRUS, ex Pago Novack Terræ Nissensis, elect. an. 1447. 5. Sept. † an. 1456. 3. Febr. Sepulcri in Wratislavensium S. Johannis Cathedrali Templo hæc Inscriptio:  
REVEREND. IN CHRISTO PATER DNUS PETRUS DEI GRACIA  
EPUS WRATISLAVIENSIS OBIIT ANNO DMNI M. CCCC. LVI.  
MENS. FEBRUARII DIE III.

dd) XXXII. JODOCUS L. B. DE ROSENBERG, Bojonus, elect. an. 1456. d. 13. Febr. † an. 1467. 12. Dec. Sepulcri in S. Johannis Templo hæc Inscriptio:  
ANNO M. CCCC. LXVII. DIE XII. DECEMBR. NISSAE OBIIT  
REVER. DNUS JODOCUS DE ROSENBERG, EPUS WRATIZLAV.  
HIC SEPULTUS.

ee) XXXIII. RUDOLPHUS, Rudisheimensis Moguntinus, elect. an. 1468. † an. 1482. d. 9. Jan.  
Sepulcri in eodem Templo hæc Inscriptio:  
Missus ab Urbe fuit Legatus Præfus in istas  
RUDOLPHUS Terras: Rhenus eum genuit:  
Ex Lavantina Clero Populoque vocatus  
Ecclesia, Meritis accepit hic Cathedram,  
Fauste quam tenuit: tetris agitatus in Annis  
In Domino tandem mortuus Astra petit:  
M. CCCC. LXXXII.

De Vitis horum Episcoporum curatius l. c. Mart. Haickius egit: nos brevi Indice, qui post Rudolphum & obitum Rositzii ad præsentem hanc nostram ætatem ECCLESIAE WRATISLAVIENSI ANTISTITES fuerint, hoc loco indicare opera pretium duximus.

XXXIV. JOANNES IV. Wemdingensis Svevus, elect. an. 1482. † an. 1506. d. 21. Jan.  
Sepulcri in Templo Cathedrali hæc Inscriptio:  
Anno M. D. VI. XXI. DIE MENSIS JANUARII OBIIT REVEREND.  
IN CHRISTO PATER DNUS JOANNES EPUS WRATIZLAVIENSIS;  
MAGNUS ECCLESIAE SUAE BENEFATOR ET AEDIFICIORUM  
VETERUM INSTAURATOR SUMMUS: CUI DEUS MISEREATUR.  
Fulva hæc Imago quam vides Lector Quarti

JOANNIS est Antistitis:

Saxo abditum Corpus jacet latissimo

Inter Chori Subsellia:

Annalibus Vitam lege; hoc dicam tamen,

Quod nec negarunt invidi:

Vir optimus: doctissimus: prudens: gravis

Magno omnium luctu perit. M. D. VI.

XXXV. JOANNES V. THURZO DE BETHLEN-FALVA, Eques, aliis POLONUS,  
aliis Hungarus, elect. an. 1506. 22. Martii: † Nissa 1520. d. 11. Aug. Sepultus Wratislav. in Templo S. Johannis Cathedrali, quod sepulcrum duplex commendat Inscriptio:  
Prior:

JOANNI THURSONI WRATISLAV. EPO ET PROVINCIAE

SILESIAE ALIQUANDIU PRAEFECTO PRINCIPI OPTIMO: RELIGIONE

ET PIETATE IN DEUM: JUSTITIA IN OMNES: SINGULARI DOCTRINA IPSI  
EXQUISITA ET DOCTORUM QUOS MAGNA GRATIA ET LIBERALITATE

PROSEQUEBATUR

UNICO PATRONO STANISLAUS THURSO OLOMUCENSIS EPUS:

ET JOANNES

THURSO PLESNAE DNUS FRATRES FRATRI CARISSIMO EX TESTAMENTO

MOESTI P. P.

Poste-

Confirmatus per Dominum Paulum codem an. die mensis April. 27. Confirmatio publicata fuit in die S. Johannis Baptistæ in Ecclesia Wratislav. coram Dominis Episcopo, Praelatis, Canonicis, Clero, Consulatu ac Communitate cuncta, cantatum fuit: Te DEUM laudamus. Dnus Episcopus accessit ad Altare & obtulit sex florenos Ungaricos dando benedictionem: Tandem ivit versus Nissam ad suscipiendum homagium. Revenit in die Udalrici & fuit reverenter suscepitus a Clero & populo Civitatis circa S. Mauricium: Et a Praelatis, Canonicis ac Clero ambarum Ecclesiarum in Pede Pontis prope S. Petrum, ubi sua Vestimenta exuit, quæ suscepta a Custodibus, sub Custodibus Sacristanis Dnus Episcopus indutus fuit Capa chorali & baculo pastorali introductus in Ecclesiam more solito: Sit Nomen Domini benedictum, Amen.

Sequun-

## Posterior:

Hoc TURSO TIBI Pontifex Sacellum  
Janus condidit Agnifer beate:  
In quo post obitum est situs: Meretur  
Si Cœlum Pietasque & alma Virtus:  
Si Musæ innocue & peracta Vita:  
Si fecisse bonis benigna: tecum  
Celsi nunc Sacer Incola ille Olympi  
Cœli perfruitur Bonis beati.

Obiit Nisse: M. D. XX. XI. Aug. AET. S. LVI. G. LOGUS S. F. 1537.

XXXVI. JACOBUS a SALZA, EQUES SILESIUS, elect. an. 1520. † Nisse 1539. 24. Aug. ibidem sepultus.

XXXVII. BALTHASAR a PROMNITZ, EQUES SILESIUS, elect. an. 1539. 18. Septembr. † an. 1561. 19. Januarii.

XXXVIII. CASPAR a LOGAU, EQUES SILESIUS, elect. an. 1562. † 1574. 4. Junii.

XXXIX. MARTINUS GERSTMANN, Boleslavensis Silesius, elect. an. 1574. † an. 1585.

XL. ANDREAS JERINUS, Reudlingensis Svevus, elect. an. 1585. † an. 1596. 5. Nov. Nisse.

XLI. BONAVENTURA HAIN, Glogoviensis Silesius, elect. an. 1596. sed qui Episcopatu cedere fuit coactus.

XLII. PAULUS ALBERTUS, Svevus, elect. an. 1599. † an. 1600. Nisse.

XLIII. JOHANNES a SITSCH, EQUES SILESIUS, elect. an. 1600. † an. 1608. 28. Apr.

XLIV. CAROLUS, ARCH. AUSTRIÆ, MAGNUS MAGISTER ORDINIS TEUTONICO-RUM, EPISCOPUS BRIXIENSIS, elect. an. 1608. † an. 1624. Mantua Carpetanorum.

XLV. CAROLUS FERDINANDUS, PRINCEPS POLONIAE ET SVECIAE, SIGISMUNDI III. REGIS POLONIAE FILIUS: † an. 1655. 9. Maii.

XLVI. LEOPOLDUS WILHELMUS, ARCHIDUX AUSTRIÆ, FERDINANDI II. IMP. F. † an. 1662. 20. Nov.

XLVII. CAROLUS JOSÉPHUS, ARCHIDUX AUSTRIÆ, EPISC. PATAVIENSIS AC OLOMUCENSIS, FERDINANDI III. IMP. F. † an. 1664. 27. Jan.

XLVIII. SEBASTIANUS a ROSTOCH, SILESIUS, elect. an. 1664. † an. 1671. d. 9. Junii.

XLIX. FRIDRICUS, R. E. CARDINALIS DIAC. HASSIAE LANDGRAVIUS, ORD. MILITARIS S. JOANNIS HIEROSOLYM. IN PROVINCIIS GERMANIAE MAGNUS MAGISTER, EPISCOPUS WORMACIENSIS, WRATISLAVIENSIS, PRAEPoSITUS PRINCEPS ELLUACENSIS, ADMINISTRATOR PRUMIENSIS, COMES PALATINUS RHENI, BAVARIAE, JULIAE, CLIVIAE ET MONTIUM DUX, PRINCEPS MÖRSÆ, COADJUTOR ARCHIEPISCOPATUS MOGUNTINI, COMES VELDENCIAE, SPONHEIMII, MARCHIAE ET RAVENSBURGI, DOMINUS IN RAVENSTEIN, FREUDENTHAL ET EULENBERG, nat. 1664. 24. Julii, electus EPISC. WRAT. an. 1683. 30. Januarii.

L. FRANCISCUS LUDOVICUS, ARCHIEPISCOPUS TREVERENSIS, S. R. I. PER GALLIAM ET REGNUM ARELATENSE ARCHICANCELARIUS, ET PRINCEPS ELECTOR, GENERALIS MILITIAE HIEROSOLYM. ORDINIS B. MARIAE TEUTONICORUM PRUSSIAE ADMINISTRATOR, AC EJUSDEM PER GERMANIAM, ITALIAM PARTESQUE TRANSMARINAS SUPREMUS MAGISTER, EPISCOPUS WORMACIENSIS, WRATISLAVIENSIS, PRAEPoSITUS PRINCEPS ELLUACENSIS, ADMINISTRATOR PRUMIENSIS, COMES PALATINUS RHENI, BAVARIAE, JULIAE, CLIVIAE ET MONTIUM DUX, PRINCEPS MÖRSÆ, COADJUTOR ARCHIEPISCOPATUS MOGUNTINI, COMES VELDENCIAE, SPONHEIMII, MARCHIAE ET RAVENSBURGI, DOMINUS IN RAVENSTEIN, FREUDENTHAL ET EULENBERG, nat. 1664. 24. Julii, electus EPISC. WRAT. an. 1683. 30. Januarii.

*Sequuntur gesta diversa transactis Temporibus facta  
in Silesia & alibi.*

An. Dmni 680. sub Leon. II. cuius festum agitur in Storum Petri & Pauli Apostolorum ad commemorationem Constantini Imperatoris Communio utriusque speciei quoad laicalem populum sublata est.

*Incipiunt gesta.*

*Maritus S. Hedwigis in Silesia.*

An. Dmni 1237. + a) Dux Henricus cum barba Maritus S. Hedwigis Dmnuis Legnicens sepultus in Trebniz.

*Filius S. Hedwigis.*

An. Dmni 1241. Dux Henricus Filius S. Hedwigis occisus fuit a Tartaris in Wahlstadt prope Legnicz.

*Flagellatores.*

Eodem anno ibant primum Flagellatores pro destruenda Fide Catholica.

*Caput S. Barbarae.*

An. Dmni 1242. in nocte S. Barbarae Caput ipsius S. Virginis inventum fuit in Castro Bardewick in Prussia.

*Henricus III.*

An. Dmni 1266. obiit Henricus III. Dux Silesiae.

*Canonisatio S. Hedwigis.*

An. Dmni 1267. B. Hedwigis canonisata est Tempore Clementis.

*Summum Altare in Ecclesia Wratisl.*

An. Dmni 1272. Summum Altare Ecclesiae Wratisl. consecratum fuit per D. Thomam II. Episcopum Wratislav.

*Ottocarus Rex.*

An. 1279. Rex Ottocarus occisus fuit in Austria.

*Philippus Legatus.*

An. Dmni 1281. Philippus Legatus fuit in Wratislavia: Eodem Anno fuit Pestis magna in Bohemia.

*Henricus Dux b) Largus:*

An. Dmni 1290. in Vigilia Johannis Baptista obiit Dux Henricus Largus.

*Accaron.*

An. Dmni 1291. Accaron acquisita fuit a Turcis, perdita a Christianis.

*Henricus Dux & Dmnuis Wratislav.*

An. Dmni 1292. captus fuit Dux Henricus Dmnuis Wratisl. in Stoba Balnei per Ducem Glogoviensem.

*JOHANNES F. HENRICI.*

An. Dmni 1310. circa festum S. Catharinæ JOHANNES F. HENRICI VII. IMP. coronatus fuit in Regem Boemiam, hic primus grossos Bohemiales fieri fecit.

*Nativitas CAROLI.*

An. Dmni 1316. in die S. Bonifacii natus est c) CAROLUS F. Johannis Regis Boemiam in Civitate Pragensi.

*Caristia magna.*

An. Dmni 1317. & 18. & 19. tanta fuit Caristia & Fames in Polonia & Silesia: ita quod pluribus in locis parentes filios & filii parentes necantes devoraverint, plures etiam carnes de suspensis cadaveribus comedierint: multi etiam fame mortui: aliqui etiam post famem cibo recreati suffocati sunt, prout accidisse dicitur in Sagano, Freystadt, Kothwiz: & aliis pluribus locis inter Saganum & Freystadt.

*HENRICUS ultimus.*

An. Dmni 1335. obiit Henricus VI. Dux ultimus Dmnuis Wratislav.

S

*Johann.*

a) Alii omnes an. habent 1338. d. 19. Martii, vid. Tab. nostræ Genealog. I. no. 11. b) S. Probus.

c) Ipse CAROLUS IV. in vita sua: „Genuit idem Johannes Rex Boemiam cum Elizabeth Regina me „primogenitum suum nomine Wenzlaum A. D. 1316. prid. Id. Maii hora prima in Praga „- - - Misitque me Patet meus - - - ad CAROLUM Regem Francie me exi- „stente in septimo Anno pueritiae meæ fecitque me dictus Rex Francorum per Pontificem „confirmari & imposuit mihi nomem suum videlicet CAROLUS.

Adde Nobilissimi Dn. Jo. Dav. Kæteri P. P. Altorfiani Genealogiam Familie Augustæ Lücem- burgensis insigni studio & labore confectam, p. 72. & 73.

*Johannes Rex Boëmic.*

An. Dmni 1337. in die Palmarum JOHANNES Rex Boëmiae venit Wratislav.  
*Exulta fuit Wratislavia.*

An. Dmni 1342. in Profecto S. Stanislai in Rogationibus exulta fuit quasi tota Civitas Wratislavensis.

*Ecclesia Pragensis fuit erecta.*

An. Dmni 1344. ultima die Mensis Aprilis Ecclesia Pragensis erecta fuit.

*De Fefto S. Hedwigis.*

Eodem Anno feria quarta post Ascensionis Domini in Synodo Diœcesana Episcopus Wratislavensis statuit Festum S. Hedwigis.

*JOHANNES REX BOEMIAE.*

a) An. Dmni 1346. die decima sexta Mensis Augusti JOHANNES REX BOHEMIAE occisus fuit: sepultus in Luxembourg.

*CAROLUS.*

b) Eodem Anno CAROLUS ipsius Filius erectus fuit in Regem Romanorum in Villa Rens prope Confluentia.

*Collegium Legnicense.*

c) An. 1347. fundatum est Collegium Legnicense per Wenceslaum.

*Carolus Rex venit Wratislaviam.*

An. Dmni 1348. CAROLUS Romanorum Rex intravit Wratislaviam & fuit honorifice suscepitus per Episcopum Wratislavensem.

*Flagellatores secundi.*

d) An. Dmni 1349. ibant Flagellatores secundi ducti per quendam Diaconum hereticum de Wratislavia.

*CAROLUS coronatur per Imperatorem.*

e) An. Dmni 1355. in Urbe Roma in Ecclesia S. Petri ipso die Paschæ CAROLUS Romanorum & Bohemiae Rex fuit coronatus in Imperatorem per Cardinalem Ostiensem.

*Terræ motus in Basilia.*

f) An. Dmni 1356. fuit magnus terræ motus in Basilia ipso die Lucae Evangelistæ qui plura Castra & ædificia ruere fecit: Pestis secuta fuit pluribus in locis.

*Terræ motus in Villaco.*

g) An. Dmni 1358. in die Conversionis Pauli fuit magnus terræ motus in Villaco & cœtra: & cœpit eodem die maxima Pestis in pluribus locis.

*Inter-*

a) M. Albertus Argentinensis in Chronico ad an. hunc.

b) M. Albertus Argentinensis in Chron. (apud Urfisium Tom. II. p. 135.) „Post hæc provisus „Moguntinus Gerlacus de Nassowe ad villam Reis super Rhenum ad feriam quartam post „Margarethæ sub anno Domini M CCC XLVI. volens apostolico mandato obedire quam- „tum in eo fuit ad eligendum Regem principes convocavit: ubi convenientes Balduinus de „Lüzelburg, Trevirensis: Walderamus de Juliaco, Coloniensis: item Gerlacus de Nassowe „noviter provisus Moguntineensis Archi-Episcopi: item Rudolfus Dux Saxonie, & Joa- „nes Rex Boëmiae & Imperium diu vacante decernentes prædictum CAROLUM MAR- „CHIONEM MORAVIAE in REGEM elegerunt Romanorum. Henricus Rebdoi eadem ad annum hunc (apud Freherum Tom. I. p. 626.)

c) Lapis Lignicensis ita loquitur:

ANNO M. CCC. XLVIII. FUNDATUM ET DOTATUM EST  
 ISTUD COLLEGIUM PER INCLUTOS PRINCIPES  
 WENCESLAUM ET LUDWICUM FRATRES, DUCES  
 SLESIE: DNOS IN LEGNITZ ET IN BREGA.

d) Albert. Argentinensi. in Chron. ad annum 1349. plura de Flagellantum horum habitu, ritu & superstitione.

e) Albert. Argentinensi. in Chton. ad annum hunc.

f) Albert. Argentinensi. hæc in Chron. ad annum hunc: „Anno Domini M CCC LVI. in festo B. „Lucæ Evangelistæ corruit Civitas Basilea exvehementi terræ motu & plura caltra & alia æ- „dificia corruerunt: Ille terræ motus venit circa Vesperas: Et in sequenti nocte siebant plus „quam decem, ex quibus etiam plus quam XL. castra circa Basileam sunt subversa: per plures „etiam dies sequentes siebant plures terræ motus.

g) Hæc non ad an. 1358. sed 1348. idem Albertus Argentinensis in Chron. refert: „Eodem anno „M CCC XLVIII. mense Januarii in conversione S. Pauli factus est terriæ motus generalis & „magnus, ex qua homines pati syncopam putabantur & in aliquibus locis multis diebus dura- „vit, præsertim in Carinthia, ubi oppidum grande VILLACH cum multis castris & Villis „ejusdem Vallis corruerunt & perierunt & in multis locis ex hoc incredibilia evenerunt.

*Interfectio Judorum in Wratislavia.*

An. Dmni 1360. in die S. Jacobi Apostoli interfecti sunt Judæi Wratislaviae.

*WENCESLAUS Rex natus est.*

a) An. Dmni 1361. in vigilia S. Mathiæ natus est WENCESLAUS F. CAROLI Regis Bohemiæ in Nürnberg: Hic infra Biennium jubente Patre coronatus fuit in Regem Bohemiæ. Abhinc circa festum S. Hedwigis apparuit magna rubedo in Cœlo, quam sequuta fuit magna siccitas & caliditas ita ut annona in multis locis perierint.

*Siligo emta fuit pro media marca.*

An. Dmni 1362. emta fuit filigo unus modus pro media marca grossorum & postea eodem anno uno pro groso venditur.

*Dura Hyems.*

An. Dmni 1364. fuit durissima Hyems cum maxima Nive ita quod plura animalia & multæ aves pro frigore perierunt.

*Annæ Filia CAROLI nata est.*

An. Dmni 1366. XI. Jul.: quæ fuit data in Conjugem Serenissimo b) Richardo Regi Angliæ.

*SIGISMUNDUS Filius CAROLI natus est.*

c) An. Dmni 1368. XV. Februarii in Castro Pragensi.

*Obitus Bolkonis.*

d) Eodem anno 1368. obiit Dux Boleko ultimus Dux Swidnicensis & tota sua Terra devoluta est ad Wenceslaum Regem Bohemiæ.

*Nativ. JOHANNIS filii CAROLI.*

e) An. Dmni 1370. in die XIM. Militum natus est JOHANNES CAROLI F. Dux Gorlicensis: obiit an. 96.

*Pestis & Carisia magna.*

An. Dmni 1371. visa est magna rubedo in Cœlo per totam noctem à Crepusculo usque ad mane: secuta fuit maxima Pestis cum Carisia.

*Electio WENCESLAI in Regem Romanorum.*

f) An. Dmni 1376. X. Junii Wenceslaus F. Caroli electus fuit in Regem Romanorum in Franckenford am Mayn.

*Obitus Gregorii XI.*

An. Dmni 1378. in quadragesima obiit Gregorius XI. & electus fuit Urbanus VI. qui in die Pasce extitit coronatus.

*Obitus CAROLI IMP.*

g) Eodem anno in Vigilia S. Andreæ obiit CAROLUS IMPERATOR.

*Obitus Wenceslai.*

h) An. Dmni 1348. obiit Wenceslaus Lützelburgensis Frater CAROLI IMP.

S 2

& sequ.

a) vid. laudata à nobis antea *Nobilissimi Kæleri* Genealogia Familiae Augustæ Lucemburgensis p. 76.  
Henricus Rebdoiff ad an. 1361: „In principio Mensis Martii Imperatrix in Nürnberg „filium masculum genuit, de quo Imperator latitudinem habuit non modicam:

b) Probant hoc fœderis Tabula WENCESLAUM inter & RICHARDUM an. 1381. initî, quærum sub initium hæc verba occurunt: „Imprimis tractatum est & finaliter concordatum „quod Serenissima Dômina ANNA præfati Romanorum & Bohemiæ Regis (WENCESLAI) Soror inclita prædiçio Domino RICHARDO Regi Angliæ & Franciæ in Uxorem „legitimam detur assignetur & matrimonialirer cōpuletur, &c. Extant apud *Clariss. Dn. Lünigium* in Partis Specialis Archivi Imperii Germanici Continuat. I. pag. 567. seqq.

c) vid. *Dn. Kæleri* Genealogia Familiae Augustæ Lucemburgensis p. 78.

d) vid. Tab. nostra Genealog. IV. no. 7.

e) vid. *Dn. Kæleri* Genealogia Familiae Augustæ Lucemburgensis p. 82.

f) Albertus Argentineris in Chron. „Anno Domini M CCC LXXVI. feria tertia infra hebdomadæ festi Pentecostes electus est WENCESLAUS, filius CAROLI Bohemi Imperatoris in Romanorum REGEM patre suo adhuc vivente & eandem electionem fieri procurante per omnes Imperii Electores concorditer non sine magna pecunia: quæ facta & celebrata est in Franckfort in Ecclesia S. Bartholomæi Apostoli.

g) Idem Albert. Argentineris. in fine: „Anno Domini M CCG LXVIII. obiit CAROLUS „Quartus Romanorum Imperator & Rex Bohemiae in Vigilia Andreæ Apostoli.

h) Magnum Chronic. Belgic. „Illustris Dux Brabantæ & Lucemburgæ WENCESLAUS post multa præclara gesta in terra Lucemburgensi ab hac luce discessit ipso die Conceptionis B. M. V. anno Ducatus sui Brabantæ XXVIII. Salutis vero 1384. sepultus in Ecclesia Abbatiæ aureæ Vallis Ord. S. Benedicti in Ducatu Lucemburgensi.

& sequ. anno in mense Septembri SIGISMUNDUS filius CAROLI Marchio Brandenburgensis obtinuit Regnum Ungariæ.

*Inundatio Aquarum maxima.*

An. Dmni 1387. in festo S. Bernhardi fuit maxima inundatio aquarum, quæ plures Villas, Domus & agros submersit.

*Coronatio SIGISMUNDI REGIS.*

Eodem anno SIGISMUNDUS Marchio Brandenburgensis in Regem Ungariæ Dominica Palmarum coronatur.

*Occisio Leopoldi Duci.*

Eodem anno Leopoldus Dux Austriae cum multis Comitibus & nobilibus occisus fuit in Svecia.

*Interfectio Judeorum Pragæ.*

An. Dmni 1389. in die Pasce Judei sunt interfecti & combusti Pragæ.

*Electio Bonifacii IX.*

An. Dmni 1390. electus est Bonifacius IX. qui eodem anno Romæ annum jubilæum instituit.

*Indulgentia Pragæ.*

An. Dmni 1393. fuerunt Indulgentiae in Ecclesia Wissgrädeni.

*Exusio Turris Swidnicensis.*

Eodem an. 1393. in die S. Bartholomæi Apostoli oppidum Swedniz cum Turri deaurata exustum est.

*Captio Regis WENCESLAI.*

An. Dmni 1394. Wenceslaus Romanorum & Bohemiae Rex captus fuit per Barones suos in Vienna.

*Prostratio Regis SIGISMUNDI.*

An. Dmni 1396. Sigismundus Rex Hungariae cum maxima Multitudine sibi in Auxiliū venientium contra Turcas ivit: quos Turci prostraverunt Rege vix evadente.

*Inundatio Aquæ.*

An. Dmni 1400. fuit maxima inundatio Aquarium.

*Electio Duci Bavarie in Regem Romanorum.*

Eodem An. 1400. festo S. Bartholomæi RUPERTUS Dux Bavariae legitimis in Regem Romanorum contra Wenceslaum Romanorum & Bohemiae Regem.

*Jodocus Marchio Moraviae.*

An. Dmni 1401. cum Marchionibus Suisnenib[us] & Baronibus ac pluribus Civitatibus Regni Bohemiae jacuit ante Pragam prope Tyrgarthe.

*Sigismundus Rex Hungariae.*

An. Dmni 1402. Pragam venit in die S. S. Petri & Pauli Apostolorum & abduxit fratrem suum Wenceslaum de Praga in Wiennam, ubi per unum annum fuit detentus.

*Cometa.*

Eodem an. 1402. apparuit Cometa in occidente in fine Februarii & principio Martii, cuius occasus erat circa tertiam horam noctis: dirigens catidam versus occidentem, sed Basin versus Orientem colore nigredini attingens.

*Wenceslaus Rex Bohemiae cum Vladislo Rege Poloniae fuit Wratislavie.*

An. Dmni 1406. in Profesto Exaltationis S. Crucis Cominunitas civitatis Wratislav. violenter aperiendo prætoriuni destituit antiquos consules & novos instituit: videlicet Nicolaum Lemberg, Petrum Stronchen, ..... Domnick, Gabrielem Prewse, Petrum Strelen, Nicolaum Neukirch.

*Iterum Wenceslaus destituit Consules.*

An. Dmni 1408. in die S. S. Crispini & Crispiniani WENCESLAUS Rex destituit antiquos Consules & novos instituit: videlicet Joanneum Peseler, Joannem Banck, Nicolaum Ferckel, Nicolaum Wernoth & Joanneum ..... qui soluni ad diem S. Barbaræ permanerunt: Nam eodem die in locum ipsorum ipsos restituit.

*Unio inter Papas.*

An. Dmni 1409. in die S. S. Johannis & Pauli in concilio Pisano facta est Unio inter Papas in Electione Petri de ..... Johan-

Fratrem suum CAROLI IV. Imp. Diploma erectionis Ducatus Luxemburgici testatur datum Metis A.D. 1354. Ind. VII. III. id. Mart. quod ita incipit: Carolus Dei gracia Roi. Rex semper Augustus & Bohem. Rex illustri Wenceslao Duci Lucemburgensi fratri & Principi nostro charissimo &c. add. Kæleri Genealogia Familiæ Augustæ Lucemburgensis p. 65.

*Johannes Lyndenau interfecit Johannem Haudens Wratislavorum.*

Eodem anno in hora sexta sub Sermone in die Parasceves.

*Obitus Alexandri Papae.*

An. Dmni 1410. Alexander V. Papa obiit: & eligitur Balthasar de Cossa, qui Johannes XXIII. vocatur.

*Prælium in Prussia.*

Eodem an. 1410. in die Divisionis Apostolorum fuit prælium magnum in Prussia, in quo prostrati fuerunt Pruteni cum ipsorum Adjuvatoribus Silesiis, Bohemis, Nisnensibus & aliis per Regem Poloniae Wladislauum: qui adjutores habuit Regem Thartarorum, Wytoldum Ducem Lithuanorum & plures alios existente tunc Magistro Prussiae Ulrico.

An. Dmni a) 1411. in die S. Nicolai detentus fuit in Praetorio Wratislaviensi Dmnuis Johannes alias Cropidlo Episcopus Wratislaviensis, Frater Boleonis Ducis Opoliensis: ab eodem die tentus fuit in Wratislavia usque ad magnam quartam: & hoc factum fuit per Leonhardum Reichardt, Nicolaum Lemberg & alios: & hinc die 14. mensis Aprilis aliqui Civitatis Wratislaviensis unam Candelam pro Talento Ceram continentem in Ecclesia Wratisl. accendendam & in eo perpetuis Temporibus ardendam coram Prælatis, Canonicis & Capitulo obtulerunt.

*Obitus Jodoci Marchionis.*

b) Eodem an. 1411. in die S. Antonii obiit Jodocus Marchio Moraviae.

*Legnicz fuit combustum.*

Eodem anno oppidum Legnicz fuit exustum.

*Discordia inter Dominum Wenceslaum Episcopum & fratrem ejus Henricum.*

Anno Dmni 1412. in hyeme fuit discordia inter Dominum Wenceslaum Episc. Wratislav. & Dominum Henricum Ducem Lubnicensem qui tandem per Duces Slesiae concordati sunt.

*Pestis maxima in Slesia.*

An. Dmni 1413. fuit maxima Pestis in Slesia: incepit circa festum S. Johannis Baptista & duravit ad festum S. Hedwigis.

*Coronatio Regis SIGISMUNDI.*

Anno Dmni 1414. in die ..... coronatorum Sigismundus Rex Hungariae coronatus fuit in Regem Romanorum.

*Initium Concilii Conflanciensis.*

Eodem Anno in die omnium Sanctorum incepit Constantia Concilium & duravit ultra tres Annos cui præfuit Johannes Papa XXIII. cum Sigismundo Romanorum Rege.

*Inundatio Oderse.*

Anno Dmni 1415. post festum Paschæ Odera fuit tam magnus, quod multa Cellaria Wratislaviæ penetravit & plures domus prope civitatem destruxit.

*Eclipsis Solis feria sexta.*

Eodem an. 1415. post octavam Corporis CHRISTI hora duodecima circa incensionem Junii fuit Eclipsis totalis solis, quæ stetit citra medianam horam fuitque terror & motus multis hominibus.

*Combustio Huffi.*

Eodem an. 1415. in octava Sanctorum Petri & Pauli Apostolorum combustus fuit Magister Johan Hus & anno sequ. Magister Johannes de Praga in Constantia.

*Electio Martini Papae.*

An. Dmni 1417. in die S. Martini quæ fuit feria quinta Dominus Otto electus fuit in Papam qui vocatus est Martinus V. & in die Dominica in festo præsentationis Mariæ Virginis est coronatus.

*Interfecit Consulum Wratislaviensium.*

Anno Dmni 1418. in die S. Arnolphi quæ fuit feria tertia post dedicationem Ecclesie

T

S. Elisa-

a) vid. Tab. VI. Genealog. no. 121. & Dipl. CXCIV. Diplomatarii nostri Bohemo-Silesiaci.

b) vid. de Jodoco hoc laudatum antea Dn. Kœleri Genealogiam Familiae Augustæ Lucemburgensis p. 68.

Andr. Presbyter Ratisbonensis in Chron. ad An. 1411. „Eodem anno Jodocus Marchio Moraviae & Brandenburgensis electus à quibusdam in Regem Rom. sine heredibus moritur & „Brandenburga ad Sigismundum Regem Hungariae: Moravia vero ad Wenceslaum Regem „patruos ejusdem devolvitur.

Eundem diem & annuntia Mortis probat liber MStus Anniversariorum in Ecclesia Metropolitana Pragensi.

## SILESIACARUM

S. Elisabeth communitas Civitatis Wratislaviensis magno cum impetu irruit super Consules, pratorum violenter aperientes ac sex de Consulatu videlicet Johannem Sachs, Henricum Secundum, Nicolaum Freiberg, Nicolaum Feistling, Johannem Stiller, Nicolaum Neutnarek decapitantes, & septimum videlicet Johannem Megerlin qui fuit de communibus de Turri præcipitantes.

*Obitus WENCESLAI Regis.*

Anno Dmni 1419. feria quarta post assumptionis Mariæ quæ fuit decima sexta Mensis Augusti hora vicesima secunda in novo Castro prope Pragam obiit subitanea Morte Wenceslaus Rex Bohemiae, in Monasterio aulæ Regiae sepultus.

Item anno hoc, ipso die S. Laurentii per Wiclefistarum Capitaneum Monasterium totaliter est exustum: & ossa ejus in Ecclesia dispersa.

*SIGISMUNDUS Rex venit Wratislaviam.*

Anno Dmni 1420. in Vigilia Egidii circa secundam horam Noctis Sigismundus Ungariae Bohemiaeque Rex venit Wratislaviam, qui in die translationis S. Wenceslai quæ fuit feria secunda post Reminiscere Cæsionem in Consulibus anno decimo octavo factam crudeliter vindicavit. Nam eodem die viginti tres ex mechanicis decollari fecit, multosque de Civitate expulit, & aliqui evaserunt, quibus ipsorum bona recepta sunt.

*Incendium Glogovie majoris.*

Eodem anno 1420. exustum fuit pro majori Parte Oppidum Glogoviæ: eodem anno fuerunt ante Pragam multi Domini temporales, Duces, Marchiones cum Sigismundo Rege, sed nihil profecerunt & inconsulati redierunt.

*Prostratio Hereticorum ante Brux.*

Anno Dmni 1421. in die S. Dominici prostrati fuerunt notabiliter Hussitæ Hæretici Misnenses ante Brux: *codem Tempore ego Sigismundus Rositzius fui Scholasticus in Freyburg.*

*Mutatio Monetæ in Wratislavia.*

An. Dmni 1422. circa Festum Ascensionis Domini facta est subitanea mutatio Monetæ Wratislaviæ: nam monetati fuerunt novi denarii cum capite S. Johannis Baptiste & Leone in circumferentia quadrangulari, de qua mutatione tam clerici, quam populus notabile percepit damnum. Et hoc factum fuit per Nicolaum Rempil & Bedam (sed non venerabiliem) unde quidam Rhytmos subscriptos composuit & publice affixit:

Die Bresler haben funden einen neuen Fund  
Sie schlahn uf die Heller Rempels Bart und Beden Hund  
Das ist den Armen nicht g'sund  
Die Reichen schlingen es in ihren Mund  
Verterben die Armen bis uf den Grund  
Mit den Hellern die sie verschlagen haben manchen Pfund:  
Wer den das erdacht hat  
Bey dem ist gewesen gut Rat:  
Und wil das vor die Warheit sprechen  
Gott wird es an demselben racchen  
Der solche Auffâzunge macht  
Bey Tag und uch bey Nacht  
Es reimt sich nicht gar gut &c.

*Ruina Pontis Wratislaviensis.*

Anno Dmni 1423. in die Palmarum quando reversa fuit processio à B. Virgine Pons cecidit in parte anteriori versus Ecclesiam B. Mariae Virginis & multi homines utriusque sexus post Episcopum euntes submersi sunt. Versus:

Palmarum Feste quid factum sit memor esto  
Annis millenis quadringentisque vigenis  
Cerno currente summi Pons ecce repente  
Labitur, in Undas populus rapiturque profundas.

*Fundatio Ecclesie Carthusiensis prope Lignicz.*

Eodem an. 1423. fundata est Ecclesia Carthusiensis prope Lignicz per Illustrem Principem Dominum Ludovicum Ducem Slesiacæ, Dominum Legnicensem.

*Emtio Ovorum.*

An. Dmni 1424. emta fuit una sexagena Ovorum pro uno solidio denariorum in Wratislavia.

*De transitu Oderæ circa S. Vincentium.*

An. Dmni 1425. circa festum S. Johannis Baptiste Wratislaviæ obtinuerunt communem

munem Transitum atque fuit in parte ad S. Vincentium & in parte retrorsum quare Domini Prælati & Canonici ambarum Ecclesiarum recesserunt de Wratislavia.

*Ecclesia Legnicensis.*

Eodem an. 1425. consecrata est Ecclesia collegiata Legnicensis per Dominum Tylmannum Episcopum ..... balensem.

*Primus ingressus Hussitarum in Silesiam.*

Anno Domini 1426. Hussitæ pessimi hæretici venientes de Bohemia feria sexta ante dominicam Cantate acquisiverunt oppidum Lauben interficientes multos tam seculares quam scholares: recipientes multa spolia: exurentes oppidum recesserunt. Item altera die exusserunt oppidum Goldberg capientes spolia.

*Terræ motus in Cathelonia.*

Eodem anno fuit Terræ motus in Cathelonia.

*Secundus ingressus Hussitarum.*

Anno Domini 1428. Hussitæ venientes de finibus Ungariæ intraverunt Silesiam in die S. Gregorii vastantes plures Civitates, villas, castra, monasteriaque, scilicet superiorem Glogoviam Sabbatho post Gregorii, Casimir, Falckenberg facientes magnam stragem & interficientes multos homines de communibus feria quinta post Lætare ante Missum, civitatem Ziegenhals, Weidenau Patzchke, Sabbatho ante Judica: Cameneck, Heinrichau, Franckenstein, Bregam Feria sexta ante Palmarum: Canth, Neumarkt, Hagenaw Sabbatho ante Jubilate interficientes captivosque abducentes multos tam nobiles quam ignobiles, Clericos quam Laicos, comburentesque plures, multique nobilium tunc temporis pacificaverunt cum eisdem hæreticis propter horrendos Insultus ipsorum.

*Hussitæ pessimi fuerunt ante Wratislaviam.*

Eodem anno in die Sanctorum Philippi & Jacobi Hussitæ fuerunt ante Wratislaviam, frangentes Imagines novæ Capellæ, comburentesque dotem S. Nicolai & plures domus, pernochantes circa molendinum Knopfmühle usque ad quintam horam: inde receudentes combusserunt multas Villas circa Wratislaviam & Strelen abducentes innumera-bilia pecora & spolia.

Eodem anno quidam hæreticus Dominus Jonkolda obtinuit castrum & montem Silesiæ secundum antiquos Mons Silentii: Zobtenberg: usque in diem Jovis 7. mensis Junii: Denum Wratislavenses cum Swidnicensibus eundem montem cum Castro evincerunt: multis de nostris vulneratis & interfictis: Pie Deus!

*Johannes Dux Münsterbergensis fuit occisus.*

Anno Domini 1429. in die S. Johannis Evangelistæ in festivitate Nativitatis CHRISTI occisus fuit Illustris Princeps Johannes Dux Münsterbergensis cum multis suis fidelibus, aliquibus ab eo fugientibus a pessimis Hussitis hæreticis prope Glotz: Mancher nahm eine Meilwege vor einen Panzer.

*Wratislavenses obtinuerunt Olaviam.*

Eodem an. 1429. in festo S. Antonii Wratislavenses obtinuerunt Olaviam tempore Noctis interficientes ibidem multos Hussitas implentes Fontes cum eisdem.

*Creutzburg.*

Eodem anno obtentum fuit oppidum Creutzburg per Puchalam Hæresiarcham quæ multa mala Silesiæ intulit.

*Buntzlaw.*

Eodem anno mense Junii Hussitæ obtinuerunt oppidum Buntzla XVIII. die mensis ejusdem interficientes Dominum Johannem Schweidniz Plebanum cum pluribus Sacerdotibus & secularibus.

*Münsterberg obsecsum fuit ab Hussitis.*

Anno Domini 1430. in festo Nativitatis CHRISTI obsecsum fuit oppidum Münsterberg ab Hussitis & Hæresiarchis.

*Obsecso Gleiwitz & Nimtsch.*

Eodem Anno serua secunda in Pascha Hussitæ obtinuerunt Gleiwitz & XXIV. die mensis Junii oppidum & castrum Nimtsch: facientes multa mala, videlicet Incendia, furta, rapinas.

Eodem Anno Wratislavenses cum Swidnicensibus jacuerunt ante Nimtsch cum magna potentia, sed recesserunt nihil proficiendo.

Eodem ego Sigismundus Rositz recepi Ordinationem in Quadragesima & contavi meam primam Missam Dominica Misericordias Domini in Ecclesia B. Mariae Virginis in Arena Wratislavia.

*Prostratio Husitarum per Wratislavienses.*

Eodem anno 1430. in die S. Egidii prostrati sunt Hussitæ per Wratislavienses prope Sweidniz interficienes ultra LXXX. recipientes eisdem equos, & abducentes quadraginta quatuor cum Henrico XL Zreswalden Hæresiarcha.

*Obtentio Monsterberg & Meriscaw.*

Eodem anno in die Nativitatis Mariæ Wratislavienses cum Nissensibus obtinuerunt Oppidum Monsterberg frangentes Castrum ibidem: & feria secunda post Crucis obtinuerunt Meriscaw.

*Traditio Castrorum Ottmucha.*

Eodem anno in die S. Elizabeth fuit datum atque inditum Hæreticis nobile Castrum Ottmucha per Nicolaum Altzenau & suos complices.

*Hussitæ fuerunt ante Lüben.*

Anno Dmni 1431. feria tertia post Palmarum Hussitæ obtinuerunt Oppidum Lüben, sed non oppugnaverunt, licet illud per Traditionem combusserunt.

*Detentio Nicolai Alzenaw.*

Eodem anno die XVI. mensis Aprilis quæ fuit feria sexta post Misericordias Domini fuit captus atque Wratislaviam ductus Nicolaus Alzenaw & statim in quatuor Aciebus Civitatis proclamatus quod Castrum Ecclesiae Ottmucha Hussitis tradidisset. Idem die XIX. mensis ejusdem decollatus fuit coram Prætorio Wratislaviensi.

*Circumvallatio Creutzburg.*

Eodem anno in die S. Stanislai Dux Canthnerus cum Wratislaviensis & eorum exercitu circumvallaverunt oppidum Creutzburg, quod non retentum, hinc reversi sunt inconsolati feria tertia in festivitatibus Pentecostes: reportantes plura damna.

*Caristia magna.*

Eodem anno fuit Caristia magna in Slesia, ita quod multi venientes de Villis præ Famæ, inedia ac tristitia mortui sunt in hospitalibus, in nova Civitate & circa S. Barbaram: (quod) eodem anno noviter factum est & ædificatur.

*Initium Concilii Basileensis.*

Eodem anno prima Mensis Septembr. in Ecclesia Basileensi in loco capitulari de capitulo ac aliorum Prælatorum spiritualium & secularium Concilium Basileense fuit stabilitum & firmatum cum Protestatione solita, fuitque professio celebrata per Dominum Julianum Cardinalem.

*Detentio Consulum Wratislaviensium in Strelen.*

An. Dmni 1432. in die S. Trinitatis capti sunt Michaël Banck, Erasmus Peseler, Laurentius Steynkeller, & Henricus Jenckwiz Consules Wratislavienses cum CCC L. equestribus in oppido Strelen per Hussitas qui eos hinc inde raptos perduxerunt in Silesiam post hæc trans Oderam versus Steinoviam, Olsnam, &c.

*Combustio Monasteriorum Lubens & Trebnitz simul & Winczick,**Prausnitz & Melitsch.*

Eodem anno in die SS. Petri & Pauli Hussitæ combusserunt Monasterium Lubens deinde oppida Winezig, Prausniz, Melitz. Item in die Visitacionis Virginis Mariæ exusserunt Monasterium Trebnitz, frangentes ibidem Imagines per S. Hedwigen comparatas, abducentes Campanas & plumbum de Tectis & spolia multa.

*Olsna.*

Eodem die Olsnicenses combusserunt oppidum Olsna, timentes ne Hussitæ illud obfiderent & obtinerent.

*Prostratio Bolkonis.*

An. Dmni 1433. feria quarta post Cantate Illustris Princeps Dux Nicolaus Dominus Rathboriensis prostravit Dominum Bolkonem Ducem Opoliensem Hæresiarcham ante Trebnitz.

*Detentio Petri Polack.*

Eodem anno Sabbatho ante Vocem Jucunditatis prostratus atque captus fuit Petrus Polack Hæresiarcha, Capitanus in Nimptsch, plus quam ex hæreticis, prope Villam Gola per Wratislavienses & Swidnicenses, interfictis citra XXX. & in fugam commissis, fatebanturque idem hæretici, quod protinus perdidissent CXXX. sellatos Equos & XL. loricas: XIV. toraces: CC. balistas: reemtumque fuit spolium pecorum per CCCL. grossorum.

*Coronatio Regis SIGISMUNDI in Imperitorem.*

Eodem anno in die Pentecostes Serenissimus Princeps & Dux Sigismundus Romanorum

*rum Rex fuit coronatus in Imperatorem per Papam Eugenium in Urbe Romana: quæ Coronatio fuit prolata Wratislavia feria V. in octava Visitationis Mariae Virginis & fuit lætitia magna in Populo.*

*Prostrati sunt Husites Thaborites & Orphanii.*

Anno Domini 1434. die Dominica ab Octava Corporis CHRISTI quæ fuit per ultima Maji Barones Regni Bohemia Exercitus hæreticorum videlicet Hussitarum Thaboritarum & Orphanorum ex Promissione divina prostraverunt.

*Bedesich captus fuit.*

Eodem Anno feria IV. ante assumptionem Mariæ fuit captus Bedesich Hæresiarcha & spoliator Silesiæ cum suis complicibus Michalko Capitaneo in Nimtsch, calliditate quædam & Traditione. Laus DEO! Frangenti Fidei fides frangatur eidem.

Eodem anno in die S. Lamberti revenerunt Michaël Baneke, Henricus Jenckwiz, Laurentius Steinkeller, qui antea anno videlicet 32. capti fuerant in Strehlen & detenti in Castro Homela: Erasmus Peseler ibidem defunctus fuit.

Eodem anno, XV. Mens. Decembr. Dominus Conradus Episcopus Wratislaviensis venit de Nissa cum Gubernatore Regni Bohemia & aliis Bohemis & sequenti die post Polack fuit dimissus de captivitate Wratislav. & permanxit in summo Wratislav. in domo Domini Martini Blohutt Sacr. Custodis fueruntque omnes idem Bohemi in collatione Domini Decani & fuerunt valde compositi, laudantes talem Collationem sacerdotalem.

Item in Vigilia CHRISTI Dominus Episcopus venit de Sweidniz & adduxit secum Bedesich Hæresiarcham, qui ibidem detentus fuerat: qui etiam in summo permanxit usque in Vigiliam circumcisionis Domini.

*Caristia magna.*

Eodem anno & præcedentibus fuit magna Caristia in Silesia & circa Wratislaviam, dum Hussites obtinuerunt Castra Ottmucha & castra Nimtsch: ita quod multi præ fame perierint.

*Fractio Oppidi Nimtsch.*

Anno Dmni 1435. in die Innocentium Wratislavienses exiverunt ad rumpendum & frangendum Castrum & oppidum Nimtsch quod & totaliter ruperunt & destruxerunt.

*Recessus Alisch.*

Eodem anno in Vigilia circumcisionis Domini recessit Dominus Episcopus Wratislaviensis versus Nissam cum Alisch, Bedesich & Petro Polack & aliis Bohemis.

*Restitutio Castri Ottmucha.*

Eodem anno in die Egidii Episcopus Wratislaviensis cum Nissensibus reacceptavit Castrum sicut Ottmucha quod traditum fuit Hæreticis per Nicolaum Alzenaw an. 30. per dimissionem & resignationem Bohemorum & specialiter ipsius Alisch Capitanei & gubernatoris Bohemæ.

*Tempestas magna.*

Eodem anno in die S. Henrici hora 19. exorta fuit valida Tempestas, quæ Tecta Ecclesiarum, Turrium & domorum fregit, arbores & parietes ruere fecit, fruges & fœnum in aëre levavit & abduxit, pluraque damna hinc & inde intulit.

*Dux Ludovicus obiit.*

Eodem anno Pridie Kal. Maji quæ fuit Sabbatho ante Dominicam Jubilate obiit Dux Ludovicus Dmni Legnicensis.

*SIGISMUNDUS IMPERATOR obiit.*

Anno Dmni 1437. feria secunda post Conceptionis Mariæ obiit Serenissimus Princeps Dominus Sigismundus Romanorum Imperator.

*Electio Regis AD ALBERTI.*

Eodem anno Albertus Dux Austriae fuit electus & coronatus in Regem Ungarie, Dalmacie, Croacie, &c. Eodem anno renovata fuit fenestra vitrea Ecclesiæ Wratislaviensis super summum altare per Nicolaum Granes magistrum Fabricæ.

*Electio Alberti in Regem Romanorum.*

An. Dmni 1438. Albertus Rex Ungarie fuit electus in Regem Romanorum in Franckfurt am Mayn Dominica Oculi.

*Albertus Rex inivit Pragam.*

Eodem Anno Dmni Albertus Rex & Romanorum electus inivit Civitatem Pragensem & fuit honorifice suscepitus & in die S. S. Petri & Pauli Apostolorum in Bohemia Regem coronatus.

Eodem anno fuit copia Piscium.

*Reges Poloniae spoliaverunt Silesiam.*

Eodem Anno Reges Poloniae scilicet Wladislaus & Casimirus in die Crispini cum potentia irruerunt Silesiani, comburentes plura oppida scilicet Olaviam, Grotka, Wanzen, pluresque Villas apud Opol, Streliz & Namslaviam & multa spolia recipientes.

In die omnium Sanctorum combusserunt plures Villas inter Jelisch & Hundsfeld & spoliantes plurimos domum recesserunt.

*De malitia Sigismundi de Rachenau.*

Eodem tempore Sigismundus Rachnau Castellanus novi Castrorum prope Patschka extulit Dominum Abbatem & suos fratres de Monasterio Henrichaw recipiendo multa spolia in Silesia.

*ALBERTUS Rex venit Wratislaviam.*

Eodem anno in Vigilia S. Elisabeth hora 22. Serenissimus Romanorum, Ungariae & Bohemiae Rex ALBERTUS intravit Civitatem suam Wratislaviam & fuit honorifice suscepitus per Dominum Conradum Episcopum & suum clerum & per omnem populum cum reliquis vexillis ex opposito S. Nicolai.

*ALBERTUS Rex audivit sumمام Missam in Ecclesia Wratislaviensi.*

An. Domini 1439. in die Nativitatis CHRISTI Dominus Albertus Rex audivit summan Missam in Ecclesia Wratislaviensi & obtulit duos florenos.

Vincentius Archi-Episcopus Gnesensis venit Wratislaviam, nec fuit susceptus a Clero cum reliquis neque a populo cum aliis ceremonialibus propter danum Regno & Silesiae nuper per Polonos illaturn cantavitque summam Missam ipso die Epiphanias Domini in Ecclesia Wratislaviensi. Et recessit in die Timothei cum Polonis: ohne Pfeiffer.

*Dominus Rex amovit Consulatum Wratislaviae.*

Eodem anno, die Januarii 27. amovit quosdam a Consulatu & locavit alios octo in locum eorundem, quorum nomina sunt: Marcus Berkenschoer: Ulricus Bock: Henricus Remner: Antonius Italicus de Florentia: Nicolaus Sweidniz: Nicolaus Hornig: Nicolaus Tize: & Martinus Gossinger.

*Recessus Alberti de Wratislavia.*

Eodem anno in die translationis S. Wenceslai Dominus Rex recessit de Wratislavia, cum modico comitatu: nam Ungari in magna parte permanserunt Wratislavia, non habentes solutionem in Hospitiis. Deinde Dominus Rex reinisit suum Cancellerium Dominum Casparem Schlick qui disposuit cum Consulatu Wratislaviensi.

*Magna Caristia.*

Eodem an. 1439. fuit magna caristia sic quod in quadragesima & post Festum Pascha unus modicus avenae pro uno sertone denariorum & unus modicus pro quinque solidis denariorum nec levius.

*Pestis horrenda.*

Eodem an. circa festum S. Johannis Baptistae fuit valida & horrenda pestilentia in Silesia & aliis regionibus quam duravit duos Menses.

*ALBERTUS Rex obiit.*

Eodem anno in Vigilia Simonis & Judae Apostolorum obiit Serenissimus Princeps & Dominus Albertus Romanorum, Ungariae & Bohemiae Rex in Langendorff.

*Hyems dura.*

Anno Domini 1440. fuit dura hyems durans a Feste Clementis usque post festum S. Petri in Cathedra.

*Electio FRIDRICI in Regem Romanorum.*

Eodem Anno Dux Fridricus Austriae fuit electus in Regem Romanorum.

*Nativitas LADISLAI F. Alberti Regis.**Electio Wladislai in Regem Ungarie.*

Eodem anno Wladislaus Rex Poloniae fuit electus in Regem Ungariae a quibusdam Episcopis & nobilibus Regini Ungariae & inde multa mala evenerunt ut postea notabitur.

*Amadeus electus fuit in Papam.*

Eodem anno Dominus Amadeus Dux Sabaudie in concilio Basileensi fuit electus in Papam, regente adhuc Eugenio Papa IV. de qua electione plures dissensiones subortae sunt, coronatus fuit in die S. Jacobi Apostoli.

*Bruschna de Arnaw.*

Eodem anno circa festum Michaëlis Bruschna de Arnaw duxit relictam Bothe de Glocz in Uxorem & multa damina intulit Domino Episcopo Wratislaviensi pro eo quod

Sigis-

Sigismundus de Rachna habuit domicilium in Episcopatu quod antea abduxit filiam ipsius Bothii.

*Concordia Episcopi cum Bruschna.*

An. Dmni 1441. in die S. Thomæ Episcopi Dominus Conradus Episcopus Wratislav. concordatus fuit cum Bruschna de Arnaw.

*Conradus Episcopus dedit se ad obedientiam Papæ.*

Eodem anno in die Dominicæ sub octavis Epiphaniae Domini quæ fuit octava Januarii Dominus Episcopus Wratislaviensis dedit se ad obedientiam Papæ Eugenii mandans omnibus tam spiritualibus quam secularibus ut infra quindenam eidem Domino Eugenio & non Felici obedient.

*Bruschna obtinuit novum Castrum.*

Eodem anno Bruschna obtinuit novum Castrum circa Patschka Satellitibus Sigismundi libere inde dimissis.

*Barbara Imperatrix venit Wratislaviam.*

Eodem anno XX. mens. Julii hora vespertina Domina Barbara Imperatrix relicta Sigismundi Imperatoris intravit Wratislaviam cum modo comitatu fuit tamen honorifice suscepta & conducta per Wratislaviam: alteraque die recessit eundo ad Bohemiam in suum dotalitium.

*Granus evasit à vinculis.*

Item eodem Tempore die V. mensis Septembr. Dominus Granius evasit de Vinculis & permanxit Wratislavia per aliquot dies in domo Marei Beckenschlöer: postea pervenit ad fortalitium Auras: deinde ad fortalitium Bolkenhain subdans se tuitioni Opetz & Hain fratum dictorum Zirne, qui plures litteras diffidatorias Domino Episcopo & Capitulo Wratislaviensi scripsérunt, & plura damna, rapinas & incendia Ecclesiæ propter eundem granum fecerunt.

*Affenheimer venit Wratislaviam.*

Anno Domini 1442. Leonhardus Affenheimer venit Wratislaviam de Regina Ungaria ad congregandum Exercitum contra Polonos, exivitque de Wratislavia die Veneris, & acquisivit fortalitium Wersilgaw deinde Landsberg.

*Castrum Kaldenstein.*

An. Dmni 1442. Sigismundus Rachna Castellanus novi Castrum obtinuit Castrum Ecclesiæ Kaldenstein per quandam traditionem.

*Sigismundus Rachna interfactus est.*

Eodem Tempore Sabbathio ante Reminiscere videlicet in Profesto S. Gregorii Dominus Episcopus obtinuit Castrum suum Kaldenstein, Sigismundo Rachna crudeliter ibidem interfacto & die S. Gregorii fuit cantatum Te DEum laudamus in Organis in Ecclesia Wratislaviensi.

*Synodus in Lancicia.*

Eodem Tempore in festo Stanislai Episcopi fuit celebrata Synodus in Lancicia.

*Turris apud S. Jacobum fuit exusta.*

In Festo S. Trinitatis hora meridiana salmen incendit Turrim S. Jacobi & fuit exusta usque deorsum intus.

*Siligo fuit emta tribus grossis.*

Eodem anno 1441. messis fuit pluviola & Siligo emebatur pro tribus grossis & remissus fueruntque pauci Pisces.

*Incineratio Monasterii Henrichaw.*

Eodem Tempore Bruschna de Arnaw incineravit Monasterium Henrichaw recipiendo spolia multa.

*Poloni intraverunt Silesiam.*

Eodem anno die prima Mensis Junii Poloni intrantes Silesiam cum Exercitu combusserunt Henigdorf & Kunzendorf & alias Villas & die sequ. Wratislavia exiverunt contra eosdem versus Namslaviam modicum proficiscentes.

*Poloni recesserunt.*

Item sub octava S. Johannis Baptista Poloni recesserunt de Silesia versus Poloniam.

*Bruschna fuit prostratus.*

Item anno quo supra prostratus fuit Bruschna de Arna cum suo Exercitu per Fridericum Stosch Capitaneum in Monsterberg.

*Affenheimer spoliavit Hundsfeld.*

Item in castino S. Jacobi Leonhardus Affenheimer spoliavit oppidum Hundsfeld

feld & plures suo domino duorum Ducum de Olsna ducendo spolia ad fortalitium Auras.

*Dux Albus fuit ante Legnitz.*

Item in die S. Petri Dominus Dux Albus reduxit Polonus contra Leonhardum Assenheimer & Wratislavienfes.

In die S. Sixti Dux Albus cum Polonis combussit siburbium Oppidi Legnitz cum certis allodiis & abduxit multa spolia spoliavitque Carthusen &c. cum quibus confraternitatem habuit.

*Concordia Ducis Albi cum Wratislavienfibus.*

Die Dominica infra octavas Assumptionis Mariæ concordati fuerunt Wratislavienfes cum Duce Albo & Polonis usque ad festum S. Johannis Baptistæ futarum.

*Novum Castrum fuit datum.*

In octava Nativitatis Mariae datum fuit Novum Castrum prope Sweidniz per Jo-hannem de Rachliz Castellatum ejusdem.

*Magna siccitas.*

Eodem anno fuit magna siccitas & dura hyems: incepitque in die S. Lucæ durando ad unum mensem.

*Coronatio FRIDRICI in Regem Romanorum.*

Eodem anno Fridricus Dux Austriae fuit coronatus in Regem Romanorum.

Eodem anno sub octava S. Martini Dominus Episcopus Wratislavensis statuit suffragium de S. Hedwige per totam Dioecesin omnibus diebus ferialibus etiam per octavas sanctorum quibus suffragia fieri solent.

*Relicta Regis Alberti obiit.*

Die XXIV. Dec. quæ fuit quarta feria ante Nativitatis CHRISTI obiit Domina Regina, relictæ Domini Alberti Romanorum Regis.

*Discordia inter Episcopum & Opitz Zirna.*

Eodem tempore Dominus Conradus Episcopus Wratislav. misit armatos contra Opitz & Hayn fratres dictos Zirna tempore magni frigoris & ex utraque parte perceperunt magna damna & hoc propter Nicolaum Granum Præpositum.

*Guerra prescripta duravit.*

Anno Domini 1443. die CHRISTI fuit feria tertia & dura hyems cum multa nive durante Guerra inter Dominum Episcopum Wratislav. & Opez ac Hayn fratres Zirna propter Nicolaum Granum præpositum: In die S. Vincentii Martyris nocte sequenti Dominus Episcopus obtinuit oppidum Strelen, recipiendo plures Equos & arma, latellibus Zirnenfum inde libere dimissis.

*Concordia inter Episcopum & Zirna.*

Feria sexta in festivitatibus Paschæ fuit Concordia facta inter Dominum Episcopum Wratislavensem & fratres Zirnenfes ac Granum in ..... Oppidi Suidnicensis.

*Terra motus notabilis in Wratislavia.*

In die S. Bonifacii quæ feria quarta hora 13. fuit notabilis terra motus in Wratislavia & in aliis pluribus partibus ac Civitatibus.

*Episcopus obtinuit Karpenstein & Neuhau.*

Sabbatho ipso die S. Viti Dominus Conradus Episcopus obtinuit Castrum suum Karpenstein: & die sequenti in die Trinitatis obtinuit suum Neuhau prope Patschka.

*Castrum Callen ruptum fuit.*

Ipsò die S. Margaretha & diebus sequentibus raptum & exustum fuit castrum Callen prope Bregam.

*Fortalitium Warkatz obtentum fuit.*

Eodem Tempore Dux Wilhelmus Dominus Monsterbergensis obtinuit fortalitium Warkatz.

Et in die S. Mariæ Magdalenaæ an. 1443. Wratislavienfes exiverunt ad circumvallandum Castrum Robisberg.

*Jegil & Teppilwude obtenta fuerunt.*

Eodem Tempore Dux Wilhelmus obtinuit fortalitium Jegil & Teppilwude.

*Castrum Rotisberg fuit datum.*

In die S. Dominici datum fuit Castrum Robisberg alias Rohnberg: & fuerunt pulsatae omnes campanæ in Wratislavia: Utinam scivissent ac novissima providissent quæ scribere tristitia est.

*Castrum Ottmucha traditum fuit.*

Eodem anno fuit nobile Castrum Ottmucha per fallaces Henricum Peterswalde: Bruschnade Arna: & ipsorum complices inter quos Dux Albus suos habuit traditum, contra quo Castro Domini Duces superiores cum Wratislavensibus & aliis civitatibus tempore pluviali jacuerunt, multa consumserunt & nihil profecerunt.

*Dominus Conradus captivavit Ducem Album fratrem suum.*

Anno Domini 1444. fuit temperata Hyems & modica Nix: Eodem Tempore in die S. Valentini Dominus Episcopus Conradus captivavit fratrem suum Ducem Album in Curia Episcopali Wratislaviensi & hora noctis secunda abduxit eum trans novam Civitatem Wratislavia versus Nissam ibique detinuit eum.

*Ottmucha fuit restitutum.*

In Vigilia S. Petri in Cathedra, quæ fuit feria sexta, Episcopus rehabuit Castrum suum Ottmucha depositis duobus millibus florenorum vel citra fraudatoribus Henrico Peterswalde & Bruschna & complicibus suis.

*Ziegenhals fuit perditum.*

Feria secunda ejusdem anni Dominus Episcopus perdidit oppidum suum Ziegenhals per Traditionem cujusdam Castellani de Falckenstein.

*Wratislavenses receperunt Cerevisiam Capitulo Svidnicensem.*

Eodem Tempore Consulatus Wratislavensis recepit Capitulo Cerevisiam Suidnicensem & non permisit abducere de Civitate Triticum ad summum usque in feriam secundam post Invocavit.

*Dominus Episcopus rehabuit oppidum Ziegenhals.*

Feria secunda post Invocavit: quod nuper per Nicolaum de Falckenstein fuit amissum.

*Episcopus misit fratrem suum à Vinculis.*

Feria quarta post Reminiscere Dominus Episcopus misit fratrem suum Ducem Album de Vinculis in Nissa ad Manus fidejussionum.

*Oppidum Brega fuit traditum.*

XX. Martii traditum & perditum fuit miserabiliter & fallaciter oppidum noctis Tempore per quosdam fallaces & perfidos Castellanos videlicet Bruschna de Arna & Gwolsky & ipsorum adjutores.

*Restitutio oppidi Brega.*

Feria secunda post Quasimodogeniti superpraescripti fraudatores & invasores bonorum Ecclesiæ & Silesiæ restituerunt prædam Oppidi Bregani Dominis Ducibus Olavensisibus.

*Institutio horarum scilicet Johannis Baptista & Hedwigis.*

In crastino Divisionis Apostolorum Dominus Conradus Episcopus Wratislavensis statuit in sua Diœcesi quod ab octava Corporis CHRISTI usque ad adventum Domini & ab octava Epiphanie Domini ad diem Cinerum omni feriateria horæ teneantur de S. Johanne Baptista & feria quinta de S. Hedwige.

*Concordia inter Wratislavenses & Ducem Album.*

Eodem die concordati fuerunt Wratislavenses cum Duce Albo, Bruschna & Zirnenibus per Ducem Heinrichum in Oppido Freystadt.

*Rex Polonus fuit occisus.*

In die S. Martini Wladislaus Rex Poloniae fuit occisus à Turcis cum Domino Juliano Legato Cardinali ac aliis multis Ungaris ac Polonis.

*Consulatus Wratislavensis recepit Capitulo Cerevisiam Svidnicensem.*

In die Agapiti septem Vasa & exinde non fuit propinata Cerevisia Svidnicensis in Wratislavia in summo: anno isto.

*Dux Wilhelmus spoliavit bona Ecclesiæ.*

An. Domini 1445. Dux Wilhelmus ..... Zirna ..... Stosch cum complicibus eorum invaserunt bona Ecclesiæ Wratislavensis sine causa & spoliantes multas Villas in districtu Bregensi & Grotkoviensi.

*Grotka Oppidum fuit obtentum.*

In crastino S. Thomæ praescripti Invasores obtinuerunt oppida Ecclesiæ videlicet Grotka & Ziegenhals.

*Generalis fuga de summo.*

In vigilia Epiphanie Domini fuit generalis fuga de summo non modica ad civitatem,

tatem, istoque die non fuit pulsatum neque cantatum matutine in Ecclesia Wratislaviensi & S. Crucis propter Timorem & insultum hostium præscriptorum.

*Oppidum Grotka fuit restitutum.*

In die S. Seryatii supra præscripti Invaiores bonorum Ecclesiarum recesserunt de oppido Grotka factio pacto pro quadringentis florensis.

*Inundatio Aquarum magna.*

In die S. Barnabæ an. 1445. & diebus præcedentibus atque sequi. fuit magna Inundatio Aquarum ita quod Odera fluxit ultra portas usque ad festum S. Jacobi & ultra.

*Concordia Ducis Wilhelmi & Capituli.*

In die S. Kiliani concordatum fuit Capitulum Wratislaviense cum Duce Wilhelmo, Opecz, Zirna, Bruschna, & eorum complicibus.

*Ziegenhals fuit reemtum.*

In die Inventionis S. Crucis Dux Bulko Dominus Oppoliensis Consensu Nissenium & Homagialium Episcopatus Wratislaviensis exemit à Jersi Stosch pro..... florensis dictum Oppidum Ziegenhals, tenendo idem oppidum quo usque Ecclesia Wratislaviensis eidem tantam summam perfolverat.

*Dux Albus spoliavit Oppidum Canth.*

In die S. Francisci Dux Albus cum suis spoliavit Oppidum Canth & Ecclesiam ibidem.

*Granus revenit Wratislaviam.*

Die XVI. mens. Dec. Dominus Nicolaus Granus revenit Wratislaviam de suis protectoribus Opez & Hayn Zirna salvo Comitatu Civitatis Wratislav. & Domini Conradi Episcopi.

*Dux Bulko spoliavit bona Ecclesie.*

Die S. Thomæ & diebus sequentibus Dux Bolko Dominus Opolensis spoliavit plures Villas Wratislavia & Capituli prope Wratislaviam & Olaviam atque Bregam.

An. Domini 1446. dies CHRISTI fuit Sabbatho & clara Hyems, levis ac modica Nix & multa pluvia.

*Synodus fuit celebrata.*

Per Dominum Episcopum Wratislaviensem Conradum & suum clerum, fuitque continuata usque ad Festum S. Johannis Baptistæ ubi iterum fuit celebrata.

*Affenheymer fuit decollatus.*

Die XIII. Mens. Junii decollatus fuit Conradus Affenheymer per Wratislavienses in Oppido Neumarck, quare etiam post Dux Bulko Dominus Glogovia plura damna fecit Wratislaviensis.

*Concordia inter Wratislavienses & Capitulum pro Cerevisia.*

Sabbatho in crastino S. Martini concordia facta est inter Dominum Episcopum & Wratislavienses pro Cerevisia Suidnicensi & aliis Dispendiis.

*Eugenius Papa obiit.*

Feria quarta ante Invocavit obiit Dominus Eugenius Papa V.

*Castrum Ottmucha obligatum fuit.*

Eodem an. 1447. Dominus Conradus obligavit castrum Ottmucha Syfrido de Langebrück pro octingentis florensis.

*Posnania fuit exulta.*

Die tertia Mensis Augusti exulta fuit tota Civitas Posnaniæ existente ibidem Kazimiro Rege Poloniae & pluribus Ducibus.

An. 1448. dies CHRISTI fuit feria secunda & aura turbida, cum modica nive, Hyems temperata, pluvia frigida.

*Resignatio Castrorum Ottmucha.*

In die Inventionis S. Crucis Syfridus de Langebrücke resignavit Domino Petro Episcopo Wratislaviensi Castrum Ottmucha.

*Nix cecidit in die Pentecostes.*

An. Domini 1448. pluribus vicibus, impetuose, fortiter.

*Ecclesia S. Dorotheæ ruit.*

In Vigilia S. Johannis Baptistæ ruit notabiliter Ecclesia S. Dorotheæ in Wratislavia.

*Reformatio Organorum.*

Eodem anno Reformatio fuit Organorum majorum Ecclesiarum Wratislaviensis per Martini Tinbi.

*Prostria.*

*Prostratio Ungarorum.*

Eodem anno prostrati fuerunt Ungariâ Turcis in magna multitudine.

*Statutum Episcopi pro Cantatione Cantate.*

Eodem anno Dominus Petrus Episcopus Wratislavienfis statuit singulis diebus in summa missa post elevationem cantare antiphona Cantate Domino cum collectis.

*Consecratio Ecclesie Cartusiensis prope Legnicz.*

In crastino Corporis CHRISTI an. 1449. consecrata fuit Ecclesia Carthusiensium prope Legnicz per Dominum Episcopum Petrum Wratislavensem.

*Concordia Wratislavienfum cum Duce Albo & Bolkone ex parte Assenheimer.*

In die Lamperti Dominus Episcopus concordavit Wratislavienfes eum Duce Albo & Bolkone ex parte olim Leonardi Assenheimer qui decollatus fuit.

*Moneta Monsterbergenfis.*

Eodem anno introducta fuerunt monetæ denariorum Monsterbergenfum & Glogoviæ.

*Magna mutatio Monete.*

Circa festum S. Martini fuit magna mutatio & alteratio Monetæ denariorum, quidam enim recusarunt accipere Legnicensem alii Sweidnicensem, ali. Löbniensem, quare Consulatus Wratislavienfis per Praconem clamando præcepit recipere Sweidnicensem, Bregensem, Olsnicensem, Freyentadenses, Crosmenses, non tamen interdixit alios denarios, licet venditores recipere recusarunt. Et eodem Tempore emebatur unus florenus Ungarieus pro una marca denariorum & supra.

*Concordia Henrici Stosch cum Episcopo.*

In die Lazari Henricus Stosch concordatus fuit cum Domino Episcopo in Ottmuhaw pro damnis hinc inde Ecclesiæ illatis.

Anno Domini 1450. die CHRISTI fuit Feria quinta, sicutque pluvia levis tota die; Hyems temperata, modica Nix & Glacies cum modica pluvia.

Hic instetit annus Jubilæus videlicet quinquagesimus.

*Castrum Auras ruit.*

Feria quarta post Epiphanias Domini manœ ruit Turris Castræ Auras pro Parte:

*Detentio Ducis Albi & suæ Conjugis.*

In die Thomæ fuit captus & in Olsnam ductus Dux Albus cum sua Conjuge per Juvenem Album Ducem ibique detentus usque in feriam sextam: solitus à detentione perirexit Prausniz cum Dominis, Episcopo, Ducibus Glogoviæ majoris, Ducibus Olsnicensibus, ubi cessit bonis & factus est Inquilius Wratislavix usque in diem Mortis suæ.

*Adoranda TRINITAS.*

Die ultimo Mensis Maji Dominus Episcopus omnibus fidelibus devote dicentibus atque cantantibus ob Reverentiam S. Trinitatis hos Versus: Trinitas &c. usque ad finem totiens quotiens XL. dies indulgentiam concessit.

*Episcopus ivit ad Trebnitz.*

Feria secunda post Ascensionis Domini Dominus Episcopus ivit pedestre ad S. Hedwigen in Trebniz cum cunctis Prælatis, Canonieis, Vicariis, & multis aliis & die sequenti cantavit missam ibi solenniter in Ornamento Ecclesiæ Wratislavienfis.

*Reemtio oppidi Ziegenhals.*

Feria tertia post Jacobi Dominus Episcopus rehabuit oppidum suum Ziegenhals quod reemit à Duce Bolckone pro XVI. .... Ung. floren.

Anno Domini 1451. dies CHRISTI fuit feria sexta, hyems dura, frigida usque ad medium & tunc Tempus pluviosum ventosum fulminosum nocturnique pluribus vicibus: fueruntque pauci pisces.

*Castrum Röchliz fuit ruptum.*

In die Viti Wratislavienfes cum Swidnicensibus obtinuerunt & incineraverunt castrum Röchliz.

*Insinuatio Anni Jubilei in Wratislavia.*

Die VI. Mens. Septembr. quæ fuit feria secunda ante nativitatis Mariæ Virginis insinuatus iuit solenniter Annus Jubilæus concessus à Reverendo in Christo Patre ac Domino Domino Nicolao Tituli S. Petri ad Vincula S. Roman. Eccl. Presbyt. Card. Apostolicæ sedis per Alemaniam legato ad instantiam Serenissimi Domini Domini Fridrici Romanorum Regis durando usque ad festum Purificat. Mariæ: & fuit prorogatus ad primum diem Mensis Maji quæ fuit secunda post Jubilate.

*Pestis notabilis.*

Eodem anno 1451. fuit notabilis Pestis Wratislaviæ & oppidis ac villis hinc inde: incepit circa festum Nativitatis Mariæ & duravit quasi per totam hyemem leniter.

An. Dmni 1452. dies CHRISTI fuit sabbatho, dura hyems cum modica nive, & pluvia in principio.

*Inimici Ecclesie obierunt.*

Eodem anno obierunt quidam Inimici Ecclesie videlicet Dux Albus in die Valentini: Opez Zirna: Scheinbergsky de Rachlitz: Dux Nicolaus Rathiboriensis: utinam abscondantur qui nos conturbant.

*Prausnitz.*

Feria secunda post Lætare oppidum Prausnitz fuit exustum.

*Vexilla Ecclesie Wratislavienſis.*

Ad Festa Paschalia comparata sunt quatuor nova Vexilla pro Ecclesia Wratislavienſis per Episcopum Wratislavienſem.

*Legnicenses Regi LADISLAO Homagium praſtiterunt.*

Feria sexta ante Jubilate Legnicenses Homagium Regi Ladislao praſtiterunt.

*Synodus celebrata fuit.*

Dominica Jubilate Dominus Episcopus celebravit Synodum Diceſanam cum suo clero per tres dies.

*Capitulum Fratrum Minorum.*

In festo Pentecostes celebratum fuit Capitulum per Fratres Minores apud S. Jacobum in Wratislavia.

*Legnicenses prostraverunt Ducem JOHANNEM.*

In die Ruffi Legnicenses prostraverunt Exercitum Ducis Johannis recipientes plures Equos & cessavit ista Guerra usque ad medium Quadragesimæ.

*Pestis notabilis in Silesia.*

Eodem anno fuit notabilis pestis in Silesia: in Polonia: & in montanis. Incepit circa Festum Joannis Baptiste dure & continuavit leniter usque ad finem Anni currentis fuitque siccus & clarus Autumnus usque in diem S. Hedwigis.

Anno Dmni 1453. dies Christi fuit feria secunda nubilosâ & pluviosa, hyems tempeſta usque ad festum purificationis Mariæ: Inde frigida cum nive & glacie usque in diem S. Petri.

*Johannes de Capistrano venit Wratislaviam.*

Die 13. Mensis Februarii dignus Pater Johannes de Capistrano Ord. Fratrum Minorum de Observantia Professor intravit Civitatem Wratislaviam cum plus quam 30. fratribus: fuitque à Clero & populo cuncto circa S. Nicolaum processionabiliter susceptus ac à Prælatis Canonicis Clero ambarum Ecclesiarum circa S. Petrum cum reliquiis absente Episcopo susceptus, intravitque Ecclesiam Wratislavienſem, in qua cantatum fuit Te DEUM laudamus pulsatis Campanis omnibus, factaque recommendatione per Doctorem Casparum Regil regeneratus fuit, humiliiter dando Benedictionem: Reductus est ad forum ſalis cum suis in domum olim Johannis Glotz. Prædicavit die Cinerum in Ecclesia S. Elisabeth deinde in foro ſalis quasi singulis diebus latine Dominica Judica ostendit speculum terribile alias ein Hirnschedel: & Imaginem S. Bernhardi: Factaque fuit ſolemnis processio de foro ſalis per Dominum Episcopum ambarum Ecclesiarum Parochialium & Patris & fratrum ad novam hæreditationem in nova Civitate pro fratribus noviter erectam. Item in profecto Annunciationis Dominicæ fuit erector novus Chorus & postea Ecclesia nova pro eisdem fratribus ibidem.

*Viennenses rehabuerunt Regem LADISLAUM.*

Feria secunda post Quasimodogeniti fuit cantatum Te DEUM laudamus in Wratislavia & aliis Ecclesiis pro eo quod Viennenses cum ſibi adhærentibus Ungaris & Boemis per vim rehabuerunt LADISLAUM Regem Ungariæ à FRIDRICO IMP. Synodus D. ceſefana fuit celebrata die Dominica Jubilate per Dominum Episcopum & ſuum Clerum tribus Diebus in Wratislavia.

*CPLis fuit perditæ.*

Constantinopolis eodem Anno perditæ fuit, & acquisita à Turcis.

*Judæi fuerunt capti in Wratislavia.*

Feria quarta post Cantate: Die ſecunda Mensis Junii capti & detenti fuerunt omnes Judæi in Wratislavia, receptis eorum bonis, pro eo quod Sacramentum furatum in Lan-

gewels

gewesē à quadam Muliere cujusdam famuli Civitatis Wratislaviensis emerunt, quæ forcipibus igneis lacerata cum eodem suo Marito fuit cremata.

*Judei capti in Sweidniz.*

Die XVII. Junii detenti fuerunt Judæi in Sweidniz & in Jawer & in Strigovia.

*Lis inter Episcopum & Jersig Stosch.*

Eodem Tempore Dominus Episcopus habuit lites cum Jersigk Stosche pluribus hebdomad.

*Judei fuerunt forcipibus lacerati.*

Item feria IV. sub octava Visitationis Mariæ duo Judæi fuerunt forcipibus igneis laniati & postea cremati.

*Legnitz fuit exustum.*

Item ut supra in nocte ejusdem diei oppidum Legnitz exustum in magna parte & eo Tempore plures Judæi mortui cremati sunt.

Item in die Cyriaci Dominus Andreas Episcopus Posnaniensis intravit Wratislaviam, & in Vigilia S. Laurentii venerunt Wratislaviam Dominus Cancellarius Regni Poloniæ: Item in die S. Laurentii Dominus Johannes Episcopus Wratislaviensis & Dominus Episcopus Cracoviensis cum pluribus aliis Dominis & nobilibus Regni Poloniæ ad tractandum & concludendum præscriptum Negotium, quod conclusum fuit die XX. mensis Augusti in die Burchardi in Prætorio Wratislaviensi quare decantatum fuit Te DEum laudamus & omnes Campanæ sunt pulsatæ.

*Judei fuerunt combusti.*

In die Hypoliti in Sweidniz combusti sunt Judæi & septem Judææ.

*De Hor. B. Virginis ad S. Crucem.*

In Vigilia Assumptionis Mariæ Virginis eodem Anno Mensionarii incepérunt cantare horam & missam B. Virginis in Ecclesia S. Crucis.

*LADISLAUS Rex Bohemiae.*

Die XXIV. Mensis Octobr. Serenissimus Princeps & Dominus LADISLAUS Rex Ungariæ intravit Pragam & fuit coronatus ibide in Regem Bohemiæ die Dominica ipso die S. S. Simonis & Judæ Apostolorum, quare cantatum fuit Te DEum laudamus in Ecclesia Wratislaviensi & aliis Ecclesiis in die S. Leonardi.

*Hyems dura..*

Eodem anno fuit durissima Hyems: incepit enim in octava S. Andreæ continuando novem diebus frigidissime: ita quod plures homines læsi fuerunt in corporibus & membris: resoluta tamen fuit glacies ante festa Christi: ita quod sufficiens aqua fuit per hyemem.

*Legnicenses prestiterunt Homagium secundario.*

In quatuor Temporibus Luciæ Legnicenses præstiterunt Omagium secundario Regi LADISLAO sine omni contradictione.

Anno Dmni 1454. dies CHRISTI fuit feria tertia turbida frigida nive plena: Hyems competens usque in diem Matthæi.

*Oppositio Prutenorum.*

Eodem Anno in die S. Dorothæ Civitates Prussiae opposuerunt se Magistro & Commendatoribus Ordinis pugnando, eviceruntque plures Civitates & castra, captivando & detinendo reliquos, subdideruntque se & homagium præstiterunt Casimiro Regi Poloniæ.

*Nuptie Regis Poloniae.*

Anno ut supra die Dominica ante septuagesimam Casimirus Rex Poloniæ celebravit Nuptias cum sorore LADISLAI Regis Bohemiæ.

*Tempesta in Löbschütz.*

Deinde in die Pentecostes Tempesta concusit & confregit ultra XXV. domos in Löbschütz.

*Legnicenses detinuerunt Consules.*

Eodem Anno in die Johannis Baptistæ quæ fuit feria secunda Communitas Legnicensis magna cum impetu irruit in Prætorium, violenter aperiendo, captivantes Consules, ponentes eos in Turres, expellentesque Protzka Capitaneum LADISLAI Regis cum iuis & interfecerunt Hermannum Zetteras militem ac instituerunt novos Consules.

*Ducissa Legnicensis fuit reassunta.*

Feria V. in die Udalrici Legnicenses reassumserunt Dominam Hedwigen relictam olim Ducis Johannis cum Frederico filio suo processionaliter cum cantu & candelis honorifice.

*Notarius Legnicensis fuit decollatus.*

In Vigilia Jacobi Apostoli decollatus fuit Ambrosius Pro-Consul olim Notarius Legnicensis.

*Kosla fuit exusta.*

Eodem Anno feria III. in octava Visitacionis Mariæ exustum fuit Oppidum Kosla.

*Episcopus ivit Pragam.*

Item feria IV. in die translationis S. Benedicti Dominus Episcopus ivit versus Pragam revenitque die Dominica qui fuit IV. mensis Augusti habens in commisso Maj. Regi avifandi Wratislavenses, ad præstandum homagium suscipiendum mitterent, cui concorditer à Consulatu & Communitate responsum fuit in die Hypoliti, sè nulli homagium præstare velle neque Corona nisi LADISLAO Regi in Wratislavia existenti & sic Dominus Episcopus in Vigilia Assumptionis Mariæ de mane de Wratislavia recessit & Wratislavenses de hujus Avisamento steterunt male contenti.

*WRATISLAVIENSES iverunt Pragam.*

Isto Anno Wratislavenses Pragam iverunt ut homagium Regi LADISLAO præstarent, quod tamen non factum est ex causis intervenientibus.

*Dissensiones multæ.*

Anno isto fuerunt plures dissensiones & seditiones, videlicet: Civitatum Prussiarum contra ipsorum Dominos: Legnicenium contra LADISLAUM Regem: filiorum Hermanni Czetteras contra Legnicenses: Jan Kolda contra Legnicenses & Nimtschenenses qui idem Oppidum cum pluribus Villis exussit: Jersk Stosch contra Dominum Episcopum quod Sabbato ante Hedwigis plures Villas prope Nissam Incendio vastavit: Australium contra Ungaros: Ungarorum contra Turcas: & Ducum Silesiarum videlicet Olsnicensium contra Wratislavenses.

*Fluvius Odora magna.*

Circa festum S. Laurentii fluvius Odora fluxit ultra pontem faciendo damna segetibus & pratis pluribus diebus.

*Abductio Judeorum de Wratislavia.*

In die S. Johannis Baptistæ quæ fuit feria III. abducti fuerunt omnes Judæi.

*Prostratio Regis Poloniae.*

Die XVII. Mensis Septembr. Domini Prussiarum cum suis adjutoribus prostraverunt Dominum Casimirum Regem Poloniae & suum Exercitum recipientes eidem multa spolia in Equis, armis, captivis, clenodiis, interficientes multos ipso Rege in fugam cum ceteris prope Koniz conjecto. Eodem die imperfectus fuit ibidem Dux RUDOLPHUS Dominus Saganensis & Bernhardus de Schoenberg captivatus in parte Prutenorum.

*LADISLAUS Rex venit Wratislaviam.*

In die S. Nicolai quæ fuit feria VI. hora XXI. Serenissimus Princeps ac Dominus LADISLAUS Ungariae Bohemiæque REX intravit Wratislaviam Civitatem suam & honorifice fuit suscepitus à Domino Petro Episcopo Wratislaviensi cum suo Clero prope Scholam Ecclesiæ B. Mariae Virginis in Arena, ubi descendit de suo Equo, osculaturque reverenter sanctorum Reliquias, ivit pedester cum suis post Dominum Episcopum in Ecclesiam Wratislavensem geniculando coram summo Altari sub Tæ DEUM laudamus.

*WRATISLAVIENSES præstiterunt Homagium.*

XVI. die Mens. Decembr. Hora XIV. Wratislavenses præstiterunt Homagium LADISLAO REGI sedenti in Palatio ad hoc singulariter in acie Circuli prope forum salinum extructo hisce Verbis:

Wir Bürgermeister und Rathmanne und die gantze Gemeine der Stadt Breslaw geloben und schwören vor Uns und unsere Nachkommen, daß wir von dem heutigen Tage an allezeit getrew und gehorsam seyn wollen, Euch Allerdurchlauchtigstem Fürsten und Herren Herrn Laßlaw gekrönten König zu Böhmiæ Unserm genädigen angenommenen Erb-Herren und Eurer Leibes Erben Kungen zu Böhmiæ weder alle Menschen und daß wir Eurer Ehre und Reich nach unserm Vermögen getreulichen schaffen und thun wollen und Euren Schaden verhütten und alle Ding so an die Kron der Böhmen gehören treulich halten und thun wollen als getrewe Unterthanen von Recht und alter Gewohnheit wegen schuldig und pflichtig seyn zu thun ohn alles gefehrde und arge List als uns Gott helfe und alle Heiligen.

*Archij Episcopus Gnesnensis venit Wratislaviam.*

Item XVIII. die Decembbris Dominus Johannes Archij-Episcopus Gnesnensis intravit

travit Wratislaviam & fuit honorifice suscepitus à Dominis suffraganeis & S. Mariæ & S. Vincentii Monasteriorum Abbatibus, Prælatis, Canonicis omniq[ue] clero civitatis & gro-  
tante Episcopo: deductus fuit processionaliter ante Ecclesiam, ibidem præparata sede cum  
tapeto pro genuflexione ac osculatis solenniter cum reverentia sanctorum reliquiis & por-  
recto sibi aspersorio à Prælato majore.

*Frumenta fuerunt in bono foro.*

Eodem Anno Triticum emebatur pro.....: Siligo pro VII. Avena pro III.  
solidis denariorum & hoc tempore magna multitudinis.

*Dmns Archi - Episcopus celebravit summam Missam.*

Anno Dmni 1455. dies CHRISTI fuit feria quarta clarus: eodem die dominus Archi-Episcopus celebravit summam missam in Ecclesia Wratislaviensi præsente LADISLAO Rege qui obtulit III. florenos Ungaricos: fuitque facta solemnis processio post ter-  
tiam per coemiterium cum Vexillis.

*Dominus REX fuit in mensa cum Domino Episcopo.*

In die S. Stephani Rex fuit in mensa cum Domino Episcopo peractoque prandio  
Dominus Episcopus cum suo Capitulo præstit homagium Regi ex parte oppidi Grotka.

*Dominus Archi-Episcopus recessit.*

In octava S. Stephani dominus Archi-Episcopus recessit de Wratislavia.

*Petrus Episcopus consecravit Episcopum Olmuzensem.*

Die Domini sub octava Epiphanias Domini dominus Petrus Episcopus Wratisla-  
viensis consecravit dominum Johanneum in Episcopum Olmuzensem in Ecclesia Wrati-  
slaviensi, assistantibus eidem domino Johanne ..... densi & Wilhelmo Nicopolensi  
Episcopis in præsentia LADISLAI Regis.

*Multi Duces & Marchiones fuerunt in Wratislavia.*

Eodem Tempore fuerunt multi domini temporales in Wratislavia, videlicet: Dux  
Wilhelmus cum fratre suo Ottone domini Bavariae: dominus Albertus cum fratre suo  
Fridrico Marchionis Brandenburgensis: Dux Henricus cum filio, domini majoris Glo-  
goviae: Dux Wladno: Dux Nicolaus de Opol: duo Duces Olsnizenses: duo Duces Sa-  
ganenses: Dux Wenceslaus Ratiboriae dominus: Ernestus Oppaviae dominus: domi-  
nus Henricus de Rosenberg: dominus Nicolaus de Sternberg: dominus Jersig de Po-  
diebrad Gubernator cum filio: ..... de Blyn dominus in Proczia cum multis aliis  
Bohemis & Ungaris.

*Campana fuit ducta ad S. Dorotheam.*

In octava S. Agnetis Campana dudum in Ecclesia S. Dorotheæ fusa ad mandatum  
Regis ducta fuit de Cameris Mercatorum ad prædictam Ecclesiam: pulsataque die sequen-  
ti ibidem in turri ad jussum Majestatis Regiae.

*Dominus Rex recessit de Wratislavia.*

Die ultima Mensis Januarii dominus Rex recessit de Wratislavia mane versus  
Sweidniz inde Viennam: & à civitate Wratislaviensi pro XVM. floren. Ungar. de quolibet  
capite humano & pauperis extorsus fuit unus grossus Bohemicalis: petivit etiam à  
clero Wratislaviensi medios fructus Beneficiorum qui illi fuerunt denegati: quanquam  
ad placentiam Regiae Majestatis cleris consensit ad solutionem duorum grossorum de  
quolibet Marca: In districtu Wratislaviensi non fuit data Contributio licet à nobili domino  
Henrico de Rosenberg ex parte domini Regis petita: Cujus Petitionis copiam in fine  
hujus vide:

Ladislaus Dei gratia Ungarie Rex Austrie Dux Marchioque Mora-  
vie &c. honorabilibus & religiosissimis Abbat. prepositis Decanis Plebanis Preto-  
ribus Collegis & omni Clero Wratislaviensis Dioecesis Gratiam Regiam & omne  
bonum.

Contributionem sive Collectam quam nobis detulisti speramus quod quemad-  
modum in offerendo liberales & prompti fuisti, ita in exolvendo solliciti & prompti  
eristi: Et quia intentionis ac voluntatis vestre est ut contributio ista sive Collecta  
nobili Henrico de Rosenberg Ducatus nostri Silesiae Capitaneo & fidelis nostro di-  
lecto aut alteri cui ipse commisserit nomine nostro recipiendi solvatur: Hortamus  
vos vobisque injungimus & mandamus ut summam quam quisque vestrum de ipsa  
contributione sive collecta solvere debet ipso Henrico vel alteri cui ipse com-  
misserit sine diminutione & mora nomine nostro prædicto exsolvat. Datum Wi-  
enne die XVI. Mensis Maii MCCCCCLVº. Regnum nostrorum Anno: Hun-  
garie &c. XV. Bohemic secundo.

*Calixtus Papa fuit coronatus.*

Anno ut supra Dominica Misericordias Domini quæ fuit XX. Aprilis Calixtus III. Papa coronatus fuit in Urbe Romana.

*Ignis plures Civitates vastavit.*

Anno currente Ignis plures Civitates ac oppida vastavit, videlicet Cracoviam, Thoram, Lenezberg, Stinaviam, Löben & turrim in Lemberg.

*Fluvius Odera fuit exiguis.*

Eodem anno fluvius Oderæ fuit adeo modicus Junio, Julio & Augusto Mensibus ita ut in multis locis arena præter solitum sicca apparuit, cum paucis piscibus & inceptum fuit novum Ciborium S. Elisabethæ & Organum S. Magdalena Ecclesiarum.

*Prostratio Polonorum in Prussia.*

Anno eodem prostrati fuerunt Poloni & imperfecti pluribus Vicibus in Copia à Prutenis & eorum adjutoribus Polonorum Rege in Prussia existente.

*Ecclesia S. Bernhardini fuit consecrata.*

Die XXVIII. Septembris per reverendum in Domino Patrem & Dominum Dominum Franciscum Episcopum Warniensem: fuitque temperata hyems sine notabili nive & glacie usque ad finem.

*Institutio Responsorii: Tenebrae &c. facta est.*

Die XX. Mensis Decembris Dominus Episcopus instituit - quod omni feria sexta perpetuis futuris Temporibus in singulis Ecclesiis Monasteriis & Capellis post finem summae Missæ fiat mox pulsus majoris Campanæ quo durante per Clerum Responsorium: Tenebrae factæ sunt &c. solita Voce submissa & flexis genibus usque ad hoc Verbum: emisit spiritum: devote cantetur, & fiat silentium cum pauca quousque intersunt V. Dominicales Orationes & solitum Ave Maria cum uno Symbolo ob Reverentiam Passionis Christi & Mortis orare valeant, quo finito mox Repetitio dicti Responsorii cum Versu & post Versum Repetitio: & postremo Responsorium usque ad Versum.

*Rex LADISLAUS intravit Ungariam.*

Eodem Anno LADISLAUS Rex intravit Ungariam in Regnum suum & magnifice ac gaudenter suscepimus fuit à Magnatibus Regni Ungariae: durante tamen rabie & insultu Turcorum.

*Cerevisia tantum in una domo in summo fuit propinata.*

A Dominica Reminiscere usque ad finem anni presentis in una domo tantum Cerevisia tricalis in summo fuit propinata per Capitulum.

Ladislaus Filius Regis Poloniae Casimiri natus fuit feria tertia post Oculi & baptizatus Dominica Misericordias Domini.

*Quadragesima frigida.*

Quadragesima frigida fuit & pauci pisces in ea: consumatumque fuit Ciborium in Ecclesia S. Elisabeth.

*Comes de Zellem imperfectus fuit.*

Eodem Anno imperfectus fuit Comes de Zellem per Gubernatorem Regni Ungariae.

*Oppidum Trebniz exustum fuit.*

Feria VI. ante Jubilatæ exustum fuit oppidum Trebnitz pro majori parte & Ecclesia ibidem: Item non longe post hoc scissa fuit Campana Monasterii S. Dorotheæ in Wratislavia.

*Cometa.*

Die Solis XIII. Junii visa est Cometes verlus Aquilonem dirigens caudam crinitam satis longam quasi ad Orientem hora quasi V. noctis.

*Turci prostrati fuerunt.*

In festo Mariæ Magdalena prostrati fuerunt Turci in magna Multitudine circa XLM. & totidem in fugam turpiter versa per Crucesignatos circa castrum Belgradii alias Griches-Weissenberg ad ripam Danubii in regno Ungariae.

*Cruce signati iverunt contra Turcas.*

In Vigilia Nativitatis Mariæ exiverunt Wratislavia Cruce signati contra Turcas circa XIIIC. cum XI. Vexillis conducti solenniter cum Processione Sacerdotum & Scholarum Ecclesia S. Elizabeth.

Anno Domini 1457. dies CHRISTI fuit Sabbatho clara ante Meridiem sed turbida hyems competens cum nive & glacie magna aqua usque ad Paschæ: inde æstas calidissima.

*Cometa.*

*Cometa.*

Eodem anno visa est Cometa per plures dies mane versus Orientem, dirigens eaudam crinitam satis longam versus meridiem, durante Guerra Prutenorum & Regis Poloniae.

*Turris S. Elizabeth fuit consummata.*

Eodem anno in muro usque ad Fabritia Tecti.

*Gora Oppidum fuit exustum.*

Die V. Mens. Septembbris.

*Cerevisia libere propinata fuit in summo.*

Die VII. Mensis Novembbris eo videlicet die quo Dominus Episcopus suscepitus fuit a Capitulo & Clero propinata fuit Cerevisia tritcalis in summo Wratislaviae in pluribus domibus libere.

*Plures Domini notabiles obierunt.*

Anno currente obierunt plures notabiles Domini, videlicet: Henricus de Rosenberg Capitaneus Wratislavensis in die Conversionis S. Pauli: Dominus Franciscus Episcopus Warniensis Wratislaviae in Vigilia S. Trinitatis: & Serenissimus Dominus LADISLAUS Ungariæ & Bohemiæ Rex Pragæ in die Clementis Papæ: Doleat DEUS!

Hie Illustrissimus atque Nobilissimus Princeps LADISLAUS: Ungarorum, Bohemorum &c. Rex, Austriae, Carinthia, Stiria, Slesia Dux, Marchioque Moravia cum in Regem Ungariae coronatus esset post hoc decursu tempore Pragæ coronatus in Regem Bohemiae, sui illum captabat ut Bohemia non exiret infra Annos sex, ut sic nubili Imperium traderetur: eo respectu ut prolem cuiuscunque sexus Bohemi in Regem servarent, & tunc primo LADISLAU ad alia sua Dominia ire permitterent, auttentio quod in tanto Tempore Rex ipse Ignem haereticæ potestatis extinguere non posset, sed nec sub Regii nomine proliis extinguere permitteret, sive siue Articulos haereticos per longa possent Tempora conservare: Gubernator autem Regni considerans plurimum Principatum & Magnatum & communitatum Regni Pragam ingressum attendensque ad Conversationem per Regem cum Principibus qua ut Juvenis bona Indolis coepit More Principum, Duci magnanimus ad magnificentiam coepit cogitare, de qua conservatione quatuor Articulorum quos sub regimine Regis LADISLAI minime conservare posse presumit, concluione praedicta de Permanentia sex annorum quoad Regem rescissa fuissebat ut Rex alias suas Terras videlicet sex Civitates, Slesiam, Moraviam visitare deberet atque Slesia Princeps qui ex Privilegio in Civitate Wratislavensi infeudari vellent & non alibi. Sciebat enim quod Rege ibi existente Regnum Bohemiae posito ipso in gubernationis suo officio atque regimine fortius solidaret: Quod sic etiam fiebat, rerum Exitu id demonstrante, Rege namque in Silesiam properante Gubernator ipse sublimis confirmatus est, Regni Regimine humeris suis imposito cum omnibus condependentibus: sic gubernare coepit ut ipse per hujusmodi siue Gubernationis Officio non permaneret, quin potius in Regem tempore opportuno promoveretur. Fuerunt inde Regi LADISLAO praedicto plures ut fertur paratae Insidia Veneni, cum captivitatis interitu, cum obdurationis Casu, cum mortis inflictu.

*Mors Comitis Cziliae.*

Inter quæ præparamenta accidit ille Casus luctuosus ut Dominus Ulricus Comes Czilia capite truncatus periit a manibus Ungarorum, & nisi pro tunc Regis Sapientia & paucorum qui cum illo erant Prudentia obstetisset, Rex ipse cum omnibus suis juxta decrevum per hostes interpositum fuisset interentus, nec adhuc cessavit machinantium in Persona Regis refutata Tempestas. Nam Johannes de Huniad filius senior quondam Gubernatoris Regni Ungariae tunc noviter defuncti facta liga cum ceteris aliis Regni Proceribus pluribus in illam nocentum consipiravit sententiam ut Rex Ladislaus vel captus deducatur Budam vel simpliciter interficeretur.

*Johannes Huniad Capite truncatur.*

Sentiens ergo Rex adolescentis tantam rei insolitæ crudelitatem Ulcionem suam in illum Huniad tanquam Principalem hujus Sceleris cum aliis cooperatorem extendendo, eo Capite exso de merito, fratrem suum MATHIAM hodie Ungariae Regem se prætentem captivitati dedit atque captum abduxit: Cujus tunc conspirationis Gubernator Regni Bohemiae cum suisne dum Regi sed toti mundo non modicum & dicitur & creditur fuisse suspensus.

*Episcopus Wardenensis interficitur.*

Relinquens inde LADISLAUS Rex Ungariam dimisisque pluribus occasione tanti tradimenti captivitati mancipatis, inter quos erant Episcopus Wardenis Ungarus, pluribus respectibus eis absolutis littera foederis pactique servata se transtulit in Austriam, pa-

cisque diebus effluxis transtulit se in Pragam: unde Regis Franciae filiam sibi in Conjugem translegari nuntios dispositus, solennissime rebus & sumtibus ad haec necessariis copiosius ordinatis. Singulis iraque ornatisse procuratis debebat Dominus Holzil (qui ad manifestationem praedicti tradimenti contra Regem facti per ipsum Regem creatus fuit in militem majori & fructuosi curarum suarum in Austriae officio prefectus: in quo officio optime se habens in omnibus Rerum per ipsum gerendarum commoditatibus laudabilis fama inter consiliarios quasi major existens decorabatur) XLM. florencium Ungariorum pro sumtibus, his qui in Franciam ituri erant pro Conthorali Regis comportare & eis omnibus assignare.

*Curfus communis Monetarum.*

Anno ut supra & aliquibus precedentibus habuit communem cursum Moneta nummorum & denariorum Bohemiae, Moraviae, Misniae, Austriae, Bavariae, Gloz, Görliz grossorum Poloniae & qualiter quævis Moneta.

Anno Domini 1458. dies CHRISTI fuit die Dominica clarus & frigidus: Dominus Jodocus cantavit primam & summam Missam: dura Hyems, cum multa nive, abundantia aquæ, pluvia frigida, piscium sufficientia.

*Jersick electus fuit in Regem Bohemie.*

Eodem Anno feria V. post Reminiscere quæ fuit secunda Martii Jersigk Gubernator Regni Bohemiae electus fuit in Regem in Civitate Pragensi.

*Tractatus in Legniz propter Jersigk.*

Feria secunda post Judica in Legnitz fuit primus Tractatus Unionis Dominorum Episcopi, Ducum, nobilium & civitatum: & Ambassia de Dominorum Misnenium contra Jersigk electum de sibi non obediendo neque Homagium praestando.

*Tractatus secundus propter Jersigk.*

Feria secunda post Misericordias Domini fuit secundus tractatus in Wratislavia praescriptorum Dominorum contra Jersigk.

*Jersigk coronatus fuit in Regem.*

Die Stanislai quæ fuit feria secunda Rogationum Jersigk coronatus fuit in Regem Bohemiae in Praga.

*Notabilis Caristia in Silesia.*

Eodem anno fuit notabilis Caristia in Silesia quia emitus fuit unus modius pro 20. solidis denariorum & ultra: sed post nonalia pro octo solidis & infra.

*Jersigk ingressus fuit Moraviam.*

Eodem anno Jersigk ingressus fuit Moraviam subjugando sibi Brunenses cum Olmuzenibus reluctante Domino & se defendantem Egla, quæ se eidem postea subdidit: spoliavitque Austriae.

*Tempestas horribilis.*

Die prima Augusti videlicet in die ad Vincula Petri fuit Tempestas multum terribilis.

*Calixtus Papa obiit: & Pius electus est.*

Die V. Mens. Augusti obiit Calixtus Papa: & die XIX. ejusdem Mensis electus fuit Episcopus Pius.

*Dominus Episcopus ivit Romam.*

In crastino exaltationis S. Crucis Dominus Jodocus Episcopus Wratislaviensis ivit Romanam durante Guerra in Prussia & cum Jersigk.

*Plures Dietæ binc inde factæ sunt propter Jersigk.*

Eodem anno factæ sunt plures dietæ videlicet in Lobin & alibi propter Jersigk qui sibi homagium postulavit fieri debere & nullus ei fecit.

*Schola Ecclesie S. JOHANNIS.*

Fuit sublimata Wratislaviæ Muro sed non totaliter: quæ incepta fuit An. Dmni 1425.

*Exequia Regis LADISLAI.*

In Profecto S. Catharinæ peractæ sunt Exequiæ solennes Regi LADISLAO in Ecclesia Wratislaviensi.

*Oderæ congelata fuit.*

Item Feria III. ante Thomæ Apostoli, nocte sequenti fluvius Oderæ congelatus fuit nive & glacie per totum, stetitque glacies usque ad feriam III. post Lætare, ubi per ventum Tempestatis glacies dissoluta fuit.

Anno Domini 1459. dies CHRISTI fuit feria secunda competens aura: Dominus Episcopus - - baliensis Johannes cantavit primam & summam missam & fuit hyems fatis dura cum multa nive.

*Dieta facta fuit in Corbus.*

Feria IV. post Reminiscere eclebrata fuit Dieta in Corbus: ubi Dominus Misnenis: Dux Henricus Glogoviæ Majoris Admin. stratores Ecclesiæ Wratislavienſes cum pluribus aliis uniti fuerunt ad simul standum contra Jersigk ad quatuor Annos & dieta continua fuit usque ad Vigiliam Ascensionis Domini propter confirmationem hinc inde fiendam.

*Ventus validus.*

Feria III. post Lætare quæ fuit die VI. Mensis Martii circa horam 19. tantus erat Ventus Wratislaviæ & alibi, ita validus, quod tecta plumbea latericia lignea detexit & Ecclesiæ Domus ædificia destruxit, quædam etiam funditus everit velut in Anno 35. in die S. Henrici.

*Wasil spoliavit bona Ecclesie.*

Sabbatho in die S. Henrici lectæ fuerunt litteræ Wasil Capitanei in Gloz ex parte Jersigk contra clerum missæ cum brevibus principalibus in loco Capitulari clero altaris: præsentibus. Et eodem die idem Wasil plures Villas Capituli spoliavit & facta fuit magna ac generalis fuga rerum de summo propter crudelē hostium insulcum.

*Dux de Thost spoliavit bona Ecclesie.*

Prima die Mensis Augusti Dux de Thost misit litteras diffidationis qui etiam postea multas villas spoliavit.

*Littera Domini Imperatoris.*

Feria VI. in octava S. Laurentii venit littera Imperatoris, qualiter regalia Jersigkoni dedisset, & ipsum in Electorem Imperii assumpſisset, hortando Wratislavienſes, quatenus etiam suæ ſe ſubjicerent obedientiæ.

*Wratislaviens exiverunt cum Exercitu usque Strelen.*

Feria III. die XXI. Mensis Augusti maximus Exercitus equeſtrium & pedestrium de Wratislavia versus Strelen exivit, sed die ſequenti propter discordiam reverſi sunt.

*Bernhardus Skal & Fridricus Reichard.*

Die S. Bartholomæi deſtituti ſunt à Consulatu: Et Valentinus Haunold & Antonius Hörnigk in locum eorum aſſumti ſunt: Eodem die Wenceslaus Reichel in Capitaneum aſſumtuſt fuit.

*Reliquiæ non fuerunt oſtenſæ.*

Die Dominica post Bartholomæi Reliquiæ Sanctorum ad S. Vincentium non fuerunt oſtenſæ extra Eccleſiam uti moris eſt.

*Jersigk intravit Schweidniz.*

Feria VI. post decollationis Johannis Baptiſtæ Jersigk intravit Schweidniz & in die S. Egidii præſtitum fuit homagium eidem & ſuīshæredibus à Vasallis Conſulibus & oppidanis ac Jaurenſibus: præſentibus Ducibus Nigro, & Wlotkone & Bolckone.

*Bohemi obſeruerunt Novum Forum.*

Feria VI. in profecto Nativitatis Mariæ hora quaſi 22. Bohemi Jersikonis intromiſſi fuerunt in Novum Forum & die Dominica ſequenti Gola propugnaculum datum eſt eisdem ac feria III. ſequenti fortalitium Lesna acceptarunt, de quibus multa damna atque incendia fecerunt.

*Circumvallatio Oppidi Lesna.*

In crastino S. Lamberti Wratislavienſes circumvallarunt fortalitium Lesna exuten-tes multas domus cum molendina: In crastino nihil proficientes reverſi ſunt.

*Bohemi cum ceteris Wratislaviam venerunt.*

Feria II. in die S. Remigii hora prandii Bohemi hæretici pefſimi cum Exercitu du-cum Olsnicenſium ac Sweidnicenſium cum aliis ſuis complicibus fuerunt ante Wratislaviam uſque in Elbing, comburentes aliqua ædificia, introibant quoque Monasterium S. Vincentii: Sed licet magnum Exercitum habuerunt, tamen auxiliante DEO per Wratislavienſes in turpem fugam reverſi ſunt, cum eorum ſatis notabili Damno: Nam plures eorum interfecti ſunt, & Equi vulnerati, repertique fuerunt plures Baliftæ & Clypei, cum aliis defendicaliis, & aliqui ex ipſis capti ſunt: Sequenti die Bohemi cum Schweidnicenſibus & aliis ſe diuiferunt à Ducibus Olsnenſibus & reverſi ſunt unusquisque in locum ſuum, ohne Pfeiffer, cum notabili Damno.

*Episcopus venit Wratislaviam.*

Eodem die Dominus Episcopus venit Wratislaviam ſub falvo conductu Wratislav. & permansit ibi ad Corpus Christi uſque in diem S. Franciſci: & poſt prandium recessit.

*Fluvius Odera modicus.*

Odera isto Anno fuit tam modicus quam nullus hominum recordatur.

*Bora fuit obtentum.*

In die S. Hedwigis Wratislavienſes obtinuerunt fortalicium Boraw, captivantes Jo-  
chim de Parchwiz cum suis & plures fuerunt interfecti.

*Circumvallatio Fortalitii Gola.*

Feria III. die VI. Novembris Wratislavienſes circumvallarunt fortalitium Gola, ni-  
hil proficientes sed Damnum recipientes, reversi sunt inconsolati.

*Dominus Legatus cantat Missam summam.*

In die dedicationis Ecclesiae Wratislavienſis Dominus Legatus cantavit summam missam solemniter & facta fuit processio solemnis post tertiam cum Vexillis per Coemite-  
rium præter Ecclesiam Consuetudinem & fuit eodem die in Prandio cum Prælatis & Cano-  
nicis & aliis vocatis in domo Domini Scholastici præparato: Et tunc quasi diebus singulis  
habiti fuerunt tractatus in prætorio Wratislavienſi pro concordia fienda inter Jerik &  
Wratislavienſes.

*Pax per Dominum Legatum fuit impetrata.*

In die S. Elisabeth Pax ad XV. dies prorogata fuit.

*Dominus Legatus cum aliquibus de Wratislavia ivit Pragam.*

In die S. Lucia Domus Legatus ivit versus Pragam cum Domino D. Francisco  
Collega suo & cum aliquibus Wratislavienſibus videlicet: Valentino Haunold: Philippo  
Dachs: Sigismundo Nase: & die sequenti evacuatæ fuerunt Ecclesiae in summo custodia  
armatorum cunctorum Wratisl.

Anno Domini 1460. dies CHRISTI fuit feria tertia: aura competens sed ali-  
qualiter ventosa.

*Nuntius venit de Praga.*

In die S. Johannis Evangelistæ venit nuntius de Praga à Domino Legato apportans litteras in quibus continebatur formula Pacis ad tres annos & unum mensēm Wratisl. à Jerik data: ideo licentiati fuerunt omnes stipendiarii.

*Domini Doctores venerunt Pragam cum Wratislavienſibus.*

In Vigilia Epiphanias Domini iverunt Pragam Andreas Vaner, Petrus Wartenberg  
Doctores: Wenceslaus Reichel Capitaneus: Antonius Hörnigk Consul: Johannes Bay-  
er, Philippus Jani Scabini: Albertus Schauerstein, Nicolaus Gossinger, Michaël Voigt  
Tabernator & Johannes Waghsel Lanifex ex Parte communitatis pro confirmatione  
pacis seu treugarum & aliorum punctorum obtainenda.

*Reversus est Legatus de Praga cum supra Dominis.*

In die S. Timothei reversus fuit Legatus cum Dominis ut supra apportantes confir-  
mationem treugarum pacis ad triennium cum certis punctis ibidem contentis datum die  
XIII. Januarii.

*Dominus Legatus fuit in Trebnitz.*

In die Ignatii quæ fuit feria V. Dominus Legatus fuit in Trebnitz cum Wratisl. &  
in die purificationis Mariae Virginis benedixit Candelas in arena ibidem in Ecclesia.

*Recessus Legati de Wratislavia.*

In crastino Scholasticæ quæ fuit II. feria Septuagesimæ Dominus Legatus recessit de  
Wratislavia.

*Dura Hyems.*

Isto Anno fuit dura Hyems cum nive ac glacie durabili. Nam in die S. Bernhardi  
quæ fuit feria VI. post Oculi dissoluta fuit frigida pluvia.

*Mutatio Monetæ.*

Isto Tempore mutatio Monetæ fuit facta videlicet nummorum alborum & nigro-  
rum qui suppressi fuerunt nec à venditoribus recepti præter Görlitz & Bohemicales mon-  
tani alias Breger.

*Eodem Anno Dux Bolko obiit.**Tempestas valida.*

Feria III. post Urbani quæ fuit 27. die Maji fuit magna tempestas cum maxima gran-  
dine ad quantitatem nucis laicæ & major. In die sequenti fuit magna pluvia. In die S.  
Erasmi fuit magna pluvia cum grandine, fulmine & tonitru horribili.

*Mutatio Monetæ subita.*

Circa festum S. Petri ad Vincula fuit subita mutatio monetæ facta, videlicet nonorum  
Opoliensium, Glocensium, Freyensteinium, Mihenium quos venditores ab emitoribus  
nolue-

noluerunt recipere, similiter & grossorum Misnensium, qui pro solido denariorum à pluribus recepti sunt.

*Alia Mutatio Monetæ.*

Circa festum Exaltationis S. Crucis fuit mutatio Monetæ, videlicet Gorlicensium & Bohemicalium Numorum, quam vendentes ab emitoribus recipere recusarunt.

*Schola ad S. Vincentium.*

Eodem anno fuit ædificata Schola apud Sanctum Vincentium pro Scholaribus missas, horas, vespertas, ac cæteras horas singulis diebus cantantibus.

Item non fuit nix neque glacies ante festum S. Catharinæ.

*Mutatio Monetæ.*

Circa festum S. Elisabeth facta fuit subita & horrida mutatio Monetæ, videlicet Legnicensium, Opulienium, Glogoviæ majoris & aliorum oppidorum, quæ à venditoribus recipere recusatæ sunt, propter novos denarios noviter Wratislavia fabricatos.

Anno Domini 1461. Dies CHRISTI fuit feria IV. clara, cum frigore competenti.

*Fraðio Kunzenstdt.*

In Octava Epiphanias Domini exiverunt Wratislavienses ad acquirendum fortalitium Kunzenstdt cum Duce Albo. Et in die S. Agnetes Johannes Felsch Castellanus dedit se, qui fuit insignis prædo & eodem die evacuavit idem fortalitium abducendo res suas, multaque spolia, & bona aliena hinc inde rapta.

*Detentio Abbatis S. Vincentii.*

In die S. Blasii detenus fuit Abbas Monasterii S. Vincentii hora Prandii à Petro Kirstan & quibusdam Monachis sibi adharentibus: sed liberatus fuit eodem die hora vespertina à Dominis administratoribus Ecclesie Wratislaviensis & Senatu Wratislaviensi.

*Willisch fuit suspensus.*

Eodem die Willisch, qui fuit magnus raptor & spoliator Wratislaviensem, prope oppidum Neustadt suspensus fuit.

*Monetæ Mutatio.*

Item eodem anno circa festum S. Johannis Baptistæ fuit subita mutatio Monetæ, videlicet grossorum Misnensium, & numorum Bohemicalium & Gorlicensium, quæ per aliquot tempus à multis non fuit recepta: nisi grossus Misnensis pro XI.

Eodem anno fuit ætas calidissima & fluvius Oderæ valde modicus, similiter & alii fluvii: Isto præsente anno fuerunt plurimæ lites, videlicet inter Imperatorem, Ducem Bavariæ & Marchionem Brandenburgensem: Inter Ducem Glogoviæ majoris & Bohemos: inter Polonos & Prutenos.

Anno Domini 1462. dies CHRISTI fuit nubilosa: Dominus Episcopus cantavit primani & sumimam missam.

*Pons inter summum & novam Civitatem.*

Die IX. Januarii Wratislavienses incepérunt novum Pontem inter summum & novam Civitatem ædificare: quam sequenti anno totaliter perfecerunt.

*Mutatio Monetarum.*

Eodem anno fuit subita mutatio Monetarum Gorlicensium & montanorum Glogensium & novorum Sweidnicensium denariorum.

*Rex Bohemiae & Rex Poloniae fuerunt Glogovia.*

Eodem anno in Mense Mayo fuerunt in Glogovia majore Rex Poloniæ & Rex Bohemiæ cum pluribus Dominis Prælati spiritualibus & temporalibus, fuitque tempus ventosum & frigidum.

*Indulgentia Wratislavie.*

In festo S. Johannis Baptistæ fuit indulgentia Wratislav. concessa à Domino Pio Papa II. forma ut anno præterito signatuni est: & fuit maxima multitudo hominum tam spiritualium quam sæcularium, fuitque tempus pluviosum & ventosum ac frigidum, continuando quasi per totam messam: Vicarii Eccles. Wratisl. habuerunt in offertorio decen marcas cum quibusdam grossis.

*Inundatio Aquarum.*

Eodem anno fuit Inundatio aquarum circa festum S. Margarethæ ad usque festum S. Petri & ultra.

*Rosæ floruerunt secundario.*

Eodem anno floruerunt Rosæ secundario: circa festum S. Laurentii & ultra.

*Dominus Jeronimus Legatus venit Wratislaviam.*

Die XV. Mens. Novembr. Reverendissimus in CHRISTO Pater & Dominus Dominus Jeronymus, Archi-Episcopus Cretensis, Sanctissimi in CHRISTO Patris & Domini Domini Pii Papae II. Vicecamerarius & Legatus a latere Papae missus intravit Wratislaviam, & fuit honorifice suscepitus a Clero & populo Civitatis circa S. Nicolaum conductus ab eisdem ad usque S. Petrum in Pede Pontis summi dato sibi Pacis Osculo cum majori Cruce a Domino Episcopo introductusque ad ecclesiam Wratislav.

*Dominus Legatus in Poloniam.*

In Octava dedicationis Ecclesiae, quæ fuit XXI. dies mensis Novembr. Dominus Legatus recessit de Wratislavia cuncto in Poloniam & fuit solemniter a Domino Episcopo & Wratisl. conductus.

*Mutatio Grossorum Misnensium.*

Circa festum S. Elisabeth fuit subita mutatio Grossorum Misnensium, qui communiter solum pro XI. denariorum accepti fuerunt, usque ad festum Nativitatis CHRISTI, & ultra ad an. Domini 1467.

Anno Domini 1463. dies CHRISTI fuit Sabbatho nubilosæ, nivosa, & aliqualiter pluviosa: cum competenti frigore. Et duravit frigus quasi per totam quadragesimam fueruntque pauci pisces & in gravi foro.

*Bulla publicata fuit in Summo.*

Dominica Cantate, quæ fuit in die S. Stanislai, publicata fuit bulla pro clero contra Georgium de Podebrad tanquam hereticum.

*Dominus Legatus revenit Wratislaviam.*

In die SS. .... & ..... Dominus Legatus revenit Wratislaviam de Polonia.

*Indulgentia in Wratislavia.*

In festo S. Johannis Baptista fuit indulgentia Wratislavia a Domino Pio Papa in forma ut anno præterito: Vicarii habuerunt 23. marcas cum quibusdam grossis de offertorio.

*Tempestas magna.*

In Octava Visitationis Mariæ fuit magna Tempestas cum grandine & pluvia & fecit magna damna in fugibus hinc inde.

*Aedificatio Pontis cum ceteris retro summum.*

Anno currente factus fuit novus Pons, cum fortalicia tempore illo fuerunt restaurata.

*Turci fuerunt prostrati.*

Eodem anno Turci fuerunt prostrati in magna Copia.

Anno currente Dominus Papa misit plures bullas pro Wratislaviensibus contra Georgium asserentem se Regem Bohemiae.

In die S. Nicolai acceptarunt Ecclesiæ S. Johannis Baptista: S. Crucis & Petri & Pauli cum armata in custodiam existente Jersik in Glotz.

Anno Domini 1464. dies CHRISTI fuit die Dominica: Aura temperata sed nebulosa.

*Dominus Legatus recessit de Wratislavia.*

In Crastino S. Vincentii Levitæ Martyris Dominus Legatus recessit de Wratislavia mane.

*Fundus Ecclesie S. Bernhardini.*

In Crastino S. Trinitatis, quæ fuit XXVIII. dies Maji, Dominus Johannes Episcopus Gardensis benedixit & posuit primarium pro nova Ecclesia S. Bernhardini in praesentia Dominorum Prælatorum & Canonicorum ac Consulum & Communitatis Wratisl.

*Incendium Fulminis Monasterii in Trebnitz.*

In crastino Divisionis Apostolorum, quæ fuit feria II. exusta fuerunt tecta plumbea Ecclesiæ & utriusque chori Monasterii Trebnitz per Incendium fulminis hora 8. Monasterio tamen illæso manente cum rebus omnibus sub testudine existentibus aliis.

*Inundatio Aquarum multarum.*

In vigilia Assumptionis Mariæ & aliquibus diebus præcedentibus ac sequentibus fuit maxima pluvia, cuius inundatio multa damna intulit pistrinis, pratis, ædificiis, pontibus & molendinis, multis hominibus & pecoribus submersis.

*Dominus*

*Dominus Pius Papa obiit.*

In eadem Vigilia ut supra XIV. die Mensis Augusti obiit Dominus Pius Papa II. datusque Romam die XVIII. Mensis ejusdem sepultus in Ecclesia S. Petri.

*Paulus II. electus in Papam.*

Eodem anno & die XXII. mensis Augusti Dominus Petrus Cardinalis Tituli S. Martini, Episcopus Vincenius: electus fuit in Papam: Paulus nominatus & coronatus XV. die Septembris.

*Pestis satis notabilis.*

Eodem anno fuit pestis notabilis: incepit ante festum nativitatis Mariæ & duravit satis exakte usque ad festum S. Martini & quasi ad finem anni currentis in Wratislavia & aliis hinc inde locis: fuitque dura Hyems cum multa nive.

Anno Domini 1465. Dies CHRISTI fuit feria III. aura temperata, fuit magnanix, & dura glacies, usque Reminiscere, postea magna aqua.

*Wolau fuit exustum.*

Feria VI. post Lætare oppidum Wolau fuit exustum.

*Tecta Turris in arena fuit concussa.*

In Professo SS. Philippi & Jacobi Tonitru concussit tectam Turrem Ecclesie B. M. V. in arena & fulmine incendit eandem turrim in superiori parte, fuit tamen Ignis extinctus in continentia.

*Indulgentia & Remissio omnium Peccatorum.*

In festo S. Johann. Bapt. fuit Indulgentia & Remissio omnium Peccatorum in Wratislavia.

*Jersik est excommunicatus.*

In die S. Dominici cantata fuit solemnis ..... Sanctæ Trinitati in Ecclesia Wratislaviense pro eo quod Dominus Paulus Papa Georgium prætensem Regem Bohemiæ pronunciavit excommunicatum: Sacrilegum & Romanae Ecclesiae inobedientem.

*Castrum in Lesna fuit destructum.*

In die magni Confessoris ruptum & exustum fuit fortalitium in Lesna per Wratislavenses, similiter & Gola: & fuit magna fuga hominum cum animalibus ipsorum de Wratislavia propter terrorem hujusmodi incendiorum.

*Dominus Rudolphus uenit Wratislaviam.*

Sabbatho ante Martini Die IX Novembr. Dominus Rudolphus, Episcopus Laurenthinus, Legatus sanctissimi Domini Domini Pauli Papæ II. venit Wratislaviam & fuit honorifice suscepitus.

Anno Domini 1466. dies CHRISTI fuit feria IV. competens aura: Dominus Legatus cantavit primam missam.

*Namislavia exusta.*

In die Ascensionis Domini opidum Namislavia circa medianam noctis fuit exustum.

*De introitu ad Sileiam Exercitus Czebraken.*

Quidam exercitus Domini Zebraken intravit Silesiam ad obtinendum oppidum Namsla faciens multas deprædationes in terra duorum Ducum Olsnicensium.

*Wratislavenses exiverunt contra Czebraken.*

In crastino S. Agapiti Wratislavenses exiverunt armata manu in magna multitudine equestrium & pedestrium contra Czebraken, sed die sequenti reversi sunt Inimicis fugientibus.

*Dominus Legatus ivit ad Poloniam.*

In die S. Johannis Decollationis Dominus Legatus perrexit ad Regnum Poloniae pro Concordia facienda inter ipsum Regem & Dominos Prussiarum.

*Concordia Regis Polonie cum Dominis Prussie.*

In die Hedwigis facta fuit Concordia inter Regem Poloniae & Dominos Prussiarum per Dominum Legatum: quare in die XIM. Virginum in summa missa post prosam cantatum fuit solemniter TE DEUM laudamus.

Anno Domini 1467. dies CHRISTI fuit feria V. nivosa, competens hyems, hucusque instabilis & post hoc similiter. Item eodem anno prostratus fuit Exercitus Czebraken per Regem Ungariae Matthiam.

*Dominus Legatus fecit Sermonem in Circulo & excommunicavit Jerskonem & fibi adherentes.*

Dominica Misericordias Domini Dominus Legatus volens sermonem in Circulo facere exivit de Ecclesia Elisabeth præcedentibus Dominis Prælatis & Canoniceis Wratislavi-

tislaviensibus superpelliciatus: Excommunicando Jerskonem prætensum Regem Boëmiam & omnes eidem adhærentes inobedienter Romanæ Ecclesiæ.

*Jersik dñnunciatus fuit excommunicatus apud S. Vincentium.*

Dominica Jubilate ostensionis reliquiarum apud S. Vincentium Dominus Cantor Ecclesiæ Wratislav. publice denunciavit præscriptos excommunicatos Domino Legato ibidem præsente.

In die S. Sophiæ factò Prandio Wratislavienses exiverunt magna multitudine armatorum pedestrium, equestrium & curruum ad obtinendum Monsterberg Oppidum & obtinuerunt in die Pentecostes cum Castro.

Item feria secunda obtinuerunt oppidum Franckenstein præter Castrum, quod acquisiverunt dimisso libere Capitaneo Nickenschin cum suis ac rebus ipsorum, qui Capitaneus post paucos dies imperfectus fuit in Valva Oppidi Schweidniz: inde paucis diebus involutis Exercitus Jersikonis obsedit Oppidum Franckenstein & obtinuit in die S. Viti, multos captivantes, plures occidentes, multa spolia armorum, pyxidum, curruum recipientes & cum captivis abducentes, paucis de nostris scandalose evasis.

*Detentio Domini Præpositi.*

In die SS. Petri & Pauli Apostolorum Dominus Episcopus mane Tempore pluviali recessit de Wratislavia & captivum secum deduxit Dominum Præpositum Jo-hann. Densler ponendo vincitum in Turrim Caldenstein.

*Recessus Domini Legati.*

In die S. Praxedis Dominus Legatus ivit de Wratislavia ad Cracoviam: Eodem die Wratislavienses exiverunt in copiosa multitudine versus Monsterberg, revenerunt in die Pantaleonis inconsolati, quibusdam interfectis ac mutilatis.

*Rosæ floruerunt.*

Circa festum Assumptionis B. Mariæ refloruerunt Rosæ secundario in multis locis.

*Destitutio Consulum.*

Item feria secunda in crastino S. Francisci destituti fuerunt à Consulatu Nicolaus Brier & Georgius Steinkeller: multi multa loquuntur.

*Prostratio Ducis Balthasaris.*

Feria secunda in crastino Translationis S. Augustini prostratus & in fugum versus fuit Dux BAL'THASAR Saganensis cum Wratislaviensibus prope Freystatt per Ducem JOHANNEM Fratrem suum.

*Dux Henricus obtinuit Saganum.*

In profecto S. Elizabeth Dux HENRICUS Dominus Glogoviæ majoris cum suis adhærentibus obtinuit oppidum Saganum.

*Reditus Domini Præpositi.*

Feria tertia in crastino S. Thomæ Apostoli mortuo Episcopo Dominus Præpositus venit Wratislaviam solutus à captivitate in castro Kaldenstein, ubi fuit XXV. hebdomadæ detentus.

Anno Domini 1468. Dies CHRISTI fuit feria VI. hysme competente.

*Raptio Imaginis.*

In die S. Vincentii Levitæ & Martyris post matutinum quidam cupidissimus prædo, fur & latro violenter & audacter rapuit & abstulit de summo altari Imaginem S. Johannis Baptistæ argenteam, quæ constabat CXXXV. florenis. O utinam combureretur!

Eodem anno renovatus fuit pons summus Wratislav. Duo fratres liberati de Morte.

Item Dominus Legatus ..... Capitaneus Sweidnicens. in die S. Johannis Baptistæ obtinuerunt Castrum Poluentiam dimisssis libere cum armis & rebus ibidem existentibus.

Item eodem Tempore tentum fuit Interdictum in Ducatibus & Olsnensi quasi tribus mensibus pro eo quod inobedientes fuerunt Domino Legato & Episcopo Wratislaviensi.

Postea Capitaneus Sweidnicens. cum Wratislaviensibus & aliis civitatibus obtinuerunt Castrum Franckenstein dimisssis libere cum rebus & armis ibidem existentibus ponentes ibidem armatos ad custodiendum illud.

In die Clementis Dominus Episcopus captivat omnes Judæos in Nissa taxando eosdem pro duabus millibus florenorum mandans ut omnes infra hinc & quadragesimam recedant.

Anno Domini 1469. Dies CHRISTI fuit die Dominica pluviosa.

*Rex Ungarie electus fuit in Regem Bohemicum.*

In die S. Crucis Inventionis Serenissimus Princeps & Dominus Dominus MATTHIAS UNGARIE REX electus fuit in REGEM BOEMIE in Olmiz, ubi juravit forma quæ sequitur:

Ich Mathias Kunig czu Ungern ieczund Kunig czu Behaimb globe und schwere das ich alle Inwohner des Kunigreichs in Behainib Prælaten Fürsten und Herrn, Ritterschafft Stette und Gemeine behalten will und soll bey ihren Ordnungen Rechten und Freyheiten und alten gutten Gewohnheiten und sie beschützen und wehren wieder iederman nach allem Vermögen als mir GOTT helfe und dieses heilige Evangelium das ich leiblich berühre Amen.

*Introitus Regis in Wratislaviam.*

Feria VI. in festivitate Pentecostes Serenissimus Princeps & Dominus Dominus MATTHIAS ELECTUS REX BOEMIE intravit civitatem suam Wratislaviam hora 21. & fuit honorifice suscepitus à Clero summi in pede Pontis prope S. Petrum, ubi descendit de suo Equo osculatus reverenter Sanctorum Reliquias: Postea intravit Curiam Imperiale: Venerunt quoque cum Rege Domini Archi-Episcopi ..... Strigonensis & multi Domini spirituales, seculares, nobiles ac alii.

*Wratislavienses præstiterunt Regi Homagium.*

Feria V. post Trinitatis Wratislavienses præstiterunt Homagium Regi sedenti in Palatio ad hoc specialiter facto in acie circuli prope forum salinum in præsentia Dominorum Legatorum ac Consiliariorum IMPERIALIS MAJESTATIS in hæc verba:

Wir Burgermeister und Rathmanne und die gancze Gemein der Stadt Breslaw schweren und globen vor Uns und alle unsre Nachkommen das Wir von diesem heutigen Tage an allezeit getreu und gehorsam wollen seyn Euch Allerdurchleuchtigsten Fürsten und Herrn Herrn Mathiaschen König czu Boehaimb wieder alle Menschen und das Wir Eur Ehr und Nuczen nach unserm Vermögen allezeit getreulich schaffn und thun wollen und euren Schaden und Arges behütten und alle Ding die czu der Kron Behem gehörig getrewlich halden und thun wollen als getrewe Unterthanen, als Uns GOT helfe und alle Heiligen Amen.

*Solemnis Procesio.*

In die Corporis Christi Dominus Episcopus cantavit summam missam in Regis Præsentia, qua finita fuit solemnis Procesio de summo usque ad medium Circuli præsente Domino de Brandenbourg, & quinque Duces Slesia, scilicet Saganensis, Glogoviensis, Legnicensis & Olsnicenses portaverunt Vellum super Sacramento tempore pluviali.

Die Dominica sequenti factus fuit circuitus circa Ecclesiam Domino Episcopo portante Sacramentum præsente Rege ac postea Dominus Rex intravit Ecclesiam Episcopalem, ubi sibi præstitum fuit Homagium à Domino Episcopo & pluribus Ducibus Slesia.

*Victorinus captus.*

Dominus Rex captivavit Victorinum filium Jerschkonis prope oppidum Ravisch, quem captum misit in Ungariam.

*Fluvius Oderæ parvus.*

Anno præsenti Fluvius Oderæ adeo parvus modicus & exiguus fuit, ut plures molendinæ non haberent aquam sufficientem.

*Introitus Hæreticorum.*

Circa festum Nativitatis S. Mariae Bohemi perfidi hæretici intraverunt Silesiam cum magna Potentia facientes plurima Incendia nullo resistente. Doleat DEUS!

Anno Domini 1470. Dies CHRISTI fuit feria secunda turbida pluviosa: fuit hyems dura valde cum multa nive, quadragesima frigida, pauci pisces, & frigidum tempus usque ad festum S. Johannis ante Portam Latinam quod fuit Dominica Misericordias Domini.

Item Episcopus benedixit frondes in Ecclesia B. M. V. ipso die Palmarum eundo illuc cum duobus Ministris.

Item in die Johannis ante Portam Latinam Franciscus Capitaneus Wratislav. cum sibi adhærentibus obtinuit fortalitium Tropowia & tunc exussit suburbium Glotz.

Item eodem Tempore consumatus fuit Porticus sub minori Ostio Ecclesiaz Wratislaviensis.

## IV.

# HISTORIA DE ILLUSTRISSIMO SILESIAE DUCATU: SEU CONSCRIBENDORUM ILLIUS PROVIN- CIAE COMMENTARIORUM EPITOME: DANIELE RAPOLDO JCTO AUTHORE.

Virtutis & Sa-  
pientiae studi-  
um Hominis  
præstantissi-  
mum Bonum.

In hoc opus  
est intueri  
exempla præ-  
clara.

Quod fecit A-  
lexander M.

Fons Virtutum  
hauriendarum  
Historia,

Historiæ Laus.

DEI Providen-  
tia Historiæ se-  
ries conservata.

Veterum diligen-  
tia in His-  
toria scriben-  
da.



On potest homini ab immortali DEO quicquam præstantius tribui post religionis pietatem, quam si sapientia & virtutis studio animum gerat maxime deditum & liberaliter imbutum atque edoctum. Siquidem natura ita comparatum est & constitutum divinitus, ut tum primum felices existant mortalium mentes, cum Omnipotentissimi & sapientissimi DEI in illa utriusque mundi constitutione & conservatione consilium magis magisque perscrutantur & intelligunt. Nam inde usque à prima rerum origine illos videmus merito prædicari beatos & à diligentissima veneratos antiquitate, qui virtutis & prudentiae amore ita clari extiterunt, ut se omni posteritati ad imitandum pulcerrimum præbuerint Exemplum. Et est nimis ea rerum humanarum conditio, ut ad Ingenii vires excolendas & acquirendam prudentiam & virtutem maxime opus sit intueri quos in omni vita sequamur: Tametsi enim præclaris hominibus sius est ad Virtutem divinus Impetus, tamen & ea mortalium rerum est calamitas, ut in diversum sœpe rapiantur: quod ne ipsis accidat, quis ita sens est, ut pulcerrimis magnorum Virorum exemplis id effici posse inficias eas? Unum libet proferre Alexandrum Macedoniam seu potius Orbis totius Herōa clarissimum, quem etsi sine afflatu divino tantum extitisse, nemo recte arbitrari possit, tamen injustus quicunque judex ille merito fuerit, qui educationem, institutionem, tandem studium imitandi fortissimos quosque & quæcunque ad laudum & virtutum excitamenta nihil apud illum præstissem inipudenter negaverit.

Historia testatur clarissime, quanto arserit amore imitandi virtutem & fortitudinem quorumlibet bellicosissimorum Principum, potissimum vero Achillis & Græcorum: quapropter cum omnis vita humana ratio & scopus in eo consistit, ut Sapientia atque Virtutis omnes sint quam studiosissimi: illud vero felicius consequi nemo possit unquam nisi ubi ad bonorum imitationem vitam suam conformaverit, jani profecto sedulo videndum est, ex quo sōnte hauriamus unde animi virtutibus imbuantur & irrigentur, sed citra omnem controversiam illius rei partem potissimum historiis merito acceptam referri arbitror: quæ sunt totius vita humana Virtutumque omnium pulcerrima & expeditissima instituendi doctrina & hujus mundi administrandi Regula. Etenim tam longe lateque se rerum præteritarum memoria & expositio diffundit, ut si hujus Officio desituerentur, nec regna feliciter administrari nec honestæ & ad vitam imprimis necessariæ artes & disciplinæ conservari possent neque hominum inter se societas salva persistere: Proinde vere affirmare possumus vix aliam rem ad virtutis & sapientiae studium hominibus magis calcar quasi injicere & ad meliorem Vitæ Institutionem facere utilius, quam si ex historiis christianæ honestæque Vitæ optimorum hominum exempla pro viribus sibi imitanda proposuerint.

Atque Maximi & Omnipotentissimi DEI singulari omnino Consilio contigisse certum est, quod inde usque à prima mundi constitutione rerum gestarum series & amplissimum pelagus promanavit. Porro si historiæ conscribendæ rationem primis sæculis & longissime postea observatam in animum revocaverit quispam: is certe si penitus rem consideraverit, antiquitatis venerandæ miram deprehendet Diligentiam & propagandæ rerum gestarum Veritatis Religionem maximam, ut merito nostræ Ætatis morem circa hoc studium honestissimum eulpare liceat. Si Res ita postularet, & non alia nostri instituti esset ratio, prolixius ostenderem quanto semper in honore fuerit historiarum tractatio: Illud doctis & sapientibus Viris non dubito satis esse notum: officium illius Rei non ad alios olim pertinuisse quam eos qui vel Regia orti essent profapia vel præclarissimas Res publicas administrarent.

Nota sunt quæ Religio & antiquissimi Autores de Noamo, Abraamo, Moſe, idque genus aliis divinis sancis hominibus scriptis reliquerunt: quos prætero si id quoque constat Reges & sapientes Assyrios, Ægyptios, Chaldæos, Persas, Græcos & Romanos Historiarum ita curam ipsos suscepisse, ut ad posteritatem non domestica solum sed etiam peregrina plurima & maxima cum laude & utilitate nostra transmiserint.

Nam

Nam omnes omni semper Ætate exculta Sapientia & Virtute gentes arbitratæ sunt se suo non fecisse satis officio Res publicas bene constituentes & administrantes: nisi Rerum gestarum quoque expositione illos ab omni oblivione non vindicassent tantum, sed etiam earum rerum optima exempla posteritati iniitanda reliquissent. Sed quorsum hæc? ut intelligent omnes, quod ignorare turpe est, τὸν χρόνον εἶναι σοφάτατον ὃς πάντα ἀνευρίσκει & historiani esse non solum omnis fere sapientæ lucem & magistrum, sed etiam ita mortaliū vitæ necessariam, ut sine hujus adminiculo illa suo Jure vix possit esse salva & stare in columnis. De rebus gravissimis inter ipsos sapientes ortæ nonnunquam Controversiæ, quæ ad compositionem difficillimæ existimatæ fuerunt: tamen historiarum fide comprobata quandoque sunt dijudicatæ. Ut fidem hujus rei facere potest diuturna Controversia non sine cæde & sanguine agitata Atheniensium cum Megarenibus de Insula Euboici maris Salamine Solonis patria: neque enim à cruenta lite cessatum est priusquam Solon ipse ex Homeri historia clarum faceret jure ad Athenieses Salaminei pertinere. Neque omnino id nostro quoque Sæculo est rarum: siquidem in regnorum & provinciarum limitibus vel constituendis vel restaurandis quoties in controversiam res veniat, norunt sapientissimi Viri & nunc quoque id evebare inter potentissimos principes: sed de præteritis tutior narratio. Anni præterierunt circiter XL. cum Lotharingiæ Dux Albertus in Valle Lenoutina ad Vosecum montem sita mineras invenit & aperuit fecundissimas, & tametsi eum locum plus jam viginti annos possedisset tranquille, tamen litem ei intendebant Austriaci incliti Principes, quod ea Vallis ad Alsatiæ cuius essent Domini pertineret: res in judicio est agitata: omnis totius controversiæ scopus inde pendebat ut dominiorum Lotharingiæ & Alsatiæ constituerentur termini, quod ex historiis ab utrisque ostendendum fuit, sicut illius negotii series hoc apertissime testatur. Unde rursus ad pacis studium & Juris Æquitatem constituendaque Judicia quam imprimis necessaria existat præteritarum rerum cognitio clarius appetit. Nam in dirimendis cum justitiæ sententia rebus controversis quantum fidei & autoritatis merito obtineat historia, Jurisconsultorum volumina ubique magnifice prædicant. Quanta quoque DEUM inuincitam prudentissimi homines affieuntur latitia, quam jucundissima simul & profundissima occupantur & reficiuntur cogitatione, quam ipsorum animi ad omne virtutis genus proinventur, cum ob oculos obversantur pulcherrimarum & florentissimarum Rerum publicarum Imagines & sapientissimorum hominum divina quasi exempla, quarum rerum Copiam tum etiam vident majorem, cum maxima historiis semper habita fuit dignitas. Quis Græcorum Romanorumque Imperiis unquam quidcumque proferre poterit illustrius? quis quoque ullo Tempore unquam doctissimorum hominum frequentiam & historiarum celebrationem extitisse majorem affirmare ausit? Verum enim vero ut cultissimas gentes præterream, quæ absque rerum ante gestarum scriptione vitam aut nullam aut morti simillimam existimarent: immanitate barbaras & ab omni meliori disciplina remotissimas constat etiam, ut multi referunt, historiis suos celebrasse. Libet unum nominare: ferocissimus Turcarum Tyrannus regno à fratre expulsus Zyzymus id studiose factitasse perhibetur: tanta nimis illius rei & jucunditas est, & major necessitas, & quod prium est Utilitas maxima: ut hac ratione coacti quasi animi, tametsi agrestiores ad cogitationem erigantur rerum præteritarum, quæ tum afficiunt & promovent maxime quorumlibet mentes, cum ex propriæ gentis & majorum suorum fortibus & puleris facinoribus historiæ referuntur. Quod si ætatem quis nostram, ut sapientissimi quicumque debent, consideret, & rerum atque doctrinarum omnium cognitionem quanta sit perpendat, deprehendet me hercule auream omnino non immerito dici & reputari.

Nam ut reliqua omnia quæ nostri instituti ratione non respiciunt transfiliam, quis Hodie maxime non videt quam undique historiarum studium surgit & maxime floret? Docti pariter & floret; indocti (sed proh DEUM quanto cum discrimine) inde à mundi exordio principium ducentes ad tempora u que nostra passim historias accumulant & perscribunt: Alii, quoniam tempus rerum omnium mater est & continet cuncta, certum elicere percipiunt à prima Mundi Origine, ut & Historiæ existant certiores: qua in re non parum laboris collocarunt multi doctissimi Viri. Ego etsi inter doctiores me reputare nec ausim, nec velim, tamen hoc studiorum genüs inire me delectat, & creationis Annos perscrutari certos diligenter & laboriose conatus sum jami diu, quantum profecerim tum judicabunt Viri docti cum quæ hujus sint tractationis in medium lucemque protulero. Rursum, ut sunt hominum consilia & instituta diversa, quidam certi temporis res gestas copiosiori Oratione narrandas suscipiunt, & denique eo animum nonnulli inducunt, ut unius loci provinciæque celebrationem instituant, cujus Originem quam possunt repetunt longissime, Reipublicæ illius Provinciæ fin. gula descri. exordia, pta.

exordia, administrationes, incrementa, pacis bellique & tempora & conditiones omniaque quæ sunt historicæ expositionis studiose referentes, ut perpetua rerum gestarum series & Veritas ad omnem posteritatem propagari & transmitti electe possit. Quod si intra Germaniam & finitimarum Regionum Limites saltim orationem nostram cohibenius, hujus profecto generis historias cernimus locorum ubique prodiisse quam plurimas, atque saepe regna regionesque suarum rerum celebratores viderunt multos.

Austriam, Saxoniam, Franciam, Ungariam, Poloniam, Boemiam & denique totius Germaniae provincias fere omnes aliaque regna complura si contemplari libuerit: nonne rerum in iis præteritarum expositione videmus illas ab obliuione vindicatas? Quid? quod supra primum de Turcarum Tyranno admonuimus, id quoque verum esse comperimus in aliarum gentium barbararum à multis prodita historia. Nam Massagetarum, Scytharum, Tartarorum, Moschorum & hujus generis aliarum gentium populi à nostris etiam celebrantur: Origines, Magistratus, res gestæ illorum majori ex parte notæ sunt. Quocirca nunc illud magis admirandum ne an deplorandum sit nefcio: quod cum nullum Orbis Terrarum locum fere relictum & neglectum prospicimus, qui non sunnum nactus sit genium & Virtutis majorum propagatorem: solum Illustrissimus SILESIAE DUCATUS & provinciæ reliquis non minore prædicatione dignissima hanc felicitatem hucusque nondum viderit. Mirum profecto videri debet in tanta ipsius SILESIAE, atque etiam Germaniae doctissimorum Virorum ubique frequentia neminem unquam extitisse, qui vel aliqua historia etiam breviori hanc regionem ornaret & pulcherrimarum rerum gestarum expositionem vel nobilissimi loci vel posteritatis amore à squalore, situ, injurya & obliuione turpi eriperet & vindicaret: Nunc & dolendum hoc quoque est suæ gentis Originem atque adeo suam propriam penitus ignorare, & quod maximum merito judicari debet, majorum laudatissima & fortissima facta, bellicam togatamque Virtutem plane apud posteros filere & obmutescere: quem enim alium habet sibi Virtus & fortitudo propositum finem? quam ut præsentibus salutem afferat, apud posteritatem vero absentem æternam laude merito prædicetur? Aliarum gentium populis ut nihil laudis detrahimus, ita Silesiorum Progenitores nulla Virtute sine injurya privari posse omnino credimus, quos multos clare videmus maxima bellicæ Virtutis prædicatione dignissimos se præstuisse, id quod suo loco brevi narratione perstringemus. Pacis vero tempore domi rem publicam ita instituerunt & pulchre & feliciter administrarunt, ut principum vultus & virtutem venerarentur & admirarentur subditi, eorumque animos sua obedientia lætitia reficerent: atque vicissimi Principes imperandi benignitate & clementia ita sibi populi animos devincent, ut essent omnibus quam charissimi. Evidem quantum judicare possum tria se arbitror offerri, quæ ad Nominis perennem gloriam imprimis facere videntur, ut politia domi sit quam optime instituta & à sapientibus gubernatoribus administretur, deinde vero ut ad hostium impetus & injurias propulsandas principes Res publica habeat bellicosissimos & felices: tum tandem ut superioribus adjungat divini Numinis obseruantiam & religionem. Quæ si apud veteres Silesios quæratione se habuerint quærimus diligenter, animadvertisimus omni illos laude merito haberi celebres. Virtute & sapientia aliis populis nunquam (uti nec hoc tempore nostro) inferiores sunt Silesii: quod ex longissima historiarum serie, quæ ad æternam patriæ laudem contexenda est, (siquidem vix aliter fieri hoc potest) cognoscendum veniet: & nos illius rei gustum aliquem hoc scripto exhibebimus. Religionis postea ita semper fuerunt studiosi, ut illius observantia gentes multas vicerint Christianas: nam & hoc apertissime testantur magnifice extructa templa passim multa per provinciam totam conspicienda: Monachorum deinde Vestaliumque amplissima erecta ædificia, & denique ad hæc & in sacerdotes liberalissime collati sumptus, ut interim hoc taceamus, quam à Romanis Pontificibus nonnulli Silesiæ principes in beatorum numerum adscripti memorentur: Quod si igitur hæc sunt, uti proposuimus, (quemadmodum re vera majora existimari nulla juste possent) quæ nominis immortalitatem & perpetuam gloriam hominibus adferunt, quid ni Silesiæ quoque fortissimam, sapientissimam & religiosissimam Antiquitatem admiremusr, & illius meritam laudem hucusque sepultam & jacentem tandem excitemus, erigemus, & ad lucem posteritatemque proferemus, transmittemusque? Jam nunc illud in mentem venit, quod cum populorum omnia fortia facta & majorum Virtus nullo modo nobilitari rectius possit, quam historiarum ministerio, atque hæc etiam SILESIAE provincia amplissima iis rebus, quæ ad gloriam comparandam faciunt, satis superque abundet: ad illud usque tempus in tanta doctorum etiam hominum frequentia nemo sit repertus, qui hoc laudatissimi muneris officium suscipere: Quod si igitur libere, quemadmodum hoc mihi apud prudentes & candidos homines vitio profecto

Silesia Historia  
eo caret,

quæ rāmen  
laude digna.

verti

verti minime debet, hic animi mei sententiam depromere & aperire licuerit: ostendam statim sicut unam ita verissimam hujus moræ & impedimenti neglectionisque causam. Qui Græcarum, Romanarum aut aliarum gentium fere omnium annales & historias & multo ante & hac quoque ætate nostra prescribere instituerunt, quod quamplurimi facere solent) hi sane cuncti ex quo fonte statim & citra magnum negotium hauriant, quod suscepit est operis, & magna accumulent Volumina, ob oculos positum habent, illarum scilicet rerum librorum plastra, unde sua facere possunt, quæ libet.

Verum qui primus Silesiarum rerum commentarios (ut à nobis est suscepimus & difficultas institutum abhinc plus jam biennio) scribere tentaverit, & omnem antiquitatem gentis in boris, lucem proferre proposuerit: is (ita me DEUS amet) arduum quiddam & difficile magis quam dici potest aggreditur. Primum enim ducem, quem saquatur non habet: siquidem hucusque nemo, quod ego sciam, qui eam in rem non segniter incubui, illud tentavit, vel scripsit minimum. Deinde si quod de antiquissimis regni sedibus & inhabitatoribus usque ante multa saecula proditum est: id ita raro, diverse, disceptum & obscure factum vidimus, ut in veritatis historia & recta rerum serie eruenda tanta se offerat & existat difficultas, quanta dici potest maxima. Etenim ita Silesiarum historiarum traditionem visum est suscipere, ut non à proximis ea initium accipiat Sæculis, sed à prima & vetustissima repetatur & deducatur origine: Tum & illud difficultatem secum affert ingentem, quod ad scribendum veterum Annalium, quibus imprimis & recreari nos decebat, non solum maxima existit raritas sed etiam in rerum expositione diversitas & pugnantia. Hinc illud maius evenire solet, ut nonnulla quæ referuntur (ne ab historiæ & veritatis lege, quia quid sequendum sit dubii hæsitamus, ad falsi suspicionem delabamur) cogantur omittere nolentes. Accedit ad hæc postremo (neque enim singula ac præcipua sufficit hoc loco dicere) & istud quoque, quod Polonorum Chronica rarissimam faciant Silesia mentionem. Quapropter quod absterrerit huc usque omnes, ne justa historia SILESIAM celebrarent & nobilitarent, se passi sunt, illius reis semel omnia dicimus aliam nullam fuisse rationem certum puto, quam suscipiendi negotii difficultatem. Nam & qui ante annos non multos imo & hoc quoque tempore totam Germaniam brevi historia ornandam instituerunt, populorum cujusque loci sedes antiquas & migrationes referre, ubi ad Silesios per ventum fuerit de Quadis saltim aliquid dicunt, obmutescunt & ne vel minimum ut sic dicam apicem referunt. Quod enim Rhenanus eos ex remotiori Aquilonis Germaniæ parte emersisse refert, & Quadorum interiora partim loca tenere, etsi à vero eam opinionem non arbitror abhorrire, tamen id nulla ratione conatur probare.

Sed quæ in hanc sententiam ita à me sunt dicta iterum vehementer rogo, ne qua alia ratione interpretentur, quam in partem bonam: nec enim accusandi animo aut alios reprehendendi causâ id quod libere dicere volui à me quis factum arbitretur: & sunt sua cuique studia, quæ alios alio rapiunt. Evidem ut de me aliquid mihi dicere liceat, in doctissimorum nostri sæculi virorum scholis & disciplina à teneris annis esse enutritum vehementer mihi gaudeo & felicem judico, nec iniquæ fortunæ malignitatemi tanti facere unquam aut volui aut debui, ut tardiori propterea gressu & animo abjectiori iis infisterem recrearerque. Testes mihi honestæ vitæ & excultorum à me studiorum esse possunt quam plurimi & locupletissimi, sapientissimorum & doctissimorum hominum collegia florentissima & Academias celeberrimas complures: Anni sunt abhinc novem cum primum Wittenbergæ, postea aliis in locis Jurisprudentiæ studio celebrioribus civilibus legibus militare cœpi, & cum animadvertissem futuro Jurisconsulto Græca lingua & historiarum imprimis cognitionem non minus esse necessariam, quam ad vitæ conservationem ignis & aqua: ad illarum rerum vel aliquam consequendam peritiam animum adjeci. Sed nimis plurimum mihi adjumenti attulit & fuit profecto non instar mercurialis statuæ sed vivi præsentisque ducis: quod iam antea integrum & continuum quinquennium in Argentoratenſi laudatissimo & celeberrimo Gymnasio pueritæ annos absolvisse omnes illius scholæ ordinis ascendendo sub doctissimorum Virorum optima Disciplina. Porro jam ante annos tres cum tumultuaria opera plurimum laboris impenderem in rerum multarum certa constituenda conscribendaque historiarum serie, tandem illud consilii animo subiit unius potius & definiti negotii tractandam historiam, quam in varia & diversa mentem rapi & fluctuari dubiam. Igitur cogitare mecum ipse cœpi atque omnino tandem decrevi (nam & multo ante minime ignorabam hujus rei nihil quicquam in lucem esse proditum) de nobilissimo Silesiæ Ducatu historia à me celebrando. Neque temere aut imprudenter hoc gravissimi negotii munus institutum & susceptum mihi quis opinari debet. Nam quantis me laboribus involverem & implicarem curis molestiisque & difficile quiddam facere

aggrederer, non eram nescius: nam illud & jam primum recensui & quia abhinc annis elapsis duobus periculum facio & operam meam laboriose eam in rem colloco, satis profecto superque experior. Sed quanto quod tentatur & suscipitur difficilis existit, tanto in hoc laborando perficiendoque laudem maximam & utilitatem majorem merito consequemur, cum Illustrissimæ Provinciæ hujus toto Orbe & apud posteritatem omnem magis magisque honos inclarescat & vivet gloria. Quia autem suscepti negotii & operis patriæ necessariam valde & utilissimam tractationem non obscure ex his, quæ jam partim diximus & partim imposterum sumus in medium prolaturi, intelligere homines honestatis & sapientiæ atque laudis studiosi possunt: ego vos obsecro & obtestor omnes etiam atque etiam vehementissime, ut laudatissimos conatus, quantum in se est, quam maxime & liberaliter juvent & promoveant sedulo. Sic enim futurum est, ut ad scribendum patriamque illustrandam diligentius nobis quasi calear injicient: Neque profecto ad portum optatissimum integri & incolentes pertingere unquam possumus, ubi in medio jam laboriose fluctuantes, ab iis, quos in primis adesse nobis decet, necessario destituueremur auxilio. Nunc ad id quod instituimus & promisimus dicendum nobis omnino esse tempus & rei ratio admonent atque postulant.

**I. Loci Natura,** Illud vero est ejus modi, ut de Sileficarum rerum historiis quæ nostra sit sententia, quæ operis suscepti tractatio, & quæ denique totius nostri negotii cura sit & series illorum omnium vel summis saltim labiis gustum (ut sic dicam) aliquem hic præbeamus, ducam usque futuri illustrandi & perficiendi Operis extrema saltim & rudiora lineamenta. Quam obrem qui illustrissimi Ducatus & nobilissimæ Provinciæ Silesiorum à primo illius quasi exordio & quantum rei veritas postulat & concedit, longius historiam deducere & prescribere animo suo constituerit: ille certe tria sibi potissimum quam studiosissime advertenda & prosequenda scire debet, quæ sint totius negotii tanquam cardines & scopus, quo unumquodque dirigere oporteat.

**II. Antiquitas Incolorum,** Primum ut regionis & loci naturam, amplitudinem, situm, limites, aëris & rerum necessiarum benignitatem, fruitionem, & fœcunditatem, atque quicquid est hujus modi exploret & adnotet. Turpe enim putari omnino debet, id celebrare, cuius proprietatem & laudes ignoramus.

**III. Etates subsecutæ.** Deinde ut loci opportunitate observata ad ejus quam primum antiquitatem perquirendam & ab oblivione eruendam diligenter accedat: Nam neque illud ad operis absolutionem ullo modo sufficit à primis saltim & quidem vix uno aut altero saeculis rerum historicarum tractationem velle perquirere; Neque Silesios se satis celebrazze arbitretur quisquam, qui antiquam Quadrorum Lygiorumque gentem præterierit. Postremum denique Sileficarum rerum historicus cum locum & antiquissimam vetustatem perquisiverit, ad subsecutas etates se conferre debet, ubi rerum omnium conscribendarum abundantiam magis conspiciet, & difficultatem minorem experietur. Illius distributionis vestigiis in certas ceu classes insistentes de singulis, sed quam fieri potest brevissime aliquid proferamus in medium. Verum illud prius scire quam plurimum refert, quanam ratione ad illa, de quibus proposuimus, tria consequenda utiliter & necessario pervenire possumus: quod candide quoque, quantum multa cogitatione & longo labore perscrutatus sum, aperiam. Priora duo frequentissimam atque valde intentam plurimorum authorum, qui de iis rebus vel minimum scripsérunt, lectionem requirunt. Nam Quadrorum & Lygiorum vetera Regna, quorum pars potissima omnino reputari potest ea, quæ nunc Elysiæ seu Silesiæ appellationem sortita est, ab antiquitatis quoque authoribus, et si rarissime & paucissime memorantur: Situs & terræ proprietas tenuiter nonnunquam & perobscure denotantur, & est profecto in primis opus multorum librorum divite supellestili. Alias fere evenire solet plerumque, ut quodquod in annalibus occurrit, hoc copiosum sit & continuum & inveniantur unius generis apud unum spe multa, hic e diverso id fieri videmus, quod disceptim apud multos vix nonnunquam referuntur paucissima. Libet modo aliquorum nomina saltim referre, quorum scriptis nos singulis paululum adjuvari posse comperi, ii sunt: C. Tacitus, Orosius, L. Florus, S. Ruffus Strabo Ptolemæus, Agathias græcus de laudibus Francorum, Apianus, Plinius, Marcellinus, Jul. Capitolinus, C. Nepos, Suetonius, Probus, Herodianus, Vellej. Paternulus, Al. Lampridius, Fl. Vopiscus, Spartianus, Antonini Itinerarium, Otto Frisingensis, Bernardus Preytenbachius, Alb. Kranzius, Æneas Sylvius, Münsterus, Cœlius, Joannes Boecatius, Conradus Celtes, B. Rhenus, Joannes Aventinus, Nauclerus, & denique innumeri alii, ex quibus qui ad suum quantum opus est institutum laboriose admodum decerpserit & convenienter accommodaverit, animadvertiset nimirum plurimum illustrari posse eam historiam, qua de dicinus.

**Opem aliorum  
implorat.**

**Operis majoris  
Lineamenta  
hic ducit.**

**Ratio ad ea  
perveniendi.**

**Ad priora duo  
frequens Au-  
torum Lectio.**

**Autores recen-  
sentur.**

Hic

Hic illud quoque si advertetur, quod adversus Quados, Lygiosque quidam Romani Imperatores sapissime & graves certe expeditiones & bella suscepserunt, in rem tractandam augendamque non parum emolumenti id afferre poterit. Accidit enim, ut qui ista perpetua memoria tradiderunt, illos ipsos etiam populos Romanis infensos nonnunquam, sicut & rei expositio necessario postulabat, sed tenuiter celebrarent. Longior & celebrior illarum rerum cura & tractatio (nam & candide semper animi mei consilium aperio) observare me edocuit, qui Imperatores potissimum cum antiquissimis Silesiæ inhabitatoribus manus conseruerint, atque illorum regna sibi subjicere & in provinciæ formam constituere, quam maxime laboraverint. Neque silentio præterire possum, quin vel præcipuos saltim recentiam, qui his sunt: M. Antoninus, Constantius, Valerianus, Maximinus, Aurelianus, Diocletianus, & cæteri quoque, quorum res gestas, ut à suis Authoribus copiose referuntur, qui perlegerit aliquanto diligentius, etiam Quadorum & Lygiorum ibi deprehendet nonnunquam fieri mentionem, & eorum nomina, sedes atque disciplinam militarem quantulumcunque describi. Quodsi vero quibuscum Imperatoribus, quæ nominatim Quadi & Lygii gesserint bella, quis quantum rei difficultas & obscuritas concedit, exactius & copiosius perscribere cuperet: longioris hoc esset & gravissimi laboris institutum: quod & jam ante à nobis est suscepturn & data experiundi occasione & facultate, quid ea res requirat, non inficior compertum quoque nobis esse. Verum hoc loco nostri animi saltem exponimus sententiam, & quid à nobis expectari possit imposterum, ad Silesiacarum Rerum Commentarios perficiendos si liberaliter & candide nostros certe gravissimos labores, quos decet, promoverint & adjuverint, id nunc exhibemus & delineamus: alias sane id quod modo diximus nobis omnino & sedulo factitandum erit. Hæc tenus succincte enarravimus quomodo totius futuri Operis Partes seu classes priores duæ diligent historico instituendæ veniant, & pertractandæ, jam & de tertia admonebimus sal- tim & illud ipsum quicquam breviter. Quadi sedibus suis relictis (eam migrationem fa-ctam arbitror ante annos plus mille Theodosio imperante) primam partim & secundam Pannoniam sæpe Marcomannis conjuncti occuparunt: ab eo ergo tempore tertia partis commentariorum initium institui, ut quæ ipsius Terræ citra populorum mentionem descriptionem respiciant, quæ deinde & ad veteres Incolas res narrandæ pertinerent, & quæ postremo ad Silesios hoc primum nomine dictos essent referenda: seorsim singula horum & distincte tractarentur. Quocumque igitur tempore (nam certum affirmare nondum volo, sed inquirere posse certe arbitror) Quadorum & Lygiorum loca Silesiæ occu-parunt: inde certum est ipsorum Silesiorum & historiæ propriæ ad eos pertinentis ducendum esse principium. Illud autem alia ratione ut existimo consequi nequimus, quam ex plurimorum, qui jam proxime partim à nobis nominati sunt, probatorum aut horum monum-entis, atque etiam imprimis ex Polonorum, Boëmorum, Hungaricorumque Chroni-corum diligenti & intenta lectione, quin & aliorum populorum annalium perscrutatione. Non hic dicam (nam hoc fugere neminem potest) quantis curis, molestiis & etiam sum-tibus ad suscipienda Itinera, & quam maximum necessario imprimis opus sit laboribus, non solum in veterum annalium, antiquitatum & chartarum quoque monumentis, libris, reli-quiis & fragmentis inquirendis, consequendis & evolvendis, verum etiam in illorum omnium veritate cruenda: siquidem ipse ab amico accepi de Silesiæ principibus librum ante annos plus centum intricate scriptum, qui DEUM immortalem! quam fabulis fere totus scatet, & magis ut inter veri falsique discrimen perquirendum sæpe Delio Vate opus fuerit. Sed cum nihil magis ad historiæ scriptiōnem pertineat, quam ut qui eam diligenti versat manu, falsi suspicionem fugiat & tradat posteritati rerum præteritarum veritatem: illud ipsum certe credendum est neminem praestare posse rectius, quam eum qui se quasi huic negotio Φιλοπόνον καὶ ἐνεργητὴν totum dederit. Ostensum jam opinor satis est pro illa nostra instituta brevitate, qua potissimum ratione ad illa tria historiæ nostræ summa capita pertractanda accedendum sit, & quibus ceu auxiliatoriis hoc mare tractan-dum: nunc itaque de singulis sermonem instituimus ordine illorum trium integri Corporis membrorum præcipiōrum prima linea-menta ducturi, idque ut hucusque stylo ora-  
tionis depresso & ad propositum accommodatiore.

Hoc in Silesiæ Ducatu & altius quidem historiis repetendis conscribendisque priori loco agendum statuimus, ut quæ iplius terræ naturam & descriptionem respiciunt, pri-mum sibi vendicent laborem. Placet ergo initio regionis protractum & limites annotare, quod eo non inconveniens nobis visum est, siquidem ita certo scire poterimus, ad quos ea, de quibus sermonem facturi sumus, maxime pertineant. Longissime se diffundit Si-lesia & Terminorum amplitudine etiam Boëmia Regnum vincit: hoc enim XXX. ger-manis

Ad tertium  
Quadorum  
Migratio in  
Pannoniam.

De singulis  
speciatim.

I.  
Terræ Naturæ  
Limites.

manicorum milliarium in longum & latum spatio continetur & perficitur: illa vero si latitudinem quidem intuemur, plus III. dierum iter continebit, sed in longitudinem plus novem ut sic dicam dictis metitur: tantum enim spatii positum est intervallum, si ab Hungariae limitibus, quibus contermina est Silesia, progredimur ad Orientalem Franciam seu Marchiam Brandenburgensem, quoque se illa quoque pertingit: atque hanc regionis longitudinem a solis ortu facto initio ad septentrionem pergendo, ita recte constituerre possumus. Verum nunc & alia quoque ratione a superiori tanien aut nihilominus aut falkim paululum diversa circumscribere suis terminis Silesiam possumus, ut exactius quasi ob oculos rem breviter intueri nobis liceat, & placet versus quas mundi plagas, quibus cum locis & populis Silesia cohæreat sequentem instituere adnotationem: Ergo illa se protendit ortum solis primum respiciendo usque ad Carpathi montis radices, hoc est, cum Hungarorum Sarmatarumque regnis conjungitur: Carpathum autem ea montana dicimus, quibus Hungaria & Polonia dirimuntur, quem & Suevum montem antiquitus appellarunt. Nam certe omnino parte aliqua Ungariae & parte altera Poloniae ab ortu terminantur Silesiorum sedes.

**Ad Oratum.**

**Ad Occasum.**

**Ad Meridiem.**

**Ad Septentrionem.**

**Olim Termini ampliores.**

Videamus modo ad occidentem solem nos converentes, ubi Termini constituentur: Sunt apud antiquitatis autores, quorum quædam nomina jam supra recensuimus, crebræ appellationes *sylva Hercynie*, *Luna*, *Sudetis*, *Gabretæ* etiam, quæ unius rei plura nec diversa nomina nonnulli arbitrantur, & his denotari dicunt eam sylvam, quæ omnem Boëmiam gyro claudit; sed ii quam a vero plurimum aberrent institutæ nostræ brevitatis memores nunc non licet copiose ostendere, quod Omnipotentissimo *Christo* volente, aliquando tamen facturi sumus idque potissimum, si alios taceo, ex Ptolemai de Germania Tabula ostenderemus. Nos terminari Silesiæ provinciam non immerito arbitramur ad Herciniæ usque seu Lunæ sylvæ juga, seu quod planum est ad Boëmiæ montes, & postea seinde usque porrigitur ad Suevum fluvium, quem

diu postea & hac quoque ætate nostra Spronam dixerunt. Pergimus porro ad excurrentis solis meridiem: hic Silesiæ fines collocamus ad veterum Marcomannorum sedes eas, quas hoc tempore Moraviam nuncupavimus. Nam & diffusè admodum sua Regna Marcomanni quandoque & fortiter extendebant, populos alios felici marte de suis Provinciis deturbantes, & est profecto Marcomannorum in Historiis bellica virtus & gloria militaris laudata a multis plurimum & prædicata. Dico Moraviæ contiguam esse Silesiam, quæ invicem montibus separantur iis, quos non temere affirmaverim veteribus Gabretam sylvani esse dictos, quod suo loco uti promisimus DEO volente pluribus conabimur probare. Postremum de septentrionalibus Elysiæ terminis jam quoque admونendi sumus: Indubium est ad Carpathi montis radices Gurali seu Viadri & ut nunc loquimur Oderæ fontes scaturire & emergere, qui ab ortu solis decurrentes bonam Silesiæ partem præterlabuntur & orientalium septentrionaliumque Terminorum metas alluant. Nam quemadmodum ab Oriente primum progreditur Odera, ita ad Aquilonem decurrendo utrorumque Terminorum alterius principium est, alterius vero finis. Ad Lusatiam alii Silesiæ limites ponunt, quam tamen cum ipsa Silesia conjunxerint potius. Etenim si veteruni authorum descriptiones maiore cura evolverimus, eas ab hac sententia nostra fere discriminis nihil habere experiemur, licet Quadorum Regna etiam ampliora fuerint: & postea quo se Lusatia hoc tempore referat, quis est qui ignorat? Hanc igitur totam cum Silesia includimus, & præterea fines ultimos partis aquilonaris ad Pomeranos Prutenosque continuari cum aliis affirmamus. Quamobrem ipsius Provinciae capacitatem & ad vicinos populos terminorum indicationem hucusque breviter & summo dito libuit annotare: quibus si quis & illud adjecerit Silesios Misniorum quoque terram pertingere, eorum potissimum, quos antiquitatis scriptores Benechemias dixerunt, & horum omnia singula enarraverit copiosius, ille regionis, quantum quidem ad Terminos pertinet, exhibebit descriptionem integrum. Sed non alias fere sedes, quam quales nunc visuntur & aliquot jam Seculis Silesiis fuerunt, referre hucusque placuit. Vetustissimi enim Terra populi, Quados dico Lygiosque, suum Imperium longe latius diffundebant, id quod hoc modo clarius potest apparere ex unico C. Tacito, nam alias nunc lubens prætero, is ita inquit: Juxta Hermunduros Narisci ac deinde Marcomanni & Quadi agunt: quibus verbis illud testatur suaregna Quados olim protendisse, (etsi hoc quoque tempore id fere adhuc videmus) ad eam usque Terram, quam ante multa Secula Narisci tenuerunt & nunc Voitlandia appellari solet. Et postea sequitur statim: Nec minus valent retro Marsigni, Gothini, Osi, Burii, terga Marcomannorum Quadorumque claudunt, e quibus Marsigni & Burii sermone cultuque Suevos referunt. Gothinos Gallica, Osos Panonica lingua coarguit non esse Germanos & quod tributa patiuntur partem tributorum

Sarmatae

Sarmatæ & partem Quadi ut alienigenis imponunt. Quæ omnia si diligentius explicarentur, singula fere ad Silesiæ sedes animadverteremus pertinere: sed quod hue pertinet inde desumamus. Gothini seu Gothones, nec enim illa nomina inter se diversæ gentis sed conjunctæ putari debent, populi fuerunt cum Sarmatis non vicini solum, verum etiam ut se nunc Sarmatia habet illorum pars aliqua protensi ad Vistulæ utramque ripam usque. Nunc & Quadi Lygiique inde usque ab Austria, quemadmodum jam statim dicimus ad Vistulæ flumen se extendebant: & ut hic clarissime Tacitus affirmat, Gothinis Tributa imponebant. Osi à Pannonia superiore Danubii ripam versus non procul abfuerunt & vicini nostratis Marcomannis: Veteres enim Boëmia Regnum incolebant: Osi proximi profecto & Lygiis, nam & illi Pannoniis contermini fuerunt, quod inde manifeste apparet, quia Tacitus scripsit fuisse mandatum Præfecto Pannoniæ, ut exercitum contraheret ad Lygios arcendos. Ostendimus ergo hoc quoque, sed ceu uno Verbo, non solum Quados & Lygios ea occupasse olim loca, quæ hodie illorum posteritas tener Silesii, sed longius & latius sedes extendisse, à Pannonia imprimis ad Sarmatiam usque: atque ita saltimi summo indicavimus digito veteres Silesiæ Terminos: quibus si illud adjecerimus & cogitaverimus, quod Marcellinus de Constantino Augusto refert inquiens eum in Regna Quadorum perrexisse, facile licebit regionis & sedium amplitudinem cognoscere. Nunc Silesiæ Terra Aëris benignitatem, felicitatem & rerum necessiarium Aëris Benignitas. ad Vitæ humanæ subsidium, oportunitatem & clementiam consideremus, quibus rebus maxime felices solemus prædicare quoscunque Populos. Sunt regiones aliquot & quadrangulæ provinciarum protractus, ubi quinto fere quoque anno perniciose halitu aura gravissime inficitur, quæ etiæ rebus ad splendorem & superbiam pertinentibus alioquin affluunt, tamen unico hoc malo tantum affliguntur, ut pluribus locis beatitudine sint inferiores. Silesia aëris puritate & clementia multis regnis est felicior, in qua populum contagiosis pestilentibusque morbis rarius contingit infestari. Planities fere omnem Terram comprehendit & occupat eaque frumentorum omni genere, pascuis, piscibus aliisque hujusmodi commoditatibus multis existit pulcerrima & fertilissima: & ita quidem dives & opulenta, ut annonæ caritatem rarissime patiatur, quin imo rebus multis ad hominum necessitatem pertinentibus non solum suis satisfacit, verum etiam ad alias gentes copiose complura transmittit & justissimo pretio impertit. Hæc si pluribus persequi & demonstrare proposuissimus, magnus se dicendi quasi campus aliquis offerret. Silesiæ Provincia Montes. & montes habet, ex quibus (ut venationes aliqua commoda transiliam) lignorum ad ædificia & ignem materies prœvehitur optima & copiosissima, quæ & vili magis pretio emittur, quam usque locorum alibi. Præcipui vero montes sunt, qui fere cunctam Silesiam utrinque claudunt: Nam ad Moraviam *Gabretæ* est Silesiorum & Marcomannorum hoc tempore limites constituens: ad Orientem, ubi quondam Corconti incolebant, *Asciburgius*, qui omnia Silesiæ montana versus Poloniam in se comprehendit. Jam si quæ & illius rei est utilitas, uti profecto maxima esse potest, Thermis quoque non caret Silesia & Thermæ. salubribus quidem: ad Hirschbergum enim calidæ visuntur aquæ: & apud Landeicum, quod oppidum uno abest milliari ab amoenissima & pulcerrima arce illa, quæ à divo Johanne nomen accepit, Thermarum sunt scaturigines. Illud verum esse nemo negat maxima flumina Regiones præterlabentia illas reddere ditiores propter exportandarum invehendarumque mercium opportunitatem: neque rursus illud ignorare decet, cuique provinciæ divinitus datum esse & concessum suum beneficium: Etsi enim Rhenum aut Danubium non habet Silesia, non tamen sua caret felicitate, sed rerum multarum & impensis magis necessiarum ad hominum utilitatem copia Rheni, Danubii & aliorum magnorum fluminum accolas multum superat, utpote rerum venalium fere cunctarum maxime ad victimum pertinentium abundantia & tenuitatem pretii. Quid? quod neque fluminibus magnis omnino caret: etenim ad Carpathi montis radices Guttalus seu Odera Flumina. promanat, quæ statim postea prætercurrit totam & medianam irrigat atque foecundat Silesiam: aliisque interim admixtis fluminibus & acceptis scilicet ante alia Slesio, Ola, Neufsa & Lissa Marchiam transiens Brandenburgensem juxta Civitatem Episcopalem Caminum intra augustam faucem in mare Germanicum seu Pomeraniam excurrit sequè exonerat. Quam multa præterea dici hic possent de aliis oportunitatibus & rebus copiose terra provenientibus, quæ singula referre alterius & longioris est instituti: unum adhuc liber admonere priusquam primam nostræ institutionis partem de Illustrissimo Silesiæ Ducatu historia celebrando perficiamus.

Multum prædicari solent ea loca, quæ vel auri vel argenti aut ferri aliorumque metallifodinae, tallorum venis & mineris fertilitatem habent. Quibus sane rebus neque Silesia nunc ca-

ret & maxime floruit ante sacula proxima: etenim *Reichensteinum* hac aetate nostra oppidum celebre aurifodinis: verum de antiquitate hic paululum aliquod libet annotare, licet hoc etiam tempore illa non plane interciderint. Est in Lygiis Goldberga & Risegrundum, seu si latine vertas *Gigantum Vallis*, ubi rivi praeerlabentes quondam auriferis venis nobiles admodum & celebres fuerunt, & sane Goldberga (qua inde & nomen & originem credo accepit,) olim aurariis fodinis dives fuit & praedicata: Nunc Altebergam, qua exiguo itineris spacio a Reichensteinio abest & *Zuckmantellum* illarum rerum utilitate commendare possumus: qua nobilissimi auri substantiam gignant. Proinde Silesia Terra multarum rerum Fertilitate quemadmodum aliis regionibus non cedit, ita eti⁹ aurifodinis copiosa non est, illis tamen pro mediocritate non omnino caret. Refert doctissimus Georgius Agricola in Lygiorum agris aratro excitari Carbunculos Charchedonios, quos ἀνδράριας Græci dicunt, idque ad eum locum, quem monte in *Gigantum* latine appellaverimus, qui soli expositi instar carbonum flagrare solent. Atque qua iter Strigam facimus, *Jaspis* quoque gemma terra quandoque effoditur, qua pingui glauco non est dissimilis & viride habet colorem lacte suffusum. Non opus est hoc loco singula regionis commoda referre, alias pluribus ostenderemus rerum fertilitate eam aliis neutiquam cedere: Hæc ita breviter de ipsius Provinciæ situ, amoenitate, commoditate & præstantia duimus esse exponenda: jam porro ad alteram instituendarum historiarum partem nos convertimus, exposituri, (sed ea, qua hactenus brevitatem,) qui aliquando Silesiam incoluerint, quibus nominibus appellati, & denique qua ipsorum bellica fuerit virtus, & quomo<sup>d</sup>do sedes mutaverint. Ante omnia illud scire cuncti debent, quod indubium omnino est, Quados olim & Lygios omnem non solum Silesiam occupasse, sed quoque Moraviam & sua regna longe lateque propagasse, id quod supra, sed transversim ostendimus. Marcomanni enim, quos quidam jami opinantur Moraviam incolere, cunctam inhabitabant Boemiam. Postquam veteres incolæ regionis quinam fuerint novimus, incumbere nos decet, ut illud quoque quantum fieri potest perscrutemur: an qui jam eam inhabitant, Quadorum Lygiorumque sint Progenies. Constantinus Augustus, ut *Marcellinus* in historiam retulit, contra Quados maxima virtute & potentia bella gesit, cuius quoque Imperatoris tempore illos ait ad Brigitionem primæ Pannoniæ oppidum sedes fixisse, quos & in fidem Augustus receperit & in provincia habitare perniserit: & alias quoque ab aliis refertur Quados suis relictis sedibus Austriam occupasse: qua omnia hoc secum afferre videntur, Silesios aliunde profectos hanc regionem cœpisse incolere, nec esse Quadorum Posteritatem, qua magis in prima Pannonia seu Austria collocata fuerit & relictæ. Sed tametsi omnium ea fere est opinio, & Quados etiam Austria incoluisse certum omnino est, tamen Silesios Quadorum non esse Posteritatem illis rationibus adduci non possum, ut fidem habeam. Quin potius duobus ostendam modis a veritate non abhorrere, si propaginem Quadorum Silesios dixerimus. Quamobrem hoc mihi primum concedant tribuantque viri docti omnes necesse est, & qui historias de gentium migrationibus legerit, illud ceu pro regula quadam tenere debet populos, eti⁹ de suis sedibus emigrarunt, hoc tamen non ab omnibus, sed aut aliqua aut majore parte factum esse semperque fuisse ibi reliquias superstites. Deinde quamvis Austriae occupaverant Quadi, illos tamen inde vel aliqua ex parte non esse digressos, & pristina recepisse loca nemo profecto affirmare auit, quodsi hoc verum est, quod Pannoniam primam occuparint, ut falsum esse non posse veteri historia approbante duo mihi ostendenda sunt, ut breviter probem verisimile omnino esse, quod de Silesiis Quadorum posteritate dicinius: Primum quod Pannoniam non solum superiorem, sed etiam inferioris eam partem tenuerint, qua Moraviam & Poloniæ versus est; deinde quod ex iis locis repulsi quandoque fuerint & ejecti. Primum sat probat Marcellinus his verbis: Gerebantur (de Quadorum sedibus loquitur) hæc in ea parte Sarmatiæ parique fortitudine contra Valeriam opes barbaricas ferendo rapiendo que occurrentia militaris turbo vastabat, & statim postea subjungit: Aderant autem illico Sarmatis periculorum Quadi participes, qui noxarum sape socii fuerant indiscreti: casis enim quam pluribus pars qua potuit superesse per notos colles evasit, quo eventu vires & animos incitante vincitis densius cuneis ad Quadorum regna properabat exercitus. Idem author & alio libro nimirum XXX. Quadorum sedes describit his verbis: Agens itaque apud Carnuntum Imperator per continuos tres menses astivos arma parabat & alimenta, si qua sors secunda stet, invasurus oportune Quados tumultus atrocis authores: & sequitur, ad vastandos cremandosque barbaricos pagos comite adjuncto Sebastiano Valentianus Acineum prope castra commovit: sed quod de Carnunto & Acineo dicit seire opus est duorum oppidorum esse nomina, quorum non procul a Buda alterum,

Gemma.

II.  
Incolarum antiquitas.  
Quadi & Ly-

An Silesiæ  
Quadi & Ly-  
giis orti.

Negatur ab  
aliis.

Autor affir-  
mat.

alte-

alterum vero ab Hungariae Austrisque finibus distant. Ergo hoc Marcellini Testimonia utrumque quod diximus non obscure probare videntur: Quados primam non solum tenuisse Austriam, sed etiam Hungaria partem aliquam, deinde a Romanis Imperatoribus inde pulsos in vetera commigrasse Regna. Inde arbitrari licet, quondam Quadorum gentem bellicissimam fuisse & potentissimam, quæ plurima, ut clare Marcellinus testatur, tenuit Regna & Romanis Imperatoribus negotium fecisse saepe magnum. Neque enim suis contenti fuerunt sedibus, sed praeter alia loca jam inferiorem Pannonię, jam Valeriam seu Croatiam infestis armis aggressi sunt & tenuerunt. Quia igitur (ut omnino probabile arbitror factum esse) Austriacis Silesisque progenitores exterrunt incliti Quadi, illorum res gestæ & Silesiorum propago, majorumque Virtus clarus certe in historia vivere merito debebant, de quibus libet aliquid saltem hoc loco referre, quod (uti instituimus) ad Quadorum res gestas exponendas facere potest. Jam antea ostensum est Quadorum sedes & regna longe lateque fuisse propagata, nunc porro videntur si Quadorum appellatione & alii inhabitatores veteres contineantur: ita enim fieri solet, ut quod generalius est nomen plerumque se in partes diffundat complures. Sunt itaque Silesiae antiquiores populi Quadi primum, postea Lygii celebriores, & tametsi Lygiorum sedes admodum amplæ, ut jam statim referemus, Quadorum tamen imperium multo fuit majus. Etenim ab Hungariae limitibus, seu potius illius quoque parte aliqua initium acceperunt Silesiam fere totam Moraviamque occupantes, usque ad Vistulæ flumen protensi fuerunt, gentes alias atque alias sub sui imperii jugo tenentes. At vero Lygii Quadis vicini quæ ad Oderam magis posita sunt loca illa occuparunt, inde usque ad Pannonię primam pertingentes, quod Tacito autore verum esse potest, qui refert Pannonia Praefecto mandatum fuisse, ut ad depellendos Lygios contraheret exercitus. Et est profecto in historiis antiquitatis non ignobile Lygiorum Nomen, nam longe suas Lygiorum non quoque dilatarunt sedes aliis populis imperantes: ita enim Tacitus scriptum reliquit: ignobile no- Dirimit scinditque Sueviam continuum montium Jugum, ultra quod plurimæ gentes men. agunt, ex quibus latissime patet Lygiorum nomen in plurimas Civitates diffusum. Valentissimas nominasse sufficiet: Arios, Helveconas, Manymos, Elyfios, Naharvalos. Hæc nimirum satis ostendunt Lygiorum veteres sedes & potentiam. Potest hoc loco in mul- De iis Objec- torum animis dubitatio non levis se offerre, quod cum Tacitus Lygios describit, illo- ex Tacito. rum quasi inferiores seu sōcios atque tribus Elyfios enumerat, cum tamen Silesiorum antiquissimas sedes Quadorum & Lygiorum Regna constituerimus: Verum difficile non est, quod ad ea respondeamus: Elyfios enim qui arbitratus fuerit, quod omnem eam Regionem, aut saltim partem majorem illius, quæ Silesia nunc dicitur, tenuerint: is quanto sit in errore, qui vel leviter saltim Quadorum legerit historiam, non potest certe ignorare. Hoc potius veritati quam maxime est consentaneum Elyfios cum Lygiis coniunctos interioris Silesiae aliquam inhabitasse partem. Porro scire imprimis opus est, quæ in universum veterum hujus Provinciæ Incolarum appellations fuerint & nomenclaturæ: nam & hac ratione illud statim utilitatis consequemur, ut quæ ad antiquissimam pertinent antiquitatem investigare facilis & cognoscere possimus. Placet ergo vel aliqua nomina, quæ observavimus, primum recensere, & postea de nonnullis breviter aliquid admonere: Quadorum & Lygiorum appellations jam intermittimus, de quibus hucusque tantum diximus, quantum dicendum esse in brevitate necessarium duximus, reliqua sunt, quæ superiores ceu colonias continent: Arii, Manymi, Helvecones, Sudeni, Gothini, Naharvali, Harudes, Lufacii, Osi, Eburones, Burii, Sidones, Buthones, aut si quæ aliæ gentes aliæque appellations præterea, ut sunt profecto diversæ apud Polemæum imprimis. Quæ si singula ex historiarum veritate caute & laboriose explicarentur, in mediocrem magnitudinem Orationis cursus se extenderet. Sed ne plane silentio omnia illa nomina prætereamus, de quibusdam, ut solemus, commonebimus. Quamobrem Arii præter reliquos Lygiorum populos agrestes admodum & truces extiterunt: atque saepe hostibus propter vultus feritatem & insolitam temeritatem in morte contemnda, sedibusque suis defensandis se terribiles exhibuerunt. Tacitus his verbis eos descripsit: Ceterum Arii super vires, quibus enumeratos paulo ante populos antecedunt, truces, insitæ, feritate ac tempore latrocinantur, nigra scuta, tincta corpora, atras ad prælia noctes legunt: ipsa formidine atque umbra feralis exercitus terrorem inferunt nullo hostium sustinente novum ac velut infernum aspectum: nam primum in omnibus præliis oculi vincuntur. Ergo Arii ad bellicam fortitudinem animum gerebant præsentem, qui si melioris vitæ institutionem nacti fuissent, fieri potuisset, quod multa laude & virtute claros se reddidissent. Non solum enim domi arma mediabantur, & in hostes fortiter irruerunt.

irruerant, sed temporibus Julii Cæsaris, ut is ipse refert Gallicæ historiæ lib. I. primo Marcomannis conjuncti & Suevis cæterisque Germaniæ populis adversus Cæsarem sub Ariovento Suevorum Rege stipendia fecerunt. Manymi Austriae versus & in ipsius Austriae finibus fides constituerunt. De Gothinis jam antea admonuimus. Harudes in eadem Cæsaris historia jam modo commemorata celebrantur. Lusatiorum nomen jam adhuc notum satis est, & illius tractus sex visuntur civitates pulcræ, unde & nomen accepunt hoc tempore. Sidones ea tenuere loca, quæ in se nunc comprehendit Opolensis Ducatus: his libet addere Batimos & Cognos; quorum hi Tessienium parent Ducibus, illi vero ad Saganensem referuntur ditionem. Hinc progrediendum nobis est, ut de Quadorum Lygiorumque bellis aliquid referamus. Nam de religione illorum nihil ferre aut paucula admodum referuntur. Deos colebant, quos sibi proprios fixerant quoscumque. Alii Castorem & Pollucem divino honore afficiebant, quod his verbis Tacitus commemorat: Apud Naharvalos antiquæ religionis lucus ostenditur; præsidet sacerdos muliebri ornatu, sed Deum interpretatione Romani Castorem Pollucemque memoran: nullum ejus numinis vestigium, ut fratres tamen & juvenes venerantur. Apud Marcellinum de Quadis nota refertur historia, quod Mucrones instar numinum colere & venerari perhibentur.

Verum in bellorum commemoratione longiores esse possemus, nam hæc qui historias attigerunt ante nos diligentius sunt evoluti; sed præstat ex plurimis paucula referre. Marcomannorum à plurimis bellica virtus clare prædicatur & copiose, utpote qui fortissime varias occuparunt & varias sedes. Primum enim ulterioris Austriae & Boemiae loca tenuerunt, quibus deinde relictis habitationem instituerunt in agro Trevirensi, inde postea ripensem Daciam incoluerunt: qua tandem relictæ, Pannoniam cœperunt inhabitatæ superiorem & Valeriam seu Croatiam, quæ loca strenui manu & armis sibi subjugarunt. Postea quoque inde digressi Moraviam Brandenburgensemque Marchiam accepérunt ibique confederunt, & si quas alias migrationes Marcomannorum Gens fecisse perhibetur. Quæ hæc omnia propterea dicere volui, ut non solum Marcomannorum virtutem bellis certe maximam intelligeremus, sed etiam Quadorum bellicosos ad prælia animos deprehenderemus: & quare hoc? Quia quicquid à Marcomannis fere laude & gloria dignum gestum est, illorum quoque omnium partem certe magnam Quadi sibi merito vendicant. Nam mediocriter in Marcomannorum historiis versato illud statim occurrat & notissimum esse potest, cum illis Quados plerumque fuisse coniunctos, & rerum præclare gestarum socios. Id quod primum Tacitus noster probat, ita inquiens: Juxta Hermunduros Narisci, ac deinde Marcomanni & Quadi agunt. Præcipua Marcomannorum gloria viresque, atque ipsa etiam fides pulsis olim Bojis virtute parta. Nec Narisci Quadive degenerant, eaque Germaniæ veluti frons est, quatenus Danubio pergitur. Marcomannis Quadisque ad nostram, usque memoriam reges manserunt: ex gente ipsorum nobile Marobodus & Tudri genus jam & externos patiuntur. Sed vis & potentia regibus ex autoritate Romana, raro armis nostris, saepius pecunia jabantur. Multo autem clarius postea Julius Capitolinus, S. Aurelius, Herodianus, S. Rufus & non pauci alii, quæ ante nos jam eruditæ ostendit *clarissimus Vir mibique amicissimus Wolfgangus Lazius, D. Ferdinandi Cæsaris toto orbe Christiano historicus nobilissimus* propter egregia & immensa volumina, quæ dudum jam posteritati consecravit. Observatione igitur dignissimum hoc est, ut quotiescumque Marcomannorum, Hermundurorum & etiam Francorum, atque Noricorum historias legimus, aut audimus, illarum quoque partem aliquam ad veteres Silesiæ inhabitatores pertinere non immerito existimemus, quæ res ad Silesiarum historiarum perfectionem maximopere opus est, & majori judicio & labore, quid huius & quid illius gentis proprium sit, omnia penitanda veniunt. Optandum hic esset Quadorum res gestas, & regum quoque illius populi nomina à Romanis scriptoribus quoque celebrari: quorum utrumque ita neglectum est, ut alterius extet plane nihil, alterius vero vix tenuia vestigia, nam de Quadorum regibus nihil fere quicunque audimus præter id, quod auctore Tacito refertur, qui ait: Ab eo populo, qui Marobodum, Marcomannorum regem fecuti fuerant, & postea confedissent inter \* Marum & Cusum, hoc est in Transylvania, Vannum fuisse electum Regem de genere Quadorum. Historici foret officium, quæcumque a diversis referuntur authoribus & pluribus de bellis Quadorum, illa annotare, atque ordine & copiose referre. Neque enim illi in armis inter populos multos

Bella Quadorum & Lygiorum.

Marcomannorum virtus bellica.

Quadi iis coniuncti.

Marobodus & Tudrus Reges.

Vannius Rex.

\* vid. Regnum nostrum Vannianum Cap. IV. §. 3. quod Marum fluvium Moraviæ vindicat. Cusum Tissum esse, Dacia limitem, ostendit.

multos fuerunt postremi & potentissimis Romanis, qui totius fere orbis erant Domitores, quandoque terribiles, & utinam scriptores tam interneciones Romanorum, quam etim victorias posteritati prodidissent; & quoniam jam admonuimus cū Marcomannis semper Quados fuisse conjunctos, referamus aliquid saltem, unde utriusque gentis potentiam liceat colligere. Tempore Marci Cæsaris Marcomanni *Quadi* tantum Romanis <sup>Bellum Marco-</sup>  
*terrorem* incusserunt in illos arma moventes, ut extrema eriam auxilia tentaverint,  
*tametsi* ipsis res postea accidit felicius. Sed audiamus Julium Capitolinum referentem,  
*hæc* sic autem habet: Dum Parthicum bellum geritur natum Marcomanicum: quod  
*diu* eorum, qui aderant, arte suspensum est, ut finito jam orientali bello Marcomanicum  
*agi* posset; & postea statim: Tantus autem timor belli Marcomannici fuit, ut undique  
*Sacerdotes Antoninus* acciverit, peregrinos ritus compleverit, Romam omni genere lu-  
*straverit*, retardatusque à bellica profectio[n]e sit, celebraverit & Romano ritu lectisternia  
*per* septem dies: tanta autem pestilentia fuit, ut vehiculis cadavera sint exportata: pro-  
*fecti* sunt tamen paludati ambo Imperatores Parthis & Marcomannis cuncta turbantibus:  
& tametsi Marcomannos Quadosque vicit Marcus Cæsar, cruentissima tamen hæc illius fuit  
*victoria*; & quantis sumtibus gestum fuerit, sic quoque commemorat Jul. Capitolinus  
*in* Marci Imperatoris vita: Cum autem ad hoc bellum omne ærarium exhaussisset suum,  
neque in animum induceret, ut extra ordinem provincialibus aliquid imperaret, in foro  
*Divi Trajani* auctionem ornamentorum Imperialium fecit, vendiditque aurea pocula &  
*chrystillina* & myrrhina vasæ, etiam regia & vestem uxoriæ sericam auratam gemmasque  
& cætera. Hoc bellum ab aliis quoque, utpote Suida & Luciano prescriptum est: Mar-  
cum Cæarem Christianæ confessionis fuisse Imperatorem, Orosius orthodoxæ Religionis  
*homo* testatur: atque periculosem hoc Romanis Marcomanicum bellum & arduum  
quidem non sine singulari providentia Christi à Marco Cæsare gestum & consecutum pie  
& pulchre resert: & quoniam rem fere totam complectitur, placet rei gestæ præcipuam  
*historiam* adjicere: Exercitum vero Romanum (inquit) cunctasque Legiones per pro-  
pinqua latehyberna dispositas, ita consumtum ferunt, ut Marcomanicum bellum, quod  
*continue* exortum est, non nisi novo delectu militum, quem triennio jugiter apud Carnutum  
*Marcus Antonius* habuit, gestum fuisse referatur. Hoc quidem bellum provi-  
dentia DEI administratum fuisse complurimis argumentis, tum præcipue epistola gravissimi  
& modestissimi Imperatoris apertissime declaratum est. Nam cum insurrexissent  
gentes immunitate barbaræ multitudine innumerabiles, hoc est Marcomanni, *Quadi*, Van-  
dali, Sarmatae, Suevi, atque omnis pene Germania & in Quadorum usque fines progres-  
sus exercitus circumventusque ab hostibus propter aquarum penuriam potius sitis quam  
hostium periculum sustineret ad invocationem nominis Christi, quam subito magna fideli  
*constantia* quidam milites in preces effusi palam fecerunt: tanta vis pluvia effusa est, ut  
*Romani* quidem largissime ac fine injuria refecerit, barbaros autem crebris fulminum  
ictibus perterritos in fugam coegerit. Quæ omnia apud Orosium copiose prescripta di-  
lignantius evolvenda sunt. Nos inde colligere possumus, verum esse, quod cum Marco-  
mannis bellicosissimis populis, tanquam socii virtutis participes & fortunæ comites Qua-  
di semper fuerint conjuncti: atque adversus Romanos, quorum subinde provincias de-  
populabantur, & nonnunquam occupabant, bella suscepserunt. Quando Octavius & Ty-  
berius Cæsares Imperium tenebant, Marcomanni Quadive Pannonia etiam agros inco-  
luerunt: quos tamen postea sub Adriano Cæsare receperunt: rursusque inde profigati  
*Commodo* & Bassiano Imperatoribus regrediuntur. Sed quibus sub Imperatoribus,  
quas invaserint & occupaverint provincias, & quando inde ejeci, & à quibus, & contra  
quos bella gesserint, & denique quomodo firmas sedes in Pannonia superiori, & etiam  
parte aliqua inferiori acceperint & fixerint: illarum rerum omnium vel imprimis admoti-  
tionem brevem & institutionem prescribere hoc loco animum induxi[n]us. Nam de his singulis ordine & oratione copiosa dicere illius est operis, quod de Silesiarum re-  
rum Commentariis suscipiendum arbitramur, atque ad illud perficiendum in auxiliu  
vocamus optimos & prudentissimos quosque Patriæ amatores. Etenim sive ad cœli ele-  
mentorumque constitutionem causam referimus, sive rationem aliam quis ex stimaverit,  
ita profecto verum esse comperimus: quod & Silesia veteres inhabitatores, Quadi scilicet Lygiique, & qui postea eam inhabitarunt ad hanc usque ætatem nostram cuncti, ii  
ad militiam propensos, idoneos, & fortes gerere videntur animos. Hoc tempore quam  
ad militarem disciplinam præstantia gerunt pectora Silesii opinor citra adulatio[n]is suspi-  
cionem affirmare licere, cum in omnium oculis sit expositum, idque testari possit AUGUSTUS CAESAR FERDINANDUS. De Quadi Marcellinus ita prodidit: Dum  
E e

*Bellum Marco-*  
*mamicum*  
*Marci Imp.*

*Bella alia.*

*Quadi fortis*  
*animos gerunt.*

hoc pulvere per Mauritaniam Dux antedictus (Valentiniani historiam contexit) anhe-  
lat & Africam: Quadorum Natio mota est insultu repentino parum nunc formidanda,  
sed in immensum quantum ante hac bellatrix & potens, ut indicant properata. Quid  
igitur ad Quadorum laudandam fortitudinem illustrius dici potuit, quam quod gentem  
illam bellatricem dicit & potentem: & Tacitus affirmat à bellicosissimis Marcomannis  
minime degenerare Quados. Romanorum Imperatorum multi sēpissime maximos con-  
scriperunt exercitus, ut resistere & propellere possent Quadorum potentem manum,  
quod pluribus ostendere assidua lectione adjutus cum ex aliis multis, tum vero potissi-  
mum ex Marcellino atque Julio Capitolino possem. Habuerunt sine dubio Quado-  
rum populi regio ortos sanguine Heroas quoque præstantissimos, & Romanorum exer-  
citus non dubito quin aliquando fuderint & prostraverint. Sed Romani suos celebra-  
runt, aliis aut nunquam aut leviter commemoratis. Marcellinus tamen ita inquit:

*Heroes eorum  
regio sanguine  
orti.*

De Constantio Augusto cum supervenissent ob rerum amissarum Recuperationem Va-  
leriani, hoc est Valeria Pannonia Cultores, toties ab hostibus istis nihil non calamitatis  
perpepsi, perrexit in Regna Quadorum, qui Sarmatis locorum confiniis & feritate junctif-  
fimi sunt. Quadis sanguine Regio ortus juvenis Zizius nomine pacem impetravit red-  
ditis prius captivis & datis obsidibus. Quo exemplo motus Araharius Transgutulano-  
rum, Quadorumque Rex, & adhuc alias Sarmatarum, qui parebat Arahario, veniam pe-  
titum venerunt, quam tandem obtinerunt. Post hos alii multi reges pacem adepti  
sunt obsides intimis regni filios procerum offerentes. Ex quo pulcherrimo Marcellini  
Testimonio id primum luce clarius ostenditur Quados sedes suas longe lateque diffudisse.  
Nam Valeriam tenuerunt, quan modo Croatiam dicimus, & inde usque regna sua con-  
tinuarunt non Odoram solum transgredientes, sed ipsius etiam Sarmatia partem aliquam  
Imperio suo subjectam tenuerunt. Expresso enim Marcellinus affirmat Araharium  
Quadorum Regem sibi habuisse subjectum alium Sarmatarum Regem, unde non imme-  
rito regionis Quadorum amplitudinem & immensitatem cernere possumus. Deinde,  
qua ex Marcellino recitavimus, illud quoque secum afferunt perpendendum, quod de  
Quadrum Regibus & Regia prosapia meminit, nam inde hoc licet colligere, quod non  
tanta forte illius populi sicut feritas quantam perscribunt, sed aliquam politiæ speciem  
quoque in veterum Quadrum regnis fuisse constitutam. Quapropter sedium ampli-  
tudine & regnum & rerum gestarum copia & virtute militari multis populis non infe-  
riores judicandi sunt Quadi Lygiique, qua si copiosa historia prædicarentur, Silesia ve-  
teres inhabitatores suam quoque laudem & nomen apud alios nobilitarent. Hactenus  
primum exposuimus veteris præsentisque Silesia situm, terminos, sedes, terræ aërisque  
fertilitatem & clementiam, deinde quoque antiquissimos incolas Quados & Lygios bre-  
vi historiarum annotatione indicavimus, illorum Religionem, sedes, regna, potentiam,  
socios & bella extremis eu digitis aliqua ex parte attigimus. Itaque quemadmodum in-  
stituimus nostræ institutionis partes tres, hucusque priores duas succincte percurrimus:  
& jam ordo postulat, ut postrem quoque lineamenta tradamus ea, qua ad Silesiorum  
nomen & res gestas pertinent. Sed jam antea memini nos admonere illam historia-  
rum partem reliquis duabus multo debere esse copiosorem: Nam Silesiorum res ge-  
stas inde ab aliquot Seculis repetitas ad memoriam usque nostram & ætatem comple-  
cti in se debet. In quibus conscribendis ea observari debent, qua historicæ veritatis  
officia sunt: Silesiorum scilicet nomen, quantum fieri potest, à prima origine deducen-  
dum erit, Principum magnorumque virorum genus & virtus commemoranda, qua bellæ  
& quibus cum populis & quando gesta fuerint, qua postea factæ mutationes, singula  
hæc ordine & copiose atque orationis stylo non sordido, nec nimis humili enarranda ve-  
niunt illi, qui cum laude Silesia Illustrissimum Ducatum celebrare poterit & in historia  
patriæ perpetuam quærere gloriam. Neque hæc tantum multo judicio & laboriose  
perquirenda fuerint & enarranda: Verum quoque Religionis Christianæ initia & incre-  
menta, & in amplissimis & magnificis extruendis templis fundationes atque authores:  
postea quoque urbium fundamenta, & ab iis respæclare sapienterque gestæ, & denique  
magorum atque doctorum virorum ingenia & industria: hæc inquam omnia perspi-  
cua narratione investiganda, percurrenta, cognoscenda, & à diligenti historico copiose  
quoque ex misero interitu, quando hactenus omnia sepulta jacent, eruenda sunt & per-  
scribenda. Nos eti in illarum rerum omnium expositione multa referre possemus, duo  
tamen sunt, qua hoc nos nunc facere prohibent. Primum, quia Silesiacæ historiæ con-  
scribendæ rationem saltim proponimus & suscipiendo operis, quod ingentis est laboris,  
viam ostendimus. Deinde, quia plurimis in historiis obscuritatem non exiguum de-

*Late regnant.*

III.  
Silesiorum No-  
men & Res  
gestæ.

Quo ordine  
tractanda.

prelie-

prehendimus, in qua discutienda veterum Annalium complurium fide & exemplo nobis maximopere opus est: qua in re maximorum & sapientissimorum hominum subsidium, quod candide & liberaliter impertire velint, vehementer etiam atque etiam imploramus: quia maxime multorum librorum laboriosa collatione & intento judicio in tanta rerum haec tenus non relatarum obscuritate & difficultate opus est, ne praeter nostram voluntatem aliquid à veritate historiæ abhorrens prodanum & alienum à recto. Est in MStis ante annos quam multos Codicibus, qui de Silesia inscribuntur, & quos perlegi, de Alexandro M. fabula plus quam puerilis, quæ quendam Lignicensium Duce cum illo armis congressum comminiscitur, atque victum postea Alexandrum cum Duce Lygnensi familiaritatem contraxisse & amicitiam. Quid illa nugatione nugatius referri potuit: Verum arbitror hominem imperitum & omnium historiarum ignarum hæc incite fuisse commentum, sumta forte peccandi occasione ex iis, quæ his verbis de Alexandro M. tradit Arrianus Nicomedensis: Secundum hanc pugnam triduo Alexander ad Danubium profectus est, omnium quidem longe maximum fluvium eorum, qui in Europa sunt: longissimo enim tractu per terras excurrit, gentes bellicosas præterlabitur, & eos magna ex parte Germanos, ex quibus ipsius amnis fontes oriuntur. Earum gentium postremi sunt Quadi ac Marcomanni. Quæ certe Arriani hæc narratio magna laude Quados ornat, quod cum aliis populis bellicosam nominat gentem. Sed ab homine fabulatore aut non intellecta fuerunt, aut temere illis aliquid affinxit. Nunc ne de tertia parte conscribendæ Historiæ Silesiacæ nihil referamus, liber quædam gustare & referre quam brevissime. Illud satis notum est, ubi quondam suas sedes finixerint, reliquerint rursus, & quam denique cum Marcomannis fuerint conjunctissimi Quadi: hoc vero quia dubium valde videbatur, an pristinas sedes recepissent eas, ubi Silelia est, jam supra ut opinor satis probabili ratione demonstravimus. Itaque, quia potentes admodum Quadi fuerunt, suas protenderunt sedes longe & late: quorum & Austriacos & Silesios posteritatem licebit appellare. Sed neque hoc negaverim cuni Quadorum reliquiis se alias gentes conjunxisse vel Pomeranos vel Orientales Francos vel Saxones. Utinam extaret historia, quæ sine controversia ostenderet, unde primum Regionis incola Silesii appellati fuerint. Illud non inconveniens videtur à Slesio fluvio eos nomen accepisse, quod cum aliis gentibus nonnullis & urbibus commune haberent. Polonorum historias in hujusmodi rerum recitatione non libenter sequor, quæ alias apud me suspicione non parent, cum Silesiorum aut peregrinorum mentionem faciunt. In spe bona constitutus sum me brevi Silesiæ Principum vetustissimos Annales accepturum, quod ubi contigerit, mihi multum polliceri videor de quibusdam discutiendis, quæ nunc me vexant difficultibus. Arbitror vero adniодум antiquam esse Silesiorum denominationem, quæ forte tum cœpit, cum ex his Regionibus in Austriae ultimam, ut opinor, migrationem Quadi fecerunt ibique confederunt: ut tamen sit, hæc profecto conjectura, qua in Silesiorum nominis initio perquirendo utimur, vix aliquid dici forte potest probabilius, dum certioris historiæ veritate uti nobis contigerit. His quantum fieri potest diligenter & copiose annotatis ab historico, illi postea ad longam rerum narrationem progrediendum est: atque enarrandum & exornandum, quando quibusve cum populis, & qua fortuna Silesii bella suscepserint & prælia fecerint. Hic se scribendi copia offerret aliquanto uberior, quam in superiorum tractatione, quæ angustior eo est, quod relata pauciora reperiuntur: In Silesia autem gesta sunt sæpiissime bella gravia & diurna, tam in peregrinos, quam etiam ipsos cives invicem, cum propter alias causas multas, tum vero potissimum, quia Hungaria, Boemia, Poloniaque Principes ac Reges in eam se immiscerunt provinciam non sine ipsorum & incolarum quoque multo sudore & sanguine. Quæ omnia diligentis historici officium perquirere debet, atque in lucem copiose referre. Coniuncti aliquamdiu cum Polonis Silesii fuerunt & sub foederis societatem recepti, ut mutuo contra hostem alii aliis subsidia ferrent. Atque Poloni cum ea pacificatione & societate facta petulantiores & iniquiores se erga Silesios exhiberent, contigit quod illorum non tolerandum jugum Romanorum Cæsare authore se cum Boëmis conjungerent: id accedit ante annos plus ducentos: Sed illarum rerum commemoratione distincte fieri debet; bella intestina, quæ sane in hac regione tot facta animadvertisimus, ut etiam admirationem nobis attulerint seorsim referenda: postea suo quoque loco, quæ in exteris gesta sunt: & denique quibus eum populis aliquando coniuncti Silesii militiam fecerint, hæc omnia suas ceu in classes dirigenda. Nam etsi belli fortuna nihil est inconstantius, tamen illi quoque seu propria bella

Fabula de Ale-  
xandro M.unde nata vi-  
deatur.Quadorum po-  
steri Austriaci  
& Silesii.Silesii unde di-  
eti.Quæ Bellæ gef-  
ferint.

gerentes, seu sub Regibus & Imperatoribus stipendia merentes laudem s<sup>e</sup>pe & gloriam consequuti sunt omni immortalitate dignissimam. Huc adserenda sunt illa, quæ Silesiam victoriam contra Polonus non semel consecutam exponunt, & deinde quod non Polonus solum, verum etiam Moscovios fortiter prostrarunt. Inde postea ad gentis

Principes Sile-  
sia-

a Wladislao  
derivantur.

Autor altius  
progreditur ad  
Piaſtum.

Principes di-  
verſi.

Eorum virtus  
bellica.

Urbium De-  
scriptiones.

Civitas Wra-  
tislaviensis.

Quando con-  
ditæ.

PI VVRATISLAVIENSIS s<sup>æ</sup>pius percursorabat, & plurima illis danna inferebat: Ecclesiaz igitur bono consulturus „NICOLAUS DUX OPAVIE, FILIUS OTTOKARI „REGIS BOEMIE, castrum hoc per Ottонem & fratres ipsius sibi assignari fecit, ejus „que possessione pacifica & quieta adepta THOME II. EPISCOPO ET ECCLESIE „B. JOHANNIS WRATISLAVIENSI id cum suburbio, quod Czuckmantel dici- „tur, mere & libere perpetuo possidendum contulit, quod an. 1281. Sabbatho ante Vigiliam Nativitatis B. M. V. Nisse factum, ratam hanc Concordiam habente HENRICO „IV. DUCE ZLEZIE DNO VVRATISLAV. e. a. & L fer. V. post Nativ. S. MARIE.„ (vid. Dipl. XV. XIX. XX. & XXI. l. c.) Sed & h<sup>ac</sup> & omnem Nissensem Ducatum Hussitarum rabies dilaceravit, quod cumulatus Rositzius exposuit: verum JODOCUS EPISCOP. Udalrici L. B. de Rosenberg Bohemi filius omnes hasce nubes dispulit & an. 1467. d. 13. Julii arcem Edelstein recuperavit, cuius an. 1468. successor RUDOLPHUS, cum Henrico Seniori Monsterbergensi Duci oppidum Monsterbergk restitueret, illud MATHIAE REGIS Diploma impetravit. VVLADISLAUS REX an. 1511. Wratislavia<sup>z</sup> agens die Jovis post Annunciationis MARIAE, LUDOVICUS filius ejus BOHEM. & HUNGARIAE REX Bud<sup>z</sup> an. 1524. die Sabbathi post Simonis & Jud<sup>z</sup> „de non turbanda immunitate Ecclesiastica ECCLESIE VVRATISLAVIENSIS, & „de non comminuendis redditibus ejus omni Silesiaz interdixerunt: „ novum vero & insigne Episcopatui Decus accessit, cum MAXIMILIANUS I. IMP. an. 1515. d. 31 Aug. Oeniponte „JOANNEM TURZONEM EPISCOPUM VVRATISLAVIENSEM & „PRINCIPEM SIBI DILECTUM Imperiali munere splendidissimo Monete auree cu- „dende Privilegio & facultate donaret: cogitans ECCLESIAM CATHEDRALEM IN- „TER S. IMPERII CATHEDRALES ECCLESIAS ESSE NON MINIMAM. (vid. Dipl. XXII. XXIII. XXIV. XXV.) Devoluta inde ad AUGUSTISSIMAM GENTEM AUSTRIACAM Silesia \* D. FERDINANDUS I. UNG. ET BOH. REX, ARCHIDUX AUSTRIÆ, INFANS HISPANIARUM. „Prout Dux SILESIE & legitimus WRTA- „TISLAVIENSIS ECCLESIE Fundator & Patronus DNO EPISCOPO JACO- „BO a SALZA & CAPITULO, nec non Clero universo Diocef. Wratislav. omnibus „que & singulis eorundem successoribus & posteris universis, singulos Principatus, Ter- „ras, Dominia, Oppida, Castra, Feuda, Districtus, Tetutas, Possessiones, Villas, & bona per „universum BOEMIÆ Regnum, & ubivis locorum consistentes, fitas, aut locatas, con- „sistenterque, sita vel locata, & signanter Terras NISSENSEM, GROTKOVIENSEM, „KANTHENSEM, VIASTENSEM, OTTMUCHOVIENSEM, cum universo Jure „Ducali cudendi seu faciendi Monetas, cumque omni directo & utili Superioritatis Do- „minio supra & subtus terram in mineris & omnis generis Metallis, nec non Insulam „ipsam S. JOANNIS cum attinentiis suis, prout principalem ECCLESIE Dotem, „Proprietatem & Domicilium cum omni Jure Superioritatis contulit: „Regia Autori- „tate farciendo decernens EPISCOPUM CEU SENIOREM ET POTIOREM SILESIE DU- „CEM ET LYGIUM PRINCIPEM, & CAPITULUM prout REGNI BOEMIE Vasallos una „cum omnibus & singulis ipsorum & ECCLESIE bonis, Villis & possessionibus prescri- „ptis, simul & conjunctim communis libertatis adunatione unum solidum & indissolubi- „le PRINCIPATUS Corpus representare..”

Horum, quæ in memoriam revocavimus, Diplomatū si Compendium facias, af-  
firmat: EPISCOPUM WRATISLAVIENSEM esse CEU SENIOREM ET POTIOREM SI-  
LESIAE DUCEM ET LYGIUM PRINCIPEM, ideoque in Comitiis Provinciaz locum oc-  
cupare supremum: DUCATUM sive PRINCIPATUM NISSENSEM a REGE BOHEMIAE,  
qui & DOMINUS & PATRONUS ECCLESIAE WRATISLAVIENSIS est, feudi titulo recipere:  
EIDEMQUE EPISCOPUM, velut PRINCIPEM LYGIUM, CAPITULUM vero veluti VA-  
SALLOS REGNI & CORONAE BOHEMIAE præstare homagii, fidelitatis & obedientiaz ac  
subjectionis Juramentum: ipsum vero EPISCOPUM in omnibus bonis & allodiis me-  
ram & plenam libertatem habere, omnium aliorum Episcoporum & Archi-Episcopo-  
rum Jurisdictione exemptum esse, moneraz cudendaz Jure uti, Dominii Jure Insulam S.  
JOHANNIS (quam & Collegiata S. Crucis Ecclesia exornat an. DMNI 1288. III. Id.  
Januarii ab HENRICO IV. Probo Duce Wratislaviensi testante id Dipl. XXVI. l. c.  
fundata) probe munitam posidere, & alia omnia Jura, quæ PRINCIPEM LYGIUM de-  
cent, exercere, cum præcipuis vero Prælatis ex Capitulo Coronationi REGIS BOE-  
MIÆ

\* vid. Dn. a Weingarten in Fasciculo diversorum Jurium L. II. p. m. 28. seqq.

MIÆ adesse debere tanquam PATRONI & DOMINI SUI Gaudio & Solemnitati. Jus Episcopum eligendi, quorum ab Origine ECCLESIAE WRATISLAVIENSIS ad an. 1470. seriem Rositzius edidit, nos in Additamentis ad nostram usque ætatem perduximus, penes Senatum Canonorum est utriusque Collegii in Insula S. JOAN- NIS existentis, sciente tamen & approbante REGE BOHEMIAE, PATRONO ECCLESÆ. Maxima vero hac nostra tempestate ad EPISCOPATUM WRATISLAVIENSEM Dignitatis accessio pervenit, cum FRANCISCUM LUDOVICUM EPISCOPUM WRATISLA- VIENSEM SERENISSIMA PALATINA FAMILIA ortum ob meritorum in se magnitudinem ad ARCHIEPISCOPATUM TREVIRENSEM proveheret GERMANIA.

Hodiernus est  
SERENISSI-  
MUS ELE-  
CTOR TRE-  
VIRENSIS.

§. 7. DUCATUM TESSINENSEM, qui ac NISSENSIS SUPERIORIS

DUCATUS  
TESSINEN-  
SIS Amplia-  
do:

SILESIÆ Pars est, à Septentrione Oppavensis & Ratiborienensis Silesiæ Ducatus, ab Oc- cidente Moravia, a Meridie Hungaria, ab Oriente Polonia & libera Dynastia Silesiæ Plessensis attingunt. Wladislao II. Duce Silesiæ in Exilium acto defuncto filius ejus secundo genitus MIECISLAUS cum fratribus redux eum an. 1163. occupabat, & CASI- MIRO II. Poloniæ Duce, qui Justi cognomine insignis est, beneficiorum a Parente Ejus Wladislao in se olim parvulum collatorum memori an. 1179. jubente Olswientimensi, cuius Pars Zatoriensis Terra auxit. Ex Posteris Ejus CASIMIRUS III. DUX TES- „SINENSIS Opaviæ an. 1327. XII. Kal. Maii sc., JOANNIS BOEMIE REGIS PRIN- „CIPREM & VASALLUM & ab Eodem feudi nomine Terram Telchinensem rece- pisse professus est: cuius exemplum Agnatus JOHANNES DUX OSSWICENSIS e. a. VI. Kal. Martii in Boutuag sequebatur: quare BOHEMIAE REX JOHAN- „NES e. a. d. & l. „KAZIMIRUM DUCEM TESSINENSEM tanquam PRINCI- „PEM & Subditum suum, Heredes ejus ac Successores in suam, Heredum & Successo- „rum suorum, REGUM BOEMIE protectionem & Tutelam recepit sique DUCES „OSSWICENSIS absque liberis legitimis decedere contigerit, quod ex tunc ad KA- „ZIMIRUM & ipsius Heredes Ducatus devolvatur, decrevit. (vid. Dipl. XXVII. XXVIII. XXXIII. l. c.) Hac ratione BOHEMIAE feudum Ducatus Tessinensis esse coepit, quem idem DUX CASIMIRUS an. 1337. Terra Severensi auxit à WLA- DIZLAO Duce Bythumiensi & Kozlensi empta. (Dipl. XXIX. l. c.) Sub Filio Ejus PRZEMISLAO, defuncto BOLCONE Wladislai Filio, Duce Bithumiensi & Coslen- si, Ducum Tessinensium Sanguine oriundo, lis de successione in Terras ejus suborta: cum Filio carens tres relinqueret, præter Sorores, Filias, quas singulas Dissertat. II. Tab. VI. exhibemus. Conradus I. Dux Olsnensis ad secunda Vota transiens Sororem Bolconis Euphemiam duxerat, cui reliqua Sorores Hæreditatem cedebant: Ex filiabus Bolconis duæ Monasterium Trebnicense ingrediebantur, tercia Euphemia Bolconi III. Duci Monsterbergensi nupsit, hinc Conradus huic Dotem addere, sique Terras Koz- lensem, Bithumiensem, Pisenkreczin, Tostensem, & Glivensem occupare voluit: Agnatus defuncti Przemislaus DUX TESSINENSIS prohibuit: Tandem hic Pacis „& Æquitatis amans Glocii an. 1357. cum Conrado I. Pactum initit, „cujus vi uterque „alteram Terrarum defuncti Bolconis Partem sibi vindicare, filiæ tertiaz dotem adde- „re, Coslam pignori datam redimere, Æs alienum defuncti tollere, & Ducis Bithu- „miensi seniori Luckardi dotalitium salvum esse beat. (Dipl. XXX. l. c.) Sed alia „de finibus ipsis Controversia nata hinc an. inseq. 1358. CAROLUS IV. IMP. & BOH. „REX Arbitris quatuor, quibus negotium conficiendum Duces commiserant, quintum „& superiorem Nicolaum Kothulin (Kotulinskyum) Wratislav. XIX. Kalend. Janua- „rii addidit. (Dipl. XXXI. l. c.) Sed conatus eorum fuisse videntur irriti, hinc ipse „CAROLUS IV. Autoritate qua superior interlocutus est, Bithomiensis Urbis Partem „unam filiabus defuncti Bolconis, alteram Conrado I. Duci Olsnenfi fidelitatis & ho- „magii Juramentum præstare debere, reliqua Capitaneo & SENATUI WRATIS- „LAVIENSI. absolvenda commisit DUCIBUS injungens sub gravis Indignacionis „Poena, ut quicquid per eos fuerit decretum, per omnia tenere debeant & irrefragabi- liter observare. (vid. Dipl. XXXII. Pragæ an. 1359. Kal. Julii editum, l. c.) Hac ra- tione Ducum Koslenium Titulus ad Olsnicenses Duces fuit delatus, præsertim cum an. 1373. Nissæ ipsis Kalend. Januarii Ludovicus Bregensis, & Bolco III. Dux Mon- sterbergensis, electi a PRZEMISLAO Tessinensi & Conrado II. Olsnenfi Duce Arbitrii lata sententia in Concordiam eos adducerent, (vid. Dipl. CXXIV. Diplomatarii nostri Bohemo Sileiaci) & in Conradi II. Gratiam coram CAROLO IV. Fürstenbergæ an. 1370. die Veneris Proxima post Ascens. CHRISTI „EUPHEMIA defuncti Bolconis „Uuu 2 „Ducis

„Ducis Coslensis Filia, Marito BOLCONE III. Duce Monsterbergensi consentiente, „omni Jure, quod sibi in Coslensem, Bithumensem & Glivicensem Terram superc- „rat, cederet, quod Dipl. CXIX. Spec. C. nostri D. affirmat. Alia interea ad Duces Tessinenses Dignitatis pervenit Accessio, cum JOHANNES BOHEMIÆ REX \* CAST- MIRO III. DUCI TESSINENSI, Patri PRZEMISLAI Ducatus Glogoviensis Partem a Jo- hanne Duce Stinaviensi emitam Feudi Titulo conferret, ut fines Silesiæ hoc veluti Præsidio contra Polonorum Impetus defenderet, quare & MAJORIS GLOGOVIAE DU- & Detimentis CES sepe TESSINENSES DUCES dixerunt, & PRZEMISLAO filio CASIMIRI III. WENCES- Ducatus Tessi- LAI ROM. & BOH. REGIS jussu Homagium Glogoviensis Urbis Pars an. 1383. d. 25. nensis. Februar. præstitit, vid. Dipl. CXCIII. Diplomatarii nostri Bohemo - Silesiaci. Et quamvis CASIMIRUS IV. Dux Tessinensis, qui an. 1528. diem suum obiit, an. 1479. d. 10. Octobr. Terram hanc MATHIÆ REGI jubenti redderet, eoque nomine Coslensem Terram & duo florenorum millia reciparet, Titulum hunc nihilominus sibi & poste- ris vindicabat, quod Diplomata, Numi & Lapidés loquuntur. Hæc Incrementa Du- catus Tessinensis sensit; an. vero 1457. & 1494. ingentia detimenta passus est, cum „JANUSSIUS OSSWIECENSIS DUX pro 50000. Marc. latorum grossorum Pragensium „numeri Polonicalis quadraginta octo grossi. in quilibet Marcam computando Summa „in Glivice fer. II. ante Festum S. Mathiæ Apostoli an. 1457. Casimiro IV. Regi Poloniæ, „agnatis quidem eam resignationem ratam habentibus, sed REGE BOHEMIÆ FEUDI „DOMINO non consentiente venderet: & eadem Tempestate WENCESLAUS DUX „ZATORIENSIS se Silesiæ subtraheret & ad Poloniæ Regnum converteret, ad quem „Ducatum eo firmiore sibi Jure vindicandum JOANNES ALBERTIUS POL. REX JA- „NUSSIO DUCI, successori & fratri WENCESLAI Cracov. fer. III. ante Festum S. Petri ad „Vincula an. 1494. octuaginta millia florenorum Hungaricalium persolvit., Taceo Severiensem Terram à WENCESLAO Duce Tessinensi sex marcarum millibus Craco- viensi Episcopo venditum. (vid. Dipl. XXXIV. XXXV. XXXVI. XXXVII. Spec. C. nostri D.) Tandem an. 1625. Ducum Tessinensium PIASTI sanguine oriundo- rum Series, quam Tab. VI. Genealog. Dissertat. nostræ II. sistit, morte DUCIS FRIDRICI WILHELMI occidit, defuncti tamen DUCIS fôror ELISABETH LUCRETIA GUNDACCARO S. R. I. PRINCIPI LICHTENSTEINIO nupta ad vitæ dies ex eo reditus percepit. Hac nostra Tempestate an. nuper elapsi 1722. d. 12. Maji CAROLUS VI. P. F. A. P. P. ROM. IMP. GERM. HISP. HUNG. & BOHEMIÆ REX POTENTISSIMUS eundem feudi tam masculini quam foeminei Titulo obtulit SERENISSIMO PRINCIPI LEO- POLDO, DUCI LOTHARINGIÆ ET BARRI, REGI HÉROSOLYMORUM, a quo novam Tessinensium Ducum Gentem oriri felix S. LESIA sibi gratulatur. (Dipl. XXXVIII. l. c.)

**OLSNENSIS DUCATUS Amplitudo.** §. 8. Ad OLSNENSEM INFERIORIS SILESIÆ DUCATUM nos transfire non Itineris. sed Ordinis ratio, quem in Comitiis obseruant Principes, jubet; ambiunt illum à Septen- trione liberæ Dynastiæ Trachenbergensis, Milicensis & Wartembergensis: ab Oriente Ducatus Bregensis: ab Occidente Wohlavienis: à Meridie Wratislavensis, cuius & olim Pars fuerat, donec Henricus V. Crassus Dux Wratislav. & Lignicensis, quod Testamento Henrici IV. Duci Wratislav. cognom. Probi scriptum Ducatus Wratis- laviensis Hæredem Conradum II. Ducem Glogoviensem, Populo Wratislav. sic jubente, expelleret, in Captivitatem Glogoviensem Insidiis Conradi hujus an. 1293. abruptus li- bertatem magna Terrarum suarum iactura redimeret, quo fato accidit ut Olsnensis, Berolstadiensis & Constadensis Terræ ad Conradum Glogoviensem Ducem perveniret, quod Dipl. CXXI. Spec. C. nostri D. affirmat. Tandem Nepos Conradi Glogoviensis, Henrici III. Filius CONRADUS I. Terras istas ex hereditate Patris ad se delatas (vid. Dipl. XCIV. l. c.) in Ducatus formam redegit, sive ad posteros transmisit, cuius frater BOLESLO Dux Olsnensis (vid. Dipl. XLIX. l. c.) absque liberis decessisse vide- tur. Ipse vero CONRADUS I. victricibus Boleslai II. Duci Lignicensis armis, qui Patris Henrico V. Duci Wrat. & Lign. eruptas Terras recuperare studuit, co adactus est, ut ad an. 1329. VI. Id. Maji se Vasallum Ducatumque Olsnensem REGNI BOHE- MIÆ FEUDUM profiteretur. (vid. Dipl. L. l. c.) de quo Bello hæc l. IX. ad an. 1319. Dlugossius: „Amaro & exulcerato Boleslaus Brigenis & Lignicensis Dux ferens animo

**De Ducibus ejus PIA- STEA Gente criundi, sub quibus feudi foeminei naturam in- duit.**

\* Autor hujus Sententia Tilesius est ad an. 1327. cuius librum de Origine & Rebus gestis Ducum TESSINENSIUM ad Tab. nostram VI. Genealog. addimus integrum.

„animo & Patris sui Henrici Quinti Captivitatem de pactionemque & nonnullarum Civita-  
 „tum & Oppidorum Alienationem in CONRADI DUCIS GLOGOVIENSIS, Patris sui Capti-  
 „vatoris & Depaetatoris nepotes s̄avit & Conrado, filio Henrici Glogoviensis, cui Olsna &  
 „Civitates a Patre suo depactatae obtigerant, bellum moverat. Quod tamen infesto tractat  
 „peragitur animo, ut CONRADI OLESNICENSIS, adversarii sui Principatu incen-  
 „diis & spoliis pervastato & per aliquot certamina suo CONRADUM ipsum ad fundum  
 „egestatis redegerit, utpote qui equum tantummodo retinens unum pallio lineo amiceba-  
 „tur. „JOHANNES ergo BOHEMIÆ REX, quo Conrado Ducis Olsnensi prolixo  
 animi specimina ederet „e. A. 1327. XIV. Kal. Junii Gorlicii se ab Henrico VI. Duce Wra-  
 „tislav. Oppidum Prausnitz recipere & Conrado reddere velle pollicitus est: „imo „A. De Oppido  
 „1338. in Aldenaw in Die B. Annunc. S. M. V. si absque prole mascula Conradus decepit  
 „serit, in filia HEDWIGIS Gratiam Feudi foeminei Naturam induere Ducatum Olsnen-  
 „sem concessit. (vid. Dipl. LII. LI. l. c.) „Anno 1339. in die Agnetis Virginis gloriose  
 „Wratislaviæ a Ducibus Lignicensibus Bolezlao & filiis Civitatem & Terram Berol- Terra Berol-  
 „distadensem (quam Dlugosz l. c. teste Bolezlaus Dux Lignicensis sibi vindicaverat) pro distadensi:  
 „M. & DCC. marcis grossorum Pragensium Pagamenti Polonicalis recepit, quod & An. e.  
 „fer. VI. infra Octav. Assumpt. B. M. V. in Budissin REX BOHEMIÆ JOHANNES  
 „ratum habuit. „(vid. Dipl. LIII. & LIV. l. c.) An. 1345. sinistram JOHANNES XEX  
 in Polonus Expeditionem suscepit, cui & procul dubio CONRADUS interfuit, e. enim  
 A. „ Wratislav. fer. VI. ante Festum Assumptionis Beatissime Virg. ut Captivos ex suis a  
 „Polonis redimere posset, Terræ Gorenſis Partem, Vrbium Stinaviae ac Kœben Partem,  
 „imo Civitatem Frauenstadt, pro 5000. Marc. Polonicalis Pagamenti & numeri REGI  
 „BOHEMIÆ JOHANNI vendidit. „(vid. Dipl. LV. l. c.) Ad secunda vota transiens  
 CONRADUS hic, Bolconis Ducis Kozlenſis & Bitumienſis Filiam EUPHEMIAM  
 duxerat, cuius Patre circa An. 1355. liberis masculis non relictis defuncto, & Conjugis &  
 Sororum ejus nomine, qua Hæreditatem sibi cedebant, imo & Filiarum, ex quibus duæ in  
 Monasterium Trebnicense sese receperant, tertia dotem ipse addere voluit, in Terras de- Titulo Ducum,  
 functi Bolconis succedere studuit, excluso defuncti Agnato PRZEMISLAO Tessinensi Du-  
 nensi Duce. Ipse CAROLUS IV. ROM. IMP. & BOH. REX „Prage Anno 1355. IV. aucto.  
 „Non. Octobr. in solemini Principum & Procerum Concione pro Tribunalis sedens te-  
 „status est, Conrado Olsniczenſi Ducis & CASIMIRO Tessinensi in Ducatis & Ter-  
 „ris Cozlenſi & Bitumienſi nec non munitionibus Tosta & Peyskekrezem omnia illa Ju-  
 „ra competere, quæ Illustri Bolconi Ducis quondam Kozlenſi competebant. (vid. Dipl.  
 LII. CXIV. CXV. CXVII. CXVIII. CXIX. l. c.) Hinc de successione inter  
 utrumque lis exorta, de qua curatus §. 7. anteced. diximus; Bitumienſis tanien Urbis Par-  
 tem a Beatrice Sorore Bolconis, & Advocatiam Provincialem Bitomensem a Luckar-  
 di Ducissa Bitumienſi CONRADUS I. adeptus est, imo Coslensem Terram inte-  
 gram, unde Ducum Coslensem Titulus in Ducum Olsnensem Diplomatibus appa-  
 ret, quam An. denium 1479. MATTHIAS REX Casimiro IV. Ducis Tessinensi, Glo-  
 govienſis ab eo Ducatus Partem accipiens, reddidit, cum Anno 1475. Ducatum Olsnen-  
 sem emtionis Titulo consecutus est. Eadem tempestate, qua de vindicanda sibi Terra Coslensi cogitabat CONRADUS I. Milicensem quoque Arcem ab Episcopo Wra- De castro Mi-  
 tislaviensi sibi comparavit, & „Anno 1358. fer. IV. prox. ante Diem S. Michaëlis Ar- litz.  
 „changeli Wratislav. in Monasterio B. M. V. agens KAROLO ROM. IMP. ET  
 „BOEM. REGI ET SUCCESSORIBUS REGIBUS BOEMIE Jus aperturæ in illo concef-  
 „fit. „(vid. Dipl. LVII. l. c.) Ad extremam tandem senectutem pervenit, & non nisi am-  
 plificato Olsnensi Ducatu unicum filium CONRADUM II. successorem relinquens cir-  
 ca An. 1366. diem suum obiit. Hunc „Prage in Vigilia S. Matthie a WENCESLAO RE-  
 „GE BOHEM. Anno 1367. Olsnensem, Kozlensem & Bitumensem terram feudi titu-  
 „lo recepisse Dipl. LVIII. l. c. testatur: Ejus vero & posteriorum ad CONRADUM usque VIII. Album, qui Anno 1492. d. 22. Sept. ultimus sūx gentis decessit, res Dissertat. II. ad tab. Genealog. IH. dedimus; illud tamen hoc loco in memoriam revocamus, voluif-  
 se Conradum hunc VII. Johannis Ducis Saganensis Exemplo, Saxoniae Ducibus Ernesto Elect. & Alberto III. Animoso Ducatum vendere, sed MATTHIAM REGEM prohibuif-  
 se, qui suo ære Ducatum emit, a subditis Anno 1475. Homagium præsens exegit, &  
 Conradum ad vitæ dies Ducati Capitaneum dedit. Verba Michaëlis Bojeni in Vita Alberti III. l. c. recitavimus, quo & indicavimus, MATTHIAM REGEM hac Dignitate Con-  
 radum privasse, cum Joannis Saganensis in Exilium acti causam eum fovere rumor ad

DUCATUS  
ad FAMILI-  
AM PODIE-  
BRADICAM  
transit.

Regem deferret: Ducatu enim Anno 1489. exire seque in Arcem Aurasiensem ad Viadrum recipere jussus est; sed MATHIA An. insequ. 1490. repento Fato Vindobonæ extinto sævas hasce hyemes WLADISLAI REGIS gratia dispulit, qui CONRADUM VIII. suo Ducatui restituit, cui vero lætitia non diu supervixit, sed biennio exacto defunctus Olsnensium Ducum PIASTEORUM Seriem terminavit. Diplomata, hæc quæ diximus illustrantia: (1) MATHIAE UNG. BOHEMIÆQUE REGIS, Anno 1475 die Jovis ante Lætare Namslaviæ editum quo emto Ducatu præstitoque sibi Homagio Incolis Privilegia, Immunitates & Jura quælibet confirmavit: (2) Ipius Conradi, qui mortuo MATHIA REGE, WLADIZLAO REGE jubente in Ducatum rediit, eadem ob causam Olsna Anno 1490. die Jovis post B. M. V. consecutum: tandem (3) WLADISLAI UNG. BOHEMIÆQUE REGIS Olsna An. 1492. die Mercurii post Conceptionis B. M. V. exaratum, quo de Pacti illius Veritate Conradum inter &, Mathiam Regem olim initi testatur, cujus vi, si Mathia CONRADUS superstes fuerit, irritum haberi beat Homagium ab Incolis Ducatus Olsnensis MATHIAE REGI præstitum; Dn. a Weingarten in Fasic. Jurium lib. II. p. 200. & seqq. exhibuit: Vacuum vero Morte Conradi Feudum exacto abhinc triennio WLADISLAUS REX Ducibus MONSTERBERGENSIBUS concessit.

De Incrementis  
Ducatus,

qui An. 1647.  
ad SERENIS-  
SIMAM DU-  
CUM WUR-  
TEM BERGI.  
CORUM  
GENTEM  
pervenit;

in tres Partes  
& qua ratione,  
qua lege di-  
visus:

Horum Originem: Seriem & Res gestas curatius refert Henelius in Chron. Monsterbergensi, cui Ducum Tabulam Genealogicam lingua vernacula præmisimus: Primus ex illis Olsnensem Ducatum HENRICUS SENIOR habuit: GEORGII PODIEBRADII BOHEMIÆ REGIS FILIUS Anno 1498. d. 24. Junii defunctus: Pronepos ejus CAROLUS II. Henrici II. F. Caroli I. Nepos Dynastiis Sternbergensi, Jaischwiczensi & Medzibohiensi Familia sive vires auxit, quarum illas Conjunx prior Catharina de Bercka & Duba attulit; hanc Anno 1599. ære suo sibi comparavit: Ex Filiis vero CAROLI II. neque HENRICUS WENCESLAUS, qui Berolstadensem Terram; neque CAROLUS FRIDERICUS, qui Olsnensem Ducatum habuit, hæredibus masculinis inclaruit, sed unicam Filiam ELISABETHEN MARIAM hic An. 1647. d. 31. Maji moriens DUCATUS OLSNENSIS reliquit hæredem.

Hæc e. A. Kal. Maji SYLVIO NIMRODO DUCI WURTEMBERGICO nubens DUCATUM ipsi OLSENSEM attulit, qui Insignia Ducum Silesia Olsnensem Würtembergicis CAESARE FERDINANDO III. BOHEMIAE REGE concedente junxit, Dynastiam vero Jaischwicensem D. FERDINANDO tanquam MORAVIAE MARCHIONI cessit & Vindobonæ Anno 1648. d. 15. Dec. se REGIS BOEMIAE Vasallum professus est. Ad suos rediens Anno 1649. d. 3. Jan. Homagium sibi d. 26. e. m. præstari jusit, & Patris Patriæ nomen meritus incredibili Subditos tristitia Anno 1664. d. 24. Apr. mortuus affecisset, nisi Filios habuisset Hæredes, qui Patrias Virtutes mira exscriperant similitudine. Natu ex iis maximo Carolo Ferdinando Anno 1668. d. 23. Nov. defuncto tribus qui supererant SYLVIO FRIDRICO, CHRISTIANO ULRICO & JULIO SIGISMUNDO Mater lectissima ELISABETH MARIA Ducatum Olsnensem An. 1673. d. 22. Aug. in tres partes divisum regendum commisit: quare Partem Olsnensem DUX SYLVIUS FRIDRICUS: Berolstadensem DUX CHRISTIANUS ULRICUS: Julioburgensem (villa Dresken in urbis formam amplificata & Juliburgi nomine adornata) DUX JULIUS SIGISMUNDUS occupavit: ad Berolstadensem Partem Terra Constadensis: ad Juliburgensem Trebnicensis & Medzibohiensis adiectæ: Dynastia vero Sternbergensis annuos redditus in tres æquales partes eos dividere jusit, ea tamen ratione ut mille Thalerorum summam annuatim Dux SYLVIUS FRIDRICUS Fratrum senior prius accipiat. Hanc perpetuam \* Posteris Legem scripsit: & LEOPOLDUS M. suo Diplomate Vindobonæ Anno 1686. d. 3. Apr. habuit ratam. Sed absque liberis Anno 1697. d. 3. Junii decessit DUX SYLVIUS FRIDRICUS: hinc frater ejus, DUX CHRISTIANUS ULRICUS Olsnensem Ducatus Partem, CAROLUS vero JULII SIGISMUNDI Anno 1684. d. 15. Octobr. defuncti Filius Berolstadensem vi ejusdem Decreti materni occupabat, ut in duas nunc Partes Ducatus abierit, sed uno tantum in Comitiis suffragio gaudens. Olsnensem hac nostra Tempestate Ducatus Partem habet SERENISSIMUS DUX CAROLUS FRIDRICUS, DUCIS CHRISTIANI ULRICI Anno 1704. d. 5. Apr. mortui FILIUS, DOMINUS mihi longe CLEMENTISSIMUS,

\* Vocatur die Fürst-Groß-Mütterliche Disposition, quam Clariss. Dn. Lünigius in des Deutschen Reichs-Archivs Contin. I. Partis Specialis Tom. I. exhibuit integratam.

MUS, cuius Frater SERENISSIMUS DUX CHRISTIANUS ULRICUS Filio gaudet Juventutis Principe CAROLO CHRISTIANO ERDMANNO in spem Olsnenis Ducatus & SERENISSIMAE FAMILIAE WURTEMBERGICAE an. 1716. d. 26. Octobr. natus: Berolstadensem vero SERENISSIMUS DUX CAROLUS, Filius DUCIS JULII SIGISMUNDI prole adhuc destitutus.

TREBNICENSE MONASTERIUM in Ducatu Olsneni tribus a Wratislavia, quatuor ab Olsna, sex a Berolstadio distans lapidibus, Henricus Barbatus Dux Silesia, Boleslai Alti Filius, Wladizlai II. Nepos „ an. 1203. ad honorem Dei & B. Bartholomaei Apostoli fundavit, eidemque Pedium Trebnitz cum aliis Villis addidit, & septendecim lapidibus ambitum Monasterii singulari cura circumscriptis, CYPRIANO EPISCOPO WRATZLAVIENSI Sanctimoniales in Monasterium illud in Octava Epiphan. introducere, ac Henrico Gnesnensi Archi-Episcopo ratum habente, quod Diploma Ducis a.e. in Scepin in Vigilia Apost. Petri & Pauli editum (vid. Dipl. XXXIX. l.c.) testatur. An. 1206. „ VI. Id. Julii in Len sylvam suam in Districtu Aurei Montis eidem Cœnobio donavit, (vid. Dipl. XVII. Diplomatarii nostri Bohemo-Silesiaci.) An. inseq. 1207. „ VI. Id. Julii Stinaviæ ad honorem DEI, S. MARIE semper VIRGINIS & B. BARTHOLOMEI Apostoli Villam suam Budkow ejusdem Cœnobii Monialibus pro Vestitu earum contulit, (vid. Dipl. XL. in Spec. C. nostri D.) „ An. 1208. Terminos Monasterii Trebnicensis ulterius prorogavit, (vid. Dipl. XL. l.c.) ratum id habente Henrico Archi-Episcopo Poloniae & Laurentio Episcopo Wratislav. Imo e. adhuc a. IV. Id. „ Junii Neofori degens eidem Villam Cothevvitz nihil sibi penitus, neque Juris neque dominii reservando largiebatur: an. 1218. ambitum ejus denuo dilatabat: „ an. 1223. VI. Kal. Aug. in Lewmberg villis Tuzmarsdorff & Hartlibsdorff in Terra Lewmbergensi nomine perpetui Testamenti dotabat: & e. a. VI. mens. Julii in Virdelow Villas Lanke & Zarnow Jure Teutonicali locatas offerebat, ex earum redditibus duas solemnes refectiones statuens, unam in die B. Bartholomei, alteram in Anniversario post Vite sue decursum. An. inseq. 1224. intrando Trebnitz Kal. Maji Forum ante Oppidum Trebnitz in Sanctimonialium gratiam disposuit: & e.a. cum Filia se in illud reciperet, villam Lazi & alias cum mellificibus instructas eidem Cœnobio obtulit: „ ut mel cedat ad potum Dominarum & cera ad illuminandum Ecclesiam & cereus ardens ante Altare B. Bartholomei nunquam deficiat. An. 1234. ducentos iterum mansos ante Oppidum Monstirberg fitos Monasterio contulit: „ quæ singula de prolixo Fundatoris Animo abunde testantur. Ita increvit Cœnobium Trebnicense, quod & Fundatoris & Conjugis S. HEDWIGIS Reliquias servat, de quibus curatus Dissertat. II. ad Tab. I. Genealog. no. 11. & 12. diximus, (adde Dipl. XLII. XLIII. XLIV. XLV. XLVI. XLVII. XLVIII. l.c.) & ne exemplum Munificentiæ, quo istud BOHEMIAE REGES ornarunt, nobis deesset, WENCESLAI ROM. & BOH. REGIS Wratislav. an. 1404. d. 8. Aug. edita Diplomata duo produximus, (vid. Dipl. CXXXV. & CXXXVI. Diplomatarii nostri Bohemo-Silesiaci,) quo HENRICI Barbari litteras an. 1207. & 1208. editas suis inferuit & confirmavit.

§. 9. Ad SUPERIORIS SILESIAE DUCATUM OPPAVIENSEM descendimus, cuius fines a Septentrione Nissensis & Opolensis, ab Occidente & Meridie Moravia, ab Oriente Ratiborensis & Tessinensis Ducatus circumscribunt. MIECISLAUS I. Wladizlai II. Ducis Silesia Filius secundogenitus, qui superiorem an. 1163. Silesiam adeptus est, cum inter se Terras paternas Fratres dividerent, & hunc Ducatum accepit, sed Nepote ejus MIECISLAO II. Casimiri Ducis filio an. 1246. absque liberis defuncto REX BOHEMIÆ eum occupavit, filioque Notho NICOLAO contulit. Illum Wenceslaum III. cognom. Ottocarum & Monoculum fuisse tradit Schickfusius in Chron. Si-les. P. II. p. 140. Cromeri forte verbis in eam sententiam traductus, quæ Dissertat. II. ad Tab. VII. Genealog. no. 1. recitavimus; verum Cromero antiquior Dlugossius, Math. de Michovia, Dubravius & alii hunc Wenceslai Regis filium Nothum nesciunt, sed a PRZEMISLAI OTTOCARI REGIS Filio Noto NICOLAO DUCES OPPAVIENSES Originem trahere affirmant, quæ scriptorum verba l.c. produximus: imo CAROLUS IV. ROM. IMP. & BOH. REX in litteris Pragæ an. 1348. VII. Id. Apr. Indict. I. editis, quibus Moravia Marchionatum & OPPAVIENSEM DUCATUM feuda hæreditaria REGUM & CORONAE REGNI BOHEMIAE esse testatur, & in aliis ibidem an. 1355. Ind. VIII. V. Kal. Octobr. confessis, quibus Johanni Fratri Moraviæ Marchionatum contulit, (apud Balbinum Epist. publicar. P. II. Ep. II. III. & IV.) „ PRZEMISLAUM REGEM DUCATUM „ OP-

„OPPAVIENSEM ex novo creasse, illique DUCEM NICOLAUM, Patrem NICOLAI tunc „viventis dedisse diserte affirmat.“ REGI BOHEMIAE Jus in DUCATUM istum ex Testamento MIECISLAI II. natum erat, quo Opaviensem Ducatum PRZEMISLAO legatum fuisse, Dlugosius ipse l. VII. ad an. 1273. memoriz prodidit: illud tamen Boleslaus Pudicus Dux Cracoviensis & Sandomiriensis infringere conatus est, hinc an. 1253. cuius mense Septembri testante id Chron. Augustensi WENCESLAUS III. BOH. REX decesserat, Moraviam & OPPAVIENSEM Regionem ingressus igne & ferro pervaatabat, & ingentem captivorum numerum in Poloniā & Russiam Dlugosso teste abducebat: imo WLADIZLAUS OPOLIENSIS ET RATIBORIENSIS DUX, Boleslai Pudici partes secutus an. insequ. 1254. novam in Ducatum hunc expeditionem suscipiebat, quem totum dilacerabat: Eo tandem res rediit, ut an. 1273. de Ducatu hoc certantes PRZEMISLAUS OTTOKARUS BOHEM. REX, & Boleslaus Pudicus Dux Cracoviensis Opaviæ convenirent, ubi quidem Pax inter ipsos sancita, litis tamen ipsius Decisio in aliud viginti Annorum Spatiū prorogata autore Dlugosso. Interim an. 1278. d. 26. Aug. in Prælio cum RUDOLPHO I. Habsburgico, ROM. IMP. gesto BOH. REX occubuit, & an. insequ. 1279. IV. Id. Decembr. ipse Boleslaus Pudicus Dux decessit: hinc quieta Ducatus Possessio NICOLAO I. ex Puella nobili Austriaca Cünringia nato OTTOKARI Filio, cuius Res & Posteros Dissertat. II. ad Tab. VII. Genealog. cumulatius descripsimus. Seculo XIV. inchoante Ducatum hunc Pignoris nomine Duces Wratislavenses. & Suidnicenses habuerunt, (vid. Dipl. LIX. & LX. in Spec. C. nostri D.) quem tamen NICOLAUS II. an. 1318. „V. Non. Julii a JOHANNE BOHEM. REGE, feudi titulo „recipiens recuperabat, qui & REGE jubente subditos & Vasallos Oppavienses penes „Jura & libertates eorum se inviolabiliter conservare velle Brünnæ an. 1338. XIV. Kal. „Aug. pollicitus est: & an. insequ. 1339. d. 8. Julii Olomucii oppidum Hermannstadt, „Villam Arnoldsdorff & castrum Edlstein REGI tradidit, pœnitens ejus Majestatem a se „fuisse læsam.“ Ex dupli Matrimonio filios circa an. 1366. defunctus NICOLAUS II. reliquit, inter quos controversiam de divisione DUCATUS ortam an. 1367. „Pragæ „CAROLUS IV. cum LUDOVICO Bregensi & PRZEMCONE Tesinensi Duce „ea ratione sustulit: ut JOHANNES primogenitus Ducatum Ratiboriensem integrum, „quem Mater ejus Anna Dotis loco NICOLAO II. attulerat; omnes vero fratres qua- „tuor ex æquis partibus Opaviensem Ducatum nanciserentur, cum Jure accrescendi „& aliis beneficiis, quæ speciatim Dipl. LXIV. Spec. C. nostri D. recenset, (adde l.c. Dipl. LXI. LXII. LXIII. & LXV.) JOHANNES iste I. DUX OPAVIENSIS & RATIBORIENSIS Annam, Henrici IV. Ducis Glogov. Filiam, duxit, (vid. Dipl. LXII. l. c.) & minorennum Fratrum in se Tutelam suscepit, (vid. Dipl. LXVI. l. c. omnes vero DUCES OPAVIENSES Wratislav. an. 1404. Die solis prox. post assumpt. B. M. V. simultanea Investitura WENCESLAUS ROM. & BOH. REX donavit. (vid. Dipl. LXVII. l. c.)

Ad MONSTERBERGENSEM  
DUCEM VICTORINUS  
GEORGII  
REGIS BOHEMIAE F.  
pervenit.

GEORGIO postea BOH. REGE imperante cum Monsterbergensem Ducatum filii ejus feudi titulo occuparent, Opaviensem quoque VICTORINUS secundogenitus adeptus est. Hessus in Sileſ. magna MSta tradit: „Ernestum Ducem Opaviensem & Monsterbergensem fratri sui Wilhelmi filiorum Tutorem parum fidum, cum Ducatus Opaviensis Pars media ad illum pertineret, altera vero ad Pupillos, hanc GEORGIO BOJEMIAE REGI vendidisse. Dlugosius vero l. XIII. ad an. 1460. Nicolaum I. Ducem Opoliensem acceptani a Fratre Bolezlao an. 1460. d. 20. Maii defuncto Opaviensis Ducatus alteram Partem, quam is pro XLM. florenorum emerat, ut Opoliensem Ducatum integrum eo tutius sibi vendicare posset, REGI BOJEMIAE GEORGIO obtulisse, Autor est. Hac itaque ratione Ducatum hunc VICTORINUS a Patre GEORGIO REGE consécutus est, quem tamen cum Slavoniam oppidis quibusdam MATHIA REGE adhortante commutavit, qui filio naturali JOHANNI CORVINO tradidit, de quo hæc Henelius in Adversariis Hist. Sileſ. MStis:

„JOHANNES CORVINUS Herzog zu Troppaw und Liptaw, und der Königreiche zu Croacie und Dalmacię &c. &c. übergiebt Bürgermeistern und dem Rath der Stadt Troppaw alle die Altar zu Troppaw, fürnehmlich in der Pfarr zu S. Georgen und zu S. Johannis, die ihm und den Herren zu Troppaw zugehören, auch künftig ihm, seinen Erben und Nachkommen zufallen und zustehen möchten, auf daß sie dieselben nach ihrem Verstande verehend, deren ewige Verleihung und Collatores seyn, und ihnen jetzt und zu ewigen Zeiten zugehören sollten, darmit sie also ihre Stadt-Kinder begaben möchten: Besiehlet darauf, daß alle Priester gedachter etwann seien, und nun der Bürger zu Troppaw Altarien, Altaristen, die Briefe und Gerechtigkeiten in ihre Gewalt aufs Rathaus ohn alle Widerrede in Monaths-Frist einstellen sollten: Mehr übergiebt gedach-

„gedachter Fürst den Troppauern alle Recht und Gerechtigkeit, so er zu den Jüden daselbst gehabt, also, das die Jüden weder in der Stadt noch in der Vorstadt mehr gelitten, und in keinerley „erdachter Weise geduldet werden sollten. Datum Karpen am Freytag des Tages S. Galli A. „Dni 1500..”

Sed WLADISLAUS HUNG. & BOH. REX. cum Fratre Johanne Alberto prope Cassoviam an. 1491. in Dominica Invocavit Pacem iniens „Ducatum Opavie ab Illustr. Johanne Corvino Duce Slavonie & Liptovie per Viam Concambii sive pro parata Pecunia eliberare & Fratri se dare velle promiserat: „(vid. Dipl. CLXXVII. Diplomatarii nostri Bohemo-Silesiaci;) hinc & huic legi, quam sibimet ipse scripserat, postea fecit satis, & Ducatum Opavensem primum Fratri Johanni Alberto, inde hoc in Regem Poloniae evepto Fratri Sigismundo feudi titulo concessit, sed & hic ad Polonię Gubernacula an. 1507. vocatus reliquit vacuum, quare WLADISLAUS Budæ „an. 1515i in Festo Epiphaniarum Dmij eum ad Vitæ Dies CASIMIRO IV. Duci „Tessinensi concessit, „(vid. Dipl. CLXXXIII. l. c.) quod & „an. 1523. Posonii in Festo „Conceptionis S. M. V. Filius LUDOVICUS UNG. & BOH. REX confirmavit, „(vid. Dipl. CLXXXVII. & CLXXXVIII. l. c.) Imo D. FERDINANDUS I. UNG. & BOH. REX id ratum habuit; sed mortuo an. 1528. CASIMIRO, quem turbato mortalitas ordine Filius Wenceslaus an. 1526. præcesserat, feudi vacui nomine ad BOHEMIÆ REGEM iterum fuit devolutus.

Seculo fere abhinc exacto MATHIAS IMP. HUNG. & BOH. REX an. 1614. eo SERENISSIMUM S. R. I. PRINCIPEM CAROLUM LICHTENSTEINIUM donavit, cuius & ipse & D. FERDINANDUS II. CÆSAR in Turbis, quæ Bohemiam dilacerabant, fidem expertus est maximam: postea quoque a. 1624. DUCATU CARNOVIENSI Johanne Georgio March. Brandenburgico proscripto auctum, quo CÆSARIS AUGUSTI Munificentia, quæ a Bethleni Gaborii Exercitu Moraviam diripiente damna passus erat, Princeps Lichtensteinius resarcivit. Utrumque an. 1627. d. 12. Februar. diem suum obiens transmisit ad Posteros; verum Nepote Johanne Adamo Andrea, Caroli Eusebii Filio an. 1712. d. 16. Jun. absque liberis masculinis defuncto ad ANTONIUM FLORIANUM S. R. I. PRINCIPEM LICHTENSTEINIUM, Agnatum, Hartmanni Filium, qui CAROLI illius Frater fuerat transit & OPPAVIENSIS & CARNOVIENSIS, DUCATUS quos hac nostra Tempestate Patre de CÆSARUM MAXIMO CAROLO VI. optime merito an. 1721. d. II. Octobr. defuncto Filius unicus habet: SERENISSIMUS DUX, JOSEPHUS JOHANNES ADAMUS S. R. I. PRINCEPS LICHTENSTEINIUS.

§. 10. De CARNOVIENSI DUCATU SILESIÆ minimo, quem OPAVIENSIS undique circumscribit, & OPOLIENSIS non nisi à Septentrione attingit, quæ speciatim referam, habeo pauca, cum OPAVIENSIS olim Pars & eadem quoque fata expertus fuerit. Barbara, Nicolai V. Ratiborienfis & Carnoviensis Filia, defuncto circa an. 1494. priore Marito Johanne Duce Osswizenfi, ut Scriptores nostri uno ore affirmant, vel Filia ejus, ejusdem forte Nominis, ut Dipl. CLXVI. Diplomatarii nostri indicare videtur, Ducatum hunc Georgio L. B. Schellenbergio, Johannis supremi in Regno BOHEMIÆ Cancellarii Filio attulit, quod litteræ Investituræ a WLADIZLAO REGE Budæ an. 1506. Die Veneris post Festum Ascensionis CHRISTI editæ testantur. Ab hoc LUDOVICO REGE consentiente GEORGIVS Marchio Brandenburgicus Ducatum emit, qui Arcem Carnoviensem restauravit, Opoliensem & Ratiborensem Ducatum Pignoris nomine habuit, Comitiis Augustanis an. 1530. interfuit, & PII cognomen meruit. An. 1545. defunctus Filium unicum Georgium Fridricum an. 1539. d. 5. Apr. ex prima Conjuge Beatrice, Filia Johannis Hunniadis, Sorore Mathiæ Ung. Bohemiæque Regis natum, Hæredem reliquit, cuius Tutelam Albertus Marchio Patruus suscepit, qui bellica laude inclaruit & an. 1557. diem suum obiit. Cum vero & Georgius Fridricus Marchio Brand. DUX CARNOVIENSIS, an. 1603. d. 26. Apr. absque liberis decederet, Joachimum Fridricum Electorem Brandenburgicum Hæredem habuit, qui Filio Johanni Georgio, electo Episcopo Argentinensi Ducatum regendum commisit an. 1607. Carnovii excepto. An. 1611. MATHIAM II. BOHEMIÆ REGEM Wratislaviam adventante comitatus est, illique Homagium præstitit: an. 1617. ad D. FERDINANDUM II. Ducum & Ordinum Silesiæ Legatus extitit: cum vero ad Fridrici Palatini Castra transiret ejusque nomine Lusatiam superiorem, Comitatum Glacensem, Moraviæ & Silesiæ Partem occuparet, iram, indignationemque Victoris FERDINANDI meruit, quare proscriptus & finibus Silesiæ pulsus DUCATUM

HODIERNUS  
EJUS DUX  
idem ac  
OPPAVIEN-  
SIS:  
  
SAGANEN-  
SIS DUCA-  
TUS  
  
DUCES PIA-  
STEI :  
  
ad SAXONIE  
DUCES  
transit :  
  
restitutus RE-  
GII BOHE-  
MIE an. 1549.

CARNOVIENSEM an. 1623. amisit, quem ante Seculum e. a. Georgius Marchio feudi titulo acceperat. Obiit Leutschovii in Super. Hungaria an. insequ. 1624. hinc CARNOVIENSIS DUCATUS ad CAROLUM PRINCIPEM LICHTENSTEINUM, DUCEM OPAVIENSEM D. FERDINANDI II. Gratia feudi titulo delatus: cumque D. LEOPOLDUS M. an. 1686. d. 7. Maii Potentissimæ Genti Brandenburgicæ Terra Swibusensi cederet, hæc omni, quod in Ducatum hunc superesse poterat, Jure cessit, Titulumque & Possessionem Gentis LICHTENSTEINIÆ adprobavit.

§. II. Ex Superiori in Inferiorem Silesiam ad SAGANENSEM DUCATUM divertimus: quem a Septentrione Crostensis, a Meridie Javoriensis Ducatus & superioris Lusatiae, ab Occidente inferioris Lusatiae Marchionatus, ab Oriente vero GLOGOVIENSIS DUCATUS, cuius & olim Pars fuit, attingunt. Cunradus II. Henrici Pii Dux Silesia a Tartaris an. 1241. V. Id. Apr. occisi Filius Ducum Glogoviensium, Saganensium & Crostensium Seriem inchoavit; cuius Nepos HENRICUS IV. Henrici III. Filius „in divisione terrarum paternarum Glogoviæ an. 1212. Fer. III. post „Dominicam qua cantatur: Oculi mei, cum fratribus quatuor facta SAGANUM & „alias Urbes accepit.“ (vid. Dipl. XCV. Spec. C. nostri D.) quas „Wratislav. an. 1329. „fer. III. post Dominicam: Misericordia, a JOHANNE BOHEMIÆ REGE sese feudi titulo recepisse testatur. (vid. Dipl. LXVIII. l. c.) Neque tamen a Ducatu Glogoviensi tum SAGANENSIS erat divisus, donec Pronepos Henrici IV. Johannes I. Henrici VI. Filius, Henrici V. Nepos eum sortiretur, cuius Filius JOHANNES II. qui an. 1504. & vitam & Gentem suam terminabat, DUCATUM SAGANENSEM an. 1472. præcipite, paulo ante Nativitatis CHRISTI Saxonia Ducibus Ernesto Electori & Alberto III. pro summa 55000. Aureorum Ungaricorum vendebat, quibus & MATHIAE REGIS accessit Consensus: hinc an. 1474. Ernestus Elector Wratislaviae commoranti REGI Homagium præstítit, inde Ducatum Fratri Alberto regendum commisit. Albertum Duxem an. 1500. defunctum Filius GEORGIVS: hunc an. 1539. mortuum HENRICUS Frater in DUCATU SAGANENSIS excepit: quo biennio exacto diem suum obeunte Filii MAURITIUS & AUGUSTUS ad Regiminis Gubernacula accesserunt: MAURITIUS vero ad Electoralem Dignitatem evectus DUCATUM hunc SAGANENSEM D. FERDINANDO I. reddidit, cum sumptuum restitutionem ob Johannem Fridricum Electorem, Agnatum MAURITII exaucto- ratum, in Carcere haec tenus detentum factorum, eoque nomine Misnia Dynastiam Eulenbergensem peteret; quod an. 1549. d. 19. Julii confectum est, accipientibus Ducatum Regis Nomine Christophoro L. B. de Dohna in Königsberg, Johanne de Schlieben, & Nicolao de Mezrad; redditibus Electoris nomine Fabiano de Schönaich, Capitaneo Saganensi, & Simone Pistoris, J. U. D. hinc d. 20. Julii Ducatus Regi Homagium præstítit.

Pignoris eum nomine deinceps habuerunt an. 1553. Georgius Fridricus Marchio Brandenburgensis: an. 1558. CASPAR a PROMNITZ, EPISC. WRATISLAVIENSIS: quo an. 1562. defuncto hæres ejus Testamento scriptus Seyfridus L. B. de Promnitz ad Vitæ sibi dies vindicavit, consentiente RUDOLPHO II. ea tamen lege, ut ad posteros non hunc sed Soraviensem Dynastiam transmittat.

An. tandem 1628. FERDINANDUS II. IMP. HUNG. & BOH. REX DUCATU SAGANENSI feudi titulo ALBERTUM WALDSTEINIUM donabat, ortu Baronem Bohemum, Copiarum suarum Duxem Generalissimum, S. R. I. Principem, Duxem Fridlandum, quem & postea Duxem Megapolitanum, Principem Vandolorum, Comitem Sverinensem, Rostochii & Stargardii Dominum creavit. Hic utriusque Fortunæ, denique sinistræ Exemplum singulare Egræ an. 1634. d. 14. Febr. periit: quare vacuum Ducatum iterum occupavit D. FERDINANDUS II. cuius Filius & Successor FERDINANDUS III. an. 1646. WENCESLAO EUSEBIO S. R. I. PRINCIPI LOCKOWITZIO vendidit, Consilii Bellici in Aula AUGUSTISSIMA Präfidi, qui D. LEOPOLDO M. IMPERANTE Silesia totius Capitaneus extitit, cuius cum Aulæ IMPERATORIS Präfectus Vindobona abesset, vices *Celissimus Comes Schaffgotschius Christophorus Leopoldus* gesit. Raudnicii in Bohemia an. 1677. defuncto Filius FERDINANDUS AUGUSTUS LEOPOLDUS ex AUGUSTA SOPHIA PALATINA, Augusti Sulzbacensis Filia, natus successit: huic an. 1715. d. 2. Octobr. mortuo Filius natu major SERENISSIMUS DUX SAGANENSIS, PHILIPPUS, S. R. I. PRINCEPS LOBKOWIZIUS.

DUX SAGA-  
NESENSIS,  
ALBERTUS  
WALDSTEI-  
NIUS:

nunc

SERENISSI-  
MUS S. R. I.  
PRINCEPS  
LOBKOWI-  
ZIUS.

s. 12. Inferioris quoque Silesiæ DUCATUS MONSTERBERGENSIS est: DUCATUS MONSTER-BERGENSIS.  
 cuius a Septentrione fines Bregensis, ab Occidente Svidnicensis, ab Oriente Nissensis  
 Ducatus, a Meridie vero Comitatus Glocensis. In Monsterbergensem & Francosteinensem Terram dividitur, quarum Res singulari Chronico Celeberr. Henelius exposuit.  
 DUX primus BOLCO II. Bolconis I. Filius, Boleslai Calvi Nepos extitit, relicto fratribus Bernardo Suidnicensi, & Henrico I. Javoriensi Ducatu: ipse vero BOLCO II. DUCEΣ EX GENTE PIASTEA:  
 BOHEMIÆ accedere noluit, & Bellum cum Carolo March. Moravia gesit, qui Francosteini dura obsidione cinxit. Transactione tandem Lis sopita, ut cumulatius l.c. Henelius tradit, Dux Bolco II. ad Vitæ dies Glocensem Terram accepit, & „ an. BOLCO II.  
 „ 1336. in Festo Decollationis S. JOH. BAPT. Strubingæ sè REGIS REGNIQUE BOHEMIÆ Vasallum professus est: ab eodem DOMINO REGE per Osculum hinc inde prelibatum & reassumptione Bireti DUCATUM MONSTERBERGENSEM, in Feodum honorabile recipiens: (vid. Dipl. LXXI. Spec. C. nostri D. ex quo & quibus ea Tempestate Ducatus Finibus circumscriptus fuerit elucescit.) „ An. insequo.  
 „ 1337. in crastino Epiphan. DOMINI Wratizlav. Civitatem Francosteinensem & fer. „ V. infra Octav. Epiph. civitatem Strelin JOHANNI BOEMIE REGI op-  
 „ pignoravit: e. a. fer. VI. post Epiph. DOMINI sese efficere velle pollici-  
 „ tus, ut Vasalli ejus & Incolæ Ducatus Monsterberg. infra festum Purific. MARIAE eidem fidelitatis & clientelæ Juramentum præstent: imo fer. IV. post Epiph.  
 „ DOMINI e. a. & l. REGI & suis Successoribus Jus Castrum & Civitatem Reichenbach Patruis suis Bolconi & Henrico Ducibus Svidnicensibus oppignoratam reluen-  
 „ di concescit: & VI. Id. Januarii aliis litteris promisit, si Conjugem suam prius de-  
 „ cedere contingeret, se non nisi BOH. REGIS accidente Consensu cum alia Matrimo-  
 „ nium velle contrahere, quæ singula de prolixo DUCIS in REGEM animo abunde testantur. (vid. Dipl. l. c. LXXII. LXXIII. LXXIX. LXXX. Plura de Rebus ab Eo gestis Dissertat. II. ad Tab. IV. Genealogic. no. 15. diximus: cui an. 1341. III. Id. Junii de NICOLAUS.  
 functo filius unicus NICOLAUS successit, qui „ e. a. Pragæ in die S. Bartholom. Apostoli litteras edidit, quibus, si in Johanne BOHEMIÆ REGE quicquam humanitus eveniret, se non alium quam CAROLUM Moraviae Marchionem Dominum habere BOLCO III. testatus est. „ Quare hic an. 1343. fer. III. proxima ante Diem S. Galli Monsterbergæ agens, cum ære alieno Nicolaum laborare cognosceret, quod Pater ob ingentes bellum apparatus contraxerat, urgente necessitate ipsum Terras aut Urbes suas vendere permisit, Jure tamen Protimiseos ad tredecim septimanarum adie requisitionis Spatiū, imo Feudi Dominio BOHEMIÆ REGI servato: eodem Diplomate cautum est, quod si DUCEM MONSTERBERGENSEM non nisi filiabus relicitis decedere contingere, cuilibet illarum a REGE BOHEMIÆ Feudi Domino illud vacuum occupante duo millia sexagenarum grossorum Pragensium esse solvenda, ipsis vero donec, ea fuerint soluta, Usufructum Ducatus Pignoris nomine competere. E. a. in die Calixti B. Papæ Monsterbergensis & Francosteinenensis; Strelinensis vero Urbs fer. IV. proxima ante Diem B. Galli cum Vasallis Terræ ejusdem in casum defientium absque liberis masculinis Ducum suorum JOANNI REGI & CAROLO MORAVIÆ MARCHIONI Homagium præstiterunt, quod & jusit & ratum Dux NICOLAUS JOANNES & HENRICUS Fratres.  
 „ habuit, rebelles vocans qui idem facere recusent. Tandem an. 1351. fer. IV. prox. ante festum B. Martini Episcopi, Wratizlavia Civitatem Francosteinensem & Districum Monasterii Camencensis CAROLO IV. IMP. REGI BOHEM. jure hæreditario vendidit. (vid. Dipl. LXXIV. LXXV. LXXVI. LXXVII. LXXVIII. LXXIX. l. c.) Iter in Terram sanctam postea suscipiens inde circa an. 1368. redux in Hungaria decessit: Corpus vero in Monasterio Henrichovensi sepultum. Filius ejus natu major BOLCO III. Euphemia Bolconis Ducis Cosensis Filiæ Maritus, ad an. usque 1410. superstes fuit quod cumulatius Diplomatum fide ad Dissertat. II. Tab. Genealog. IV. no. 21. probavimus: Ex ejus vero numerosa Sobole JOHANNES Filius, qui cum Fratre HENRICO communione prius Imperium habuit, eo inde defuncto solus Ducatum rexit, & an. 1428. d. 26. Dec. in Prælio cum Husitis prope Villam Wilhelmsdorff in Comitatu Glacensi gesto occubuit, sterile cum Elisabetha, Spitconis a Melstein Palatini Cracoviensis Vidua expertus est matrimonium hinc feudum vacuum SIGISMUNDUS IMP. HUNG, & BOH. REX occupavit, cuius tamen ad Vitæ Dies Usufructum EUPHEMIA, Ducis Johannis occisi Soror, Fridrico IV. Comiti Oettingensi nupta habuit. (vid. Dipl. CXXV. & CXXXIII. Diplomatarii nostri Bohemo-Silesiaci.

Curæus & qui eum sequuntur, circa Annum CHRISTI 1404. Johannem Oppavensem  
 Y y 2

De Faris Du-  
catus Sec. XV.  
nchoante.

ensem & Ratiboriensem a WENCESLAO ROM. ET BOHEM. REGE colloca-  
tum scribunt in Ducatum Monsterbergensem, ad REGEM BOHEMIÆ priorum  
Principum morte dovolutum. At enim fallunt hi & falluntur: cum enim hoc ipso an-  
no & sequentibus ad an. usque 1410. BOLCO III. Dux Monsterbergensis cum Conju-  
ge Euphemia vixerit & eo defuncto Johannes & Henricus Filii rerum porti sint, inter-  
ea vero Hanussius sive Johannes ille Oppav. & Ratibor. ob venditum a Nicolao Duce  
CAROLO IV. Francosteiniū, Capitaneum saltim Francostenensem ac Glocensem  
egerit, nec alio in litteris, quas varias videre contigit, titulo, quam hoc usus fuisse comperia-  
tur: „ Wir Johannes von GOTTES Gnaden Herzog von Troppaw und Herr zu Ratibor, in  
„ Macht des Allerdurchleuchtigsten Fürsten und Herren, Herren SIGMUNDVS von GOTTES Gna-  
„ den Römischen Kunigs &c. obrister Hauptmann zu Glatz und Franckenstein; „ elucescit  
omnino JOHANNEM DUCEM MONSTERBERGENSEM, cujus ad an. usque  
1428. litteras & Diplomata Dissertat. II. ad Tab. IV. Genealog. no. 25. produximus, non  
illum Opaviæ Ducem, sed Piasteo Sanguine natum & BOLCONIS III. Filium fuisse. Er-  
rori forte locum dedit, quod Scriptores isti BOLCONEM III. Monsterbergensem cum  
Bolcone Juventutis Principe, Bolconis II. Svidnicensis Filio, quem a Morione in iram pro-  
vocato lapidis jactu occisum ferunt, commutarent.

AD DUCES  
OPAVIEN-  
SES transit:

inde ad MON.  
STERBER-  
GENSES:

Alii delatum occasu JOHANNIS DUCIS PIASTEI ad SIGISMUNDUM  
IMP. HUNG. & BOHEM. REGEM Ducatum Monsterbergensem Pothoni de  
Czaftalowitz Bohemo, quem Imperatori a Consiliis Comitiis Bohemiarum an. 1422. Czasla-  
viae habitis Theobaldus in Hist. belli Husitici intersuisse tradit, imo Francostenensem  
ca Tempestate Capitaneum fuisse Diplomata testantur, Pignoris nomine oblatum tra-  
dunt: id Diplomatis fide constat an. 1443. Ducatum MONSTERBERGENSEM  
WILHELMUM OPAVIÆ DUCEM obtinuisse, cui an. 1452. defuncto ERNE-  
STUS frater succesit: uterque vero liberos masculinos non reliquit, hinc feudi titulo  
ad BOHEMIAM rediit: (vid. Dipl. LXXXII. l. c.) cumque GEORGIUS PODIE-  
BRADIUS Regni Gubernator & Aula Magister, LADISLAO REGE concedente,  
(vid. Dipl. CLXIX. Diplomatarii nostri Bohemo - Silef.) Urbesa Ducibus solim Mon-  
sterbergensis Pignori datas redimeret, accidit tandem repentina Fato an. 1457. LADIS-  
LAO REGE extincto, ut GEORGIUS REX dictus Ducatum hunc optimo Jure  
Filiis VICTORINO & HENRICO Seniori conferret ab IMP. FRIDRICO III. egre-  
gio an. 1462. Diplomate auctis, (vid. Dipl. CCI. Diplomatarii nostri Bohemo - Silef.)  
quem GEORGIUS REX ac VICTORINUS Filius in Arce Vindobonensi obse-  
sum liberaverant. (vid. Dipl. CLXXI. l. c.)

Emitus tandem  
a REGE BO.  
HEMIÆ.

HODIERNUS  
DUX MON-  
STERBER-  
GENSIS

Ducum horum Res & Posteros Henelii Chronicon cumulatius edit; adversa ta-  
men \* Ducatus saepius Fata sub iis expertus est: Johanni Duci Opoliensi circa an.  
1509. Fridrico II. Duci Lignicensian. 1542. Pignori datus, a cuius Filio Fridrico III. D.  
FERDINANDUS I. ROM. IMP. UNG. & BOH. REX eum an. 1551. redemit,  
& an. insequ. Isabellæ Hungariæ Reginæ, Johannis I. Hung. Regis, Comitis Scepensis  
Conjugi relictæ tradidit, quæ tamen in Transylvaniam rediit, unde a D. FERDI-  
NANDO I. Johannes I. Dux Monsterbergensis & Olsnensis, soluta pro qua Pignori  
datus erat Pecunia summa, eum recepit: sed filius ejus unicus Carolus Christophorus  
ære alieno oppressus agnatis Ducibus Berolstadii sedem habentibus vendidit, a quibus  
Ordinibus Ducatus hujus relutionis Jure concessus est: sed hi MAXIMILIANO II.  
IMP. HUNG. & BOHEM. REGI se submiserunt eoque commoverunt ut Duca-  
tum emeret egregioque illos Diplomate Pragæ an. 1570. d. 30. Maji donaret, quod Un.  
a Weingarten in Fasciculis diversorum Jurium I. II. p. 149. exhibuit, cui RUDOLPHI  
II. in eadem arce Pragensi an. 1584. d. 30. Maji editum jungas. (vid. Dipl. LXXXII.  
Spec. C. nostri D.) Cumulatius hæc l. c. prosequitur Henelius, qui an. 1589. definit:  
Ducatus tamen MONSTERBERGENSIS in Ducum Olsnenium Titulis ad Caroli  
usque Fridrici Filiam ELISABETHEN MARIAM, quæ Sylvio Ninrodo Duci Wür-  
tembergico Olsnensem Ducatum dotis loco attulit, superfuit, cujus per Capitaneum PO-  
TENTISSIMI REGIS BOHEMIÆ Curam gerebant.

De GENTE tandem AUGUSTISSIMA AUSTRIACA egregie merito S. R.  
I. PRINCIPI AVERSBERGICO JOANNI WEICKHARDO eum feudi titulo an.  
1654. D. FERDINANDUS III. concessit: qui an. 1677. d. 5. Nov. defunctus Filium  
natu

\* De Cœnobiosis Henrichoviensi & Camencensi ex instituto in Chron. Monsterberg. agit Henelius.

natu majorem FERDINANDUM ad an. usque 1707. d. 6. Aug. superstitem, inde fe-  
cundogenitum FRANCISCUM successores habuit: cuius an. 1713. d. 6. Junii mortui fi-  
lius superstes unicus eum regit feliciter SERENISSIMUS DUX, HENRICUS, S. R. I.  
PRINCEPS AUERSBERGICUS.

EX SERENIS-  
SIMA GEN-  
TE AVERS-  
BERGICA.

§. 13. Hi sunt Ducatus, qui Ducibus adhuc gaudent, distracti ab iis, quos RE-  
GIS BOHEMIÆ hæreditarios vocamus, ad quos priusquam transeam, Dynastiarum Sile-  
sia liberarum rationem habere operæ pretium esse reor, quæ numero sex unum tan-  
tum ferunt suffragium. Primum sibi ex iis locum VVARTEMBERGENSIS vindicat, a Septentrione Polonia, ab Occidente Ducatu Wohlaviensi, a Meridie Olsnensi, ab Ori-  
ente Dynastia Milicensi cincta: Ducatus olim Olsnensis Portio, a quo circa annum  
CHRISTI 1495. cum is ad Monsterbergenses Duces transiret, avulsa diversos Dominos  
nacta est: Hancone in Haugwiczium, Lib. Bar. a Briskovitz, Zdenconem L. B. de Lö-  
ben & Rosenthal, Bernhardum, Johannem & Joachimum Maltzanios, inde Georgium  
L. B. a Braun, Cameræ Regiæ Silesiacæ Præsidem, cuius filius ære alieno oppressus eam  
Abrahamo Burggravio Dohnensi vendidit, celeberrima & antiquissima Gente nato, cu-  
jus Nepos Carolus Hannibal, Filius Caroli Hannibal, qui bello tricennali inclaruit, an.  
1711. d. 9. Apr. absque liberis defunctus ex Agnatis Burufficis Successorem nactus est  
ILLUSTRISSIMUM DN. DN. ALEXANDRUM, BURGGRAVII ET COMITEM DOH-  
NENSEM, DYNASTAM SILESIAE WARTEMBERGENSEM.

DE LIBERIS  
SILESIAE  
DTNASTIIS:

WWARTEM-  
BERGENSI:

MILICENSEM a Septentrione Polonia, ab Oriente & Occidente Dynastia Trachem-  
bergenfis, a Meridie Ducatus Olsnensis ambit, cuius olim fuit Portio, cum ab Episcopo SI:  
Wratislavensi Precislao Conradus I. Dux Olsnensis eam suo ære an. 1358. recuper-  
ret, & ad Posteros transmitteret. Inde VVLADIZLAUS UNG. & BOH. REX iis ex-  
tinctis an. 1494. die S. Andreæ Sigismundo L. B. Kurzbachio eam Feudi titulo concep-  
sit, verum eo defuncto fratribus Johanni & Henrico Budæ an. 1514. Die Mercurii post  
Reminiscere Allodii nomine, quod Diplomata CLXXXI. & CLXXXII. Diplomatarii  
nostræ Bohemo-Silesiæ testantur. Nos Kurzbachiorum Gentem ad Tab. II. Genealog.  
no. 57. Dissertat. II. exhibemus, ex qua Henricus II. L. B. in Trachenberg & Militsch,  
Dominus in Drum, Consil. Cæsar. doctrina & eloquentia præstantissimus, qui an. 1590.  
X. Kal. Qvinct. obiit, Joachimum Malzanium, L. B. de Wartenberg & Pentzlin anti-  
quissima Gente Megapolitana natum, Eva Lobkovvizia Neptis suæ Maritum, Testa-  
mento hæredem scripsit: cuius Posteros l. c. Dissertat. II. invenies: nunc Pronepos eam  
regit feliciter EXCELLENTISSIMUS DN. DN. JOACHIMUS WILHELMUS, COMES MAL-  
ZANIUS, L. B. de WARTENBERG & PENZLIN, DYNASTA SILESIAE MILICENSES.

MILICEN-  
SI:

Superioris Silesiæ est DYNASTIA PLESSENSIS, quam a Septentrione Opolien-  
sis, ab Occidente Ratiboriensis, a Meridie Testinensis Ducatus, ab Oriente vero Polonia Regnum cingunt. An. 1407. Dotalitii nomine eam Conugi HELENÆ, Coributhi  
Ducis Lithuaniae Filia, Johannes II. Dux Opav. & Ratiboriensis adscripsit: (vid. Dipl.  
XLIX. Diplomatarii nostri Bohemo-Silesiaci) verum Nepos ejus Wenceslaus Dux Ribnicensis an. 1474. (vid. Dlugossus & Math. de Michovia ad an. hunc) cum Henri-  
co Seniore Duce Monsterbergensi Bellum gerens, adversa fortuna usus, captus eaque  
multatus fuit. Ad Illustrem inde Hungaria Turzonum Gentem pervenit, ex qua Alexius I. Turzo de Bethlehemfalva & Johannes II. Fratres, Johannis I. an. 1508 defuncti  
Filii, eam habuerunt: Emit ab his an. 1542. BALTHASAR PROMNICIUS, EPISCOPUS  
VVRATISLAV. an. 1539. d. 18. Sept. electus, supremus Silesiæ Capitaneus, & D. FER-  
DINANDO I. consentiente Genti suæ asseruit. Mortuus an. 1562. d. 20. Jan. ex fra-  
tre Caspero Nepotes, STANISLAUM, CAROLUM, hujusque filium ABRAHAMUM  
an. 1613. absque liberis masculinis defunctum Successores in DYNASTIA PLESSENSI  
nactus est: Inde ad Agnatos SEYFRIDUM, ejusque Fratris senioris HENRICI ANS-  
HELMI Posteros transiit, quem Sophiam, Sigismundi L. B. Kurzbachii & HELENÆ  
DUCISSÆ LIGNICENSIS filiam, duxisse, Dissertat. II. ad Tab. Genealog. V. no. 59.  
diximus: cuius nunc Abnepos eam habet EXCELLENTISSIMUS DN. DN. BALTHASAR  
ERDMANNUS, S. R. I. COMES PROMNICIUS, DYNASTA SILESIAE PLESSENSIS.

PLESSENSI:

DYNASTIAM Inferioris Silesiæ TRACHENBERGENSEM a Septentrione Polo-  
nia, ab Oriente Dynastia Milicensis, ab Occidente Wohlaviensi, a Meridie Olsnensis  
Ducatus, cuius & olim Pars fuit, attingit. Avulsa Barones Kurzbachios Dominos ha-  
buit, ex quibus Henricus III. ære alieno oppressus eam Adamo Schaffgotchio L. B. de  
Kinaß, Greiffenstein & Kemnitz vendidit, qui cum an. 1603. diem suum liberis masculi-

TRA-  
CHENBER-  
GENSI:

niſ carens obiret, fratriſ Christoſori Filium JOHANNEM ULRICUM L. B. A SCHAFFGOTSCHE Hærede in ſcripsit. Hic REGIUM PIASTEUM Sanguinem Gentis ſuę intulit BARBARAM AGNETEN, JOACHIMI FRIDRICI, DUCIS LYGIO - BREGENSIS FILIAM an. 1620. ducens, quare & D. JOSEPHUS I. extincta an. 1675. Ducum Piaſteoruę Familia eodem anno communi Patrię bono natum EXCELLENTIſSIMUM S. R. I. COMITEM JOHANNEM ANTONIUM SCHAFFGOTSCHEUM, CHRISTOPHORI LEOPOLDI FILIUM, JOHANNIS ULRICI NEPOTEM, DUCUM LYGIO - BREGENSIUM Inſignia ſuis an. 1708. addere egregio Diplomate juſit. Illam vero Dynastiam Trachenbergensem, cuius & nunc ſibi Titulum EXCELLENTIſSIMUS COMES vindicat, Avo an. 1635. d. 13. Julii defuncto D. FERDINANDUS III. an. 1641. COMITI MELCHIORI HAZFELDIO, qui bello tricennali inclaruit, contulit, quo an. 1657. cœlibe Trachenbergę obeunte, frater HERMANNUS ac ſoror LUCIA, Bertrami L. B. Nefelrodiū Conjux, Dynastiam dividebant, HENRICUS vero, Hermanni filius, cui Fratres FRANCISCUS ac SEBASTIANUS ea cefſerant, an. 1683. in Polonia defunctus Conjugem viduam reliquit CATHARINAM ELISABETHEN, PHILIPPI ERWINI COM. SCHÖNBORNII FILIAM, LOTHARI FRANCISCI, ELECTORIS AC ARCHIEPISCOPI MOGUNTINI hodie num ſuperftitis Sororem: hæc alteram Dynastię Partem a familia Nefelrodica redemit, quare nunc integrum FILIUS natu major poſſidet EXCELLENTIſSIMUS DN. DN. FRANCISCUS, S. R. I. COMES IN HAZFELD ET GLEICHEN, DYNASTA SILESIAE TRACHENBERGENSIS.

;) BYTHOMIENSIS:

Plures olim liberas Dynastias nescivit Silesia, ſed D. LEOPOLDI M. IMPERANTE duę alia accesserunt, BYTHOMIENSIS SUPERIORIS, AC BYTHOMIENSIS INF. SILESIAE, quarum illa olim Ducatus nomine inclaruit, ac Bulcone Duce Bithumiensi ac Coslensi an. 1355. abſque liberis Masculinis defuncto inter Conradum I. Ducem Olsnensem Sororium, & Przemconem Teſſinenſem Aguatum fuit diviſa, quam a Septentrione & Oriente Polonia, ab Occidente Ratiborensis & Opoleñis Ducatus, a Meridie Dynastia Plessensis ambit. Sub REGE MATHIA Johannes Zierotinius Pignoris noniue eam habuit, inde Johannes Dux Opoleñis, a quo GEORGIUS Marchio-Bandenburgenſis, DUX CARNOVIENSIS, LUDOVICO REGE conſentiente redemit: verum an. 1618. d. 17. Maii Antichreſeos Jure D. FERDINANDUS II. repetiit & an. 1629. COMITI LAZARO HENCKELIO vendidit, cuius nunc eam habet Pronepos, GEORGII FRIDRICI Nepon, LEONIS FERDINANDI an. 1699. defuncti (ſub quo an. 1697. Terrę Bithumiensi liberaę Dynastię Dignitas collata eſt) Filius, EXCELLENTIſSIMUS DN. DN. CAROLUS JOSEPHUS ERDMANNUS, S. R. I. COMES HENCKELIUS, DYNASTA SILESIAE BYTHOMIENSIS.

;) CAROLATHENSI.

Altera Inferioris Silesiæ, cui ab Arce Carolathenſi Cognomen, medium fere Ducatus Glogovienſis Partem, cuius & olim Portio fuit, occupat, ILLUSTRISSIMÆ SCHOENAICHIÆ GENTIS poſſeffio, an. 1697. liberaę Dynastię Dignitatem naęta, quam nunc regit feliciter ILLUSTRISSIMUS DN. DN. JOHANNES CAROLUS, S. R. I. COMES SCHOENAICHIUS, DYNASTA SILESIAE BYTHOMIENSIS ET CAROLATHENSI.

DUCATUS SVIDNICENSIS

§. 14. Ex DUCATIBUS REGIS BOHĒMIÆ HÆREDITARIIS primus nobis SVIDNICENSIS occurrit, uno cum JAVORIENSI in Comitiis ſuffragio gaudens, quem a Septentrione Lignicensis & Wratislavienſis, ab Occidente Javoriensis, a Meridie Monſterbergenſis Ducatus cingit, ab Oriente vero Bregenſis, inde Sudetes a BOHEMIA diſcernunt. BOLCO I. Bolezlai Calvi Ducis Lignicensis Filius, Henrici Pii Nepon, Terram hanc a Wratislavienſi avulſam primus in Ducatus formam redegit, cui Frater Henricus V. Dux Wrat. & Lignicensis cognom. Crassus Javoriensem & Monſterbergenſem Terram, inde cum an. 1296. decederet Filiosque tres impuberes eius Tutelę coimmendaret, Sabothum, (quem οντ' εξοχὴν Silesiæ Montem Dipl. XXIII. Diplomatarii nostri Bohemo-Silesiaci vocat,) arce tumi inſigni munitum, addidit. Ita increvit BOLCONIS I. potentia, Autoris Celeberrimi Monasterii GRISSOVIENSIS D. MARIAE ac Ord. Cisterciens. dicati, cuius quidem prima Fundamenta Henricus Pius Dux Silesiæ Avus jecit, ex Bohemiæ Cœnobio Opatovicensi Monachos Ord. S. Benedicti in Silesiam vocans, illisque Sylvam nomine Cressobor donans, ut ANNA Conjux relicta „Wratislav. an. 1342. VIII. Id. Maji testatur, (vid. Dipl. LXXXIV. Spec. nostri C. D.) & „Pater BOLESLAUS Dux Lignicensis an. 1254. VIII. Id. Febr. illis ad ducentos man- „ſos Franconicos Jure Theutonico locandos confeſſit. (vid. Dipl. LXXXVII. l.c.) Ve- „rum Tschasca Abbas Opatovicensis Ligniciū an. 1289. fer. VI. poſt Festum S. Jacobi Apo- stoli

De Cœnobio  
eius Griffo-  
vieniū :

„stoli consentiente Thoma II. Episc. Wratislav. prædium hoc Cressowiene & bona „omnia ad id pertinentia BOLCONI I. pro CCXL Marcarum Summa argenti puri „Polonicalis Ponderis vendidit, qui Pietate ductus quod in Usus suos convertere pote- „rat, Sacris reddidit, novis largitionibus auxit, tandemque an. 1292. Claustrum ipsum „restauravit, nomine mutato Gratiam S. MARIAE dixit, Ordini Cisterciensi dedit, Vil- „lisque, prædiis, sylvis & Juribus variis locupletavit, JOANNE III. Episcopo Wratisla- „vieni in Vigilia & ipso Die Nativitatis Gloriosæ Virginis Mariæ Ecclesiam & majus „Altare consecrante. Accessit an. 1318. X. Kal. Junii Ind. I. edita JOANNIS XII. P. „R. Bulla, quaæ Immunitates & Jura singula Cœnobii hujus confirmavit, & an. 1395. „die Martis post S. Petri ad Vincula Præge WENCESLAI ROM. & BOH. REGIS „Diploma, quod Immunitatem ejus a Judiciis Provincialibus corroboravit.,, (vid. Dipl. l. c. LXXXV. LXXXVI. LXXXVIII.) Plura de Rebus BOLCONIS I. Differ- „tat. II. ad Tab. IV. Genealog. no. I. diximus, & cum an. 1303. III. Kal. Febr. diem suum obiisse: Ex filiis tribus natu Majorem BERNHARDUM in Svidnicensi Ducatu Suc- cessorem nactus est, Wladislai Loctici Pol. Regis in Expeditione contra Lithuaniaos an. 1322. Socium, qui nulla ratione, ut se, BOHEMIÆ Vasallum profiteretur, commoveri potuit. Defunctus an. 1326. d. 6. Maii filios duos BOLCONEM II. & HENRICUM II. reliquit, quorum is Ducatum Svidnicensem, inde & Fratre & Patruo Henrico I. mortuo Javoriensem quoque fortitus est: cuius Res haud exigua Diplomatum Copia Dissertat. II. ad Tab. IV. Genealog. no. 7. illustravimus, ubi & a REGE BOHEMIÆ JOHAN- NE bello lacepsitum, neque tamen eo adactum, ut Ducatum ab eo Feudi nomine re- ciperet, Dlugossi fide diximus. Tandem & Suidnicensem & Javoriensem ANNA ex fratre Henrico II. Neptis, CAROLOIV. IMP. BOH. REGI nubens ipsius consensu „an. 1353. dotis loco attulit, (vid. Dipl. LXXXIX. l. c.) salvo tamen Conjugi BOLCO- „NISII. AGNETI AUSTRIACÆ ad Vitæ Dies Usufructu. E. a. Kal. Julii Budæ LU- „DOVICUS HUNG. REX Casimiro III. REGI POLONIAE ex sorore Elisabetha, „Caroli Roberti Ungariæ Regis Conjuge, Nepos & destinatus Successor, omni Juri, „quod sibi illo modo in Svidnicensem & Javoriensem Ducatum competere poterat, „renunciavit: quod & ipse CASIMIRUS III. POL. REX an. 1356. in die B. B. Philip- „pi & Jacobi Apostolorum Prægæ fecit. An. 1353. die Mercurii proxima post S. S. Petri „& Pauli, CAROLUS IV. IMP. & BOH. REX cum ANNA Conjuge Svidnicii agens „omnia Ducatus Jura confirmavit: quod & an. 1369. die Veneris proxima post S. Gal- „li denuo factum, præstito Filio WENCESLAO Homagio: quo & Diplomate cau- „tum utrumque Ducatum Primogenito REGIS BOHEMIÆ Peculum esse, nun- „quam a BOHEMIA avelli posse, nec nisi ex Svidnicensi vel Javoriensi Ducatu nato „Capitaneo esse adornandum. Ipse vero WENCESLAUS e. a. Svidnicii die Jovis „ante S. Galli Immunitates Ducatum singulas & Jura quælibet confirmavit: salvo DU- „CISSÆ AGNETIS Usufructu, qua an. 1392. IV. Non. Febr. defuncta uterque Duca- „tus ad BOHEMIAM devolutus, REGIS hæreditarius dici meruit. (vid. Dipl. XC. „XCII. XCIII. & XCIV. l. c.)

§. 15. JAVORIENSIS DUCATUS a Septentrione Lignicensem, ab Oriente Svidnicensem Ducatum, ab Occidente vero Lusatiam superiorem & a Meridie BO- HEMIAM attingit. BOLCONE I. Duce Silesiæ, Domino Svidnicensi, Javorensi & Monsterbergensi an. 1303. III. Kal. Febr. defuncto, Filius ejus secundogenitus HEN- RICUS I. eum adeptus est facile cum Agneta, WENCESLAI REGIS BOHE- MIÆ VI. Fundatoris Aulæ Regiæ, Filia; Conjugium expertus: quo an. 1346. defuncto ad Nepotem ex Fratre BERNHARDO, BOLCONEM II. DUCEM SVIDNI- CENSEM pervenit, qui eum, ut Diplomatum antea fide diximus, Nepti ex Fratre Henrico III. ANNÆ, CAROLOIV. nubenti, cum Svidnicensi Dotis loco an. 1353. ad- dens, REGIS BOHEMIÆ hæreditarium efficit.

§. 16. GLOGOVIENSIS Inferioris Silesiæ DUCATUS a Septentrione Crof- nensem, ab Occidente Saganensem, a Meridie Javoriensem, Lignicensem & Wohla- viensem Ducatum, ab Occidente vero Majorem Poloniæ fines habens amplitudine reliquos inferioris Silesiæ Ducatus antecellit. CUNRADUS II. Henrici Pii Ducis Silesiæ a Tactaris occisi Filius Sacris destinatus, cum animo mutato in Patriam rediret & a Fratre natu majore Bolezlao II. Calvo, Duce Lignicensi, Terræ hujus Par- tem peteret, Crofensem primo Terram, quæ a Bolezlao defecit, occupavit, inde Prze- mislai Posnaniensis Ducis ope, cuius Sororem Salomeam duxerat, accedente insuper

qua ratione &  
quo Titulo an.  
1353. ad BO-  
HEMIÆ  
REGNUM  
fuerit delatus.

DUCATUS  
JAVORIEN.  
SIS  
eadem ac  
SVIDNI.  
CENSIS Fata  
& Vices:

DUCATUS  
GLOGOVI-  
ENSIS:  
DUICES ejus  
ex Gente  
PIASTEA.

Thomæ II. Episcopi Wratislav. & Procerum Silesiæ Arbitrio, pro Pace Patriæ restituenda Glogoviensem quoque adeptus est, quod cumulatius ad Tab. II. Genealog. no. 1. Dissertat. II. diximus. Ex Filiis tribus non nisi HENRICUS III. una populi Cracoviensis voce ad Poloniæ Principatum vocatus posteris inclaruit, ad quos & HÆREDUM REGNI POLONIÆ Titulum transmisit. „Hi ergo Fratres quinque: HENRICUS IV. JOHANNES, PRZEMISLAUS, CONRADUS & BOLCO an. 1312. „fer. III. post Dominicam quia in Ecclesia DEI cantatur: Oculi mei semper &c. Glogoviæ „convenerunt & Terras paternas diviserunt, qua ratione ad Henricum, Johannem & „Przemiconem (vid. Dipl. XCV. l. c.) Poznania, Saganum, Sprotavia, Stinavia, Lubin, „Numburg, Grünenberg, Crofna, Wrowenstadt cum aliis Terris ac Urbibus, ad „CONRADUM vero & BOLCONEM Gnesna, Kalis & Olesnitz cum reliquis Ter- „ris pervenerunt, uti curatius Diploma quod citavimus, indicat., Ex illis JOHANNES, qui Stinaviensem Terram adeptus erat, Fratre PRZEMCONE mortuo „Jus, „quod sibi in Urbem Terramque Glogoviensem competit, Glogoviæ in die B. Remigii an. 1331. JOHANNI BOHEMIÆ REGI vendidit pro duobus millibus marca- „rum Polonici Pagamenti XLVII. grossos Pragenses pro marca qualibet cumputando: (vid. Dipl. XCIV. l. c.) „Fratribus vero HENRICO & CONRADO an. 1327. Fer. „post Diem B. Bartholomæi Apostoli proxima Stinavia ipsam Terram Stinaviensem, „salvo tamen sibi ad Vitæ Dies Usufructu, quod & in Aldenaw an. 1338. in die Annun- „ciationis B. Virginis gloriose JOHANNES BOH. REX habuit ratum. (vid. Dipl. XCVII. l. c.) „cui & an. 1337. Wratzlavia Fer. V. ante Dominicam in qua cantauit „Latere Terram Gorensem pro mille Marcis Grossorum denariorum Pragensium „Polonicalis numeri vendiderat, salvo tamen ad vitæ dies sub Feudi titulo sibi Usu- „fructu. (vid. Dipl. XCVIII. l. c.) Elucescit ex hoc Civitatem Terramque Fraustadiensem Polonis Wschovensem Provinciam Terræ Gorense itaque Ducatus GLOGO- VIENSIS Partem fuisse, quam contra Transactionem Trencinensem an. 1335. confe- „ctam & contra Litteras, quibus illam an. 1339. ratam habuit, CASIMIRUS III. POL. REX an. 1343. intercepit. „E. a. 1343. Johannes Dux Stinaviensis Castrum Gorense „CAROLO MARCH. MORAVIÆ tradidit: ipsam vero Civitatem Gorensem plu- „ribus villis an. 1310. Frater ejus HENRICUS IV. auxerat: (vid. Dipl. XCIX. C. l. c.) „quem inter & Fratrem CONRADUM Olsensem de finibus Controversiam subor- „tam an 1365. in Lobin Fer. II. in Rogationibus LUDOVICUS I. Dux Bregensis ex „Voto composuit. (Dipl. CI. l. c.) Filius ejus HENRICUS V. cogn. Ferreus an. 1344. „Pragæ die S. Clementis a JOHANNE BOH. REGE Glogoviensem Terram Feudi „titulo recepit, addita sibi exspectativa in Agnitorum Conradi I. Olsensis & Johan- „nis Stinaviensis Terras. (vid. Dipl. CII. l. c.) ROM. vero IMP. CAROLUS IV. BO- „HEM. REX Bolconi II. Duci Suidnicensi an. 1361. Suidnicii Dominica Quadrage- „simali qua cantatur: Oculi mei, Glogoviæ alteram Partem, quæ Bohemia Regis erat, „ad vitæ dies dedit, quæ deinceps an. 1383. Ducibus Tessinensis Homagium, „WENCESLAO REGE jubente, præstítit. (vid. Dipl. CII. l. c. & CXCII. Diplomata- „rii Bohemo-Silesiaci.) Ipsam Ducum GLOGOVIENSIMUM PIASTI sanguine oriundorum Seriem Tab. II. Genealog. Dissertat. II. exhibemus. DUCATUS vero GLOGOVIENSIS in angustiores Limites fuit redactus, cum CROSNENSEM Terram, nunc DUCATUM, quem a Septentrione Marchia Brandenburgensis, ab Occidente Lu- satia, ab Oriente Ducatus Glogoviensis, a Meridie Saganensis attingit, BARBARA, Al- berti Achillis Elect. Brandenburgensis Filia, Henrici XI. Duci Glogoviensis an. 1476. 21. Apr. defuncti Conjux relictæ Dotalitii nomine sibi vindicaret, & BRANDENBURGICÆ GENTI, salvo tamen REGI BOHEMIÆ summi Dominii Jure afferret: de quo ne- gotio an. demum 1538. confecto plura in Dissertat. II. ad Tab. II. Genealog. no. 43. Di- plomatum fide diximus. GLOGOVIENSEM vero DUCATUM Feudi vacui nomi- ne, Johanne II. Duce Saganensi, defuncti Henrici XI. Agnato expulso, Johanni Corvino filio notho MATHIAS REX concessit, quod & Dipl. CLXXVII. Diplomatarii nostri Bohemo-Siles. affirmat. Sed WLADISLAUS HUNG. & BOH. REX, Mathiæ an. 1490. repentina fato defuncti Successor, eo Johannem Corvinum privavit, & Fratres JO- HANNEM ALBERTUM, inde SIGISMUNDUM eo donavit, qui egregiis Duca- tum Litteris in Collectione præsertim Privileg. Glogov. Andreæ Gryphii a pag. 18. ad 36. obviis auxit, an. vero 1508. Fratri reddidit, in locum mortui Johannis Alberti Fra- tris ad Poloniæ Gubernacula REX vocatus.

Quæ ejus  
olim Ampli-  
tudo fuerit.

De Tercia  
Fraustadens.  
a Polonis  
intercepta:

qua ratione  
CROSNEN-  
SIS Terra  
avulsa:

DUCES  
GLOGOVI-  
ENSES ex  
Familia Ja-  
gellonica:

Pignoris postea nomine Ducatum hunc an. 1536. Hieronymus a Biberstein, inde Fridricus II. Dux Lygio-Bregensis habuerunt: sed ingenteni Pecuniæ vim collegerunt Ordines nobilissimæ Provinciæ, & D. FERDINANDUM I. ut eam redimeret, precati sunt, quod & ex Voto illorum factum, cui egregium ipsius FERDINANDI Diploma in Arce Pragensi an. 1544. d. 24. Januarii editum accesit: a qua Tempestate non alium nisi BOHEMIÆ REGEM Ducem habuit.

§. 17. OPOLIENSIS vastissimus Superioris Silesiæ DUCATUS a Septentrione & ab Oriente Poloniæ, ab Occidente Bregensem & Nissensem, a Meridie Carnovensem, Oppavensem & Ratiborensem Ducatus, imo ex parte Dynastiam Plessensem Fines habet, tot olim fere Ducum sedibus ac Urbibus inclarescens. CASIMIRUS II. Wladislai I. (qui an. 1258. XII. Kal. Nov. Raudense Ducatus Ratiborensis Cœnobium, Matrem Gemielnecensis dotavit, cujus Jura & Immunitates Gregor. X. P. R. binis litteris confirmavit: (vid. Dipl. CIV. CV. & CVI. Spec. nostri C. D.) Filius, Casimiri I. Nepos, Miecislaw I. qui omnem Superiorem Silesiam habuit, Pronepos, primus DUCUM O. POLIENSIUM,, an. 1289. IV. Id. Jan. Pragæ in Castro Palatioque Regio se REGIS BO „HEMIAE Vasallum magna Testium corona cinctus profitebatur: cujus inde Exem- „plum an. 1327. XII. Kal. Martii Oppaviæ BOLCO II. ex fratre BOLCONE I. Nepos, „Dux Opoliensis: e. a. d. & l. WLADIZLAUS DUX KOZLENSIS: postea & BOL. „CO III. Dux Falckobergensis secutus est., (vid. Dipl. l. c. CVII. CVIII. CIIX. CX. & CXI.) Cozensem Terram a Lescone Duce Ratiborensi primum Pignoris nomine WLADIZLAUS habuit, inde vero hæreditariam ad filium Bolconem, Margarethæ de Sternberg Maritum, transmisit, qui dotalitii loco villas Sackeraw & allodium Banckow ipsi adscripsit, sed absque liberis masculinis an. 1355. defunctus est: unde de Successione in Terras defuncti BOLCONIS Conradum inter I. Olsensem & Przemislaum Tesfinensem Ducem Controversia suborta, de qua plura §. anteced. 7. & 8. diximus, hic saltim Cosensem sibi Titulum ab ea Tempestate Duces Olsenses vindicasse in memoriam revocamus. (adde Dipl. l. c. CXII. CXIII. CXIV. CXV. CXVI. CXVII. CXVIII. CX X.) Bolconis II. Ducis Opoliensis Filium WLADISLAUM UNGARIÆ Palatinum fuisse Dipl. l. c. CXX. affirmat. Ipsam vero Ducum Opoliensem & Ratiborensem Seriem, quam Tab. VI. Genealog. Dissertat. II. exposuimus, JOHANNES, Nicolai II. Nissæ an. 1497. V. Kal. Jul. capite plexi Frater Pietate, Frugalitate aliisque Virtutibus eminens, cum an. 1532. V. Kal. Apr. cœlebs obiret, terminavit: hinc D. FERDINANDUS I. utrumque feudi vacui nomine occupavit, & Georgio March. Brandenburgico Pignoris nomine obtulit; sed Filio ejus Georgio Fridrico in eorum locum Saganensem Ducatum, ditionesque Bibersteinos Soram, Tribelam & Friedland, utrumque enim & Opoliensem & Ratiborensem Ducatum Isabella Regina Ungariæ, Johannis de Zopolya Coniux relæcta, & filius Johannes ex Pacto tunc acceperunt. Sed in Daciam revertebantur, hinc ad REGEM BOHEMIÆ FERDINANDUM Ducatus hi redierunt, cujus Nepos RUDOLPHUS II. MAXIMILIANI II. Filius eodem Sigismundo Bathorio, Transylvaniæ Principi, ad-dita annua quinquaginta millium Joachimicorum summa concescit, eoque nomine Transylvaniam recepit. Verum & hic Ducatus hos deseruit Patriamque repetiit: sed eadem illi ratione Berthlemeo Transylvaniæ Principi an. 1622. obvenerunt, cum Regis Hungariæ Titulo se abdicaret Pacemque cum D. FERDINANDO II. iniret. Fœdere biennio vix exacto ex Amico in Hostem CÆSARIS conversus disrupto, CAROLUS ARCHIDUX AUSTRIÆ, EPISC. BRIXIENSIS AC WRATISLAVIENSIS, D. FERDINANDI II. Frater eoque mortuo Filius D. FERDINANDUS III. eos adeptus est, qui Patris in Imperio & Regnis hæreditariis Successor WLADISLAO IV. POL. REGI pro undecies centum Rhenanorum Florenorum mill. Pignori an. 1645. dedit, salvo sibi suisque successoribus BOEMIÆ REGIBUS supremo Dominio & Relutionis Jure. Mortuo WRADISLAO utroque Ducatu Frater ejus CAROLUS FERDINANDUS, EPISCOPUS WRATISLAVIENSIS, potitus est, an. 1655. d. 9. Maji extinctus: sed an. 1664. & OPOLIENSEM & RATIBORIENSEM DUCATUM D. LEOPOLDUS M. redemit, de Polonia, cui a Svecis fere oppressæ Suppetias tulerat, optime meritus.

§. 18. DUCATUS Superioris Silesiæ RATIBORIENSIS, eodem cum OPOLIENSIS in Comitiis suffragio gaudens, a Septentrione Opoliensem, ab Occidente Oppavensem, a Meridie Tesfinensem Ducatum, ab Oriente vero Dynastiam Plessensem attingit: eademque saepius cum Opoliensi fata expertus est. LESCO DUX RATIBO-

RIENSIS, Przemislai Filius, Wladislai Ducus Oppol. & Ratibor. qui Raudense Cœnobium dotavit, Nepos, Casimiri I. qui an. 1236. prid. Non. Maji decessit, Pronepos, Mieislai I. qui omnem superiorem Silesiam habuit, Abnepos, ipsius autem **WLADISLAI II.** a quo omnes Silesia Duces Piastei Originem traxerunt, Atnepos, cum circa an. 1337. cœlebs obiret, Nicolaum II. Opavensem Ducem, Nicolai I. Filium, Sororis *Anne* Maritum, in eo Successorem natus est: quem hoc defuncto Filius primogenitus **JOHANNES I.** sibi an. 1367. vindicavit, (vid. Dipl. LXIV. Spec. nostri C. D.) & ad Posteros transmilit, ex quibus **VALENTINUS** ultimus sua Gentis an. 1521. in die S. Brixii defunctus est. Hinc **D. FERDINANDO I.** consentiente ad **DUCUM OPOLIENSIMUM** familiam rediit, verum mortuo an. 1532. Johanne Duce, una cum **OPOLIENSI** ad **BOHEMIÆ REGEM** Feudi vacui nomine devolutus, hæreditarius dici cœpit, de cuius Fatis §. anteced. diximus.

quando RE-  
GIS BOHE-  
MIÆ  
hæreditarius  
esse cœpetit.

DUCATUS  
WRATISLA-  
VIENSIS

Fata:

§. 19. **DUCATUS WRATISLAVIENSIS**, qui inferioris Silesia est & medium Provinciarum Partem occupat, a Septentrione Olsnensi, ab Occidente Wohlaviensi & Lignicensi, a Meridie Suidnicensi, ab Oriente vero Bregensi Ducatu circumscriptus est: quem in Ducatus Formam primus redegit **BOLEZLAUS Calvus**, natu major Henrici Pii Ducus Silesia filius, Henrici I. Barbatii Nepos, Boleslai Altii Pronepos, **WLADIZLAI II.** Abnepos, qui Patre in Prælio cum Tartaris an. 1241. V. Id. Apr. gesto interento circa an. 1243. Terram Wratislavensem sibi vindicavit, & ab hac avulsum Lignensem **HENRICO III.** Fratri dedit, mox vero cum hac Fratrem commutare coëgit, quam tamen continuis ad an. usque 1250. Incursionibus dilacerare non destitit: **HENRICUS III.** Princeps optimus, posteaquam Fratris **BOLEZLAI** Ducus Lignensis Impetus infregerat, Ducatum Wratislavensem allectis e Germania Iucolis amplificatum ad Filiuni unicum **HENRICUM IV.** sterile cum Mechtilde Brandenburgica Conjugium expertum an. 1266. defunctus transmisit, qui cum Patruum Bolezlaum novas res moliri cupidissimum a finibus prohibere non posset, cum Przemislawo Ottocaro III. REGE BOHEMIÆ pacisciendi Initium fecit, illique Ducatum Wratislavensem Feudi titulo offerre voluit, sed an. 1278. in prælio cum **RUDOLPHO I. IMP.** d. 27. Aug. gesto REX interiit, hinc successu caruit Negotium: **RUDOLPHUS** tamen mortuo an. 1290. nocte S. Johann. Bapt. Duce **Henrico IV.**, tribus litteris e. a. Erfordia XI. Kal. Aug. VI. Kal. Octobr. & VII. Kal. Octobr. **WENCESLAO REGI BOHEMIÆ** Feudi nomine Ducatum „Wratislavensem contulit: „, sed nec hic, nec Conradus II. Dux Glogoviensis, Testamento Henrici IV. Hæres scriptus, eum occupare potuit, quem ad **HENRICUM V.** Ducem Lignensem Populi Favor detulit. Ægre id habuit Conradum, quare per insidias an. 1293. captum Henricum V. in Carcerem Glogoviensem abripuit, quo non nisi ingenti Terrarum suarum jactura & soluta XXXM. Marcarum summa exiit. Illarum „, amplum satis Indicem ipsius **DUCIS HENRICI V.** Diploma an. 1294. Die S. Johann. „nis Evangelista lingua vernacula confessum edidit, quo & de finibus Ducatus Wratislavensis & Glogoviensis, quales ea Tempore fuerint, caustum, quinquaginta Equitibus ex Parte Ducus **HENRICI V.** testibus & fidejussionibus. Filio ejus **HENRICO VI.** **DUCI WRATISLAVENSI LUDOVICUS** Bavarus Imp. Fulda an. 1324. XII. „, Kalend. Maji agens Ducatum Wratislavensem feudi nomine ad masculini & foeminei „, Sexus Liberos transeuntis contulit: (vid. Dipl. CXXII. CXXIII. CXXIV. & CXXV. C. quem an. 1327. nostri D.) is vero tot Fratris Boleslai III. Ducus Lignensis, Nepotis Boleslai Calvi, injuriis vexatus, Liberis masculis carens, salvotamen ad Vitæ Dies Dominio, accepto que Glocensis Terra Usufructu, an. 1327. **BOHEMIÆ REGI JOHANNI** Wratislavia prox. feria post Diem Palmarum Ducatum Wratislavensem Feudi nomine obtulit, (Dipl. I. c. CXXVI.) hinc Duce an. 1335. nocte S. Catharinæ defuncto **BOHEMIÆ REX** tanquam hæreditarium occupavit: a quo **D. FERDINANDUS III.** Urbem Principem Wratislaviam plane disjunxit, „, ut tam in politicis & militaribus negotiis quam in administris Justitia a Ducatu penitus separata, locoque ab aliis Provinciæ Urbibus sejuncto „, inter hæreditarios REGIS BOHEMIÆ Ducatus in Comitiis donata, suo quoque speciali suffragio de Patriæ Salute conservanda consultantibus accedere posuit: quod §. sequ. 23. curatius a nobis expositum est.

HENRICUS  
VI. DUX JO-  
HANNI BOH.  
REGI feudi  
nomine  
submisit.

DUCATUS  
LIGNI-  
CENSIS

§. 20. **DUCATUM** inferioris Silesia LIGNENSEM inter Provinciarum maximos referendum a Septentrione Glogoviensis & Wohlaviensis, ab Oriente Wratislavensis, a Meridie Suidnicensi & Javoriensi, ab Occidente vero idem Javoriensi Ducatus attingit. Primus eum a Wratislavensi Terram avulsum **BOLEZLAUS Calvus** habuit, Hen-

Henrici Pii a Tartaris occisi, Ducis Silesiae natu major Filius, cuius Nepos BOLEZLAUS III. HENRICI V. Crassi Ducis Wratislav. & Lignicensis Filius, cum Filiis duobus VVENCESLAO & LUDOVICO Terras suas omnes JOHANNI BOHEMIÆ RE-DUCES: „GI feudi nomine obtulit, quod Rex ipse suo Diplomate Wratislaviae an. 1329. die Martis proxima post S. Crucis edito, alio vero ipse BOLEZLAUS cum filiis Pragæ in die B. Luciaæ an. 1331. confitentur. (vid. Dipl. CXXX. & CXXXI. l.c.) Idem BOLEZLAUS sibi Jus bona sua pignoris titulo obligandi servabat, & vita decadente REGE BOHEMIÆ se non alium, quam CAROLUM Morav. March. Dominum agnoscere velle profitebatur: imo Filii ejusdem Ducis denuo in Castro Pragensi an. 1338. III. Kal. Aug. „se REGIS BOHEMIÆ Vasallos esse affirmabant: idque an. 1343. e. d. & l. prolixioribus litteris & Testibus adhibitis repetebant. (vid. Dipl. CXXXII. CXXXIII. CXXXIV. CXXXV. l.c.) Natu ex illis minor LUDOVICUS Fratrem WENCESLAUM a. 1342. ad REGEM proficisci entem Mandatarium & Procuratorem constituit, ut in animam suam Juramentum Fidelitatis præstet, sè, quæ necessaria gesserit, sub bonorum omnium hypotheca habere rata & grata, & Wratislav. an. 1345. in Vigilia S. Laurentii sè Terram Lignicensem Feudi nomine a REGE BOHEMIÆ recepsisse confitetur: quam nullo modo a BOHEMIA avelli posse, alter quoque Fratrum WENCESLAUS an. 1362. in Piska XV. Kal. Junii affirmat. Hunc DUCUM LYGIO-BREGENSIMUM prolixum in se Animum CAROLUS Marchio Moraviae, REGIS BOHEMIÆ Primogenitus Pragæ an. 1343. III. Kal. Aug. insigni Diplomate gratius agnovit, cuius inde Filius WENCESLAUS, ROM. & BOH. REX Ducibus Lygio-Bregensibus an. 1379. die sabbathi proxima post S. Ascensionis CHRISTI Festum Pragæ simultaneam Investituranam concessit: & an. 1383. ipso die festo Pasch. Pragæ RUPERTO & WENCESLAO Ducibus Lignicensibus, Filiis WENCESLAI, Nepotibus Bolezlai III. Immunitates & Jura a Patre Carolo IV. & Avo JOHANNE acceptas, & concessa confirmavit & amplificavit: qui e. a. d. & l. se ejus Vasallos profitebantur. (Dipl. CXXXVI. CXXXVII. CXXXVIII. CXXXIX. CXL. CXLI. CXLII. CXLIII. CXLIV. CXLV. l.c.) Ex his natu major RUPERTUS non nisi unica filia BARBARA, quæ Rudolpho III. Septem-Viro Saxoni nubfit, relicta an. 1409. defunctus, Fratrem ex tribus superstitem unicum WENCESLAUM, EPISCOPUM WRATISLAVIENSEM, in Ducatu Lignensi Successorem nactus est, qui WENCESLAO BOHEMIÆ REGE consentiente, postquam ad an. usque 1418. eundem rexisset, in Agnatum Ducem Bregensem LUDOVICUM II. transtulit: verum & hic liberis masculinis carens Prid. Kal. Maii an. 1436. defunctus est, cuius Uxor altera ELISABETH, Fridrici I. Elect. Brandenburgici Filia, Lignicum & Goldbergam Dotalitii Jure ad Vitæ Dies possedit, qua defuncta Lis Feudalis exorta, LADISLAO BOH. REGE Ducatum Lignensem, tanquam Feudum apertum, exclusis Ducibus Bregensibus & Lübenensis, sibi vindicante, quam curatus ad Tab. V. Genealog. no. 26. & 37. Dissertat. II. explicavius. MATTHIA tandem UNG. & BOH. REGE imperante fuit sopita, qui FRIDRICO I. Johannis Ducis Silesiae & Domini Lübenensis, ac Hedwigis filia LUDOVICI II. Ducis Lignensis, Filio unico Feudi Jure Ducatum Lignensem an. 1469. concessit, qui & hunc & Bregensem ad Filios Fridricum II. & Georgium I. simultanea iterum Investitura a WLADIZLAO UNG. & BOH. REGE Olomucii an. 1502. die Martis post Antonii donatos transmisit, ex quibus FRIDRICUS II. saltim posteris inclaruit, quos Dissertat. II. ad Tab. V. Genealogic. exhibemus. Seriem illorum simulque REGIAM PIASTEAM GENTEM vita sua an. 1675. XI. Kal. Decembr. terminavit GEORGIUS WILHELMUS, DUX SILESIÆ, LIGNICENSIS, BREGENSIS & WOHLAVIENSIS, unde D. LEOPOLDUS M. optimo Jure singulos inter BOHEMIÆ REGIS hereditarios Ducatus retulit.

§. 21. Eosdem cum LIGNICENSI PIASTEÆ GENTIS DUCES, eadem BREGENSIS fata inferioris Silesiae DUCATUS BREGENSIS habuit, quem a Septentrione Polonia Major, ab Oriente Opoliensis, a Meridie Monterbergensis & Nissensis, ab Occidente Wratislavienensis & Suidnicensis Ducatus circumscrubunt. Primus, qui Terram hanc Bregensem in Ducatus Formani redactam possedit, BOLEZLAUS III. est, HENRICI V. Crassi Ducis Wratislav. & Lignicensis F. BOLEZLAI II. Calvi Ducis Lignicensis Nepos, cuius Res gestas, & quod Conjugis alterius CATHERINÆ Croaticæ Dote allata Bregensem ac Ohlavensem Terram redemerit, ad Tab. V. Genealog. no. 1. & 3. Dissertat. II. diximus. Posteri ejus haud interrupta Serie tam Lignensi, quam Bregensi Ducatus

Vices &amp; Facta:

qui an. 1675.  
cum

catui ad ani. usque 1675: imperabant, quo d. 21. Nov. præmaturo Fato ULTIMUS SUÆ GENTIS DUX, GEORGIUS VVILHELMUS Bregæ extictus, priusquam Orbi valediceret, D. LEOPOLDO M. Ducatus & subditos suos inter repetita pro Salute & Æternitate GENTIS AUGUSTISSIMÆ AUSTRIACÆ Vota litteris egregiis commendavit, DEUM T. O. M. Temporum & Imperiorum Arbitrum moriens precatus, ut quem suo Occasu REGIÆ GENTI PIASTEÆ, eundem nunquam AUSTRIACÆ Terminum poneret. Sic eadem ac Lignicensis ratione BREGENSIS DUCATUS hæreditariorum Ducatum numero additus est.

WOHLAVI-  
ENSI DUCATU-  
TU REGIS  
BOHEMIÆ  
hæreditatus  
esse cœpit.

§. 22. VVOHLAVIENSIS inferioris Silesia DUCATUS, quem a Septentrione Polonia Major, ab Oriente Ducatus Olsensis & Dynastia Trachenbergenis, a Meridie Wratislaviensis & Lignicensis, ab Occidente vero Glogoviensis Ducatus cingit, Olsensis olim Ducatus erat Portio, a quo avulsum cum Terris Stinavensi & Raudensi an. 1517. Mensè Octobri Johanni Turczoni de Bethlehemfalva CAROLUS I. Dux Monsterbergensis & Olsensis vendidit: a quo an. 1524. ad Fridricum II. Ducem Lignensem soluta XLIV. M. florenorum summa transiit: „quod LUDOVICUS REX UNG. & BOHEMIÆ e. a. Budæ die Sabbathi post Hedwigis habuit ratum. (vid. Dipl. CLII. l. c.) Ex Filiis Ducis JOHANNIS CHRISTIANI, Filii Joachimi Fridrici, Nepotis Fridrici III. Pronepotis Fridrici II. qui an. 1639. d. 25. Decembr. defunctus, Lignensem, Bregensem & Wohlaviensem Ducatus filiis tribus superstitibus GEORGIO III. LUDOVICO IV. & CHRISTIANO forte dividendos reliquit: hic an. 1654. d. 3. Julii Wohlaviensem adeptus est, ad quem tamen & Lignensis & Bregensis inde pervenerunt, fratribus GEORGIO III. an. 1664. d. 14. Jul. & LUDOVICO IV. an. 1663. d. 23. Nov. liberis masculinis non relictis, defunctis: hinc CHRISTIANI an. 1672. d. 27. Febr. diem suum obeuntis Filius unicus GEORGIUS VVILHELMUS solus omnibus imperavit, annoque 1675. d. 21. Nov. decedens VVOHLAVIENSEM quoque DUCATUM cum LIGNICENSI & BREGENSI D. LEOPOLDO M. vacui Feudi nomine reliquit, ideo hæreditariorum Ducatum numero abhinc adscriptum.

De Cœnobio  
LEUBUSINO.

Est ejusdem VVOHLAVIENSIS DUCATUS Cœnobium ad Viadrum Celeberrimum Leubusinum, quod Fundator ejus CASIMIRUS I. POL. REX ex Cœnobia Cluniacensi an. 1050. redux Monachis Ord. Benedict. dicavit, quorum in locum BOLEZLAUS Altus Silesia Dux, VVLADISLAI II. Filius, „an. 1178. in die festo S. Archangelis Michaëlis Lignici Ord. Cisterciensis Fratres ex Cœnobia Portensi substituit, & taliter ratione illud dotavit, ut ejus passim Fundator audiat. (vid. Dipl. CXXVII. & CXXIX. l. c.) „Filius ejus HENRICUS I. Barbatus Silesia Dux an. 1203. V. Id. Septembr. Glogoviæ agens Quingentos mansos magnos Franconicæ Mensuræ eidem concessit: & an. anteced. 1202. secunda Feria Pentecostes Villam Schöfeld, (vid. Dipl. CXXVIII. l. c.) quam alia plures Principum Donationes sequebantur. Ita increvit Leubusini Monasterii Celebritas, quod præterea Operis Amplitudo, ac Elegantia, tot Silesia Principum, Antistitutum, ac Illustrium Virorum Monumenta, loci denique Opportunitas commendat. Distat ab eo sex milliaribus

WRATIS-  
LAVIA  
a quoniam con-  
dita:

§. 23. Princeps totius Silesia Urbs VVRATISLAVIA: quæ in altera de Salute Partiæ in Comitiis consultantium Ducatum hæreditariorum Classe a Ducatu Wratislavienfi penitus avulsa locum ab aliis Provinciae Urbibus distinctum occupat: Claritate & magnitudine ante finitimas plures memorabilis Olaviam transeuntem, Viadrum præterfluentem despiciens, Slavis debet Originem, quorum Dux Wratislaus (qua Tempestate vixerit, incertum) fluvium hic trajiciens Urbi condendæ locum dedit, unde nomen Brod-Slawa sive Wrod-Slawa, quod Trajectum Slavorum notat, eine Furth der Slaven. Hæc Sententia IMP. CAROLI IV. P. F. A. Diplomate Augustæ Vindelicorum d. 10. Julii an. 1530. edito nititur, quo Wratislaum quendam Urbis Autorem fuisse perhibet: (vid. Dipl. CXLVII. l. c.) Budorgin enim Ptolemæi Poëtarum fecit licentia. Ditmarus Merseburgensis ad an. 1017. cum Imp. Henricus II. Nimicum ob sideret, Boleslaum I. Polon. Ducem Glogovia Wratislaviam, velut in tutiorem ac propinquiores locum Obsidionis eventum expectantem discessisse refert: quo argumento nec omnino tunc novam nec nullius nominis Urbem fuisse elucescit, quod affirmandum, si Dlugosso fides habenda, qui lib. I. a MIECISLAO Polonorum Principe circa an. 965. conditam dixit, quem Restauratorem appellare debuit. Ipsa cum Tabulario an. 1200. Die S. Stanislai tota Incendio periit, ut Annales nostri perhibent, hinc vetustiora & incorrupta Rerum ad annum hunc usque gestarum Monumenta nobis desunt, quas tamen a MIECISLAO Instauratore WRA-

Eius Fata sub  
REGIBUS  
POLONIAE:

WRATISLAVIÆ ordiri placet, qui pulsa & fugata Superstitione, fractis Idolorum Simulacris, *Christianam* Fidem recipiens Gentes omnes sibi subjectas ad ejus Obsequium invitabat & EPISCOPATUI, quem Silesiorum Gratia Smogræ instituerat, sedem futuram Urbem destinabat. Filius ejus BOLESLAUS I. quem primum sibi REGEM fuisse affirmant Poloni, Henricum II. IMP. Hostem expertus est, qui Expeditionem in Poloniam (cujus tum Pars quoque Pagus sive Terra Silesis i. e. Silesia erat,) suscepit, duraque obsidione Glogoviam Nimiciumque cinxit, quibus Turbis exortis Urbem hanc nostram ad præstandam Principi suo Securetatem jam opportunam fuisse Ditmari Fide colligere licet. Filio ejus MIECISLAO II. an. 1034. defuncto Bretzlaus Bohemiæ Dux occupata Silesia Wratislaviam ea tempestate jam opulentam & insignem expugnabat, flammis direptam restaurabat, & Pace cum IMP. HENRICO III. inita sub anno XXX. Auri, CL. Argenti marcarum Tributo Dux SILESIÆ retinebat, donec CASIMIRUS I. POL. REX, Mieclai II. F. Provinciam & Urbem hanc Pacto ab ipso reciperet, quam Arce in Insula S. JOANNIS (quam & EPISCOPATUI in eam translato Dotem addidit) extructa locupletavit. Sub WLADISLAO I. POL. DUCE, CASIMIRI Filio, BOLES LAI Audacis Regis Fratre, qui ob Stanislaum Episcopum Cracoviensem a se occisum Pontif. Romani Indignationem meruit, Regnoque profugus in Exilium abiit, Terris Poloniae in Provincias divisis Magnus Comes Wratislavensis Capitanus erat, qui ob Cracoviensium Palatini Secechi Superbiam exules Polonus ex Bohemia cum Duce eorum Sbigneo naturali Wladislai Filio reduces in Urbem recepit; quæ tamen Juramento prius Sbigneum obstrinxit, ne quid in Patrem Patriam ve committeret. Ægre tamen hoc habuit Wladislaum, hinc Urbi Venia data Comes Magnus Dignitate fuit mulctatus. Boleslai III. REGIS POLONIÆ, Filii WLADISLAI I. Tempestate an. 1109. in Planicie illa, quæ ad Septentrimonem Urbi imminet, Polonus inter & HENRICUM V. IMP. Prælium gestum, cuius anceps fama Johannis tamen in Chronico Polonorū, quod edimus, BOLEZLAUM captum fuisse affirmat contra unam omnium & aliam Polonorū Scriptorum Sententiam, quæ Henricum V. victum fuisse affirmat: sed Johanni accedendum esse opinor, quod BOLEZLAUM ad pacis conditiones ex Arbitrio IMP. accipendas Bambergam usque profectum ipsi Poloni referant, quo argumento victum certe non Victorem BOLEZLAUM cognoscet. Nomen Loco Prælii gesti impositum hac ratione testatur Johannes ille: „Ubi dum per Deceptionem Bolezlaus captus fuisset & multi suorum corruissent, POLONI ob odium occisorum ibi & Castrorum loco Nomen præmissum „indiderunt THEUTONICOS CANES appellantes.“ Hinc ad hanc nostram usque Ætatem caninus Campus audit. Ex Filiis quinque, quos an. 1138. defunctus BOLEZLAUS reliquit, natu major WLADISLAUSII. Cracoviensem, Siradiensem, & Lanciciensem Ducatus, SILESIAM quoque ac Pomeraniam cum Imperio in reliquos Frates adeptus est. Sed Fata adversa expertus, quæ curatus Dissertat. II. ad Tab. I. Genealog. no. 1. explicavi. Restituta tandem Filiis ejus SILESIA, natu ex iis major BOLESLAUS Altus inferiorem Provincias Partem itaque & WRATISLAVIAM sibi vindicavit, a quo DUCES WRATISLAVIENSES GENTIS PIASTEÆ Originem trahunt, quorum Res gestas Dissertat. II. Tab. cit. cumulatius exposui. Ultimus ex iis HENRICUS VI. continuis BOLEZLAI III. Fratris, Ducis Lignicensis Incursionibus vexatus & liberis masculinis carens, an. 1327. WRATISLAVIENSEM URBEM & Ducatum JOHANNI BOHEM. REGI Feudi nomine obtulit: quare & an. 1335. nocte S. Catharinæ Duce defuncto REX Urbem & Ducatum BOHEMIÆ REGNO addidit.

Huic acceptum Fert REGI Diploma egregium an. 1327. prox. Fer. II. post Diem Palmarum editum, quo Urbis Jura & Immunitates præsens confirmavit, & Cives non evocandos esse decrevit: Postea ejus Gratia Viadrum dilatari jussit, ipsamque an. 1341. Ignem absuntam reddidit lapideam, plura Beneficia additurus, nisi an. 1346. in Prælio Cressiacensi Philippo VI. Gallorum Regi contra Eduardum III. Angliae Regem Auxilia ferens Sabbatho post Bartholomæi Apostoli circa Meridiem occubuisse. Filius ejus Primogenitus CAROLUS an. 1316. Prid. Id. Martii hora prima Pragæ ex Elisabeth, WENCESLAI IV. BOH. REGIS Filia suscepitus, an. 1346. d. II. Julii electus ROMANORUM & Patre defuncto BOHEMIÆ REX Wratislaviam an. 1348. ingressus Olavium Fluvium eam antea ambientem Urbi adscripsit, trans illum sita suburbia muro circumdedit, & insigne illud in hac Regione S. Dorotheæ Templum extruxit, quod Altitudine Montis quasi Speciem præferre Stenus Bregensis scriptit. Præterea Arce

Ex DUCIBUS  
PIASTEIS:

INCRE-  
MENTA sub  
REGIBUS  
BOHEMIÆ:

JOHANNE:

CAROLO IV. Regia, Jure Monetæ, Nundinisque die S. Elizabethæ an. 1374. inchoandis eadem auxit, & in Senatu, quem Paterno Animo prosecutus est, octo Consulares esse jussit, quibus alios legendi Facultas. An. 1352. II. Id. Febr. libero Salis Foro Urbem instruxit & ut Ligni cujuscunque Copia ad Urbem secundo flumine (Viadro) delata ipsius Usibus inserviat nec absque Consulum Venia abducatur, decrevit. Plura superercent PRINCIPIS OPTIMI MAXIMI Beneficia speciatim referenda, nisi instituti rationem excederem: terna tamen vice repetita Pragæ Privilegiorum & Jurium Urbis Confirmatio in memoriam revocanda, quæ an. 1348. Indict. I. XI. Kal. Apr. an. 1352. Indict. V. III. Id. Febr. & an. 1356. IX. Indict. II. Id. Aug. accidit, ex quibus Diploma hoc an. 1356. editum aurea Bulla munitum addimus, (Dipl. CXLVI. Spec. C. nostri Silesiæ D.) posteris Documentum, quid CAROLIS BOHEMIAE REGI-BUS debeat Wratislavia, Ereptum suis an. 1378. in Vigilia Andreæ Apostoli in castro Pragensi Filius WENCESLAUS ROMAN. REX ex ANNA, Henrici II. Ducis Silesiæ, Domini de Fürstenberg, Filia, tertia CAROLIV. IMP. Conjuge an. 1361. d. 17. Martii Norimbergæ suscepimus in REGNO quoque BOHEMIÆ Hæres excepit, qui Jura & Immunitates Wratislaviæ an. 1367. XXII. Sept. & an. 1378. Indict. I. XII. Kal. Jan. Pragæ, an. vero 1404. die Martis proxima post S. Jacobi Wratislaviæ præfens auxit & confirmavit. Hoc imperante & Wratislaviæ an. 1404. agente Wladislaus Jagello, Polon. Rex, Dlugosso lib. X. teste ad Fœdus cum eo ineundum adventabat, inter cuius conditiones & Reditum Silesiæ ad Polonos referri exoptabat, a quatamen WENCESLAUM Joannes de Smirzeticz Baro Bohemus egregiani suo Consilio Patriæ Opem ferens revocabat. A. 1412. ERNESTUS, ARCHIDUX AUSTRIÆ, Leopoldi Probi, qui in Prælio Sempacensi an. 1386. occubuit, Filius, Wratislaviam appulit, in Poloniam proficisciens & Cymbarkam, Ziemoviti Masoviæ Ducis Filiam PIA-STEO Sanguine natam, ducens, quæ AUGUSTISSIMAM GENTEM AUSTRI-ACAM fœcunda Parens propagavit. An. 1419. d. 16. Aug. Apoplexia tactus REX WENCESLAUS diem suum obiit, cuius sub Imperio undique irruentes Turbæ quasi rapidissimo flumine convenerant, a quibus nec WRATISLAVIA mansit secura, cum Plebs an. 1418. d. 18. Julii contra Senatum insurgeret, Senatores ex Curia daret præcipites, Privilegia disperperet, & omnem fere Republicam dilaceraret: Vindictam vero SIGISMUNDI, Fratri & Successoris VVENCESLAI, sensit, cum is IMP. ac UNG. & BOH. REX an. 1420. d. 5. Januarii Urbem ingressus XXIII. tribuum Seniores supplicio afficeret, plures Exilio damnaret, Urbi Privilegia, Senatui formam & Dignitatem reddens. Edidit e. a. XIV. Martii egregium illud Diploma, quo singula Urbis Jura & Immunitates auxit, illique litteras Dueum VVRATISLAVIENSIMUM, quæ in Turba illa federali perierant, integras inferuit, ita de Urbe locutus: „*Licet cunctarum Civitatum „Regni nostri BOEMIE Civiumque & inhabitatorum earundem Commoda simul & „Profectus ampliandos Celsitudo nostra soleminiter invigilet, VVRATIZLAVIEN- „SEM tamen Civitatem nostram, que velut altera Sedes & Caput Ejusdem Regni est Fons- „que legalitatis irriguus affluentia prelarga derivans in alias, sine qua etiam hujusmodi Ci- „vitates velut acephale forent, cujusque Coetus Civium tanquam Regula Morum, Exemplar „& Speculum moralitatis humane Vite jubaque splendidum inter alias quaslibet Ci- „vitates emicuit, exuberantiori quadani Prerogativa favoris & gratie dotandam „largiflue dignum & equum judicat nostre Providentia Majestatis.* „ Urbis ad Concilium Constantiense Legatus an. 1415. benigne exceptit & a Senatu, quem ab omni Censi immunitem reddidit rubrique Sigilli Facultate donavit, alios quoque Legatos in Italiæ proficisciens Comites Itineris postulabat, quibus argumentis de Gratia tanti Principis abunde constat. Eadem Tempestate latam Periculi Procellam Urbs sustinuit infestum Hussitarum Exercitum, qui Rositzio aliisque testibus an. 1428. secunda vice Silesiam per- vastans in die SS. Philippi & Jacobi Suburbia quoque Wratislaviensis adortus est, & Duke quodam Jonkolda Sabothum Montem Arce tum insignem occupavit, unde in omnem Provinciam poterat incurrere. Ægre, id habuit Wratislavienses, qui collecto cum Suidnicenibus Exercitu d. 7. Mens. Junii Arcem illam expugnarunt suaque Virtute a tanta Patriam immunitem reddiderunt formidine: imo an. insequ. 1429. Olaviam Urbem receperunt Cohortes nostra, quod tanta Hussitarum strage factum, ut Fontes quoque cum occisorum Corporibus adimplerent. A. 1430. secundo prope Suidnicum cum hostibus Prælio die S. Egidii gesto Monstrbergam ab Husitis vix occupatam in Die Nativ. Mariæ prima Impetu recuperabant Wratislavienses, cuius Arcem, ne rebus undique turbatis quid amplius

WENCES-  
LAO:SIGISMUN-  
DO:

amplius Detrimenti inde capiat Patria, destruxerunt. An. 1435. Nimicum frustra olim ab Imp. Henrico II. obsidione cinctum in Die Innocentium expugnabant. Hæc ea Tempestate Wratislaviensium Virtus eminuit bellica. An. 1437. die 9. Decembr. Vita decepit SIGISMUNDUS IMP. hinc ALBERTUS ARCHIDUX AUSTRIÆ ob ELISABETHEN, FILIAM SIGISMUNDI ductam HUNGARIÆ & BOHEMIÆ REGNUM adipiscitur, postea quoque electus ROMANORUM IMP. Atnepos D. RUDOLPHI I. Habsburgici. Wratislaviam an. 1438. d. 19. Novembris ingressus Ducatus Præfecturam Senatui ad an. usque 1455. prorogavit: Urbis Jura & Immunitates an. 1439. confirmavit, novas a SIGISMUNDO IMP. opificibus leges injunctas habuit ratas: Silesiæ Albertum Marchionem Brandenburgicum, qui Germanorum Achilles dici meruit, Capitaneum præfecit: verum Majo Mense inchoante in Hungariam abiit Expeditionem in Turcas suscipiens, qua confecta in Austriam redditurus VI. Kal. Nov. in Villa non procul Strigonia, quæ Longa dicitur, nimio Peponum esu extinctus est Conjugem gravidam relinquens, quæ an. 1440. d. 22. Febr. LADISLAUM Posthumum, UNG. & BOHEMIÆ REGEM peperit. Hujus ante Nativitatem Proceres quidam Ungari WLA- DISLAUM POL. REGEM ad Regnum occupandum invitabant, qui an. 1444. d. 10. Nov. apud Varnam in Prælio cum Turcis gesto occubuit: LADISLAUM tamen quadrimestrem Dionysius R. E. Cardinalis, Strigonensis Episcopus corona cinxit, quem Mater inde ad FRIDRICUM III. IMP. Tutorem educandum Vindobonam duxit. Acceptum ELISABETHÆ huic fert Wratislavia editum Pisonii an. 1440. in Festo Omnium Sanctorum Diploma, quo Urbis Privilegia, Immunitates & Jura auxit: aliud & LADISLAO REGI an. 1455. die festo trium Regum confectum, qui an. 1454. d. 6. Dec. Urbem ingressus est, Comite Itineris inter alios Georgio de Podyebrad, Regni Bohemiæ Gubernatore. Homagium REGI d. 11. Dec. S. P. Q. Wratislaviensis præstítit: inde Henricum Baronem Rosenbergium, Jodoci Episcopi Wratislav. Fratrem, Ducatui & Urbi Capitaneum Rex dedit & an. 1455. d. 31. Jan. in Bohemiam rediit, sed ingenti humanæ fragilitatis Exemplo triennio abhinc nondum exacto an. 1457. d. 23. Nov. intra triginta & sex, postquam ægrotare cœperat, Horas diem suum obiit, quem in Bohemiæ Regno successor GEORGIUS BODIEBRADIVS exceptit. Hic Wratislaviam Obsequii Gloriam re- cusantem irrita an. 1459. Obsidione cinxit, imo MATHIAM HUNGARIÆ REGEM Generum hostem expertus est, qui Moravia intercepta Silesiæ quosque Principes in fidem clientelamque recepit & an. 1469. Olomucii REX BOHEMIÆ dictus est: hinc & Pontif. Rom. & IMP. accedente Consilio MATHIAM REGEM salutavit Wratislavia, unde tamen bellum ipsi cum Ducibus Monsterbergensibus, GEORGII REGIS FILIIS, natum, quod curarius Rositzius & Henelius in Chron. Monsterbergensi expoununt. An. 1469. d. 26. Maii Urbem ingrediebatur MATHIAS, cuius die S. Viti Jura & Immunitates confirmavit, Senatus Auctoritatem contra tot Plebis Insultus vindicavit, Præfectum Urbi ac Ducatui Sdencenom Baronem Sternbergium dedit: imo cum mortuo an. 1471. GEORGIO, WLADISLAUS BOHEMIÆ REX, Casimiri IV. Pol. Regis VVLADISLAO: F. de recuperanda Wratislavia cogitaret, & adjuvante Patre ingentem Exercitum colli- geret, quo an. 1474. Mense Octobri Wratislaviam cinxit, MATHIAS REX in muni- tum S. Vincentii Cœnobium tunc Propugnaculi instar ad Orientem extra Portam situm (ob metum vero ingruentium & an. 1529. Viennam obsidentium barbarorum dirutum) se contulit, ac admiranda Virtute Urbem salvam præstítit ac incolumem, quippe ingentia mala passi Poloni & Bohemi, dum frigore, fame & peste laborant, Pacis Conditiones postu- labant, quas & Mense Decembri accipiebant, MATHIA prius & Patrem & Filium, illum Poloniæ, hunc Bohemiæ Regem, ad Colloquium prope Wratislaviam d. 16. Nov. vocante. Exierunt ergo Silesia Poloni, quos adeo contemtui hostes Urbs habuit, ut toto Obsidio- nis Tempore nec interdiu nec noctu portas clauderet REGE suo confusa, uti Petrus ab Haunold, qui ea Tempestate Wratislav. a Secretis fuit, in Chron. Siles. MS to testatur. Extincto demum an. 1490. Vindobona repentina Casu MATHIA, WLADISLAI REGIS obsequium lubens subiit, qui Budæ an. 1496. die Assumptionis MARIAE ejus Jura ac Immunitates confirmavit, imo & an. 1505. d. 20. Julii Academiam erigendi Facultate donavit, Jure Patronatus REGIO Senatui concessit: hoc & Filio ejus LUDOVICO LUDOVICO: REGE imperante summas Opes Commerciorum Amplitudine Urbs collegit celeber- rimum in his Oris Emporium, neque tamen hostes illi deerant, Fridricus II. Dux Ligni- censis, qui ex Terra Sancta redux an. 1509. & Bartholomæus Dux Monsterbergensis, qui an. 1512. Incursionibus ejus Agros pervaſtabant, utrumque vero Prælio superavit & ad

Pacem ineundam adegit. An. 1523. LUDOVICUS REX die Martis post Oculi in Arce Pragensi agens litteris egregiis eam donavit, quibus & Jus Monetæ, quo jam D. CAROLUS IV. eam auxerat, confirmavit: triennio vero abhinc exacto ad Mohazium contra Turcas acerrime pugnantem demum hostium numero non Virtute victum fugaque salutem quarentem, in paludibus vero submersum optimum hunc Principem amisit VVratislavia, qui incredibili eam Tristitia affecisset Occasus, nisi AUGUSTISSIMÆ GENTIS AUSTRIACÆ Exitus oppressam recreasset.

FERDINAN-

DO I.

MAXIMI-

LIANO II.

RUDOL-

PHO II.

MATHIA:

FERDINAN-

DO II.

FERDINAN-

DO III.

**FERDINANDUS I. HUNGARIÆ ac BOHEMIÆ REX, ARCHIDUX AUSTRIAÆ, INFANS HISPANIARUM**, cui Conjux ANNA, occisi LUDOVICI REGIS Soror unica, Ungariam ac Bohemiam attulit, Kal. Maji an. 1527. VVratislavia ingrediebatur, quam d. 18. e. m. Diplomate, quo Jura & Immunitates ejus confirmavit, donabat & adeo in Deliciis habuit, ut repetitis vicibus an. 1527. 1538. & 1546. sua illustraret Præsentia. Imo Frater ejus CAROLUS V. IMP. P. F. A. in Comitiis Augustanis an. 1530. d. 10. Julii Insignia VVratislaviensia Augusta liberalitate auxit, aureisque & argenteis numis ea incidi jussit, quod Diploma Munificentæ AUGUSTÆ Documentum Spec. C. D. no. CXLVII. exhibet. Abdicante sepe Imperio CAROLO V. FERDINANDUS I. ad id Dignitatis Fastigium evectus est, qui Filium MAXIMILIANUM II. an. 1549. BOHEMIÆ REGEM dedit, an. quoque 1562. electum ROMANORUM & an. 1563. UNGARIÆ REGEM. Hic defuncto an. 1564. d. 25. Julii Patre optimo ad Regiminis Gubernacula accessit, Wratislavia jam an. 1563. d. 6. Decembr. inter repetitos omnium Applausus Arcusque Triumphales exceptus: Princeps non de SILESIA modo, sed & universa CHRISTIANA Re publica Thuano teste optime meritus; sed longa Ægritudine debilitatus in Comitiis Ratisbonensis an. 1576. d. 12. Octobr. Maximiliani nomine insigni inter Ordinum Imperii Manus ac Amplexus animam DEO reddidit, Imperio Romano-Germanico & Regnis Bohemiæ ac Ungariæ Successorem Filium RUDOLPHUM II. relinquens, cui an. 1577. d. 24. Maji præsenti Wratislavia Homagium præsticit. Hoc adhuc superstiti MATHIAS, Archidux Austriae, FRATER in Regnorum BOHEMIÆ ac Hungariæ regendorum Societatem a RUDOLPHO adoptatus est, eo an. 1612. d. 10. Jan. defuncto electus & ROMANORUM IMPERATOR. Et hic Wratislaviam an. 1611. d. 18. Sept. appulit, & præstito sibi d. 9. Octobr. a. e. Hornagio Viennam rediens, liberis ipse carens FERDINANDUM II. CAROLI ARCHIDUCIS Filium, D. FERDINANDI I. Nepotem adoptatum, BOHEMIÆ REGEM præfecit, cui an. 1617. Mens. Septembri VVratislaviam ingresso fidem Silesii jurabant. Verum feralis illa Pragæ an. insegu. 1618. d. 23. Maji exorta Tempestas Bellum tricennale excitavit, omnemque non Silesiam modo & Bohemiam, sed & Germaniam dilaceravit, disjunctissimasque nationes ad Arma vocavit, Fridricum Electorem Palatinum ad Bohemiæ Regnum invadendum excitavit, quem & non poterat non recipere Silesia, nisi totam sibi Belli molem suis Viribus certe majorem attrahere voluisse. Egregia tamen Virtute FERDINANDUS II. recuperavit BOHEMIAM, Fridricum Regno pepulit, inque gratiam Silesiam recepit, cuius Tutelam Septem-Vir Saxo gesserat, qui inito Pragæ cum AUGUSTISSIMA GENTE AUSTRIACA an. 1635. d. 31. Maji fœdere Lusatiam tunc Pignoris nomine obtinuit. Verba D. FERDINANDI II. quibus in eo Veniam quoque VVratislavia dedit, (quæ ipso Pufendorffio confitente nulla ratione comoveri potuit, ut Suecis accederet,) sunt hæc: „Sr. Kayserl. Maji haben ausdrücklich bedinget, daß die Stadt Breslaw gegen solcher erwiesen Gnad die Hauptmannschaft desselbigen Fürstenthums samt der Cantzley und andern darzu gehörigen „Juribus ohn einigen Entgelt der darauf haftenden Pfand-Sunima und andere Forde- „rungen, Ihr. Kayserl. Maj. zu Dero freyen Disposition lediglich wider abzutreten und „einzuräumen, auch die inhabende Versicherungen auszuhändigen schuldig seyn soll- „te; doch in andern Stücken, die nicht eigentlich zur Canzley noch Hauptmannschaft des „Fürstenthunis gehörig, der Stadt Breslaw in Religion- und Prophan-Sachen habenden Pri- „vilegiis, wie auch insonderheit an dem Exercitio der Augspurg. Confession ohn Abbruch. Defunctum an. 1637. d. 15. Februarii Patrem in Imperio & Regnis hæreditariis Successor FERDINANDUS III. exceptit, Suecorum ad Nördlingam Victor, qui pacata ex Voto Germania an. 1648. Jamum clusit, dum d. 24. Octobr. cum Suecis Osnabrugæ Pacem iniit, cuius Articulo XIII. ita cautum est: „Silesii etiam Principes Aug. Confess. addicti, „Duces scilicet in Brieg, Lignitz, Münsterberg & Oels, itemque CIVITAS WRATISLA- „VIENSIS in libero suorum ante bellum obtentorum Jurium & Privilegiorum, nec non Au- gusß.

„gust. Confess. Exercitio ex Gratia CAESAREA & REGIA ipsis concessò manutenebuntur. Singulari postea D. FERDINANDI III. Gratia Wratislavia a Ducatu suo penitus avulsa inter Ducatus hæreditarios in Principum & Ordinum Silesiæ Comitiis locum ab aliis Provinciæ Ordinibus sejunctum sortita est, & primus Ordinis Senatorii, qui Capitaneus antea Ducatus fuerat, Præses appellari cœpit. FERDINANDUM IV. RÖM. UNG. & BOH. REGEM, D. FERDINANDI III. CÆSARIS Primogenitum, priusquam Republicæ gubernacula capesseret, præmatura Mors an. 1654. Orbi abripuit: hinc D. FERDINANDO III. triennio abhinc exacto defuncto, alter filius LEOPOLDUS M. fuc-  
cessit, qui Suecorum armis pene oppressam Poloniæ erexit, postea cum Joanne III.  
REGE POLON. fœdus init, quod Compactata Silesiam inter & Poloniæ vocant:  
Wratislaviæ Jura, Immunitates & Privilegia non modo confirmavit, sed & aliis indies superadditis auxit, Academiam in ea condidit, Gallorum denique, Turcarum, & Ho-  
stium quorumvis Victor an. 1705. d. 5. Maii in Cœlum relatus, duos filios in Generis hu-  
mani Solarium relinquens. D. JOSEPHI IMP. AUG. HUNG. BOHEMIAEque JOSPHO.  
REGIS Munificentia acceptum fert Wratislavia, imo & universa Silesia confirmatum  
an. 1707. Jus liberi Exercitii Religionis Augustanae Confessioni addictorum, olim Pace Osnabrugensi stabilitum: Bohemia pristinum in Comitiis Imperii locum an. 1708. uno omnium Voto recuperatum: Germania assertum sibi pulsis hostibus libertatis Decus:  
Hungaria sublatum civile bellum; id saltim Orbis terrarum doler præmaturo fato OPTI-  
MUM PRINCIPLEM filioque destitutum an. 1711. d. 17. Apr. diem suum obiisse. Ita-  
que ad FRATREM UNICUM CAROLUM, HISPANIARUM ac INDIARUM CAROLO VI.  
REGEM, GERMANIAE, HUNGARIAE, BOHEMIAEque Vota delata sunt: Ro-  
gant, supplicant, ut ex HISPANIA redeat unicum fessis Rebus Auxilium, quo Li-  
bertas & salus & gloria horum Regnorum fundatur: Annuit omnium Desideriis, qui omniibus imperat, nec interfuso Mari, nec emetiendis tot terrarum Spatiis prohiberi Iter pro Utilitate communi suscepimus patitur: CAROLUM NOSTRAMQUE SALU-  
TEM navis vehit, quam CAESAREM vexisse eodem, quo Italia littus die appulit,  
DEUS T. O. M. testatus est. Cognoverunt inde eo majorem, nec Voto saltim con-  
cipere Principem licere, quæ summi ex Adventu AUGUSTI perceperunt latitudinem,  
Gentes, emensus Oceanus, subacta HISPANIA, devicta Gallia, liberata ITALIA, pa-  
cata GERMANIA, exacti HUNGARIA Barbari, SERVIA sub Jugum missa, rece-  
pta SICILIA, Rex SARDINIÆ datus, Oriens ac Occidens Tropæis lustratus, Ja-  
nus denique Pace Terra Marique parta clusus porrectam nominis Majestatem ab Or-  
tu Solis ad Hesperium Cubile loquuntur: nec minus gloria addit, quod conversus ad Pa-  
cem CÆSAR, Occidentem Orientemque utili misceat Commercio, & aquilas victri-  
ces in diversa Maria abire jubeat, ita velox CAROLI NOSTRI Potentia & in omnia  
pariter intenta Bonitas. An. 1723. nuper elapsò d. 5. Septembr. ipse CÆSARUM MA-  
XIMUS, d. 8. m. ejusdem ELISABETHA, CONJUX AUGUSTA BOHEMIÆ Dia-  
dema uno omnium Ætatum ac Ordinum Applausu suscepimus, quibus supplex Wra-  
tislavia nova indies obsequentis fortunæ Specimina, & GENTIS AUGUSTISSIMÆ  
Æternitatem appreccatur.

§. 24. Longius in Rebus nostris exponendis progressum me confiteor, quod Pie- De quibusdam  
tas suaferit: reliqua Silesiæ Urbes tertiam in Comitiis Consultantium Classem occupant, reliquarum SI-  
quarum vero rationem Diplomatuni fide hic speciale habere nequeo, quod eadem Di-  
plomata, quibus Ducatum, cui annumerantur, & cui nomen impertiriuntur, Duces olim Si-  
lesiæ feudi Titulo BOHEMIÆ REGI obtulerunt simul & rationem, qua Urbes acce-  
serint commonstrent, singularum vero Res describere instituti nostri Rationem excede-  
ret. Speciminis loco sint, duo VVLADIZLAI Ducis Opoliensis Diplomata, quibus an.  
1267. & an. 1280. Ratiboram donavit, & aliud Przemislai Ducis Opoliensis an. 1290. con-  
fectum, vel ideo in memoriam revocanda, quod Duce hos in Aula Thesaurarium, Pin-  
cernam & Dapiferum habuisse, omnemque ad augendam ac amplificandam Urbem In-  
colis Open tulisse affirment, (vid. Dipl. CXLVIII. CXLIX. CL. CLI. CLII. in Spec.  
C. nostri Silesiæ D.) Inde Ludovici II. Ducis Bregensis, quibus an. 1417. Goldbergæ Im-  
munitates & Jura auxit, constitutus Lignicensis ac Goldbergensis Terræ ab Agnato  
Wenceslao Duce Lignicensi, Episcopo Wratislavensi Præfactus, quas an. in sequ. 1428.  
Terras hæreditario Jure posidendas accepit. Pronepos ejus Fridricus II. Dux Lygio-  
Bregensis, Fridrici I. Filius, Johannis Ducis Silesiæ, Domini Lübenensis ex Hedwige, Fi-  
lia Ludovici II. Nepos, Urbes ac Terras Wohlavensem, Stinavensem ac Raudensem

LESIAE Ur-  
biu[m] Diplo-  
matibus.

a Johanne Turczone de Bethlenfalva an. 1524. emit, quod LUDOVICUS UNG. & BOHEMIÆ REX Budæ e. a. Sabbathi die post Hedwigis ratum habuit, unde in Silesiæ Ducum Lygio - Bregensium Titulis postea quoque Wohlaviensis Ducis apparet.

Diplomata-  
rium Bohemo-  
Silesiacum  
illustrat  
I. GÉRMA-  
NIÆ Res :  
imprimis CA-  
ROLO IV.  
IMPERAN-  
TE :  
1) locus, an-  
nus, & dies,  
quo Romano-  
rum REX ele-  
ctus est:

2) Ludovico  
Bav. defuncto  
Amicos sibi  
parat Bavarus :

3) Saxones  
contra Gün-  
therum Com.  
Schvvartzbur-  
gicūm Socios  
experitur:

4) Palatinos  
quoque ad  
Rhenum Co-  
munes, ex qui-  
bus Adolphi  
Elect. F. Ru-  
pertum II. ex  
Captivitate  
Wittember-  
genii libeat :

5) Pacata  
GERMANIA  
de Bavaris be-  
ne mereri non  
desir:

6) Marchiam  
Brandenbur-  
gensem prævia  
Cause Cogni-  
tione Ruperto  
Palatino com-  
missa illis af-  
ferit :

7) Pomer-  
nia Duces ab-  
fentes in fidem  
clientelamque  
recipit :

8) Burggra-  
viatum Magde-  
burgensem Jo-  
hannes Comes  
a Ketz, cui He-  
lena, Rudol-  
phi I. Septem-  
Viri Saxonis F.  
nubis, adipisci-  
tur :

9) Misnenes  
Marchiones  
ArbitriImpera-  
torem inter &  
Bavaros :

§. 25. Atque hæc de Usu Spec. C. Silesiæ D. dicta sufficient: supereft, ut quem Diplomatarium nostrum Bohemo-Silesiacum afferat, commonstremus. Imprimis vero GERMANIÆ & rerum a CAROLO IV. IMP. gestarum rationem in eo habuimus, quem a Gerlaco Moguntino, Balduino Trevirensi, Walramo Colonensi Archi-Episcopo, Johanne Rege Bohemiæ, ac Rudolpho I. Elect. Saxonæ Romanorum Regem electum fuisse Rudolphi ipsius Diploma Bafileæ an. 1346. Solis die proxima post S. Thomæ editum testatur hisce Verbis Annum, Diem & locum Electionis indicans: „Wir haben einmüttiglich erkoren und erwehlet den Durchleuchtigsten Fürsten, unsern Herrn, Herrn CAROLEN von GOTTS Gnaden Römischen Khunig, czu dermahlen Margrafen „czu Merheren, in dem Baum-Garten czu Reysè auf dem Rein, in dem Bistumb czu Trier, „als man zehlt nach CHRISTI Geburth 1346. Jahr, und in dem eilfsten Tage des Monaths „Julii zu einem Römischen Kunige. „ (vid. Dipl. XCIII. Diplomatarii nostri Bohemo-Silesiaci.) Præterat adhuc ea Tempestate Imperio LUDOVICUS Bavarus Imperator, quo an. insequ. 1347. d. II. Octobr. repentina fato extincto eo omnem dedit operam CAROLUS IV. ut non solum filium ejus primogenitum LUDOV. ELECT. BRAN- DENBURGICUM, penes quem Henrico a Rebdorff & Alberto Argentinensi testibus Imperii Insignia erant, sed & fratres reliquos sibi pararet amicos, (vid. Dipl. XCI. & XCII. l. c.) immo Rudolphus junior, Rudolphi senioris Electoris Saxonæ Filius, opem se- fesse contra Güntherum Comitem Schwarzburgicum CAROLO IV. laturum an. 1349. pollicitus est, (vid. Dipl. l. c.) nec Palatini Comites ad Rhenum Partibus ejus decurrant, (Dipl. XCIV. l. c.) præfertim cum Annam \* Rudolphi II. Elect. F. duceret, & Ruperto II. Adolphi Elect. Filium, ex Captivitate Wittembergensi liberaret. (Dipl. CI. l. c.) Hac ratione pacata Germaniæ imperare cœpit CAROLUS IV. cui an. 1350. Ludovicus Bavarus ob Feuda Marchiæ Brandenburgensis & Lusatia fidelitatis Juramentum præstítit, (Dipl. XCVI. l. c.) Imperator vero ipsi contra Johannem Burggravium Norimbergensem Suppetias se se laturum promisit, (Dipl. CX. l. c.) ejusque fratri Alberto, Bavariae Duci, Comiti Hollandiæ, Ludovici I. Duci Silesiæ Filiam Margaretham in Aula Augusta educataam addita XXXM. florenorum dote elocavit, (Dipl. CVII. l. c.) cui dotalitii loco Urbs Deckendorff fuit adscripta. (Dipl. CVIII. l. c.) Turbas in Marchia Brandenburgensi Woldemaro Electore circa an. 1324. defuncto excitavit Pseudo-Wolde- marus, qui se Conradi Marchionis Brandenburgici Filium mentitus est, hac ratione Bavaris Marchiam, hanc Feudi Titulo ipsis a Ludovico Bavarо Imp. concessam eripere conatus: verum Causæ Cognitionem Ruperto Elect. Palatino CAROLUS IV. commis- fit, qui litteris egregiis (Dipl. XCIV. l. c.) Budissinæ an. 1350. die Solis, Invocavit, editis justo eam Feudi Titulo Bavaros habere & VVoldemarum, prouti Imperii Proceres, quos nominat, sub Juramento se se affirmare velle dixerant, fictum Marchioneni non verum Conradi Filium esse CAROLUM IV. certiore reddidit. Pomeraniæ Duces, Bogislaus, Barnymus, & VVratislalus Stettini an. 1348. fidelitatis Juramentum CAROLO IV. coram Patruo ipsorum Barnymo & Johanne Episcopo Camynensi, tanquam Procura- toribus præsterunt: (Dipl. XCII. l. c.) Burggraviatum Magdeburgensem Johannes Comes a Retz an. 1355. adeptus est, cum suadente CAROLO IV. IMP. Helena, Rudolphi I. Elect. Saxonæ Filia, ipsi nuberet, (Dipl. CII. l. c.) Berchtoldus vero Burggravius Magdeburgensis, Comes Hardeccensis, Vasallus Alberti II. Archi-Ducis Austriæ Beatri- cem, VVladizlai Ducis Silesiæ Bithuniensis & Koslensis Filiam, duxit. (Dipl. LXII. LXXIII. LXXIV. l. c.) Misnenes Marchiones Fridricum & Balthasarem an. 1355. Arbitros inter se & fratres Bavariae Duces ab una ac CAROLUM IV. & Johannem Moraviæ Marchionem ab altera Parte Ludovicus cogn. Romanus Marchio Brandenburgensis es- se voluit, qui a Ludovico cogn. Seniore Fratre Terram hanc adeptus est, quam postea Fratri Ottoni commisit CAROLI IV. ob Annam Filiam Genero, a quo Andr. Ratis- bonensi Teste CCM. florenorum summa eam Imperator redemit & Filio Sigismundo destinavit. (Dipl. CIX. l. c.)

### §. 26. A

\* vid. Dipl. XXXI. apud Goldastum in den Beylagen.

§. 26. A Bavariis in BOHEMIAM nobis redeundum, cuius Duce*n* WRA-<sup>II. BOHE-</sup>  
TISLAUM II. an. 1086. in Comitiis Moguntinis Cosma Pragensi co*z*vo teste pri-<sup>MIÆ &</sup>  
num Bohemiæ Regem Henricus IV. Imperator dixit. Balbinus quidem WEN-<sup>quidem</sup>  
CESLAUM I. quem Sanctum vocant ab Henrico I. Aucupe in eandem Regis Digni-<sup>i. REGUM:</sup>  
tatem iam evectum fuisse affirmat; sed ab eo nomine sponte abstinuisse Georg. Barthol-  
dus Pontanus a \* Braitenberg tradit: Poloniæ tamen & Hungariæ Regnis illud BOHE-  
MIÆ anteferri Monumenta quoque publica testantur: Johannes enim Comes Lucen-  
burgicus BOHEMIAE REX in Diplomatibus se BOHEMIAE & Poloniæ, D. vero <sup>OTTOKA-</sup>  
FERDINANDUS I. in numis quibusdam argenteis, quos Imperiales vocant, BOHE-  
MIÆ & Hungariæ Regem appellavit. WLADISLAUS II. an. 1158. in Comitiis Ra-  
tisbonensis a Fridrico I. Imp. Radevico Frisingensi & Günthero in Ligurino testibus  
Rex creatus Circuli quoque aurei Usum obtinuit, quod Diploma \*\* Goldastus &  
Balbinus habent: Sed Regis Personæ, non Bohemiæ titulus hic videbatur concessus,  
donec Philippus Cæsar an. 1199. OTTOCARUM denuo REGEM BOHEMIAE ad-  
pellaret, idque ratum haberent OTTO IV. Cæsar & Innocentius II. P. R. inde RE-  
GIS Nomen manavit ad posteros. Fridricus II. „se ab Ottokaro præ cæteris electum  
„fuisse Imperatorem Basileæ an. 1212. VI. Kal. Octobr. egregio Diplomate confitetur,  
„quo Jus ac Autoritatem investiendi Episcopos BOHEMIAE REX accepit, & veniam,  
„quod ad nullam aliam Curiam Imperatoris venire debeat, quam quæ apud Bamberg  
„vel Nürnberg vel apud Merseburg fuerit celebrata & si Imperatorem Romæ corona-  
„ri contigerit, quod ipsius Arbitrio committatur an CCC. armatos transmittere vel  
„CCC. Marcas persolvere velit.,“ (vid. Dipl. III. l. c.) An. insegu. 1216. Filium primo-  
genitum VVENCESLAUM REGEM BOHEMIAE eligi Pater Ottocarus conces-<sup>WENCES-</sup>  
fit; quare cum Benedictus Archi-Diaconus Belinensis de eo negotio ex Voto feliciter  
confecto Fridricum il. Ulmæ agentem certiorem redderet, litteris hic suis VII. Kal.  
Aug. editis id ratum habuit annoque 1231. (defuncto interea an. 1229. d. 23. Decembris.  
Ottocaro) Melfiæ Julio Mense VVENCESLAO & CATHARINAE Conjugi  
Regni Bohemiæ titulum & Possessionem adprobavit. (Dipl. VI. & VII. l. c.) Ea  
tempestate Moguntino Archi-Episcopo Reges Bohemiæ consecrandi & coronandi fa-  
cultatem ceu Regni Metropolitano fuisse Patris & Filii OTTOCARI & VVEN-  
CESLAI litteræ \*\*\* Pragæ an. 1228. editæ testantur. Successit VVENCESLAO an.  
1253. Filius OTTOCARUS, an. 1262. d. 9. Aug. Aquisgrani a Richardo Romano- OTTOKA.  
rum Rege de Regno Bohemiæ, Marchionatu Moraviæ, imo Austriæ Ducatu & Styriæ RI  
Marchionatu Investituram accepisse † Diplomate Goldastus probat: verum id nostra  
atate R. P. D. Steyererius in Commentariis doctissimis pro Historia Alberti II. Au-  
striæ Dicis cognom. Sapientis scriptis sequentibus ex rationibus pag. 141. seqq. voca-  
vit in dubium:

- 1.) quod jam an. 1259. Januario Mensè in Angliam redierit Richardus:
- 2.) nullo Elogio nisi ironico Ottokarum mactare potuerit, cum non Richardo, sed Al-  
phonso Coronae Æmulo in Comitiis an. 1257. fuerit suffragatus:
- 3.) Styria jam ab an. 1280. Marchionatus desierit, Ducatus esse cœperit:
- 4.) Richardum possessionis, qua Austriam Ottokarus habuit, Titulum adprobare, cum  
tamen injusta & violenta fuerit: imo
- 5.) sui oblitum Goldastum diversum ab illo in eodem Appendice Documentum  
no. XXXIII. Richardi Diploma exhibuisse.

A RUDOLPHO tamen I. Imp. an. 1276. in castro ante Viennam VII. Kal. Decembris. OT-  
TOKARUM de Regno Bohemiæ & Marchionatu Moraviæ sublato fatali Germaniæ <sup>an. 1226. præ-  
lio occum-</sup> Interregno Investituram accepisse fide † Diplomatis affirmamus, quod oīnnio Seculi <sup>bentis:</sup>  
illius Indolem sāpit. Invito OTTOCARO Rege RUDOLPHUM electum fuisse Im-  
peratorem ad an. 1273 Chron. Austral. testatur: accessit alia, quæ bellum peperit, causa,  
cum Tentorii, sub quo RUDOLPHO Homagium supplex OTTOCARUS præsta-  
ret,

Ccc c 2

\* Archi-Ecclesiæ Pragensis Præpositus in Bohemia Pia, add. Dubravius lib. V. id certum est, Henricum Aucupem ac Ottinem M. IMP. Jus Civitatis Teutonicæ Bohemis dedisse & Ducibus eorum locum in Comitiis tribuisse.

\*\* Goldastus in Append. Documentorum Dipl. X.

\*\*\* Idem l. c. Dipl. XVI.

† l. c. Dipl. XVII.

†† l. c. Dipl. XX.

ret latera subito conciderent, ut uterque quid ageretur spectaret Exercitus applaudentibus Germanis, frententibus Bohemis. Ægre enim id ferens OTTOKARUS, cum in Bohemiam rediret Uxorim imprimis Cunegundis Instinctu bellum paravit, Austriae adortus est, nec eam pervastare desit, donec an. 1278. d. 26. Aug. infra Anasum in Campo, cui March fluvius nomen dedit, prælio eum superaret RUDOLPHUS, Fratres vero duo natione Styrii Gente Merenbergeri, quorum fratrem in Crucem egerat, trucidarent. Ea tamen Victoris extitit Benignitas, ut Ottokari Filio WENCESLAO BOHEMIÆ REGI Guttam Filiam Conjugem daret, & duobus de Pincernatu ac Electorali REGIS BOHEMIÆ Dignitate Egræ an. 1289. IV. Id. Martii, inde Erfordia an. 1290. VI. Kal. Octobr. editis Diplomatibus donaret. (Dipl. XXXII. XXXIII. l. c.) Imo cum adhuc minor Ottoni March. Brandenburgensi Tutori „pro XXM. Marc. Sunima

qui connubio  
RIXÆ REGI-  
BVS BOHE-  
MIÆ Jus hæ-  
reditarium in  
Poloniam af-  
feruit.

„civitatem Zittavia & castrum Ronaw cum eorum pertinentiis, castrum de Harffen-stein & Civitatem cum omnibus aliis attinentiis, Castrum Beddies cum suis pertinentiis, Castrum Detzenin cum suis pertinentiis, Castrum Usk & civitatem cum eorum pertinentiis, civitatem Bruks & castrum cum eorum pertinentiis, nec non castrum Sandore pignori dedisset, RUDOLPHUS IMP. omne illud negotium ceu vi metuve ac a minore gestum ex Voto Legatorum Bohemiae in solemni Principum Concione X. Kal. Sept. an. 1283. Freyburgi in Ottlandia per Sententiam infregit: (Dipl. XXX. l. c.) & quæ „Feuda Fridricus Misnensis & Orientalis Marchio ab Imperio habebat sponte resignata eidem WENCESLAO an. 1289. IV. Id. Martii Egræ concessit, (Dipl. XXXI. l. c.) Hic priore Conjuge Gutta an. 1297. defuncta, Rixam Przemislai II. Pol. Regis Filiam unican & veram Regni Poloniae Hæredem duxit, sive Jus hereditarium in Poloniam, Bohemorum Familiae Regiae attulit, quod postea JOHANNES Comes Lucemburgicus, cui Elisabeth WENCESLAI IV. BOH. REGIS ex Rixa hac Filia nubis, BOHEMIÆ Rex egregie sibi & posteris vindicavit, uti curatus in Dissertat. hujus I. §. 4. explicavi. Mortuo an. 1291. XVI. I. Kal. Aug. cum satis & naturæ & Gloriæ vixisset, RUDOLPHO e. adhuc a. VII. Id. Nov. Gerhardus Archi-Episcopus Moguntinus & in craftino B. Nicolai Ludovicus Comes Palatinus Rheni WENCESLAUM BOHEMIÆ REGEM, Ducem Cracoviæ & Sendomiriæ Francosurtum ad alium Imperatorem eligendum vocabant, (Dipl. XL. XLIII. l. c.) qui finistra Valetudine usus Legatos misit Bernardum Präpositum Misnensem, Hermannum Sumnum Camerarium Regni Bohemiae, Adalbertum de Seebergk, Burggravium in Tadas, & Tobiam de Rechym, Burggravium in Feiburg quos fecum „an. 1292. Francosurti ADOLPHUM NASSOVIAE COMITEM Regem Romanorum elegisse idem Gerhardus Archi-Episcopus Moguntinus, Adolphi consanguineus testatur, (Dipl. XLII. l. c.) Electus itaque Adolphus e. a. & l. III. Id. Maji WENCESLAO Regum Bohemiae Feudi titulo concedit. (Dipl. XXXIV. l. c.) quem & an. 1292. Archi-Episcopus Moguntinus Pragæ Diademate cinxit: verum hic cum Moguntino an. 1298. ALBERTI I. DUCIS AUSTRIÆ Causam fovere cœpit WENCESLAUS, eundemque ROMANORUM REGEM elegit, qui & Alberto Argentinensi teste e. a. d. 22. Julii juxta Vormatiū inter Pagum Gellheim & Monasterium Rosenthal prælio superavit & occidit Adolphum. E. a. 10. Kal. Dec. Norimbergæ agens ALBERTUS „quod civitatem Pirini cum castro & attinentiis suis ab Episcopo Misnensi VVENCESLAUS REX emerat, ratum habet, & an. 1300. III. Kal. Julii Moguntii ipsi quicquid a Terra Majoris Poloniae Ladislai Ducis sibi vindicare posset, Feudi titulo concessit: (Dipl. XLIV. XLV l. c.) cumque dieni suum an. 1305. \* d. 21. Junii WENCESLAUS IV. BOH. & POLONIAE REX obiret, filium ejus WENCESLAUM V. Juniores BOH. & POLONIAE Regem e. a. XII!. Kal. Sept. de Regno Bohemiae \*\* investivit, & XV. Kal. Sept. e. a. & l. a Banno Imperiali, quo Parense ejus ante Obitum affectus fuerat, absolvit, Sed an. in sequ 1306. Juvenis Rex d. 3. Aug. Olomucii agens occisus Prole carens Regnum effecit vacuum, quod RUDOLPHUS Austriæ Dux, Alberti I. Imp. F. occupavit WENCESLAU IV. Regis Viduam Conjugem Rixam, Przemislai II. Pol. Regis filiam, ducens. Verum cum an. 1307. Horasditum Obsidionem cingeret, Alvi profluvio in Castris extinctus est: HENRICUS ergo Carinthia Dux, cui Anna WENCESLAI V. Junioris Soror nupserat, Regnum Marchionis præferrimus

WENCES-  
LAI V.

JOHANNIS:

Mis-

\* vid. Chronicum Claustro-Neoburgense Tom. I. Script. Rer. Austriacarum R. D. P. Hieronymi PEZII. p. 477.

\*\* vid. Dipl. XXV. & XXVI. apud Goldastum in Append. Documentorum.

Misnensis Ope recuperavit, sed a Johanne Comite Lucemburgico, cuius Pater Henricus VII. Albertum I. Austriacum in Imperio exceperebat, uno fere totius Gentis Bohemorum an. 1311. Voto ad Regnum occupandum vocato, ELISABETHES, Sororis WENCESLAI Junioris, Regnorum Bohemiae & Poloniae Haeredis Marito, Praga ejus est discessit, hinc & JOHANNEM & ELISABETHAM Prid. Non. Februarii Diadematam Petrus Archi-Episcopus Moguntinus cinxit suffragantibus sibi Joanne Pragensi & Petro Olomucensi Episcopis. Hic AUGUSTAE GENTI LUCEMBURGICÆ Bohemiam & Poloniam Jure haereditario vindicavit, Silesiam afferuit, „ Marchiam Budissi- „ nensem cum Civitate Camenz Woldemaro March. Brandenb. ac Electore absque liberis „ defuncto ab Imp. LUDOVICO Bavarо Feudi titulo in castris prope Hazelach accepit: „ qui & an. 1320. die Veneris ante Reminiscere medianam Partem Bacherach, Stalburgk & „ Stalck JOHANNI REGI pignoris nomine dedit. „ (Dipl. XLVI. & XLVII. l. c.) Postea totam Lusatiam in suam Ditionem Dubravio teste rediget, Regnoque pacato & Pace Polonis data, quam XL. M. aureorum summa & quod omni Silesia cederent, dum JOHANNES BOH. REX POLONIAE REGIS Titulo se se abdicaret, sibi comparabant, Gallorum Regi Johanni contra Anglos Auxilia latus in Pugna Cressiacensi an. 1346. \* Sabbatho post Bartholomai occubuit: cuius Filius primogenitus CAROLI IV. ROLUS e. a. d. II. Julii REX ROMANORVM fuit electus. Hic amplificandæ Bohemiæ omni ratione intentus & Regni & Principum Regni Jura, Libertates & Privilegia egregiis Diplomatibus confirmavit, „ \*\* Reges coronandi & inauguranandi facultatem ab Archi-Episcopo Moguntino in Pragensem Archi-Episcopum transtulit, „ quem an. 1343. II. Kal. Maji Clemens VI. P. R. Avinione agens ad id. Dignitas fastigium evexerat, ab omni Vinculo Poloniae Silesiam penitus liberavit, eandem uti & Lusatiam singulari \*\*\* Constitutione, quam & Archi-Episcopus Moguntinus tanquam Germaniae Archi-Cancellarius ratam habuit, perpetuo adunavit, † Jus Electoratus & Pincernatus REGI BOHEMIÆ optime afferuit, & ‡ an. 1366. cum Alberto & Leopoldo AUSTRIÆ Ducibus de successione reciproca pactum Pragæ proxima Jovis die ante Palmarum iniit: Stephanus vero Bavariae „ Dux se nullum Vasallum & subditum Bohemiæ ad se trahere nec castra vel bona in Regno Bohemiæ & Marchionatu Moraviae emere velle an. 1355. pollicitus est., (Dipl. C VI. l. c.) Lithomisensem Episcopatum CAROLUM IV. fundasse Dubravius autor est, qui & novam Pragam eum extruxisse Urbemque hanc vere niarmoream effecisse tradit; Consilium vero, quod de Danubio cum Vultavia conjungendo Regno utilissimum animo volvit, ideo Eventu caruisse, quod novum Opus prohiberent Principes vicini. Tandem cum satis & Naturæ & Gloriæ vixisset, an. 1378. in Vigilia S. Andreae Apostoli decessit, Bohemia WENCESLAO filio ex Anna, Henrici II. Ducis Silesiæ, Domini de Fürstenberg Filia, quæ utrumque & Suidnicensem & Javoriensem Ducatum Dotis loco attulerat, suscepit relinquens, quo imperante ferales illæ ob Johannem Hufsum & Hieronymum Pragensem in Concilio Constantiensi combustos Turbae Tempestatesque exortæ, quæ omnem Bohemiam dilacerabant, inde & Silesiam pervastabant. Ipsum tamen WENCESLAUM Silesiam Curæ Cordique habuisse ex his quoque nostris Paginis elucescit: dum „ an. 1382. VI. „ Kal. Junii Administratores & Capitulum Eccl. Wratislaviensis WENCESLAUM non „ solum Jura, Donationes, Privilegia, Gratias & Indulta per Progenitores ejus acceptas & „ accepta confirmasse: verum etiam novis Regiæ Munificentia Concessionibus, quas speciatim recensent, auxilie confitebantur: (Dipl. XV. Spec. C. nostri Silesiæ D.) Duces quoque „ Lygio-Bregenses simultaneam ipsi investituram an. 1379. Pragæ die Sabbathi proxima post „ S. Ascens. Festum, & Duces Opavienses eandem sibi Wratislaviæ an. 1404. die Solis „ prox. post Assumpt. B. M. V. concessam, acceptam ferebant: (Dipl. LXVII. & CXL. „ l. c.) taceo alia Diplomata plura, quibus Pragæ an. 1367. in Vigilia S. Mathiæ Conradum II. „ Ducem Olsnensem, Duces Lygio-Bregenses an. 1383. Die Pasch. Ducatum Svidnicensem & Javoriensem Svidnicki an. 1369. die Jovis ante S. Galli, (Dipl. LVIII. CXLI. & XCIV. l. c.) Cœnobium Grissovienense Pragæ 1395. (Dipl. LXXXVIII. l. c.) & Treb- „ nicen-

WENCESLAUM Silesiæ  
LAI:

\* Albertus Argentinensis ad annum hunc.

\*\* vid. Dipl. XXVII. XXVIII. &amp; XXIX. apud Goldastum in den Beylagen.

\*\*\* vid. Dipl. III. Spec. C. nostri D.

† Goldastus in Append. Documentorum no. XXXIV. XXXII. XXXV.

‡ Idem in den Beylagen no. XLIV.

„nicense VVratislaviæ an. 1404. d. 8. Aug. donabat: (Dipl. CXXXV. & CXXXVI. Di-  
 „plomatarii nostri Bohemo-Sileiaci) imo gratum acceptumque Silesiis fuisse, fœdus te-  
 „statur an. 1402. die Lunæ ante S. Mar. Magdal. VVratislaviæ inter Duces, Ordines &  
**SIGISMUNDI:** „Urbes Silesiæ pro Rege VVENCESLAO confectum. (Dipl. CXXVII. Diplomatarii  
 nostri Bohemo-Sileiaci.) Defunctus an. 1419. d. 6. Aug. Fratrem **SIGISMUNDUM**  
**IMP.** ac HUNGARIÆ REGEM Successorem natus est, non tamen nisi Procopio  
 Raſo Thaboritarum Duce, imo & Orphanorum agninea Proceribus Bohemiæ superato  
 & delecto, an. 1436. uno omnium Applausu Pragæ exceptum. Eo Dieni suum an. 1437. d. 9.  
 Decembr. obeunte, occidit quoque AUGUSTA GENS LUCEMBURGICA, & Bo-  
**ALBERTI:** hemiam Hungariamque ALBERTUS ARCHIDUX AUSTRIÆ, unicæ Filia SIGIS-  
**LADISLAI:** MUNDI; ELISABETHÆ Maritus, adeptus est, electus quoque an. 1438. Romano-  
 rum Imperator. Sed Bohemia nondum ex omni Parte runc pacata Testimonium CA-  
 SIMIRUS perhibet, V Vladislai Jagellonis Poloniæ Regis natu minor Filius, VVLADIZ-  
 LAI Regis Hungariæ ac Poloniæ ad Varnam an. 1444 d. 10. Nov. occisi Frater, quem a Bo-  
 hemis Regem contra ALBERTUM vocatum fuisse Dubrav. L XXVIII. tradit, nos Dipl.  
 CXXX. Diplomatarii nostri Bohemo-Sileiaci probamus, „quo Wenceslaus Dux Op-  
 „pavensis & Ratiborienis Ratiboriæ Sabbatho ipso Die S. Lucæ Evangelistæ a Rege Po-  
 „lon. VVLADISLAO coactus Casimirum quidem Bohemiæ Regem electum fuisse pro-  
 „bat, Homagium vero ipſi ſeſe præſtare poſſe recuſat, donec ſacro Regni Bohemiæ Dia-  
 „demate fuerit inſignitus. „ Sed ab occupando Regno egregia Virtute Casimirum pro-  
 hibuit ALBERTUS, an. 1439. d. 27. Octobr. præmaturo fato ſuis ipſe ereptus, Conju-  
 gem tamen relinquens gravidam, qua LADISLAUM Posthumum enixa eſt. Hic  
 Hungariæ Corona quatuor Mensium Infans in Aula Regali Bohemiæ an. 1453. d. 28.  
**GEORGII**  
**PODIE-**  
**BRADII:** Octobris Pragæ cinctus, optima pulcerrimæ Indolis Specimina edens, inter Nuptiarum  
 apparatus Sponsa Magdalena, Caroli VI. Gallorum Regis Filia, jamjam Iter in Bohemiam  
 parante, d. 22. Nov. an. 1457. aduersam valetudinem ſentiens, altero statim die ingenti hu-  
 manæ fragilitatis Documento extinctus eſt, cuius mortis anceps Fama, cum non deeffent,  
 qui Veneno interiisse affirmarent, quos tamen rumores ceu fictos ex regio Diplomate  
 „WVLADISLAUS UNG. & BOH. REX Pragæ an. 1472. die S. Valentini ſustulit, Mo-  
 „numento ejus aperto Corpus plane incorruptum & absque ullo propinati Veneni Signo  
 „inveniens. „ (Dipl. CCIII. l. c.) GEORGIVS Podiebradius Regni Bohemiæ an. 1453.  
 constitutus Gubernator, (Dipl. CLXVIII. l. c.) qui Gratiam Regis defuncti omni ratione  
 collegat, ad Fridricum Saxoniæ Septem-Virum Finium regundorum cauſa an. 1455. miſ-  
 ſus Legatus, (Dipl. CXLIII. l. c.) Alberti Achillis March. Brandenburgensis amicifili-  
 mus, (Dipl. CXLIV. l. c.) Ducatus Sileiæ Monſterbergenis maxima ex Parte Dominus,  
 (Dipl. CLXIX. l. c.) sepulto Rege Ordines convocat ſuamque Potestate olim ſibi a Rege  
 datam repentina hoc caſu haud extinctam, verum jam antea, teſtantibus id Regis ipſius Lit-  
 teris an. 1453. Viennæ editis, ab an. 1455. in alios ſex Annos prorogatam fuisse docet: Itaque  
 Gubernator primum ab Ordinibus Regni confirmatus, inde REX ſalutatus eſt: adverſa  
 tamen ad Vitæ usque finem Fata expertus. Cum Marchionibus Brandenburgicis an. 1459.  
 Egræ die Mercurii post S. Georgii fœdus iniit, alio insuper an. 1462. pacto auctum, (Dipl.  
 CXLIX. & CLI. l. c.) ac IMP. FRIDRICO III. omnem contra Fratrem Albertum &  
 Cives Viennenses rebelles Opem tulit: (Dipl. CCI. l. c.) quare & Imperator grates red-  
 dens filio Maximiliano Archi-Duci Tutorem sub iannuo XM. aureorum præmio, imo si  
 hic absque prole deceſſerit, AUSTRIAЕ, Styriæ, Carinthiæ & Carniolæ Hæredem con-  
 ſtituit: (Dipl. CLXXI. l. c.) Pius quoque II. P. R. an. 1458. XVIII. Kal. Octobr. & an.  
 1459. VI. Id. Jan. ad Auxilia contra irruentes Turcas ferenda ipsum exhortatus eſt: (Dipl.  
 CXLVII. & CXLVIII. l. c.) Verum nec VVratislaviam, nec Lusatiam Armis ad Obſe-  
 quium redigere potuit, & MATHIAM Generum, Hungariæ Regem, Hostem ſenſit acer-  
 rimum: imo Pius II. P. R. an. 1461. Cauſam ejus deſeruit, ad quem placandum Legatos  
 Romam miſit, (Dipl. CLV. l. c.) hinc & Moravia & Silesia ad MATHIAM REGEM de-  
 fecit, (Dipl. CLXXVI. l. c.) quibus fatis adverſis in eas anguſtias GEORGIVS fuit re-  
 dactus, ut Casimirum Polon. Regem ad fœdus invitaret, cuius ipſe, Conditionem offere-  
 bat, filiu CASIMIRI natu majorem VVLADISLAUM Bohemiæ Regem destineri,  
 imo ſi poſceret Casimirus, ſe adhuc ſuperſtitē coronari ac inaugуari debere, modo fi-  
 liam GEORGII, Ludomillam nempe poſtea Fridrico I. Duci Lygio-Bregenſi nuptam  
 duceret; „uti ipſe per litteras ad Legatos in Poloniā miſtos datas curatius exposuit, quas  
 ex authentica in vernaculum Sermonem translatas Dipl. CLVII. l. c. addidi. Accedit iis

Slugossus lib. XIII. ad'an. 1469. & 1470. qui cumulatus de hoc Negotio agit, quo confecto GEORGIUS REX an. 1471. d. 22. Martii diem suum obiit. Duos ergo tum Bohemia Reges habuit, MATHIAM Olomucii an. 1467. d. 3. Maji electum, cuius sub Imperio erant Silesia, Moravia & Lusatia; & WLADIZLAUM, CASIMIRI IV. Pol. Regis ex Elisabetha, ALBERTI II. IMP. BOHEMIAE, HUNGARIÆque REGIS Filia, suscepsum, qui Bohemiam habuit, & cum Patre Casimiro an. 1474. Mens. Octobri durissima Wratislaviam Obsidione, sed frustra cinxit; Pax tandem exacto abhinc triennio ea lege sancita, ut Bohemæ Regnum & Electoratum, Episcopatum quoque Olo- mucensem VVLADIZLAUS, Silesiam vero, Moraviam ac Lusatiam MATHIAS, uterque REGIS nomen habeat, siue prius MATHIAS decesserit, soluta Hungaris CCCC. MATHIAE: aureorum summa Moraviam, Silesiam ac Lusatiam recipiat VVLADIZLAUS: si vero hoc MATHIAS superstes fuerit, Regnum Bohemæ nunciscatur, quod ab ea argenti summa tunc liberum existat. Repentino Casu an. 1490. die Palmarum MATHIA Vin- dobonæ sublato, non in Bohemæ saltim Provincias singulas, sed & Hungariae Regnum Beatrice Vidua & Regem & Maritum eum eligente succesit VVLADIZLAUS, „cum fra- „tre Alberto ad Hungariae Regnum aspirante an. 1491. in Dominica Invocavit, penes Ci- „vitatem Casloviensem inter utriusque Partis Exercitus Pacem iniens, qua Glogovien- „sem, Opaviensem, Saganensem, Carnoviensem, Coslensem & Thoschensem Ducatum „Albertus accepit, „ (Dipl. CLXXVII. l. c.) in Poloniae postea Regem evectus. VVLA- WLADIZ- LAI: DIZLAUS hic Princeps Optimus, Bohemia pulcerrimis legibus ordinata, Silesia „ Trans- „actione Colovratina pacata, qua an. 1504. Sabbatho post Purific. MARIAE Wratisla- „via inter Ecclesiastici Ordinis Viros, & Principes Silesiæ restituta Concordia, „imo an. „1498. Budæ die Mercurii ante S. Andreæ Diplomate egregio donata, quod das gemei- „ne Landes - Privilegium & Palladium Provinciæ audit, & de Capitaneo universæ Sile- „siæ non nisi ex Principum Silesiæ Numero constituendo, de Jure Principum Silesiæ, „aliisque Jus Silesiæ publicum concernentibus maximi sane Momenti Rebus decernit, cum Filio LUDOVICO, quem Hungariae Regem in Alba Regali an. 1508. annoque in- sequ. 1509. d. II. Martii Pragæ Bohemæ Regem Diademate cingi jussérat, imo cum Fra- tre SIGISMUNDO Rege Poloniæ Viennam an. 1515. adiit, ANNAM filiam secum du- cens, quæ postea HUNGARIAM & BOHEMIAM AUGUSTISSIMÆ GENTI AU- STRIACÆ attulit. Benivole Hospites D. MAXIMILIANUS I. CÆSAR excepit, & foedus cum VVLADISLAO iniit, quo cautum, ut LUDOVICUS HUNGARIÆ ac BO- HEMIÆ REX MARIAM, MAXIMILIANI I. IMP. ex Filio Philippo Castiliæ Rege Neptem, FERDINANDUS vero ARCHI-DUX AUSTRIÆ, IMP. Nepos, AN- NAM, VVLADISLAI Filiam, ducat, quod & ex Voto factum feliciter. Mortuo an. 1516. d. 12. Martii VVLADISLAO ad Regiminis Gubernacula decennis accessit LU- LUDOVICL DOVICUS, adversa ob frequentes Solymanni Turcarum Imp. in Hungariam Excur- siones fata sentiens, quibus cum ipse conscripto undique Exercitu an. 1526. d. 29. Aug. prope Mohatzium obviam iret, pugnæque copiam hostibus faceret, eorum nume- ro superatus, fugaque salutem quærens in proxima Alluvie Danubii cum Equo in Aquis collapso submersus est: cujus ergo post Occasum D. FERDINANDUS I. ARCHI- DUX A U S T R I A E in utrumque Regnum succesit Pragæ an. 1527. d. 24. Febr. Dia- demate cinctus, a quo nova Bohemæ Regum Familia AUSTRIACA haud interrupta Ortum trahit, quod §. 23. anteced. curatius explicavi.

Hæc de Regibus BOHEMIAE Diplomatū fide in memoriam revocare opera <sup>2) Cœnobio-</sup> premium duxi, neque Silentio prætereunda Nobilissima Diocesis Pragensis, Cœnobia <sup>rum:</sup> quædam Cistertiensis Ordinis, quorum foundationis Litteras exhibemus, OSSECENSIS OSSECENSIS: iuxta Litomeritzum Bohemæ Oppidum, quod OTTOKARO I. Bohemæ Rege ap- probante an. 1207. Zlauco Comes Belinensis: ALTOVADI versus AUSTRIAM supe- ALTOVADI: riorem, quod Wocko de Rosenberg, Regni Bohemæ Mareſchallus an. 1259. SPINEÆ S. S. AUREÆ CORONÆ (Bohemis Zlata-Koruna) altero a Crumlovia Lapide, quod RONÆ: an. 1263. ipse OTTOKARUS II. Bohemæ Rex: AULÆ REGIÆ (Bohem. Zbras- AULÆ RE- law,) quod an. 1304. prope Pragam Filius ejus VVENCESLAUS IV. BOHEM. & POL. GLÆ: REX: SCHALITZENSIS, quod an. 1357. Theodoricus Cagelmiind ex Monacho & SCHALIT- Abbate Ord. Cisterciens. Episcopus primum Mindensis, hinc Archi-Episcopus Magde- ZENSIS: burgensis ac Regni BOHEMIAE Gubernator: VALLIS S. MARIAE, quod an. 1265. VALLIS S. nobiles Matronæ Utha & Ludomilla fundarunt. (Dipl. I. VIII. IX. X. XI. XII. XXXVIII. MARIAE. LI. LVI. LVII. LVIII. LIX. LX. l. c.)

;) Familiarum :  
LOBKOWIT-  
ZIORUM :

ILLUSTRISSIMARUM quoque BOHEMIÆ FAMILIARUM rationem quandam  
habuimus. LOBKOVVITZII, NICOLAUM a LOBKOVVIZ, Tabularum Terræ  
Regni BOHEMIÆ Protonotarium, Tutelam Regni BOHEMIÆ vivente VVENCES-  
LAO ROM. & BOH. REGE habuisse, inde a SIGISMUNDO ROM. IMP. HUNG.  
BOHEMIÆque REGE Pragæ coronato „Militæ Cingulo glorioſo S. VVENCES-  
„LAI Enſis publico Verbere insignitum, & Castro Haffenſtein, quod egregia Virtute ipſe  
„occupaverat, donatum, ex Litteris ipſius SIGISMUNDI an. 1421. d. 3. Jan. in Leitmeritz  
„editis cognoscent, (Dipl. CXXII. Diplomatarii nostri Bohemo-Silesiaci:) ejusque Fi-  
„lium NICOLAUM A LOBKOWITZ, cum Uxore SOPHIA de ZIEROTIN ab  
„IMP. FRIDRICO III. in Confratres Societatis atque Amprifia Stolæ albæ cum  
„tribus Liliis a Rêge Aragonum constitutæ Brunnæ an. 1459. d. 4. Aug. adscitos. (Dipl.  
CXXXII. l. c.) „STERNBERGII, JAROSLAI a STERNBERG Filiam MARGA-  
„RETHAM Bolconii Duci Silesiæ Coslensi & Bithumiensi, Wladislai Filio nuptam:  
(Dipl. CXIII. Spec. C. nostri D.) Et qui a Gente Czastalovvicensi, nunc quidem extin-  
ta, Ortum trahunt, Pothionis a Czastalowitz, SIGISMUNDI ad Comitia an. 1421. Czastal-  
viæ habita Legati, an. vero 1454. jam defuncti Matrem fuisse ANNAM Ducissam Si-  
lesiæ Oſſwentiensem, Uxorem Annam de Kolditz, (Dipl. CXLV. Diplomatarii Bo-  
hemo - Silesiæ) Filiam vero SALOMEAM, Wilhelmi Ducis Oppaviensis & Monſter-  
bergenſis Conjugem. (vid. Tab. noſtræ Genealog. VII. ad no. 50.) PERNSTEINIÆ  
Stirpis desinentis ſœminam fere ultimam POLYXENAM ZDENCKO ADALBER-  
TUS S. R. I. Princeps LOBKOVVIZIUS duxit, cuius Filius VVENCESLAUS EU-  
SEBIUS Ducatum Saganensem adeptus est, Avus Polyxenæ illius Johannes a Bern-  
stein Moraviæ Capitaneus, qui Glacensem Comitatum habuit, & Monetæ Jure uſus est,  
Filiam MARIAM VVENCESLAO ADAMO Duci Silesiæ Tessinensi & Majoris Glo-  
goviæ an. 1540. elocavit, (vid. Tab. Genealog. noſtra VI. ad no. 85.) alteram MARGA-  
RETHAM HENRICO II. Duci Silesiæ Monſterbergenſi, Caroli I. Filio, an. 1526.  
ipſo Nativitatis CHRISTI Festo desponsavit. (vid. Dipl. CXC. l. c. ex authentico trans-  
latum:) Ejusdem CAROLI I. Ducis Monſterbergenſis, quem Regni BOHEMIAE  
Capitaneum singulari Amore LUDOVICUS REX complexus, Filio Georgio Elisa-  
bethen, Patre Wilhelmo de POSTUPITZ orbatam, destinatam fuisse Conjugem ipſius  
REGIS litteræ Posonii an. 1524. die Veneris post III. Regum editæ testantur. (Dipl.  
CLXXXIX.) Erhardo de CUNSTADT an. 1386. Jodocus & Procopius Moraviæ Mar-  
chiones Oppidum Napagidl Feudi Titulo concedunt: (Dipl. LXV. LXVI. LXVIII. l. c.)  
Boczko de PODYEBRAD villam Cunwald prope caſtrum Luticz a Jeschkone Gdub-  
netz, Rege WENCESLAQ id ratum habente, an. 1389. emit, qui felici connubio Ar-  
cem Podyebrad Genti Cunstadeæ vindicavit. Pronepos ejus GEORGIUS, Victorini  
F. Boczkonis VI. Nepos an. 1420. d. 23. April. natus, Regni BOHEMIAE Gubernator,  
inde LADISLAO REGE extincto an. 1458. REX salutatus, Filios quatuor reliquit: Bocz-  
konem Dominum de Cunſtadt & de Podiebrad, ac DUCES MONSTERBERGENSES,  
VICTORINUM, HENRICUM I. Seniorem & HENRICUM II. Juniorem s. Hin-  
ckonem, hunc ex Johanna de Löben & Rosenthal, illos ex Cunigunda de STERN-  
BERG ſuceptos. Hi an. 1472. die Luna ante S. Georgii in Arce Podyebrad ſolemni  
Transactione Terras paternas dividebant, (Dipl. CLXXIV. l. c.) ſolus vero HINCO  
Matre Johanna an. 1475. Mensē Novenibri defuncta, cum Avunculo Leone de Rosenthal,  
Supremo Aulæ Regni BOHEMIAE Magistro, an. 1476. Mensē Februario Terras  
& Arces ab ipſa reliqas. (Dipl. CLXII. l. c.) Sed HINCKO nonnisi unicam Filiam  
Annam habuit, Henrico de Nova Domo nuptam, & reliquorum Fratrum Ducum Mon-  
ſterbergenſium, quos an. 1498. WLADISLAUS REX Ducatu Olsnensi auxerat, Poſte-  
ritas muſculina omnis an. 1647. Prid. Kal. Junii Carolo Fridrico Duce Monſterbergen-  
fi & Olsnensi diem ſuum obeunte interiit, cuius tamen Filia unica ELISABETH MA-  
RIA e. a. Kal. Maji, D. FERDINANDO III. CÆSARE concedente, SYLVIO NIM-  
RODO DUCI WVRTEMBERGICO Ducatum Olsnensem & Regium Podiebradi-  
cuni Sanguinem attulit. Hoc tamen quoque gavisus est Ulricus COMES HARDEC-  
CENSIS an. 1515. Sidoniam, GEORGII REGIS neptem, HENRICI I. Sen. Ducis Monſterbergenſis Filiam ducens: Henricus SWIHOVSKIUS de RISEMBERG, Ursulam,  
Henrici I. ex Alberto Filio Neptem unicam: JOHANNES de LEPORIBUS, Mar-  
garetham, Caroli I. Ducis Filiam: ejusdem Sorores Ursulam, Hieronymus a BIBER-  
STEIN, & Cunegundim, Christophorus L. B. de BOSKOWITZ & Triba: unde  
iterum

STERNBER-  
GIORUM:  
CZASTALO-  
WICEN-  
SIUM:

PERNSTEI-  
NIORUM:

POSTUPIT-  
ZIORUM:  
CUNSTADE-  
ORUM:

iterum in LOBKOWITZIOS defluxit, dum Johannis de Leporibus Filiam Annam Littwinus Popelius a LOBKOWITZ, & Annam, Hieronymi a BIBERSTEIN filiam, Christophorus Popelius a LOBKOWITZ in Bilin duxit, ut Tab. nostra Genealogic. DUCUM MONSIEBERGENSIUM Chron. Henelii Monsterbergensi profixa videre est. Sed omnes fere has illustrissimas Gentes nunc extinctas dolemus, nec Henrici de LEIPA, cui Barbara, ipsius GEORGII REGIS Filia, nec VVenceslai L. B. de Berka & Leipa, cuius Filia Catharina CAROLO III. Duci Monsterbergensi ac Olsnensis an. 1570. nupsit & Dotis loco Moravia Dynastias nobilissimas, Sternbergensem & Jaischwiezensem attulit, posteri supersunt: non nisi PRINCIPES LOBKOVVITZII & COMITES a THURN, ex quibus Georgius, FERD NANDI ARCHIDUCIS AUSTRIAECamerarius, SALOMEN, Henrici II. Ducis Silesiae Monsterbergensis & Olsnensis Filiam an. 1567. d. 16. Maii duxit. Hieronymo, Nicolao & Caspari Fratribus S. R. I. COMITIBUSSCHLICKIIS Dynastiam Bohemia Ellnbogen- sem singulari Diplomata an. 1489. die Lunæ post SS. Trinitatis Festum VVLADISLAUS REX HUNG. & BOH. confirmavit, & Caspari, qui primus ex illis Comitis S. R. I. Dignitatem adeptus est, SIGISMUNDUS IMP. AGNETEN, Conradi III. Ducis Silesiae Olsnensis Filiam elocavit. (vid. Dipl. CLVII. l. c. & Tab. Genealog. III. no. 21.) Andream S. R. I. Comitem TENCZINUM, qui CAROLO V. IMP. in Hispaniam proficisci adfuit, & an. 1532. contra Solymannum Turcarum Principe CCC. armatos suo ære conscriptos in Hungariam duxit, filiorum duorum Joannis & Andreæ, triunque filiarum Hedwigis, Sophiae & Annae Parentem, insignioribus Armis D. FERDINANDUS I. Viennæ an. 1561. d. 11. Apr. donavit, (vid. Dipl. CXCI. l. c.) quibus ad hanc usque nostram Ætatem ejus Posteri utuntur.

§. 27. SILESIÆ Ducatus singulos Diplomatū fide a §. 1. Dissertat. hujus ad MORAVIAE 25. usque lustravimus, MORAVIAE meminisse superest, quæ olim Regni nomine inclarauit, sed Familia REGIA extincta ad BOHEMOS Marchionatus & Feudi titulo ab Imperatoribus fuit translata. Juniores eam Ducum, postea Regum Bohemiæ Filii in Partes divisam habebant, Olomueii, Brunnae, & Znoymæ Sedem figentes: Henricum vero, Svatopulci Filium, WLADISLAI II. BOHEMIÆ REGIS Nepotem, Moravia Marchionem FRIDRICUS II. IMP. Ulmæ an. 1216. VII. Kal. Aug. eo Diplomate dixit, quo electum Bohemiæ Regem WENCESLAUM, Ottocari I. Filium primogenitum, approbavit: (Dipl. VI. l. c.) imo WLADISLAUM III. Svatopulci Fratrem, omni Moravia imperasse Fratris ejusdem PRZEMISLAI OTTOKARI (cogn. L.) BOH. REGIS Diploma, quo an. 1228. V. Kal. Decembr. Cœnobium Wellehradense in D. Olomucensi fundavit, testatur. (Dipl. II. l. c.) Consuetudo inde invaluit, ut BOHEMIAE Rege vivente vel Frater ejus vel Filius secundogenitus Marchionatum hunc haberet, Feudi nomine, salvo BOHEMIAE REGI perpetuo & directo in Moraviam Dominio. Ita PRZEMYSL Marchio Moraviae, OTTOKARI I. ex Constantia altera Conjuge, Filia Belæ III. Hungariae Regis, Filius, WENCESLAU III. REGIS BOHEMIÆ Frater, an. 1234. Prid. Kal. Nov. Monasterio, quod Parta Cœli vocatur, in D. Olomucensi locum Thissnowitz & an. 1235. VIII. Id. Junii villam Lomnice concessit. (Dipl. IV. & V. l. c.) Delata inde ad Augustam Gentem Luceburgicam BOHEMIA Johannis Bohemiæ & Poloniæ Regis primogenitus, CAROLUS, postea Imperatorum hujus nominis IV. Marchionatum Moravia Patre vivente adeptus est, quod Diplomata plura probant: electus vero an. 1346. Imperator & Patre e. a. in Prælio Cressiacenfi occiso in Bohemiæ Regnum succedens eundem (Dipl. XC. l. c.) Feudi titulo „an. 1350. „Jubileo in die B. Stephani Proto-Martyris Praga Johanni Fratri obtulit, quod ipse „JOHANNES MORAVIAE MARCHIO in litteris hac de causa editis confitetur, „vel eo nomine suo & merito loco numerandis, quod præcipua ad hunc usque Annui ab Imperatoribus Romanis concessa BOHEMIÆ REGIS US Diplomata in iis summatis recenseat, ac inter ea Richardi quoque Regis Romanorum OTTOKARO II. datum referat, quod, ut §. 26. anteced. diximus, in dubium vocat R. P. D. Steyerer in Commentar. doctissimis pro Historia Alberti II. Archid. Austriæ scriptis pag. 141. In Filiis Johannis hujus Moraviae Marchionis defecit iterum an. 1411. Stirps Marchionum Moraviae: quare ad REGEM BOHEMIÆ Terra rediit & ad hanc nostram usque Ætatem sub Marchionum Imperio sejuncta esse desit.

§. 28. AUSTRIÆ DUCIS ALBERTI II. cognom. SAPIENTIS mentio- IV. AUSTRIÆ, nem injeciimus, qui an. 1298. Mense Decembri editus, an. 1358. XIII. Kal. Aug. de- Eee e fun-

functus est ex: Filiis ejus RUDOLPHUS IV. ARCHIDUX AUSTRIAË an. 1339. Kal. Nov. natus erat, cui Pater CATHARINAM, CAROLI IV. IMP. \* tunc adhuc Moraviae Marchionis Filiam destinabat Uxorem: hinc inito cum CAROLO Marchionc Fœdere „an. 1344. die Martis post S. Nicolai Viennæ, si Pontificis saltim Roma-

*De Connubio RUDOLPHI IV. cum CATHARINA Filia CAROLI IV.* „Dispensatio acceſſerit, non aliam RUDOLPHO Filio, quam Catharinam, Filiam ipsius CAROLI, Uxorem jungendam fore præſtitio Juramento decrevit, & an. e. die altero post S. Margaretha in Castro Chermes Tullenſis Diocesis Albertum a Buchhaim Procuratorem ſufficienti Mandato instruxit, litterasque ipſi patentes ad CAROLUM Morav. March. Vindobonæ exaratas addidit.,, Successit ex Voto Negotium; quo vero Anno Nuptiarum Solemnitas peracta, relatum nondum memini: id tamen vel ipſo Anno 1356. accidisse Paſta teſtantur, quibus „hoc Anno Viennæ die Solis post Margaretha ab ALBERTO AUSTRIAË DUCE de Securitate allata Dotis cautum, hiſce enim Verbis de CATHARINA loquitur: Der hochgeborene Fürſt Rudolff, Hertzog zu Oesterreich, Unſer lieber Sun, und die vorgnannte Herzogin KATHARYNE, SEINE WIRTYNNE, quaꝝ omnino Conjugium inchoatum fuiffe teſtantur.,, Nata Catharina haec CAROLO IV. ex Margarita f. Blanca, Caroli Valesii Filia, an. 1342. obiit an. 1395. VI. Kal. Maji Viennæ prope Maritum ſepulta, cujus Pietas, Clementia & Benignitas apud omnes multum commendatur. (Dipl. CXVI. CXVII. CXVIII. & CXIX. l. c.)

v. Aliorum quoque Regnorum:

imprimis

HUNGARIÆ:

§. 29. Ipsum CAROLUM IV. Delphinatum, Burgundiam Virdimensem & Cameracensem Civitatem, Castellum quoque in Camerio S. R. I. Feuda egregie vindicasse Johannes Franciæ Rex an. 1355. teſtatus est. (Dipl. XLVII. l. c.) SVECORUM REGEM an. 1350. a Bavariis & Aſcaniis de Successione in Marchiam Brandenburgensem certantibus Arbitrum fuiffe electum Diplomate XCV. l. c. probamus: HUNGARIS Wladislaum Ducem Opoliensem Sec. XIV. exeunte PALATINUM ſiftimus: (Dipl. CXX. Spec. C. nostri Silesiæ D.) AGNETEN, Henrici II. Ducis Glogov. Filiam, OTTONIS BAVARI, REGIS HUNGARIÆ Conjugem, quaꝝ an. 1355. die S. S. Philippi & Jacobi ab Henrico Comite Ortenburgico, Stephano Baraviæ Duce Curatore, Arceum Ortenburgensem ſibi comparavit: (vid. Tab. II. Genealog. no. 17. & Dipl. LXXXIX. Diplomatarii nostri Bohemio-Silesiaci:) MARGARETHAM, Johannis II. Ducis Saganensis Filiam Nicolao Banfii nuptam: (vid. no. 60. Tab. cit. Genealog.) MATHIAM TRENCINENSEM Comitem, & Uxorem Kunegundim, a quibus Theloneum in Czobotha prope Montem Silesiæ (qui Sabothus eſt,) cum Advocatia provinciali in Villis finitimiſis an. 1351. die qui B. Laurentio Festum præceſſit, ante Oppidum Schönberg coram Bolcone II. Duce Silesiæ Suidnicensi & Javoriensi, Conradus Abbas ad S. MARIAM in Arena Wratislaviæ, Monasterio huic comparavit: (Dipl. XXIII. l. c.) majoris vero Momenti Fœderis illius Tabulas, quod an. 1491. prope Civitatem Caslovienſem in Dominica Invocavit magno Testium numero cincti & inter utriusque Partis Exercitus Fratres duo WLADIZLAUS & ALBERTUS, Filii Casimir Pol. Regis ex Elisabetha, Alberti II. Imp. Hungariæ Bohemiæque Regis Filia, de Regno HUNGARIÆ certantes ineunt. (Dipl. CLXXVII. l. c.) Illud quoque memoratu dignum, Superioris Silesiæ Duces, cum MATHIAÆ REGIS an. 1469. Obsequium Olomucii subirent, fidem Regi dediffe, defuncto MATHIA ejus Hæredes aut Successores HUNGARIÆ REGES Dominos ſeſe habere nec prius ad Bohemiæ Regnum redire velle, donec CCCC. M. aureorum Summa Hungariæ Regibus & Regno fuerit ſoluta: (Dipl. CLXXVI. l. c.) hinc & conditionum haec una extitit,

\* R. P. Dn. STEYERER l. antea c. p. 556. annum habens 1357. Diplomata affert quatuor (1) Caroli Moraviae March. an. 1344. in Castro Chermes Tullenſis Diocesis. sub juramento de Catharina Filia RUDOLPHO ARCHIDUCI AUSTRIAË elocanda confeſſum; (2) ALBERTI DUCIS AUSTRIAË an. 1357. Viennæ die Martis post S. Jacobi editum, cuius authenticum in Tabular. CÆSAR. VIENN. ſervatur, quo cumulatius, quam anno præcedenti factum, de Securitate Dotis a Catharina allata prospexit; (3) Homagium eadem cauſa ab Urbe Eggenburg CAROLO IV. an. 1357. die Veneris post S. Stephani præſtitum; (4) CAROLI IV. IMP. litteras Viennæ an. e. die S. Annæ editas, quibus, ſi ad ejus vel Fratris Johannis March. Moraviae Potestatem, Catharina absque liberis defuncta, Civitates Laa, Eggenburg, & Greifſenstein devolverentur, Jus reſuptionis AUSTRIAË ARCHIDUCIBUS integrum ſupereſſe teſtatur. Hisce Diplomatibus egregiis quædam hoc loco addere placuit.

titit, cum Pacem MATHIAS UNGARIAE & VVLADIZLAUS Bohemiæ REX an. 1476. inirentut, MATHIA prius decedente restituta hac argenti summa SILESIAM recipiat Wladislaus: a quo pacto cum non liberasset Silesiam, accidit, ut Oppavensem Ducatum Casimiro IV. Tesinensi Duci non tanquam Bohemiæ, sed Hungariæ REX ar. 1515. ad Vitæ Dies conferret: quod & a Filio ejus LUDOVICO an. 1523. eadem lege factum. Absolvit vero ab hoc Vinculo Silesiam \* D. FERDINANDUS I. an. 1527. d. 10. Maji VVratislaviæ testatus, „non Hungariæ sed BOHEMIÆ Provinciam esse Silesiam, nulla ratione „divellendam, nec ab HUNGARIS amplius impugnandam.

Taceo tot Principum Silesia cum Comitibus Ungariæ Trencinienibus inita Connubia, imo Caroli Roberti Regis Ungariæ cum Maria Tesinensi, de quibus in Tab. Genealog. V. no. 25. & VI. no. 8. 72. & 86. curatius diximus.

§. 30. POLONIS ab Initio Dissertationis hujus Causas plures dedimus, quæ ut VI. & PO-  
avulsa ipsos Silesia nimirum pœnitentia, commendant: (1) Wladislaum II. Ducem hære-  
ditario Jure Patre Bolezlao III. \*\* Pol. Duce an. 1138. defuncto Silesiam accepisse, nec ul-  
li Fratrum in eam Provinciani Jus, Wladizlao potius in Fratres Imperium, Patre sic ju-  
bente, imo ipsis Scriptoribus Polonis id affirmantibus fuisse: attamen bello Silesiam oc-  
cupasse Fratres, Wladislaus II. expulso dicis? nos justum ejus Titulum non suisse ad Tab.  
I. Genealog. no. 1. curatius explicavimus, imo Pace subsecuta non Silesiam modo, sed &  
Cracoviensem, Sendomiriensem, Lancitensem, Siradiensem Ducatus, imo & Pomera-  
niam, Provincias Wladislaou II. admittas, Filiis ejus, Fridrico I. Imp. sic jubente, fuisse resti-  
tuendas, quarum tamen Jacturam duro Temporum fato hi patiebantur: (2) Ab an.  
1163. penitus sui Juris factam Silesiam, Wladislai II. Filiis restitutam, Duces habuisse, qui-  
bus Jus belli & Paeis & alia plura, ea nempe omnia, quæ Principes liberrimos, nemini sub-  
jectos, ab omni Vinculo feudali alienos decent, competebant, ex quibus Miecislauus Dux  
Tesinensis an. 1247. defunctus WENCESLAUM III. BOHEMIÆ REGEM Te-  
stamento Ducatus Oppavensis hæredem scripsit: HENRICUS IV. cogn. Probus Dux  
Wratislavensis OTO TOCARO II. BOHEMIÆ REGI Ducatum Wratislav. jam an.  
1277. destinavit: Casimirus Dux Opoliensis & Bitumiensis Ducatus hosce Feudi nomine  
WENCESLAUO IV. BOH. REGI obtulit: Bolezlaus Dux Silesia, Dominus Wratis-  
lav. & Lignicensis an. 1303. eidem REGI omnem Silesia Partem, quam Henricus III. Con-  
radi II. Fil. Dux Glogoviensis, duro Carceris Genere Henrico V. Crasso Duci Wratislav.  
& Lignicensi, Patri Boleslai ereptam detinebat, subjecit: (Dipl. XXXVII. l. c.) tandem an.  
1327. Frater Boleslai III. Henricus VI. Dux Wratislav. Ducatum Wratislavensem a Johanne  
Bohemiarum Rege Feudi nomine recepit, cuius inde Exemplum reliqui omnes Sile-  
sia Duces Suidnicensi excepto, cuius Ducatus cum Javoriensi Dotis nomine ad Bohemiam delatus est) sequebantur, ut Silesia Regum Bohemiarum Pars esse cooperit feliciter. His  
accedit: (3) FAMILIAE REGIÆ BOHEMIÆ, ob connubium REGIS VVENCES-  
LAI IV. cum R'XA Przemislai II. Pol. Regis Filia, \*\*\* VERA ET UNICA REGNI  
POLONIAE HÆREDE, Jus hæreditarium in ipsam Poloniam an. 1335. ea conditione  
sublatum, quod Silesia, quæ jam ab an. 1163. Polonia subdita imo Pars esse desierat, CASI-  
MIRUS III. Pol. Rex sese abdicaret, quare non supererit, quo eam sibi vindicare possint,  
Argumentum.

Non desunt tamen hoc loco alia, rebus eorum illustrandis inservientia: Alexandri  
Witholdi Magni Ducis LITHVANIÆ Filiam Helenam JOANNES II. Dux Opavi-  
ensis & Ratiboriensis circa an. 1407. duxit, quod Dipl. XLIX. Diplomatarii nostri proba-  
vimus: Bernhardi Ducis Silesia Svidnicensis, Wladislai Loetici Pol. Regis Generi, Fi-  
lia Constantia: Przemislao, Duce Glogoviensi Marito defuncto, Monasterio in Tzania  
Ord. S. Clar. Cracov. Diœcesi erat Abbatissa: (Dipl. LXII. l. c.) Johannes Dux Opolien-  
sis Sec. XIV. finiente Episcopus Wladislavensis: cuius Fratres an. 1396. die Dominica in  
crastino S. Dominici Pacem cum Wladislaou Jagellone Pol. Rege & Fœdus inibant: (Dipl.  
LXXIX. l. c.) Wenceslaus vero Opavensis & Ratiboriensis Dux CASIMIRO, VVla-  
dislai

Eee e 2

\* Litteras ejus, quas reversales vocant, ad Cap. XII. Silesiographia Renovata Henelii p. 1222.  
exhibuit ILL. Scholia stes.

\*\* Chronographus Saxo ad an. 1138. . . Eodem Anno obiit BOLEZLAUS Dux Polonorum  
„relinquens quinque Filios superstites, quibus & divisit Hæreditatem suam coram Episcopis  
„& Principibus illius Terræ. „ Dlugosius lib. IV. annum habet 1139.


\*\*\* Dlugossi Verba sunt Tom. I. lib. IX. ad an. 1300. p. m. 895. & 896.

dislai Flagellonis Filio, Wladislai Regis ad Varnam occisi Fratri, ELECTO BOHEMIÆ „REGI, an. 1438. Homagium præstare noluit, donec Regni Bohemiæ Diadema fuerit „insignitus: (Dipl. CXXX. l. c.) neque Regnum is Bohemiæ obtinuit, fratre occiso ad Poloniæ Gubernacula vocatus: qui ut eo felicius imperaret, „ an. 1447. omnes & singulos „superioris Silesiæ Duces Cracoviæ ad foedus invitavit, quod Dipl. CXXXI. l. c. exhibet. Filio ejus primogenito VVLAD ZLAO, GEORGIO Podiebradio adhuc superstite, an. 1469. Regnum BOHEMIÆ oblatum fuisse Dipl. CLVII. l. c. affirmat, qui & GEORGIO defuncto illud occupavit, & cum HUNGARIÆ Regno MATHIA Rege an. 1490. mortuo conjunxit: hinc nova BOHEMIÆ REGUM familia Jagellonica, quæ tamen cum Filio ejus LUDOVICO interiit, Filia unica ANNA utrumque Regnum hæreditarium ad AUGUSTISSIMAM GENTEM AUSTRIACAM transferente. Johannem Albertum fratrem VVLADISLAVUS ab Hungariæ Regno, non nisi quibusdam Silesiæ Ducatis concessis, an. 1491. revocavit, quod Dipl. CLXXVII. probat: quo ad Poloniæ Regnum enecto Glogoviensis imprimis ad Fratrem Alexandrum, ab hoc ad Fratrem Sigismundum transiit, Fratrum quartum, Poloniæ postea Regem fortissimum, quintus enim, Fridricus R. E. Cardinalis, Archi-Episc. Gnesnensis an. 1503. decessit. Hoc S. GISMUNDO I. REGE imperante ALBERTUS Marchio Brandenburgensis, Prussiæ Magister, Feudi nomine an. 1525. Ducatum PRUSSIÆ accepit: CAROLUM enim V. IMP. a bello, quo ad Obsequium redigere Marchionem cœperat SIGISMUNDUS, abhorruisse litteræ ejus an. 1520. d. 21. Octobr. ad Regem exaratæ (Dipl. CLXXXIV. l. c.) affirmant, imo ALBERTUM omnes ad expediendum Negotium Vi- res collegisse Schombergii, Domini in Glaucha & VValdenburgk quem, conscripto Ex- ercitui Ducem præfecerat, litteræ patentes e. a. editæ testantur: (Dipl. CLXXXV. l. c.) quare Pax sancta, & PRUSSIA Marchionibus Brandenburgicis Feudi Titulo concessa, quo ceu oneroso an. 1657. sublato, Seculo hoc XVIII. inchoante REGNUM dici cœpit.

PIA PRO AU-  
GUSTISSIMÆ  
GENTIS &  
TERNITATE  
VOTA.

§. 31. Hujus nunc Annum XXVII. agimus, olim Seculo XIV. & XVI. Silesiæ ma-  
xime notabilem, cum an. 1327. JOHANNES BOHEMIÆ REX VVRATISLAVIÆ agens  
VVRATISLAVIENSEM inde & reliquos Silesiæ Ducatus BOHEMIÆ REGNO adderet, qua-  
ratione Silesiæ civilibus satis bellis dilacerata restituta Salus & Securitas: - an. vero 1527.  
D. FERDINANDUS I. BOHEMIÆ ET UNGARIÆ REX, Kalendis Maji  
VVRATISLAVIAM ingressus Silesiam AUGUSTISSIMÆ GENTI AUSTRIACÆ af-  
fereret, sub qua auream sibi fluere ætatem fentit: quid magis hoc anno 1727. ex uno omnium  
Voto Patriam nostram reficiet & recreabit, quam si IIBI, AUGUSTISSIME AC  
INVICTISSIME CÆSAR, Cujus Res gestas haud ulla dicendi aut scribendi Vis & Co-  
pia non dicam exornare, sed enarrare potest, TIBI, inquam, Cujus Mansuetudinem inau-  
ditam que Clementiam, denique incredibilem Sapientiam ac pene Divinam veneramur o-  
mnes, precibus & lacrymis nostris exoratum NUMEN DIVINUM TUARUM Virtutum,  
imo tot Regnorum largiatur hæredem, quem Fortuna TUAE nuntium ut Ægyptus Amnem suum Cœlum respiciens exoptat SILESIA: Jo! adven-  
turum confidimus!

FIAT FELICITER.



VII.

DISSERTATIO II. GENEALOGICA,  
QUAE  
**VII. TABULIS GENEALOGICIS**

EX  
MONUMENTIS FIDE DIGNIS  
SUPERIORIS ET INFERIORIS SILESIAE DUCES  
A PIASTO DUCE POLONIAE  
ET  
**PRZEMISLAO III. OTTOCARO**  
REGE BOHEMIAE ORIUNDOS  
AB INITIO SECULI XII. AD FINEM USQUE XVIL  
SISTIT.

# TABULA I. GENEALOGICA,

Quæ

## DUCES SILESIAE VVRATISLAVIENSIS PIASTEOS

ex Monumentis Fide dignis sifit.



(1.) WLADIZLAUS II.

Dux Zliefie, Kracov. Sirad. Lancic. & Pomeran.  
nat. 1104. † 1159. 4. Julii. (2. Junii.)

(2.) ADELHEID,

Henrici IV. Imp. F. † ...

(3.) BOLEZLAUS I. Altus,

Dux Zliefie,  
nat. 1127. † 1201. 6. Decembris.

(4.) I. Wenceslava, Rusiæ Principis F. † ...

(5.) II. Adelheid, Berengarii Comitis Sulbacensis F.  
nupta 1167. † ....

(6.) MIESCO,

Dux de Rathbor,  
vid. Tab. VI.

(7.) CONRADUS,

Dux de Glogow.  
† 1178.

I. (8.) BOLEZLAUS, (19.) JAROSLAUS,

† 1201. 18. Jul. Dux de Opol,  
EpiscopusWratislaviensis XVIII.  
† 1201. 22. Jan.(10.) Alga,  
† ...

(11.) HENRICUS I.

Barbarus,  
Dux Zliefie, Polonie & Kracovie,  
nat. 1168. † 1238.

(12.) HEDWIGIS,

Bertholdi March. Merania F.

nupta 1186. † 1243.

9. Octobr.

(13.) Adelheid,

Barbarus,  
Dux Zliefie, Theobaldo IV.  
nat. 1168. † 1238.

(14.) Conradus,

Episcopus Bambergensis  
March. Moravia,  
† ....(15.) Johannes,  
† 1201.Dux Zliefie,  
Episcopus Trebnicensis II.  
† 1262. 30. Dec.

(16.) HENRICUS II. Pius,

Dux Zliefie, Polonie & Kracovie,  
nat. 1191. † 1241. 9. April.  
in prælio cum Tartaris.

(17.) Conradus Crispus,

nat. 1192. † 1213.

A

(18.) Boleslaus,

Abbatiffa Trebnicensis II.  
† 1262. 30. Dec.

(19.) GERTRUDIS,

Sanctimoniales,  
† ....

(20.) Sophia &amp; (21.) Agnes,

† ....

(21.) Anna,

Przemisla III. Ottocari Boh. Regis F.  
† 1265. in noſe S. Joh. Bapt.



## ASSERTIONES TAB. I.

(1.) **B**oleslai Altis Ducis Silesia Patrem fuisse Dipl. CXXVII. Spec. C. nostri D. testatur: an. enim 1178. Lignicli ita loquitur ipse Boleslaus:  
 „Ego BOLEZLAUS Dux Zlesie, FILIUS PRIMOGENITUS  
 WLADIZLAI MAXIMI DUCIS ZLESIE ET KRACOVIE.  
 Natum an. 1104. Wladislaum Lib. IV. ad an. hunc perhibet Dlugossus: „Editus est a Ducissa Zbislava consorte Bolezlai in anni hujus fine infans egregius, quem praefatus Gualdo Episcopus Balvacensis, cum aliis Polonorum Episcopis in Cracoviensi Ecclesia de sacro Fonte levavit: Qui Patre jubente avitum nomen „WLADIZLAI accepit.

Quos ejus Parentes, imo ad PIASTUM usque Majores sequenti Tabula exhibere opera pretium esse reor.

Piaſtus,				
Dux Sarmatiae, † 861.				
Rēpicha.				
Ziemovitus, Dux Sarmatiae, † 892.				
Lescus, Dux Sarmatiae, † 913.				
Ziemomislus, Dux Sarmatiae, † 964.				
Miesco,	Adelheid,			
Dux Sarmatiae, † 999.	nupta			
I. Dambrowna,	Geis Principi Hungariae,			
Boleslai I. Ducus Bohemiae F.	† ...			
† 977.				
II. Oda, Theoderici March. Misniae F. † ...				
I. Boleslaus I. Rex Poloniae,	II. Miesco.	Suantopulus.	Boleslaus.	
† 1025. 3. Apr.				
I. Hemmildis, Ridaci March. Misniae F.				
† ...				
II. Judith, Geys Regis Ungariae F.				
nupta 984. † ...				
II. Miecislauſ, Rex Poloniae,				
nat. 990. † 1034. 25. Apr.				
Rixa, Ezzilonis Com. Palatini F. † ...				
Casimirus I. Rex Poloniae,				
nat. 1016. 25. Jul. † 1058. 28. Nov.				
Maria, Jaroslai Russiae Principis Soror, Wlodomiri F.				
ROMANI IMP. ORIENTIS, qui a BASILIO Macedone ortum trahit,				
neptis, nupta 1041. † 1087.				
Boleslaus II.	Wladislaus I.	Miesco,	Otto,	Svantavva,
Rex Poloniae,	Dux Poloniae,	nat. 1046.	nat. &	nat. 1055.
nat. 1041. † 1081.	nat. 1043. † 1101.	† 1066.	† 1049.	nupta 1063.
21. Martii,	I. Judith,			Wratislao II.
Wenceslava, Russica,	Wratislai II. Ducus			Bohemiae Ducj,
† ...	Bohem. F.			qui † 1093.
Miesco,	nupta 1083. † 1086.			ipſa † 1125.
nat. 1069. 12. Apr.	II. Sophia,			
† 1089.	Henrici III. Imp. F.			
Eudoxia, Svantopulci	Salomonis Regis Ungariae			
Ducis Kiowensis F.	Vidua,			
nupta 1088. † ...	nupta 1088. † ...			
	III. Pellex.			

## A

I. Boleslaus III. Rex Poloniz,  
nat. 1086. † 1139.  
I. Zbislava, Michaëlis Russicæ Ducis F.  
nupta 1103. † 1108.  
II. Salomea, Henrici Senioris Comitis a Bergen F.  
† 1144. 27. Julii.

III. Sbigneus,  
occisus 1116.

WLADIZLAUS II.	Judith,	Swantoslawa,	II. Casimirus,	Boleslaus	Miecislaus,	Henticus,	Casimirus,
DUX ZLEZIE ET KRACOVIE, nat. 1104. † 1159.	desponsata an. 1108.	nupta 1106.	nat. 1121. feria IV. Assumptionis	Crispus, Majoris Pol. Dux, nat. 1127. † 1173.	Senex, Maj. Pol. Dux, nat. 1131. † 1101.	Sandomi- tensis, nat. 1132. † 1167.	Dux Poloniz, nat. 1138. † 1194.
ADELHEID,	Stephano II.	Ratiborio	ante festum Duci				
HENRICI IV. IMP.	Regi Ungariæ, addita Dote	Pomeraniz,	B. M. V.				
F. † ....	Terra Scepusiensi, † ....	† ....	† 1131.				
Posteros vide Tab. anteced.				Posteritas ejus an. 1186. interiit.	Posteritas ejus an. 1335. interiit.		Posteritas ejus an. 1516. interiit.

Patre Boleslao an. 1139. defuncto Ducatum Cracoviensem, Siradiensem, Lanciciensem, Silesiam & Pomeraniam cum Imperio in reliquos Fratres adeptus, sed & onus Casimirum Fratrem natu minorem educandi suscipere jussus est. Fatentur id Scriptores Poloni, Dlugossius lib. IV. ad an. hunc: „Primogenito quidem WLADIZLAO ex Ruthena suscepto Cracoviensem, Siradiensem, Lanciciensem, Silesiamque & „Pomeraniam terras legat (Boleslaus Pater moribundus,) decernens, ut circa eum Primogenituræ jure superioritas & principandi major & prima Autoritas consistat, omnibus aliis fratribus sibi parere & intendere jussis.”

Idem lib. V. ad an. 1140. „WLADIZLAUS Dux & Monarcha in Cracovia & „apud illum quoque Casimirus Infans & Quintus Dux relictus est sibiique illius Cura „tam a cæteris Fratribus Ducibus, quam a cæteris Poloniæ Satrapis & Consiliariis mandata”

Math. de Michovia lib. III. Cap. XV. „WLADISLAO inter Fratres Seniori ex „Ruthena genito legavit Terras Cracovien. Siradien. Lancien. Slesiam, Pomeraniam & primævitatem principandi.”

Mart. Cromerus lib. IV. in fine: „Inter quatuor Filios Principatum & Summam rerum penes WLADISLAUM natu maximum constituit, cæteros ejus Authoritatem sequi jussit.

Idem lib. V. pr. „Casimirus vero Infans exors, quemadmodum Pater voluerat, „a VVLADIZLAO curandus atque educandus susceptus est.

Hinc facile contingere potuit, ut dum a Fratribus sumitus ad bella cum Bohemis gerenda imo ad Fratrem educandum necessarios exigeret, dissidia & lites illæ orientur, quæ bello cum Fratribus ansam dederunt, in quo sinistra Fortuna usus VVLDIZLAUS Patria cedere & in Exilium abire coactus est: Uxoris vero Superbiam, quod fœminæ ortu Germanicæ Imperium ferre nollent, Poloni Scriptores accusant, illius consiliis factum esse arbitrantur, ut dum ad Poloniæ Monarchiam aspiraret Wladizlaus, Terras suas demum ipse amiserit. Nos hisce Verbis belli illius inter Fratres ab an. 1142. ad an. usque 1146. gesti summam diximus; quod cumulatius exponunt lib. V. Dlugossius, Math. de Michovia lib. III. cap. XVII. Mart. Cromerus lib. VI. & Celleberr. Mart. Hankius de Sile. Rebus cap. XI.

Exul ergo VVLADIZLAUS ad Conradum III. Imp. abiit, quem Conjunx & Liberi sequebantur. Güntherus in Ligurino lib. VI. v. 54.

Hæc siquidem Tellus (Polonia) communis Jure tuenda  
Funiculi sub Sorte tribus (quatuor) devenerat olim  
Fratribus egregii Generis: sed nomina nostris  
Barbara legitime nequeunt accedere Libris.  
Horum qui reliquos Ortu præcesserat unus  
Dux erat & nuptam cognatam Regis habebat:  
Cujus ob Invidiam Fratres Cervice rebelli

Abjecere Jugum, pulsique e Sede paterna  
Compulerunt tota profugum discedere Terra:  
Ille sua pariter fugiens cum Conjuge Regem  
Chunradum petiit, scelerataque Facta suorum  
Ærumnasque suas ereptaque Jura Ducatus  
Affini Regique suo deflebat.

Quibus ne de esse videtur Imperator, collecto ex Germanis Exercitu instru-  
ctum Wladislaum in Silesiam redire concessit, illiusque causam primum per Legatos  
ad Boleslaum Poloniae Ducem missos egit. Dlugoss. lib. V. „Ne autem Conradus  
„Romanorum Rex Causam Wladislai Polonorum Ducis prorsus deseruisse & ex Ani-  
„mo remisso putaretur, primum quidem Gentes Almanorum illi concessit, quorum  
„Adjutorio Castra duo Niemce & Gredis construens pluribus Excursionibus Polo-  
„niam lacessebat.“ Idem l. c. ad an. 1147. „Deinde nunciis & litteris apud Boles-  
„laum Crispum Polonorum Ducem & Monarcham Fratresque suos institit, quatenus  
„Sors Wladizlaum contingens sibi redderetur, sibi quoque adimeretur Necesitas & Af-  
„finem & oppressum adjuvandi.“ Eadem Cromerus lib. VI.

Inde Expeditionem in Terram Sanctam suscipiens Conradus ipse Polonię adiit, nec redux causam Wladislai exulis agere desiit, cumque obsequii gloriam recu-  
farent Poloni, iterum in Polonię profectus est ad restituendum Wladislaum; verum  
qui Jugurtham mira similitudine exscripserat Boleslaus, omnes illos Conatus eludere,  
& Polonia prohibere noverat Wladislaum: Uno id omnes Ore Scriptores affirmant,  
Dlugossius, Mathias Michovius, Mart. Cromerus, Radevicus Friesingensis in Chron. lib. I.  
Güntherus in Ligurino, Curzus P. I. Annal. Silesiae, & qui multam hic operam con-  
sumsit l. c. Mart. Hankius.

Tandem Fridricus I. Imperator Conradi III. Successor an. 1157. Augusto  
Mense cum Exercitu in Polonię profectus est, inque Terra Posnaniensi Radevico  
Friesingensi teste Boleslaum supplicem habuit, quem uti & Fratres ea lege recepit in  
Gratiam, ut Wladislaus exuli Patrimonium restituerent, Censum Romano Imperio de-  
bitum solverent, Homagium praestarent, & Imperatori contra Mediolanenses profectu-  
ro Auxilia adderent. vid. Radevic. Friesingens. l. c. Güntherus in Ligurino, Otto de S.  
Blasio in Append. ad Ottonis Friesingens. Chronicon, Chron. Montis Sereni, & ex Po-  
lonis imprimis Dlugossius, qui lib. V. ad an. 1158. ipse confitetur „Boleslaum nihil eo-  
rum, quæ promiserat, praestitisse.“

Itaque nunquam recuperatis Terris suis exul Wladizlaus Aldenburgi conse-  
nuit ibique an. 1159. defunctus est. Reditum in Patriam tum parasite tradunt  
Dlugossius lib. V. ad an. 1159. „Ad Patriam & Principatus suos ex diurno calamitoso-  
„que Exilio, quod in Almaniae Oris Annis XIII. cum Conjuge & liberis Stipe alieno  
„& precario vivens WLADIZLAUS Polonorum Dux pertulerat, quos sibi Fratrum  
„Benignitas juxta Feedus cum Friderico Cæsare iustum restituendos sponderant, rever-  
„surus Arma, Equos, Quadrigasque & Subvectiones cæteras, quibus Sarcinæ deferri  
„possent, & Reversionis in Patriam & Rehabilitationis Dominorum cupidus expediebat,  
„cum interim gravissimus Languor illum occupat, a quo Hebdomadis aliquot crucia-  
„tus IV. nonas Julii tandem Animam exhalat & in Aldemburg accepit Sepulturam,  
„quem quidem Locum Confors sua Christina usque quo Fatis intercepta est inco-  
„luit.“

Eadem habent Math. Michovius lib. III. cap. XIX. & Mart. Cromerus lib. VI.  
qui Aldenburgum Holsatiae oppidum esse tradit; aliam tamen & de Morte Wladislai  
Sententiam extare fatentur, „nempe bellum Fratribus eum intulisse, sed pro eo rescin-  
„dendo ad Colloquium in Polczko vocatum ibique Veneno necrum fuisse.“ Prior  
rem vero Sententiam fovent Curzus l. c. & Pohlius in Annal. Wratislav. Mstis ad an.  
1159. „Als HERZOG WLADITZLAUS II. mit Weib und Kindern XIII. Jah-  
„re lang in Teutschland im Elend umher gezogen, und nunmehr durch des sieghaff-  
„ten Kayser Friedrichs fleissige Unterhandlung mit seinen Brüdern ausgesöhnet  
„war, und nun an dem, daß Er wieder in Pohlen ziehen solte, ist er den andern Tag  
„Junii zu Aldenburg einem uhralten Schlosse nur eine Viertel-Meilweges von Bam-  
„berg in Franckenland, allda seine Gemahlin Christina auch ihr Leben zugebracht,  
„seines Alters LV. Jahr gestorben.“

Testatur & de hoc Exilii Loco Autor Chron. Luneburgici, quod ad VVil-  
hel-

helnum usque Regem Germaniaz pertingit, p. 1379. Tom. I. Scriptor. medii Ævi Cœl**berr.** Dn. ab Eckard :

„De Hertoghe van Polen Bolizlaus delde sin Erve sinen dre (vier) Söhnen: dem äl „deren let he dat Hertogthum, (i.e. Monarchiam) te nam Koning Kunrads (Mutter Sue „ster) Suster: Dar ward he homödich unde versmäde sine Brodere, und wolde se verdri „ven: Se wereden sic sere unde quemen mit eme to Stride, dar ward geschlagen manich „dusent: Darumb vor de Koning to Polen und wolde se versönen: Do he des nicht don „ne mocht, he vorde mit ime wider den Herzohen und unterhelt ine to Aldenburch mit „grotten Eren.

(2) Non unam de ejus Origine Scriptoribus mentem esse ILLUSTRIS quoque Dn. a Bünau, qui nuper Fridrici I. Imper. vitam Diplomatam & coævorum Autorum fide confeccam edidit, in Tab. Genealog. Appendix ad Tab. VI. litt. b. p. 380. observavit: Poloni enim Christinam, Henrici V. Imp. Filiam, Wladislai II. Conjugem suisse tradunt: alii Leopoldi March. Austriaz Filiam: Silesii vero nunc ADELHEYDEN, HENRICI IV. IMP. F. suisse probant.

Primam quod attinet Polonor. Scriptor. Sententiam, quam Dlugost. IV. ad an. 1110. & 1121. Cromerus lib. V. Matth. Michovius III. cap. XIX. imo tot alii, quorum amplissimum Catalogum Mart. Hanckius de Silesiorum Rebus Cap. XI. p. 343. & 344. exhibuit, tueruntur, inter quos & Joach. Curæus in Annal. Silesiæ, omni eam fide destitutam esse Germanici Scriptores & coævi uno ore affirmant, qui Henricum V. nuptias demum an. 1114. celebrasse testantur. Otto Frisingensis lib. VI. Chron. cap. 15. „ Post hoc Moguntia Regio apparet conjuncta sibi Filia Henrici Regis Anglorum Mathilde magnifice „nuptias celebravit. „ Idem de gestis Fridrici I. cap. XII. Robertus de Monte ad an. 1114. in Append. ad Sigeberti Gemblacens. Chron. „ Henricus Imperator cum magna optima „tium suorum & totius Regni gloria Natalem Domini celebrat Moguntiaz ibique uxorem „duxit Mathildem Filiam Regis Anglorum. „ Ex eodem Albericus Monachus Trium Fontium ad an. 1114. Dodechinus in Apped. ad Mariani Scoti Chron. ad an. 1114. „ Imperator nativitatem DOMINI Babenbergaz celebravit & post Epiphaniam apud Moguntiam nuptias fecit. „ Quem sequitur Conradus Urspergensis ad an. 1114. Albert. Stadensis, Chronographus Saxo ad an. 1115. aliique. Hinc cum Poloni Wladizlaum an. 1110. Sponsam accepisse Christinam, an. 1121. Uxorem tradunt, illo Tempore Pater ejus Henricus V. ipse nondum Uxorem duxerat; hoc casu sex annorum infans fuisset, quod asserere esset absurdum: accedit elegans Nobiliss. Dn. KOELLERI P. P. Altiorfini Dissertatio Genealogica de Familia Augusta Francon. an. 1722. edita, quæ Tab. III. Henricum V. Imp. non nisi Bertham Filiam habuisse abunde testatur.

Majoris momenti illorum videtur Sententia, qui Wladizlaum Leopoldi III. Marchionis Austriaz Filiam duxisse affirmant.

Radevic. I. de gestis Fridrici I c. 2. „ Boitzlaus, Cazimirus & tertius idem Lobizlaus (Wladizlaus,) qui GERTRUDEM, neptem Imperatoris (Henrici V.) FILIAM LEOPOLDI MARCHIONIS AUSTRIÆ, sortitus fuerat Uxorem, totam terram funiculo hæreditatis tenere debebant: majore natu, quem ultimo posuimus loco, non men & honorem Ducis habente: quo a fratribus per Vim cum Regalis Sanguinis Uxore projecto &c.

Güntherus Ligurini VI. v. II.

Horum qui reliquos Ortu præcesserat unus  
Dux erat & nuptiam cognatam Regis habebat,  
Nomine GERTRUDEM, LEOPOLDO PATRE creatam.

Anonymous Autor Historiæ Foundationis Mellicensis: (Tom. I. Script. Rer. Austr. R. D. P. Hier. Pezii p. 300.) „ Primogenita filiarum Pertha, quam duxit Henricus Purgravius Ratisbonensis: Secunda AGNES, quam duxit Polezlaus Dux Poloniæ: Tertia Gertrudis, quæ copulata est Lazlao Duci Bohemiæ, &c.

Chronicon Claustro-Neoburgense (eod. Tom. p. 443.) „ Secunda AGNES, quam accepit Polezlaus Dux de Polan.

Navatio Genealogica Posterorum S. Leopoldi Austriae March. (eod. Tom. p. 575.) eadem verba habet: cui accedunt Tabulae Claustro-Neoburgenses Tom. c. p. 1037. Thomas Ebendorferus de Haselbach Chron. Austr. lib. I. p. 706. Tom. II. Script. Rer. Austr. & imprimis Autor Anonymous Hist. Fundat. Mellicensis apud Lambecium Commentar. I.

cap. 8. „Iste Leupoldus Pius Illustris & Nobilis Marchio duxit Uxorem nomine Agnetem, Filiam Henrici Imperatoris, de qua genuit octodecim Pueros & puellas filiarum secunda AGNES, quam accepit Bolezlaus Wladislau Polonia.

Imo Albericus Monachus Trium Fontium in Chron. ad an. 1141. „Leupoldus Marchio & Henricus, qui post Fratrem fuit Marchio Orientalis, Filii fuerunt Leupoldi Senioris & sororem habuerunt germanam nomine AGNETEM, quæ similiter fuit Soror Conradi Inperatoris ex matre & hanc duxit Dux WERGESCELAUS (Wladzlaus) de Polonia & genuit ex ea BOLEZLAUM patrem DUCIS VVRATISLA VIÆ HENRICI & Filiam unam nomine Rickinsam, quæ facta est in gentem magnam: Primo namque fuit Regina Sveciæ & post Regi Russiæ nomine Musuch duas peperit Filias Sophiam Reginam Daciæ, quæ multam prolem habuit, & Rickinsam, quæ Imperatori Castellæ Alphonse peperit Sanctiam & hæc peperit Reges Arragonum & sorores eorumdem & illas de Tholoza: Et Constantiam, quæ primo fuit Regina Hungariæ & post eam duxit Fridricus Rex Apuliæ & Imperator Romanus & genuit ex ea Henricum Regem Alemanniæ.

nec defunt qui Berchtam vocant: ut ipse Radèvicus l. II. c. II. Erroris quasi se ipsum redarguens, quod l. I. c. 2. Gertrudem Labezlao seu VVladizlao Polono Ducis Conjugem junxerat, quæ VVladislai Bohemiæ Ducas fuerat:

„Conradus Patavienis Episcopus ex clarissimo Regni Principe Leopoldo Marchione Patre & matre Agneta filia Henrici IV. - - - - cum sororibus Gerdruda Ducissa Boëmiæ & BERTHA DUCISSA POLONORUM. cui accedit Conradus Urispergenf. p. 282. & Chron. vetus apud Canif. Antiqu. Lect. T. VI. p. 1247.

Itaque cum & de hoc Connubio dubiam nec unam eandemque Scriptorum Germanicorum & Austriacorum Mentem cognoscamus, nostram transimus ad Sententiam Dipl. CXXVIII. Spec. C. nostri D. Autoritate firmatam, quo filius ipse Bolezlaus ait:

„Ego BOLEZLAUS Dux Zlesie, FILIUS PRIMOGENITUS VVladizlai Maximi Ducis Zlesie & Kracovie INCLYTEQUE DMNE ADELHEYDIS FILIE IMPERATORIS HENRICI QUARTI:

Imo Joannis Chron. Polon. nunc primum ex Cod. MSto hoc Volumine editum hæc habet: VVladizlaus primogenitus - - - - ex FILIA HENRICI QUARTI IMPERATORIS tres filios habuit.

et Anonymi Chron. MSt. Rerum gestarum Silesiæ: (quod ad an. usque 1463. pertinet:) „Cum Poloni Monarcham VVladizlaum, Bolezlai Curvi Regis Filium propter Bellum, quod Fratribus moverat & propter excœcatum Petrum a se VVlastiden, quem CONJUNX ADELHEYDIS, HENRICI IV. FILIA jam pridem oderant, Regno pepulissent, &c.

vid. Rhonii Fasciculus quartus de quibusdam ineditis Hist. Silei. Scriptoribus.

Marito fuisse superstitem, sed & in exilio diem suum obiisse una omnium Voce constat: Joannes in Chron. antea cit. eandem in Porta sepultam tradit.

(3) Testatur de eo Dipl. CXXVIII. Spec. C. nostri D. an. 1178. editum, quo Monasterio Leibusino Cisterciens. Ordinis Fratres dedit:

„Ego BOLEZLAUS DUX ZLEZIE, FILIUS PRIMOGENITVS VVladizlai Maximi Ducis Zlesie & Kracoviæ, Inlyteque Dimne Adelheydis, Filie Imperatoris Henrici Quarti.

Obsidioni, qua urbem Mediolanensem rebellem Fridricus I. Imp. an. 1161. expugnavit, eum interfuisse & Equitem corporis mole Gigantein referentem, qui Germanos indies ad Certamen provocabat, duello superasse affirmat Dlugoff. l. V. ad an. hunc: „Dis simulante magis quam probante Imperiali Exercitu singulare inter utrumque Certamen initur & rapacissimo Equorum cursu infestisque Lanceis primum concurrunt & Mediolanensi Milite frustra sine Ictu currente BOLEZLAUS Polonorum Dux adeo illum Lancea excepit vibravitque, ut lethali Vulnere Gigas excepto moribundus exEquo in Terram concidisset. At BOLEZLAUS nil cunctatus, cum Vir raræ Agilitatis esset, ex E quo & ipse in Terram desiliit & jacentem Gigantem obtruncat. Armisque spoliatus in Cader exanime in Palæstræ medio relinquit. - - - - Cui & tum & deinceps & a Cæsare & a Principibus suis atque universo Exercitu maximus pro devicto Hoste Honos habitus est -- in altumque Gradum sua crescere & ascendere cœpit estimatio.

Eadem habent Cromerus l. VI. & Curzus l. c. verum ab Alberto Comite Tyrolen-

tolensi prostratum, sed non interfectum Equitem hunc jactabundum tradunt Radevicius Frisingensis l. 37. & Güntherus in Ligurino lib. VII.

Ex Italia reducem Imperator cum Fratribus CONRADÓ & MIECISLÁO Provincias paternas occupare, Patrios eas reddere jussit, qui vero non nisi Silesiam & hanc non universam restituebant, ut dura temporum necessitate Cracoviensis, Siradiensis & Lanciciensis Ducatus, imo Pomeraniae jacturam VVladislai Filii pateretur. Farentur id Poloni Vincent. Radlubko III. Epist. XXXI. Dlugossus V. ad an. 1163. Math. Michovius III. cap. 19. & Cromerius VI. ad an. 1163. Urbes tamen Silesia, quas nullo Jure Boleslaus IV. Crispus Pol. Dux retinuerat, an. 1169. Fratres sibi vindicabant, teste Vincentio Kadlubkone l. c. qui reliquis scriptoribus antiquior bona haec fide memoriae prodidit: „Occupant illi (Silesiorum Duces) Municipia, arte muniunt, roboran „Prasidiis, quod pius Princeps (Boleslaus Crispus) æquanimiter tulit, afferens nihil honoribus, nihil Utilitati Reipublicæ hac in re detractum: si quæ sunt aliena, reddantur.

Ægre hoc habuit juniores eo Dlugossum l. V. Cromerum l. VI. qui ex liberalitate Boleslauni Urbes illas reddidisse gloriantur: qua & sententia ad suas partes Curæum traxerunt.

Penitus itaque sui Juris tum facta Silesia, quam inter se Fratres dividebant, ut superior Provinciae Pars Miecislae, inferior Conrado Loripedi, media BOLEZLAO Alto obveniret, qui & an. 1179. defuncto Conrado inferiorem Silesiani occupabat, sed eam ob causam Fratris Miecislae iram indignationemque meruit, qui bello eum adoratus est, & Vratislavia cedere coegerit, donec Casimirus Polon. Rex Pacis amans & beneficiorum a VVladizlao II. Silesia Duce quondam in se collatorum memor Osswentiense & Bitoniense Territorium Miecislae adderet, inio potius redderet; qua ratione effectum, ut cum Fratre Boleslao Alto in gratiam rediret Miecislaus. Dlugos. l. b. VI. „Casimirus Monarcha Miecislaum de Wratislavieñsi Ducatu, cuius eum tenebat amabitio, BOLEZLAO, cui forte obtegerat, cedere coegerit, quod ut æquanimitus ferret & „Ordinatio tunc confecta de cætero rata foret, duos Miecislae districtus a Cracoviensi „Provincia abstractos, Bitomiensem videlicet & Osswaciensem de novo largitus est.”

Curæus l. c. p. 57. „1179. orta est Dissensio inter Fratres Principes Silesia Bolezlaum Procertum & Mieslaum Ratiboriensem, qui, ut credibile est, irascebatur, Fratri, quod ad se traduxisset Silesiam inferiorem mortuo Conrado. Occupata tunc esse scribitur Wratislavia a Miesla: verum Casimirus Ethnarcha mature dissidia inter ipsos sedavit, & Miesla ut quiesceret partem in Territorio Cracoviensi attribuit.”

An. 1180. Concilio Lanciciensi interfuit Boleslatus Altus, quo Rem sacram & profanam Casimirus Polon. Monarcha restituit. Dlugossl. VI. ad an. hunc: „Aderant huic Concilio Praesules octo: Zdzislaus Gnesnensis, Gedeon Cracoviensis, Zyzoslaus Wratislavensis, Onolphus Cujavensis, Cherubin Poszaniensis, Lupus jam obiit, Vitusco Plocensis, Conradus Camenecensis, Gaudentius Lubucensis; tres Principes: Otto Poszaniensis, BOLEZLAUS WRATISLAVIENSIS, Leszko Mazoviæ.”

An. 1192. Casimirus illatas Polonis a Prutenis Injuries & Clades ulturis Expeditionem in Prussiam suscepit, in qua Bolezlaum Altum Comitem habuit. Dlugossl. VI. ad an. hunc: „Miecislaus vero Poszaniensis Dux Filium Bolezlaum cum Exercitu bus in eam expeditionem transmittens domi remanserat: BOLEZLAUS vero Altus WRATISLAVIENSIS & Miecislaus Ratiboriensis Duces, Nepotes Casimiri & Filii olim Wladizlai personaliter proficiscuntur.

Eadem habent Mart. Cromerius l. VII. & Math. Michovius III. c. 26. Sed Prutenis supplicibus eodem adhuc anno pax data. Mortuo inde Casimiro, cum Miecislaus Seni Majoris Poloniæ Duce neglecto Proceres Leszkonem Album an. 1195. ad Regiminis Gubernacula vocarent, ille hoc ægite ferens Cracoviensem Principatum Armis sibi vendicare studuit & a BOLESLAO Alto auxilia petiit. Dlugossl. l. c. ad an. hunc: „BOLEZLAUM deinde Duce Altum WRATISLAVIENSEM & Miecislaum Opoliensem & Ratiboriensem Duce, Nepotes suos, Filios Wladizlai exulis, item Msczugium Duce Pomeraniae, Generum suum, ad ferendum sibi personalia subsidia multifaria exhortatione & prece accedit.”

BOLESLAUS ergo voti compotem reddidit Miecislatum, & JAROSLAUM Filium cum exercitu ad eum misit, qui Palatinum Sandomiriensem Govoritum prælio fudit, captumque in Silesiam abduxit, uti l. c. memoriae idem Autor prodidit: sed an. 1199. JAROSLAUM hunc Ecclesiæ Vratislavieñsi Praefulem præfecit BOLES-

LAUS. Dlugoff. l. c. ad an. hunc : „Franciscus alias Franco, qui alio nomine Swantko „appellabatur, Vratislaviensis Episcop. qui cum annis XVII. sedisset, moritur: In cu- „jus locum JAROSLAUS DUX FILIUS BOLESLAI ALTI DUCIS VVRA- „TISLAVIENSIS, Patre ordinante & dirigente succedit a Zdzislawo Archi-Episcopo „Gnesnensi confirmatus & consecratus. Hic Jaroslaus de consensu paterno Ecclesiæ „Wratislaviensi Terram Nissensem perpetua condonatione contulit & inscripsit in Do- „stein per communes Barones reconciliatus Patri quem juvenili ambitione fervens & „propter Odium Adleydis Novercæ, cum filios ex ea suscepitos videret a Patre sibi „præferri, nonnullis militibus id facinus nutrientibus de Ducatu Wratislaviensi expu- „lerat. Hic etiam Jaroslaus donationem decimarum novalium per Zeroslaum Pra- „decessorem suum Monasterio Lubensi in toto Territorio Legnicensi factam velut „mensæ Episcopali plurimum nocivam irritam fecit.“

Ipse tandem BOLESLAUS cum satis & naturæ & Gloriz vixisset, an. 1201. d.

6. Decembr. diem suum obiit. Dlugoffus l. VI. ad an. hunc: „BOLESLAUS Altus „DUX WRATISLAVIENSIS Filium suum Jaroslaum fecutus VIII. videlicet Idus „Decembr. moritur & in monasterio Lubensi sepelitur: Hic cum duas Uxores ha- „buisset videlicet WENCESLAVAM Ruthenam, & ADLEYDAM, Sororem Impera- „tricis, Conjugis videlicet Chunradi secundi Imperatoris, ex WENCESLAVÆ qui- „dem Jaroslaum Episcopum Wratislav. & Boleslaum filiamque Algam nomine ge- „nuit; ex ADLEYDA vero Henricum cum Barba vocatum, Conradum, Joannem „& Filiam Adleydam, quæ Dipoldo March. Moraviae suit matrimonialiter copulata, „suscepit: sed omnibus Filiis Bolezlai Altii immature obeuntibus & in monasterio Lu- „bensi sepultis solus Henricus cum Barba superstes existens Patri in Wratislaviensi „Ducatu & in aliis Dominiis successit.“

Eadem fere Verba habet Math. Michovius l. III. cap. XXX. Cromerus l. VI. „Hoc anno (1201.) BOLEZLAUS Procerus five Aaltus Vladislai F. DUX WRA- „TISLAVIENSIMUM amissis intra breve spaciū temporis quatuor Filiis mortuus „solum Henricum Barbatum Hæredem reliquit.“

Curæus l. c. „BOLESLAUS Procerus deceffit an. 1201. d. 6. Decembr. sepul- „tus in monasterio Leibensi. Dominatus est in Silesia ann. XXXIX. Habuit duas „Uxores, quarum prior fuit mulier Moscovitica VVenceslava, ex qua suscepit Jaros- „laum Episcopum & Boleslaum, qui mortuus est adolescentis, præterea Filiam Ottiliam. „Duxit deinde ADELHEIDEN, quæ fuit Soror Conjugis Conradi Svevi: Ea pepe- „rit ipsi Henricum, qui nominatur Barbatus, Conradum mortuum in adolescentia, Jo- „hanneum, qui educatus est apud aviam & mortuus in pueritia, sepelitur in Porta, & „Adelheidem nuptam Diopoldo March. Meraniae: Extinctis autem quatuor Filiis „ipso vivente reliquit superstitem unicum Filium & Hæredem Henricum Barbatum. „Hic Princeps præstans Pietate & Virtute dignus est, ut grata memoria ipsius conser- „vetur. Fuit enim in Silesia, quam ornavit Legibus & Urbibus. Sepulcro Boles- „lai sunt inscripti tales Versiculi:

„Dux Bolelaus honor Patriæ Virtute deinceps,  
„Cui par nullus erit per Regna Polonica Princeps,  
„Conditur hoc loculo: locus a quo conditus iste  
„Dæmonis Ara prius tua transit in altria CHRISTE.

Pohlius in Annal. VVratislav. MStis ad an. 1201. „ Den 6. Decembr. starb BOLEZ- „LAUS der erste Herzog in Schlesien zu Breslaw, Liegnitz und Glogaw, darinnen er „38. Jahr regieret, ein gottfürchtiger, tugendreicher, streitbarer und ruhmwürdiger „Fürst, der das Land Schlesien erbauet, mit guten Gesetzen und schönen Städten gebessert „hat. Sein erstes Gemahl war VVENCESLAVA eine Reussin, mit der Er gezeu- „get Jaroslaus Bischoff zu Breslaw, Boleslaum, Ottiliam oder Alpam, die vor Ihm „gestorben. Sein ander Gemahl Fr. ADELHEID, GERTRUDIS Kayfers Conra- „di II. Gemahlin Schwester, Berengarii Gräfens zu Sultzbach Tochter, die ihm ge- „bohren: 1. Herzog Henricum Barbatum; 2. Conradum, der in unmündigen Jahren „gestorben; 3. Johannem, der bey der Gros-Mutter erzogen, starb jung, liegt zur Porta; „4. Adelheidam, Diepoldi Margrafens in Mähren, welchen Ottocarus I. König in „Böhmen vertriebn, Gemahlin: Boleslai, der im Streit wider die Tartern geblieben; „Brunovis, der wie sein Vater in Pohlen umkommen; Primislai, so zu Trebnitz be- „graben liegt und Diepoldi, der im Dohm-Stift Magdeburg verschieden und alda- „begraben liegt.“

„begraben liegt, Mutter. Herzog BOLESLAUS liegt im Kloster Leibus beym hohen Altar.

Add. Dipl. CXXVIII. Spec. C. nostri D. quo Filius ejus Henricus Barbatus ipse an. 1202. testatur, Patrem suum BOLEZLAUM an. 1201. in villa Lesnitz prope Wratislaviam vita decessisse.

(6) De Rebus ab eo gestis curatius ad Tab. sequ. no. 1. diximus.

(7) Bregam condidisse Stenus Bregensis perhibet: an. 1178. Lignicilii egisse, cum Frater Boleslaus Altus egregio Monasterium Leubusinum Diplomate donaret, quod Spec. C. nostri D. est CXXVII. haec ejus verba testantur:

„Testium Nomina sunt haec: MIESLAUS DUX DE RATIBOR, & CONRADUS FRATER EJUS DUX DE GLOGOW.

Circa Annum 1179. denatum suisse Curæus l. c. tradit.

(8.) Dlugoss. l. VI. ad an. 1201. „ Secundogenitus (Boleslai Altii Filius) BOLEZLAUS, dum pro militia consequenda Oras & Regiones visitaturus se preparasset, XV. Kalend. Aug. obiit.

(15.) „ CONRADUS tertio Nonas Junii, & JOHANNES sexto Idus Martii factis absumpti.

Verum non secundo - sed primogenitum fuisse, ex nominum Ordine colligere licet, in eodem, quod antea citavimus, Diplomate a Patre ipso observato:

„Adhibitiis idoneis Testibus, quorum nomina sunt haec: BOLEZLAUS & JAROZLAUS FILII MEI.

(9) Vitam ejus curatius Mart. Hanckius de Silesiis Indigenis Eruditis Cap. IV. edit, cuius principia Capita, quod

(a) an. 1179. defuncto Conrado Glogoviensi, cum Pater Boleslaus Altus inferiorem Silesiam occuparet, odio Novercae inflammatus, quam Henrico Barbato Filio cam destinare colligebat, non Patri adversus Mieslaum Ratiboriensem, sed huic contra illum Suppetias tulerit, de quo bello ope Cazimiri Poloniae Ducis sedato ad no. 3. anteced. diximus:

(b) an. 1195. Patris Jussu Expeditionem in Poloniam suscepit ad Mieslaum Senem Majoris Poloniae Ducem, quem Poloni Casimiro defuncto Lesckonem Album eligentes neglexerant adjuvandum, in qua prospera fortuna usum fuisse ad eund. No. 3. anteced. diximus:

(c) an. 1198. Cal. Julii Episcopus Wratislav. fuerit electus, quam Ecclesiastis Nissenf Territorio donavit, uti l. c. Dlugossi fide probavimus, qui & an. 1201. defunctum l. VI. tradit: „ Decimo Kalend. Februarii JAROSLAUS EPISCOPUS WRATISLAVIENSIS, FILIUS BOLESLAI ALTI DUCIS WRATISL. moritur, cum Ecclesiastis Wratislaviensi triennio vix exacto gubernasset, & in Ecclesia VVratislav. sepelitur. „

Opoliensem ad Vitæ Tempora Ducatum habuisse Joannis in Chron. Polon. testatur: quod & affirms Fratris Henrici Barbati Diploma an. 1202. editum, locum CXXVIII. in Spec. C. nostri D. occupans.

(10.) Videantur de ea Dlugossus, Math. de Michovia, Joannis in Chron. Polon. Pohlius in Annal. Wrat. MStis aliique, qui omnes ante Patrem obiisse tradunt.

An. 1202. secunda Feria Pentecostes villam Schönfeld Cœnobio Leibusino donavit: vid. Dipl. CXXVIII. Spec. C. nostri D.

(11.) An. 1203. (quem Ducatus sui annum secundum appellat, unde & fide Diplomatum an. 1201. Bolezlaum Altum obiisse denuo constat) Monasterium Silesiæ celeberrimum TREBNICENSE fundavit, testante id Dipl. XXXIX. Spec. C. nostri D.

An. 1203. Id. Sept. quingentos magnos Mansus Franconicæ Mensuræ Monasterio Leibusino donavit: vid. Dipl. CXXIX. Spec. C. nostri D.

An. 1206. VI. Id. Julii in Len Sylvam suam prope Aureum Montem eidem Cœnobia donavit: vid. Dipl. XVII. Diplomatarii Bohemo-Silesiaci.

An. 1207. Stinaviæ V. Id. Julii villam Budkow Monialibus Trebnicensibus donavit: vid. Dipl. XL. l. c.

An. 1208. Cœnobium Trebnicense denuo amplificavit: vid. Dipl. XLI. l. c. quod & Henricus Archi-Episcopus Gnesensis ratum habuit, eod. Dipl.

A. e. IV. Id. Junii in Novo Foro villam Cothwitz Monialibus Trebnicensibus donavit: vid. Dipl. XLII. l. c.

An. 1217. Abbatiam B. V. Canon. Regular. S. Augustini Naumburgi ad Quissum fundavit: vid. Ill. Scholia ad Henelii Silesiogr. renov. c. VIII. §. 129. pag. 447.

An. 1218. amplioribus iterum Cœnobium Trebnicense limitibus locupletavit: vid. Dipl. XLIII. l. c.

\*An. 1222. in Lonys testis aderat, cum Conradus Dux Masoviæ Christiano Episcopo Prussiæ primo Culmensis Terræ Partem cum Jure Ducali donaret: vid. Dipl. in Doctiss. Autoris Biblioth. Polon. P. IV. p. 327. seqq.

An. 1223. VI. Kal. Aug. in Lewmberg duas Villas Tuzmansdorff & Hartlibsdorff Monialibus Trebnicensibus dedit: vid. Dipl. XLIV. l. c.

An. e. VI. Mens. Jul. in Virdelow eisdem villam Lancke donavit: vid. Dipl. XLV. l. c.

An. 1224. Majum primo die intrando Trebnitz super Foro Trebnensi Dipl. edidit: quod est XLVI. l. c.

e. a. villam Lazi cum mellificibus eidem concescit: vid. Dipl. XLVII. l. c.

An. 1228. III. Kal. Sept. Ecclesiæ Polnicensi egregiis litteris prospexit: vid. Dipl. XIII. Diplomatar. nostri Bohemo-Siles.

An. 1230. Cœnobio Camencensi Jus Patronatus Ecclesiæ in Franckenberg & Capellæ in Bardo concessit: vid. Diploma apud Henelium in Chron. Monsterbergensi.

An. 1234. certos Cœnobio Trebnensi in Monsterbergensi Terra Agros largiebatur: vid. Dipl. XLVIII. Spec. C. nostri D.

Hæc Diplomatū Fide collegimus. Tres ipsi suisse Filios, duos vero an. 1213. periisse Dlugos. V. ad an. hunc. perhibet: „Tam virili ætate quem viridi HENRICUS WRA- „TISLAVIENSIS ET SLESIÆ DUX cum felici & B. HEDWIGE Fœmina consor- „te sua in prospera & æquabili fortuna traducta magna uterque Conjugum tempestate sub „nedia Pace, dum jani in occiduani vergerent ætatem, obrutus est: Duorum siquidem fi- „liorum, videlicet HENRICI & CONRADI, qui CRISPUS vocatus est, qui usque in vi- „rile robur evaserat, dum jam tertius BOLESLAUS fato subtractus esset, livorofo inter „illos Serpente collidebantur odio, alterum Esau, alterum Jacob ex eventu & conditione „crederes, cum pro uno Pater Henricus, pro altero Genitrix saret Hedwigis. Henricus „siquidem Dux Pater minorem natu CONRADUM singulari affectione complectens „Ducis Saxoniæ illi filiam despontat & Lubucensem Terram Lusatiaque Regionem per-

(17.18) „petua illi consignat Portione. Henricum autem natu majorem B. Hedwigi persuadente „Slesitis & Wratislaviensibus Ducem destinat. Id cum molesto & irato animo CONRA- „DUS ferret & ex naturali instinctu Polonis amicus, facilis & blandus, Teutonicis vero ho- „stis infestissimus foret, Parentum Ordinationem Armis rescindere, dum Preces invalidæ „erent, constituit Exercituque notabili ex Polonorum & Lubucensium militibus & agni- „nibus comparato Fratrem invasit. Et licet uterque Parens tollere dissidium Fratrum „& quietare maximis Conatibus laborassent, videntes tamen labores suos in cassum recide- „re, urrumque Filium Propositum suum (Dux Henricus Glogoviam & Ducissa Hedwi- „gis in Nymptcz secedens) exequi passi sunt. Non tulit & Henricus natu major Fratris „CONRADI invasionem, sed exercitum ex Polonis & ex Teutonicis colligens CONRA- „DO inter Legnicam & aureum Montem, in loco qui dicitur Studnica seu Russa Eccle- „sia, occurrit ubi, dum congressu facto fortiter ab utraque Parte pugnatum foret, plurimis „in Ore Gladii cadentibus, Henrico, cessit Victoria. CONRADUS CRISPUS cu[m] „multis suorum amissis ex prælio diffugisset, ad Patrem HENRICUM in Glogoviam di- „vertit, ratus prout evenit & se illic tutum consistere. Verum cum dierum processu in „saltus Tarnovienses venandi gratia processisset, feram agitans ex Equo corruuit fractisque „Cruribus exspiravit, in monasterium Trebnicense delatus operante SORORE AGNE- „TE ABBA TISSÆ TREBNICENSI, quæ eum tenerrime viventem dilexerat, in Ca- „pituli loco sepelitur. Quo sic absunto fraternalum & domesticum bellum, quod quan- „doque resumi & reintegrari nemo dubitabat, conquevit. Ne autem Matri Religiosis „simæ HEDWIGI Ducissa mors FILII CONRADI CRISPI præcordia dolore in- „genti repente denunciata sauciaret non ad Funerias Filii, sed ad Visitationem Ægroti ve- „nire rogata est. Illa autem & cladem primum & mortem Filii dudum in Spiritu præco- „gnoscens & illum jam extinctum esse sciens nuntiis respondit: Quare, inquit, languidum „CONRADUM Filium meum simulantes vivere illum confingitis, cuius Occasus du- „dum ante mihi fuit cognitus, quoniam sua temeritate sanguis funderetur plurinorum. „Igit deinde ad Exequias filii & justa illi pro Ducalis Dignitatis excellentia & pro maternæ „Charitatis affectu impendit.

Obites

Obiter de Conjuge Conradi hujus, Thebesii sententiam afferam, qui in Gestis Ducum Lygio-Bregenium P. I. Cap. VIII. §. ii. Bernhardi I. Elect. Saxonie ex Ascania Gente an. 1212. defuncti Filiam fuisse autumat. Sed ad Henricum Barbatum revertor, cuius suas an. 1217. Conradus Masoviæ Dux Fratres Cruciferos in Auxilium advocavit Terram illis Culmensem tradens, ut contra Pruthendrum defenderent injurias. Dlugoss. l. c. ad an. hunc: „Ad Henrici Duciis VVratislav. persuasionem Conradus Masoviæ Dux Barbaris repressis & terra Culmensi in suum statum restituta „Fratres Cruciferos in sui auxilium advocat & ipsis Terram Culmensem a Pruthen „nis defendendam affignavit.”

An. 1223. sub ejus Auspiciis Cœnobium Henrichovicense in Ducatu Monsterbergensi fundatum est, quod curatius exponit Henelius in Chron. Monsterberg. hisce vero Verbis ad an. hunc l. c. Dlugossius: „Nicolaus de Henrichow, Duciis VVratislaviensis Henrici cum Barba secretorum Notarius Genere & actione Nobilis, dum annis pluribus in Obsequiis ejusdem Henrici Duciis cum Barba versatus non parvam „Rerum & Pecuniarum supellectilem collegisset, Dominæ suæ Ducissæ S. HEDWIGIS & Conversatione adificatus & Exemplo, quod cœlesti amore totam viderat mancipatam de consensu & annuentia Duciis Henrici cum Barba in Villa Patrimonii sui „Henrichow Wratislaviensis Diœcesis prope Oppidum Nissam sita Monasterium Ord. „Cisterciens. fundat & tam Villam eandem quam alias ad illum locum spectantibus „dotat. Neque sua omnia DEO donasse contentus locum etiam ipsum spredo Seculo „ingressus assumpto habitu in Ordine usque ad mortem felix fundator militavit.”

An. 1225. Lesko Albo, qui Poloniæ imperabat, bellum intulit, quod tamen Transactio finitum Dlugosso l. c. ad an. hunc teste: „Ad notoriani suam Ignominiani & „Offensam Henricus cum Barba Slesia & Wratislav. Dux existimans pertinere, quod „Leszko Albus Casimiri Filius Monarchiam Polonorum & Cracoviensem Ducatum, „qui sibi velut Duci seniori & natu majori debebatur, occupasset, Exercitum tam de suis quam exteris Gentibus pretio conductis comparat & versus Cracoviam procedit Iponis tamen Episcopi Cracoviensis & communi Ba- „ronum Interpositione pacificantur & in eam Concordiam reducuntur, quod Henri- „cus Wratislaviensis & Slesia Dux de omni Jure & Titulo Monarchiæ Polonorum „Leskoni Albo cedat & omne Jus in Monarchia sibi competens in Leskonem trans- „fundat. Initum est & a Ducibus speciale fœdus & jurejurando firmatum, ut unus al- „terius procuret honorem & commoda & occupationem Terrarum & Ducatum, „quos sortiti fuerant, non aspiret. Datis deinde inter se Muneribus, celebratis etiam „Conviviis in magna Animorum identitate & Amore ex hostibus facti amicissimi in „suos Ducatos revertuntur.”

Exacto vix Biennio an. 1227. cum Zanzavæ in prædio Monasterii Trzemesz- nensis prope Oppidum Znenam apud Lesconem Album ageret, qui in Concione Procerum Poloniæ Suantopulcum Pomerania Capitaneum, quod Duciis sibi titulum vendicaret, in Jus vocabat, hic prævenire ratus collecta suorum multitudine adventat & utrumque Ducem in balneis inventum addicitur: Leskonem Album, dum fuga Salutem querit, trucidat: Henricum vero Barbatum Fide ac Virtute Peregrini de Wiesenburg, qui saeculum Domini Corpus cadens contexerat & Vulnera exceperat, servatum, mortuum credens discedit: quem deinde lectica Wratislaviam delatum Dlugossius l. c. ad an. hunc perhibet: „Henricus lectica vectus VVratislaviam revertitur de Vulneribus inflictis „brevi curatus, militem spectatæ Fidei Peregrinum semper commendatis Prolem suam „larga extulit donatione.”

Eadem Curæus ad an. hunc: An. insegu. 1228. iterum in Poloniæ Expeditio- ni suscepit, in quam eum contra Masoviæ Ducem Conradum Proceres Cracovienses & Vidua Leskoni Albi Grzymislava vocabant, sed captus nec nisi Hedwigis demum Precibus, quibus Animum Conradi expugnavit, dimissus est. Cumulatius hæc l. c. exposuit Dlugossius, cuius hæc imprimis Verba repetant: „BEATA HEDVIGIS. „plurima mala, clades videlicet, neces, Sanguinis Christiani profluvia, desolations, „exustiones, vastationesque Terrarum & agrestium pauperumque hominum oppres- „siones & angustias exinde orituræ eversura in Masoviam se personaliter contulit & „Conradum Masoviæ apud Blocko vel, ut aliis placet, apud Krusviciam & Czysko „adiens funestum Martem jam tonantem extinxit: ad ejus siquidem conspectum Con- radus Mosoviæ Dux omnem, qua flammabat, ferocitatem depositus & quasi victus quo-

„damque terrore correptus omnibus suis Votis & precibus se morem gesturum repro-  
„misit. At illa DEO inspirata non solum Henricum Slesia Ducem, Virum suum, &  
„Conradum Masoviæ Duxem dissidentes Prudentia qua pollebat, reconciliavit, sed et-  
„iam affinitatis Jura, quo in post quietiores essent, inter ipsos connexuit: - - - - -  
„tunc - - - bellum acerrimum gestum & gereendum sublatum est, &  
„HENRICUS SLESIÆ DUX ex captivitate liberatus in Slesiam rediit.,,

An. vero 1233. Majoris Poloniæ Terras occupabat & iis ad Obitum usque imperabat. Dlugosz. l. c. „Devotio & liberalitas VVladislai Ottonis, Majoris Poloniæ Ducis, in Gnesnensem & Posnaniensem Ecclesiam exhibita mentes & pectora Baro-  
„num & Satraparum Majoris Poloniæ tam ingenti Anxietate & livore exacerbavit  
„confecitque, ut primum occisionem illius conſpiratione clandestina multifarie moli-  
„rentur. Sed cum Insidix in illum instructæ Spei eorum & Intentioni non respondiſ-  
„ſent, VVladislao Duce machinationes illorum folertissime devitante, in apertam re-  
„bellionem versi ad HENRICUM CUM BARBA, VVRATISLAVIENSEM ET  
„SLESIÆ DUCEM, quem sciebant VVladislao Ottonis Duci suo propter Vulnera  
„apud Ganzavam in occidente Leskonis Albi, Cracoviensis & Sendomiriensis Ducis  
„accepta hostem infestum, adveniunt & sibi Principatus Majoris Poloniæ tradituros in  
„ejusque ditionem & obedientiam se universaliter transituros caſtraque & munitiones  
„conſignaturos repromittunt. - - - - - Quapropter caſtra & civitates  
„principales Majoris Poloniæ Posnaniensis, Caliſiensis, Pyzdrenſis, Sredensis, item ca-  
„ſtrum Briechow per Barones & Milites Majoris Poloniæ DUCI HENRICO CUM  
„BARBA deduntur & conſignantur.,,

Imo an. 1234. Boleslai Pudici Cracoviensis Tutelam ſuſcipiebat, poſtquam Car-  
ceren, in quem Conradus Masoviæ Dux ipsum cum matre detruferat, evaſit. Idem  
Autor l. c. „WRATISLAVIENSIS DUX HENRICUS CUM BARBA cum  
„omnibus potentiis suis versus Cracoviani una cum Boleslao Pudico contendit & a  
„ſingulis fere Baronibus Cracoviensibus & Sendomiriensibus exceptus eſt, & tam Ur-  
„bes quam Arx Cracoviensis reliquæque omnes Civitates & Caſtra, Praefectis Conradi  
„Ducis eas deferentibus, facile in ſuam & Ducis Boleslai venere ditionem. Adeo enim  
„dominatum Ducis Masoviæ Conradiaspernabantur, ut ad Adventum Ducis ſui natu-  
„ralis Boleslai ſinguli in ejus Obedientiam & ſuſceptionem confluenter. Henricus  
„autem cum Barba Wratislavensis Dux Cracoviensis, Sandomiriensis & Lublinensis  
„Principatuum poſſeſſione in nactu benignum ſe Tutorem & Curatorem Boleslao Pu-  
„dico præbuit & tam Majoris Poloniæ quam Cracoviensem & Sendomiriensem Du-  
„cem ſe geſſit & titulavit, præſertim ne Dux Boleslaus per AEtatem Ducalia bona inter  
„Milites diſtraheret, omnes tamen Regiones ex integro Boleslao reſtituit & eum cum  
„Matre fecit gaudere plena & quieta omnium fuorū Principatuum Poſſeſſione.,,

An. tamen 1236. irrita Caſtrum Gnesneneſe Obsidione ciñxit. Idem Dlugosz. l.c.  
„Ad obtinendam universi Regni Poloniæ Monarchiam HENRICUS cum Barba Sles-  
„ia & Wratislavensis Dux aspirans - - - - caſtrum Gnesneneſe, quod jam unicum  
„pro VVladislao Othonis tenebatur, - - - obsidione firma cingit plenam Ducatum.  
„Majoris Poloniæ & pacificam poſſeſſionem Arce illa, quæ ſola reſtabat, conquisita ha-  
„biturus. - - - - Tandem vero deditioſis ac expugnationis ſpe omissa Ob-  
„ſidionem ſolvens multis dānnis in Silesiam rediit.,,

An. tandem 1237. Pax almia Polonię recreabat, cum HENRICUS BARBA-  
TUS Slesia, & Boleslaus Pudicus Cracoviensis ex una, ex altera vero parte Conradus  
Masoviæ Dux Pacem inirent: unde ſe Poloniæ Monarcham gerere Henricus Barbatus  
ipſo Dlugosz l.c. conſitente coepit: Titulo vero Cracoviensis & Sandomiriensis Du-  
cis ob amorem, quo in Boleslaum Pudicū flagrabaſt, abſtinuit. Lubucensi Ecclesiæ locu-  
pletandæ tunc omnem dedit Operam HENRICUS. Dlugosz l. c. ad an. hunc: „Hen-  
„ricus obtenta bona Monasterii Opatowienſis, Cracoviensis Diocesis, videlicet Oppidum  
„Opatow cum ſexdecim Villis & aliquot manipularibus decimis, templariis exclufis, quo-  
„rum inſigne illud erat Cœnobium, annuente & ultro conſentiente Votis ſuis Boles-  
„lao Pudico, Ecclesiæ Lubucensi ſui Dominii applicat, nec his contentus in Terris  
„Majoris Poloniæ Oppidum Casimierz cum ſuo diſtrictu cum XIV. Villis & totidem  
„decimis, item in Terris Slesia Oppidum Borck, (den Halt Gross-Burg) cum decimis,  
„cum villis & lacubus præfata Lubucensi Ecclesiæ donat.,,

Sed cum an. in sequ. 1238. ad componendas Silesiæ Res Polonia pacata rediret, Cro-  
næ d. 19. Martii diem suum obiit. Affirmant id Dlugoff. VI. „Monarchiam Regni Po-  
„loniæ HENRICUS cum BARBA, MAJORIS POLONIÆ ET SLESLÆ  
„DUX adeptus, ad felicem tranquillumque Statum Polonia sub Regimine & Princi-  
„patu tam justi & celebris Principis visa est pervenisse. Sed & Henricus Dux præfatus  
„in Majoris Poloniæ Ducatu solium suum quietum credebatur firmasse, cum subito no-  
„vum Dispendium, novaque Pernicies Regno Poloniæ accessit. Dux namque HEN-  
„RICUS ad partes inferiores Dueatum suorum Krosnam prope Terminos Poloniæ de-  
„scendens languere graviter cœpit. Et quamvis de languore suo consors sua B. HED-  
„WIGIS per celarem nuntium certior facta fuisset, visitare tamen illum, quamvis Preci-  
„bus Viri multipliciter rogata intermisit, ne quam scintillam Conjugalis Mæroris viso  
„agroto marito contraxisset, quem infra annos XXX. quibus uterque cœlibem agebat  
„Vitam, rarissime & non nisi in necessitate inevitabili, cum pro necessitate Egenorum,  
„Viduarum, Pupillorum, Monasteriorum, Ecclesiarum & miserabilium Personarum in-  
„tercedendum erat, adibat. Ingravescente itaque Infirmitate omniibus Ecclesiasticis Sa-  
„cramentis rite & religiose perfunditus, sex lustris, ut præmisimus, in Cœlibatu Con sorte in  
„Sororem commutata exactis, XIV. Kalend. April. in Oppido suo Krosno feliciter ex-  
„spiravit. Qui ob id Henricus cum Barba appellationem fortitus est, quoniam a tempo-  
„re, quo cœlibem Vitam ad instigationem Consortis suæ B. HEDWIGIS agere cœpit,  
„barbam in conversorum morem crescere permisit, splendidisque Indumentis Auro &  
„Ostro nitentibus abjectis laneo & humili Amictu utebatur. Cum autem ad Monaste-  
„rium Trzebnicense per ipsum fundatum & liberaliter dotatum, in quo B. fœmina  
„HEDWIGIS actissimam agebat inter Sanctimoniales Cistercienses Vitam, funus suum  
„illic sepeliendum ductum fuisset, omnibus Monialibus, & pluribus aliis tam nobilibus,  
„quam rusticani hominibus utriusque sexus, qui ad cohonestandum funebrias suas ex  
„Majori Polonia & Slesia Ducatis in maxima multitudine obviam corpori mortuo  
„convenerant, effusis sola fœmina B. HEDWIGIS in Monasterio Trebnensi substitit &  
„honorem illum impendere Corpori mariti neglexit. Sed Sanctimonialibus cœterisque  
„tam Viris quam Matronis mortem Henrici Duci Viri sui magno Ejulatu, magnisque  
„Lamentis & Vociferatione incondita deflentibus hæc sola siccis tenuit Oculos, neque  
„in omnium fletu visa est lachrymæsse. Sed & nonnullas Sanctimoniales obitum HEN-  
„RICI DUCIS præfati tam ingenti mœrore, ut pene mortuæ viderentur, persequentes  
„corripuit, asserens iniquum & scelestum esse, tam inconvenienti & immoderato mœro-  
„re Voluntati divinæ & ejus beneplacito adversari. Successit autem optimo Viro Hen-  
„rico Duci in utroque Ducatu, Dominio Cracoviensi & minoris Poloniæ videlicet &  
„Slesia FILIUS SUUS HENRICUS, qui illi cœteris filiis morte sublatis UNICUS  
„remanserat: Neque majoris Poloniæ Prälati, Barones & Nobiles quicquam diminuere  
„aut variare ex præterita Obedientia & subjectione, quam Patri HENRICO eum Barba  
„præstiterant, in filio dignum ducebant, quamvis sciebant se alium justiore Ducem &  
„hæredem Wladislauum Ottonis, qui morte Henrici cum Barba secuta, plerosque eorum  
„magnis promissis & precibus, ut de se recogitarent sibiique Ducatum proprium & pa-  
„ternum redderent, sollicitare non desit, firma certitudine freti HENRICUM SECUN-  
„DUM ex B. HEDWIGI genitum & paternos & maternos mores optimos secta-  
„turum.

Cromerus I. VIII. „HENRICUS (Barbatus) ad Silesiæ suæ ditionis Res compo-  
„nendas revocatus solvit Obsidionem (Arcis Gnesnenensis) & ad extrema ditionis suæ Si-  
„lesiacæ Oras contendens, in Itinere apud Crosnam graviter ægrotare cœpit, nec mul-  
„to post rite sacris mysteriis procuratus diem clausit extremum Anno CHRISTI  
„MCCXXXVIII.

Matth. de Miechovia III. cap. 36. „Anno DOMINI 1238. dum in Crosnam pro-  
„pe Terminos Bohemiae sitam Dux HENRICUS cum Barba sese recepisset, graviter  
„languens Sacramentis Ecclesiasticis devote perceptis XIV. Kal. Apr. Annam exha-  
„lavit.

Eadem Curæus P. I. Annalium p. 65. Pohlius in Annal. Wratislav. MStis ad an.  
1238. „Als Herzog HEINRICH, der weise gottselige Fürst und rechte Vater des  
„Vaterlandes, in Nieder-Schlesien verreyset, etliche wichtige Sachen zu bestellen, ist Er  
„unterwegens schwach worden, und d. 19. Merz zu Crossen gestorben. Er wird ge-  
„nennet

„nennt Hertzog Heinrich mit dem Bart, weil er dreyfsig Jahr, in denen Er mit seiner Fürstin keine ehliche Gemeinschaft gehalten, ihm weder Haar noch Bart hat abnehmen lassen. Liegt im Kloster Trebnitz begraben, mit dieser Inscription:

„Dux Henricus honor Zlesie, quem plangere conor,  
„Hic jacet hunc fundans fundum Virtutis abundans,  
„Tutor egenorum, Schola morum, Virga reorum,  
„Cui sit ut absque mora locus in requie bonus ora.

„Nach seinem Absterben ist HENRICUS II. PIUS, ein einiger Sohn, aller seiner Lande ein regierender Fürst und mächtiger Herr vorden.

(12.) Chronicon Monasterii Mellicensis (p. 236. Tom. I. Script. Rer. Austriac. R. P. D. Hieronymi Pezii,) ad an. 1200. „Obiit Gertrudis Regina Hungariae Mater S. Elisabetæ, filia Berchtoldi Ducis Meraniæ, interfecta ab Hungaris & sepulta in Belusio Monasterio: cuius Soror Agnes Regina Franciæ erat, & altera HEDWIGIS DUCISSA SLEZIÆ sepulta in Trebnitz.

Anonymi Leobiensis Chronicon lib. I. (p. 827. l. c.) „Hic Papa (Clemens IV.) canonizavit SANCTAM HEDVVIGEM, QUONDAM DUCISSAM POLONIÆ, MARIÆ SANCTITATIS VIDUAM, & hoc fecit Viterbii in Ecclesia Fratrum Prædicatorum.

Neplacho Abbas Opatovicensis in Cron. Bohemiæ (p. 1034. Tom. II.) „Anno DOMINI MCCLXVIII. SANCTA HEDVVIGIS DUCISSA SLEZIE canonizatur.

Anonymous Autor, sed coœvus Chron. Diessensis: (Tom. II. Miscellan. R. P. D. Raimundi Duellii, p. 128.) „Anno MCCXLI. HEDVVIGIS DUCISSA SILESIAE obiit, Filia Berchtoldi Ducis Meraniæ & sepulta in Trebnitz & ibidem canonisata.

Mart. Fuldensis Chronicon: (in Corp. Historic. Medii Ævi Celeberr. Eccardi Tom. I. p. 1713.) „Hic felix Pontifex (Clemens IV.) canonizavit HEDVVIGEN, QUÆ FUIT DUCISSA POLONIÆ ET FILIA DUCIS DE MERAN, MATER HENRICI DUCIS POLONIÆ a Tartaris occisi, mater tera S. Elizabeth magnis resplendens Miraculis in Dioecesi Wratislav. sepulta, quæ Canonisatio facta est an. DOMINI MCCLXVII. Pontificatus Clementis anno secundo, Viterbii in Ecclesia Fratrum Minorum.

Chronica Augustensis: (Tom. I. apud Freher. p. 536.) „Clemens etiam Papa canonizavit Viterbii in Ecclesia frarum Prædicatorum S. HEDVVIGAM DUCISSAM POLONIÆ miræ Sanctitatis Viduam, quæ inter alia commendabilia, cum Canonizatio ejus per plures annos differretur, ipsa Procuratori in Curia Romana super eodem Negotio, cum esset in Tristitia per Viñum apparuit, ac eum de expeditione Negotii, & etiam de die expectationis certificavit.

Eadem Monachus Erphesfordensis in Additionibus ad Lambertum Schaffnaburgensem ad an. 1267. & Paulus Langius Monachus in Chron. Citizeni Tom. I. apud Pistorium.

Hæc ex Scriptoribus extraneis. Dlugossius l. VII. ad an. 1243. „Fœmina Nobilissima & Illustrissima HEDVVIGIS DUCISSA VVRATISLAVIENSIS, HENRICI CUM BARBA RELICTA, magna & evidenti in Vita pollens Sanctitate VII. Id. Octobr. moritur, & in Trzebnicensi Monasterio a se & Viro suo fundato & dotato sepelitur. Cujus Corpus, quod in Vita croceum & exanguem abstinentiis & jejunis confectum erat, in morte splendidum apparuit, Speciem habens Corporis glorificati. Quæ B. Stanislai Martyris Canonizationem in Spiritu prævidens futuram, & in loco Monasterii Trzebnicensis in Parte sinistra Chori altare illi dicandum fore prædixerat, monens Sorores, ut locum illum magna Devotione incolerent, assenserens maximo Sanctorum illum consecrari oportere: quæ omnia, prout prædixerat, evenerunt. Hæc per annos XXVIII. cælibem Vitam duccns ab omni illecebra Carnem & Spiritum custodivit, & quod humanis stupendum est sensibus inter spinas Thori maritalis, una cum eodem illustrissimo Marito suo HENRICO, sicuti lily germinavit, & tanquam Aurum in medio incendiorum probata voluptatum Ignibus per totum tempus prædictum astuta non est.

Idem l. c. ad an. 1267. „Quindecima Septembris Die ad levandum Osse B. HEDWIGIS Ducissæ Poloniæ superiori anno canonisata ex Tumulo indicta adveniente, confiente numerosa utriusque Sexus ad Trzebnicensi Monasterium, in quo Corpus ejus sacrum conditum erat, fidelium multitudine, Nicolaus Abbas de Lubens, & Mauricius

„ritius Abbas de Camentz cum Prælatis & Canonicis Wratislavensibus Ossa sacra B.  
 „HEDWIGIS de suo sarcophago efferunt & lota Vino nonnulla & insigniora in The-  
 „cam specialem in eodem Trzebnicensi Monasterio præparatam reponunt, alia in Wra-  
 „tislavensem Ecclesiam, cæteraque in Polonicas Ecclesiæ distribuunt. Testa Capitis fa-  
 „cri levata, cerebrum nulla putredine tabefactum, sed omni ex parte sanum & integrum,  
 „quod in hanc diem in Trzebnicensi habetur Monasterio eundem Tenorem Integritatis  
 „observans: Item tres digiti dextræ Manus a Corruptione salvi parvulam ex Ebore V. B.  
 „Mariæ gestantes Imaginem reperti sunt: Eam siquidem Imagunculam vivens B. Fœmi-  
 „na Hedwigis in Veneratione habens & cultu singulari prosequens ubique eam secum  
 „circumferre insueverat: lapsam deinde fortuito & amissam magno ob id gemens, cum  
 „vario scrutinio requisita reperiri nequiret, anxiata Dolore, dum sus repertam Dolabro  
 „Oris eam gestans Fœminæ Beata in Æde sacra oranti relatam porrexisset, tanta demum  
 „illam Cura, tanta fædilitatis tractabat Observantia, ut vigilans, dormiens, cibans & quicquid  
 „operis agens tribus digitis, ne quo casu iterum excidisset, eam compresserat: In morte de-  
 „nique articulis, a quibus in Vita gestabatur, adeo infixa adhæsit, ut nequaquam ex his repe-  
 „titio sapientius & irrito labore divelli posset, Genitrici DEI, cui omnia vivunt, membris etiam  
 „exanimatis gestus officio in sepulchro, quo corpus cum Imaguncula claudi necesse erat,  
 „servitura. Elevationi autem Ossium sacerorum unus tantummodo Nepos suus german-  
 „nus ex Filio CONRADUS Glogovensis Dux cum tribus Filiis, Conrado, Henri-  
 „co & Brzemislawo, cum præter hunc duo alii, videlicet Wladizlaus Salzburgensis Archi-  
 „Episcopus & Boleslaus Sævus Legnicensis Dux superstites forent, intersuit: Quos nedum  
 „ex vicinia, sed ex remorissima Ora justum erat & pro Aviæ honore & consequendo merito  
 „tanto Celebratatis spectaculo interfuisse.

Eadem habent de Canonizatione ejus Anonymi Chron. Principum Poloniae & Ro-  
 fitzius hoc Volum. extantes, Math. de Michovia lib. III. Cap. LXI. Curæus l. I. Annal.  
 Silesiæ; Pohlius vero in Annal. Wratislav. MStis ad an. 1243., Nachdem Hertzog Hein-  
 richs mit dem Bart Wittib, FRAU HEDWIGIS, eine andächtige, gottselige Fürstin,  
 „die schöne Ehren-Kron und treuhertzige Mutter dieses Landes, an der Schwindfucht,  
 „darein sie wegen gehäuftten Leydes und geführten strengen Lebens gefallen, eine Zeit-  
 „lang darnieder gelegen, ist sie in wahrer Anrufung des Sohnes GOTTES den 9.  
 „Octobr. im Kloster zu Trebnitz sanft eingeschlaffen, und den siebenden Tag hernach  
 „den 15. Octobr. in ihr Ruhbettlein eingefenckt worden.

Tabula ænea ad Tumulum ejus affixa hæc verba habet:

„Beata Hedwigis Ducissa Sanctitate & Profæpia Illustris nata fuit Bertholdo Duce  
 „Meraniæ, Carinthiæ & Istriæ, (nupta) filio Ducis Boleslai Proceri, qui obiit Anno Domini  
 „1201. VIII. Id. Decemb. & in Monasterio Lubensi sepultus: Matre vero Agnete nata  
 „ex Marchionibus Austriæ: Fuit Familia Paterna ex Stirpe Arnolphi Imperatoris nati  
 „ex Posteritate Caroli Magni: Collocavit Bertholdus nuptum filiam suam B. Hedwigen  
 „Henrico Duci Wratislav. An. 1178. Hic Henricus An. 1203. rogatus B. Hedwigis Mona-  
 „sterium Trebnicense exædificavit, quod in 15. annis perfectum ad 30000. marcarum Po-  
 „lonicalium pervenisse calculatum est. Locus electus est ex Voto Principis, qui ibi peri-  
 „culose cum Equo in Voragine coenosam fuerat collapsus, & Virgines huc translatæ sunt  
 „ex Cœnobio Bambergensi, ubi frater B. Hedwigis erat Episcopus. An. 1219. consecra-  
 „tum est Monasterium sub honore B. Bartholomæi Apostoli: in eo postea degens B.  
 „Hedwigis, nam hi duo Conjuges communi Consensu in præsentia Thomæ I. Episcopi  
 „Wratisl. perpetuam voverunt continentiam & totos fere 30. annos disjuncti vixerunt,  
 „ex quo tempore Henricus Comam & Barbam aluit, unde Cognomen Barbatum accepit.  
 „Moritur Dux Henricus An. 1238. V. Cal. Apr. Anno ætatis 70. cuius corpus Trebni-  
 „tium ab Henrico Pio relatum honorifice sepultum est: B. Hedwigis neque agrotum  
 „Maritum visere neque mortui funus deducere aut obviam ei prodire voluit, ne quo rerum  
 „humanarum commercio Animus ejus a divinis avocaretur. An. 1241. Henricus Pius  
 „B. Hedwigis Filius ad Legnitiam a Tartaris cæsus post cladem ex sexto digito pedis vix  
 „cognitus, nam Tartari Caput ei amputarant, per Annam Conjugem ipsius Wratislaviam  
 „delatus & in Æde D. Jacobi humatus est. Postea B. Hedwigis an. 1243. VII Id. Octobr.  
 „pie discessit: Corpus ejus, quod croceum dum vixit propter rationem victus duram &  
 „tenuem assiduaque Jejunia fuerat, post mortem insolito splendore coruscasse fertur:  
 „DEO perhibente testimonium Sanctimoniarum & Pietatis ejus. An. 1266. Cal. Dec. a Cle-  
 „mente IV. Pontif. B. Hedwigis in numerum SS. relata est: An. 1367. 15. Cal. Sept. Ossa

„sacra B. Hedwigis e tumulo levarunt. An. 1269. Cal. Maji fundata est Capella B. Hedwigis a Wladislao Episcopo Bambergensi & Duce Silesiæ.

(13) Dlugoff. VI. ad an. 1233. „ Henricus Barbatus castrorum & civitatum Majoris Poloniae possessionem nactus etiam castra demolita & conflagrata, videlicet Szrem & Biem reficit & reparat militibusque & defensoribus fortissimis communivit, datque castro ipsa nepoti suo germano ex sorore, filio Dipoldi Marchionis Moraviae, Borzywoyo, in tenutam, ut ex illis quoscunque rebelles & inobedientes in Terris Majoris Poloniae coggeret in suam ditionem, obedientes vero & deditos in fide contineat. Præfatus siquidem Dipoldus Moraviae Marchio a Wenceslao Bohemiæ Rege & cognomine Monoculo, Fratre suo ex Moravia pulsus in Ungaria consenescens obiit : Mater vero eorum ADLEIDIS, SOSOR HENRICI CUM BARBA post mortem mariti ex Moravia per eundem Wenceslaum Regem Bohemiæ ejecta in paternam Domum cum quatuor Filiiis, videlicet Borziwoio, Boleslao, Przemislao & Wladislao reversa est : & Marchionis, sa quidem ADLEIDIS in monasterio Trebnicensi degens mortua est: cuius Cineribus alter Filiorum Premislaus brevi matrem secutus appositus est : ultimus Filiorum Boleslaus sorteni Clericalem optimam dicens Canonicus Maideburgensis effectus : reliqui duo Wladislaus & Borzywoius apud avunculum suum Henricum Wratislav. & Silesiæ Ducem militabant.

Eadem Joannis in Chron. Polon. qui & Borzywoyum in Castro Szrem a Polonis interemptum tradit: add. Balbin. lib. VII. Sect. I. de Ducibus Regibus Bohemiæ Tab. IV. Genealog. litt. hhhh.

(14.) Episcopum Bambergensem Ordine XIV. fuisse, sed altero statim ab Electione die defunctum Hoffmann. IV. Annal. Bambergens. D. 7. memorie prodidit, cuius Verba sequuntur :

„Mortuo (an. 1202. XVII. Kal. Nov.) Thimone Episcopo CONRADUS SILESIAE DUX in ejus locum surrogatus est : Eum Silesiæ Scriptores ab honestis Lutetiarum Parisiorum studiis Babebergani reversum ad Episcopalem Dignitatem evectum esse, sed paulo post Episcopatu repudiato in Patriam rediisse & Uxorem duxisse affirmant : „quod neque cum Tabulis Ecclesiæ, neque cum Annalibus privatis nostris convenit. His quippe relatum CONRADUM altero statim post Electionem die præter omnium Expectationem in fata concessisse ac postridie splendide & Episcopi more in crypta sub chooro D. Georgii ante Aram S. Erhardi fuisse sepultum. Utriusque narrationis dissidium anniversarium ejus diem tollere existimo, qui singulis annis V. Id. Martii in Basilica Cathedrali peragi solet. Quod mihi gravis alia opinione potius & instar gravioris alicujus testis est.

Duo hic adesse arbitror curatius explicanda : I. Conradum hunc, cuius Parentes necavit Hoffmannus, si Temporisationem habeas, non alium esse ac Boleslai Altius Dux Silesiæ Filium, Henrici Barbati Fratrem, quem an. 1201. III. Non. Junii diem suum obiisse tradit Dlugossus, cuius verba ad no. 3. anteced. recitavimus : II. Hoffmannum Conradum hunc cum illo Conrado Duce Glogoviensi an. 1298. defuncto & tunc nondum nato consundere, quem Sacerdotio refutato in patriam rediisse Cromerus, Dlugossus aliique testantur: vid. Tab. nostræ Genealog. II. no. 1.

(16) Testantur de eo: Dipl. XLVIII. Spec. C. nostri D. cui „cum an. 1234. Cœnobio Trebnicensi mansos quosdam circa Monterberg Pater Henricus Barbatus donaret, Testis aderat ; uti verba illius in fine affirmant : „ Sub Testimonio HENRICI FILII MEI.

Dipl. LXXIV. l. c. ab Anna Conjuge Wratisl. an. 1242. VIII. Id. Maji editum hisce Verbis: „ Bone Memorie HENRICUS quondam DUX ZLESIE, KRACOVIE ET POLONIE, VIR NOSTER.

Dipl. XIV. Diplomat. nostri Bohemo-Siles. quo Martinus II. Pontifex Romanus ita loquitur : „ ANNA DUCISSA ZLESIE cupiens terrena pro cœlestibus & transitoria pro eternis salubri Commercio permutare Monasterium vestrum S. Clare juxta piam dispositionem quondam HENRICI DUCIS ZLESIE, VIRI SUI pro suo & EJUSDEM VIRI ac suorum parentum peccatorum remedio in fundo proprio de bonis suis construxit.

Et Dipl. l. c. XIX. quo Wratislaviæ an. 1239. III. Non Sept. Laurentium Custodem Ecclesiæ Wratislav. villam suam Pirsino Eccl. Wratislav. contulisse affirmat.

Ipsius an. 1213. Fratrem Conradum Crispum prælio superasse Dlugossi fide ad no. II. Tab. hujus diximus: ejusdem Authoritate constat an. 1234. Expeditioni, quam Conradus

dus Masoviæ Dux in Pruthenos Barbaros suscipiebat, interfuisse & victoriam reportasse: „Infidelium Pruthenorum Terras vastaturi & barbaricam illam nationem & gentes ad cultum religionis nostræ adducturi Conradus Mazoviæ & Cujaviæ Dux non ex propriis solum Cujaviensibus & Mazoviensibus, sed ex Cracoviensibus & Sandomiriensibus, quas pupillari & tutorio nomine Boleslai Pudici, Nepotis sui tenebat, terris, HENRICUS WRATISLAVIENSIS, FILIUS S. HEDWIGIS, Wladislaus Majoris Poloniæ, Suantopelck & Sambor Germani Pomeraniæ Duces validum exercitum validasque equestres & pedestres Copias nunquam alias in Terris Prussiae vias congregantes in terram Pruthenorum, Ossa flumine superato, comitantibus & adjuvantibus illos Magistro Hermanno & Fratribus Ordinis S. Mariae Teutonicorum, quos, ut in superioribus præmisimus, Conradus Dux ipse in sui Auxilium contra præfatos Pruthenos clandestino & tumultuario bello terras suas affligentes acciverat, Summi Pontificis Georgii IX: specialibus litteris admoniti hyemali Tempore Suantopolconi Ducis Cura totius Exercitus commissa descendunt & duobus mensibus Terram Pruthenicam in Girum Ignibus, flammis & spoliis devastantes, cum Prutheni decernevere non ausi pugnandi Copiam non facerent, cæde de quinque millibus Barbarorum edita & castro Radczin, quod magis Catholicis imminebat, sub Pruthenis conquisito & propriis Militibus locato, civitate quoque Kwidzin locata in propria redeuntes multitudinem captivorum & spoliorum reduxerunt.,,

Patre an. 1238. defuncto non Silesiam modo inferiorem, sed & majorem Poloniæ adeptus est: an. 1240. Templum S. Jacobi Fratribus minoribus Wratislaviam vocatis dicabat eodem Dlugosso I. VI. in fin. teste: „HENRICUS SECUNDUS WRATISLAVIENSIS DUX & B. Hedwigis ac Henrici cum Barba Filius monente eadem Illustrissima Matre Hedwigi Fratres minores Wratislaviam advocabat & Ecclesiam S. Jacobi Apostoli de novo erectam & locum pro Monasterio illis donat. Sed dum cum Tartaris pro fide & religione nostra ac fideli defensione fortissime pugnans occubuerit, ANNA Ducissa relicta sua & Ecclesiam S. Jacobi, & Monasterium, quæ maritus imperfecta reliquerat, consummationi mandare curavit.,,

An. vero 1241. ingens illa & feralis exoriebatur Tempestas, qua Tartarorum Gens quasi rapidissimo flumine agitata Russiam, Hungariam, Poloniam, Silesiamque dilacerabat, & PIUM HENRICUM pro salute Patriæ Arma capeſſentem horribili illo ad Lignicium V. Id. Apr. prælio gesto superabat, quod cumulatius & non Virtute, sed numero hostium victum fuisse Duxen probant Dlugos. I. VII. Cromerus lib. VIII. Math. de Michovia, lib. III. cap. 39. Curæus in Annal. Eccles. P. I. Stenus Bregensis in Descriptione Silesiæ, Pohlius in Annal. Wratisl. MS. & qui hoc Volumine produnt, Joannis in Chron. Polonorum, Anonymus in Chron. Principum Poloniæ, & Rositzius. His accedunt Joh. Vito Durani Chron. „Item An. DOMINI 1241. perigrina militia Barbarorum gens ferocissima Cultibus Idolorum dedita Tartari Ungariam & Poloniam invaserunt & multa millia hominum occiderunt, contra quos Crucem fecit Papa prædicari: - - - - Item, ut jam dictum est, quoniam stragem incitatam Tartari commiserunt in Ungaria & Polonia, ibique Dominos interficerunt, quo facto tanta penuria subsecuta est in Ungaria, quod matres suos Pueros inanducarent & pro Farina quodam Pulvere uterentur homines.,,

Mart. Poloni Chron. in fine: „Gens Tartarorum occupatis Orientalibus partibus & crudeliter subactis in duo agmina se dividentes Ungariam & Poloniam intraverunt, ubi campestri bello cum ipsis habito Frater Regis Ungariæ, Dux Colomanus in Pannonia & in Polonia NOBILIS DUX SLEZIÆ HENRICUS occiduntur.,”

Albertus Abbas Stadenis in Chron. „Eodem anno coeperunt magis atque magis horrendi Rumores de Populis Barbarorum, qui dicti sunt Tartari, succrescere, qui permanentes innumerabili multitudine & manu valida Ruziam & Poloniam & alia plurima Regna nulli pepercerunt, sed omnes, quos attingere poterant, cujuscunque essent professionis, sexus vel atatis Crudelitate nimia peremerunt, venientesque Ungariam inopinatissimo Eventu factaque infinita strage hominum, Regem occiso Fratre ejus in Pugna de suo Regno in Græciam expulerunt. - - - - Tanto timore hominum corda concusserunt, ut homines contra eos in diversis locis & provinciis Auctoritate Episcoporum se Crucis Charactere insignirent.,”

Chronicon Elwangense ad an. 1242. „Tartari Poloniam, Russiam & Ungariam „ad generalem desolationem redegerunt.“

Chron. Claustro - Neoburgense ad an. 1242. „Tartari venientes ab Ortu Solis, „gens, quæ multa Regna & Civitates & Castra subverterat, scilicet Rusiam, POLONIAM „CUM DUCÈ SUO HENRICO, eo quod innumerabilis esset, cui nemo resistere aur- „deret.“

Eadem Verba habet Paltramus, seu Vatzo Consul Viennensis in Chronico Au-  
striac. ad an. 1242.

De Prælio vero ipso curatius agunt l. c. Scriptores Poloni & Dubravius l. XVI. nos ejus summam dabimus: Pulsæ ab obsidione Wratislaviæ Igne cœlesti Tartari Ligniciuni properabant, ubi in ea camporum planicie, in qua nunc Vicus Wahlstadt conspicitur, Henricum Ducem obvium cum Exercitu habent, quem Urbe egredientem lapis de Ver-  
tice Ecclesiæ B. Mariæ prolapsus sinistro Omine laeserat. In Alas quatuor vel quinque divisum fuisse Christianorum Exercitum Dlugossus, aliique tradunt: primæ ex voluntariis militibus & Aurifosforibus Goldbergensibus collectæ, Boleslaum, Marchionis Mora-  
viae Dipoldi Filium: secundæ ex Polonis conscriptæ Sulislauum, Cracoviensis olim Palati-  
ni Włodimiri fratrem: tertiaæ Opolensem & Cruciferorum, Mieslaum Ducem Opo-  
liensem: quartæ Silesiorum & Wratislaviensem, HENRICUM ipsum, Ducem fuisse:  
imo extertia hac duas Alas efficiunt. V. Id. Apr. Prælium commissum, ex quo primus,  
Mieslaus Opolensis Dux aufugit incondito Tartari cujusdam clamore, qui biegaycie,  
biegaycie, i. e. fugite, fugite, suisalubri, nostris infesto Consilio clamabat, territus: qua-  
re Agmen Tartari explicant, primoque tumultu signa & ordines Christianorum tur-  
bant, ut neque Imperia exaudiri, neque instrui Acies possent. Nihil infractus hac acer-  
bitate HENRICUS suos concitat, certamen renovat, hostes percutit: sed ferocius Barba-  
ri agunt, & maxime Globus Ducis Corpus, non nisi quatuor militibus cinctum circum-  
fundit, neque finis prælii donec in limine Victoriae stantem H E N R I C U M lancea sub  
ascella transfixum ex equo detrahant, trucidant, & capite abscisso vestibusque spoliatum  
inter strages corporum armorumque nudum relinquent, ad quem Ducis casum percul-  
sæ, quæ reliquæ erant Christianorum Copiæ, omnes fuga salutem querunt. Neque ta-  
men Lignicensem Arcem expugnare poterant Barbari victoria usi, qua & sibi ceu lassi-  
tudine quadam Vires effluere sentiebant, hinc pedem referre coacti in Moraviam dis-  
cesserunt, prælio ibi prope Olomucium superati, quo Dux ipsorum Peta a Sternbergi-  
co Barone occisus est.

Hæc Irruptionis Tartaricæ facies est, cui fabulas adsperserunt varias Autores: ne-  
que Popo ab Ostena tunc interfactus est an. demum 1253. electus Ordinis Teutonici  
Magister & an. 1265. denatus. Ducis vero Henrici Corpus inventum ab Uxore Anna  
Wratislaviæ in æde S. Jacobi (quæ nunc S. Vincentio dicata est) terra fuit mandatum.  
Pohlius l. c. „Nach der Tartern Abzug ist der erschlagene Herzog auf der Wahlstadt  
„auf Anzeigung FR. ANNAE, seiner Gemahlin, so in solchem Lermen mit S. Hed-  
„vvig und den Closter-Jungfrauen sich gen Crossen begeben, an der sechsten Zehe am  
„lincken Fusse erkannt, und zu Bresslav in S. Jacobs-Kirche mit den erschlagenen Fü-  
„sten, vielen Herrn und Edelleuten zur Erden bestattet vorweden.“

Add. Schulzii Monumentum Gratitudinis Henrico II. erectum. Quatuor ipsum  
Filios reliquisse superstites testantur Dlugossus l. VII. ad an. 1242. „Reliquerat siquidem  
„HENRICUS MAJORIS POLONIAE ET VVRATISLAVIENSIS DUX, a  
„Tartaris occisus, quatuor Filios, videlicet BOLEZLAUM, HENRICUM, CONRA-  
„DUM & VVLADISLAUM, & quinque Filias, videlicet HEDVVIGEM, AGNE-  
„TEM, CONSTANTIAM, HELISABETH & GERTRUDEM, ex eadem matre  
„ANNA, videlicet Filia Przemislai alias Ottocari Bohemiae Regis, suscep-  
„to, neque Patris Henrici apud Legnicz secuta duo natu minores, CONRADUS & VVLA-  
„DISLAUS, procurante optima & solerti corum Avia B. Hedvigil litteris apud Perosios  
„Operam dabant, BOLEZLAUS & HENRICUS natu majores militiam agebant.“

Mart. Cromerus l. VIII. „HENRICUS PIUS Dux Silesiæ a Tartaris interfactus  
„ex Anna Uxore, Ottocari primi Regis Bohemorum Filia, quatuor reliquit Filios: BO-  
„LESLAUM cognomento Calvum, HENRICUM, CONRADUM & VVLADIS-  
„LAUM. Ex his duo postremi & natu minimi ab Hedwige Avia Sacerdotio destina-  
„ti, & in Italiam missi litteris novabant operam, & CONRADO quidem Bambergensi-  
„sis Episcopa, WLADIZLAO vero Salisburgensis Archi-Episcopa promissa erat: Ita-  
„que

„que reliqui duo fratres de ANNÆ Matris & Consilii sententia Dominatum paternum „in Silesia inter se partiti sunt, ita ut BOLEZLAO, cui Calvi cognomen fuit, Wratislavienensis, HENRICO vero Legnicensis tractus forte obtingeret: & ne duo illi minorres omnino exhæredes essent, CONRADUS quidem HENRICO LIGNICENSI, „VVLADIZLAUS vero in Wratislaviensi BOLEZLAO consors accederet. Verum „paulo post BOLEZLAUS cupiditate ductus, quod Legnicensem portionem meliorrem esse judicaret, CONRADUMque Fratrem, qui in ea consors HENRICO factus erat, „jam hypodiaconum portionem suam non petitum esse existimaret, repudiato Wratislaviensi Dominatu Legnicensem usurpavit, HENRICO vero Wratislaviensem concessit: atque hic fomes postea civilium & parricidialium bellorum inter ipsos fuit.

Curæus in Annal. Sil. P. I. & alii plures. Thebesius in gestis Ducum Lygio-Bregensium P. I. Cap. VII. §. 12. ipsum an. 1216. ANNAM Bohemiæ Regis Filiam duxisse opinatur.

(17. 18.) vid. no. anteced. II.

(19.) Testimonium de ea HENRICUS III. Dux Silesiæ perhibet villam Domanowicz Monasterio Trebnicensi vendens Dipl. XV. Diplomat. nostri Bohemo-Sileſ. quo ita loquitur:

„Ad petitionem Matris me, nec non & AMITE NRE DMNE GERTRUDIS ABBATISSE DE TREBNITZ.

Math. de Michovia l. III. Cap. 30. „Secunda (Abbatissa Trebnicensis) fuit GERTRUDIS, Henrici Ducis & B. Hedwigis Filia.

Pohlitus in Annal. Wratislav. MStis ad an. 1262. „Den 30. Decembr. ist GERTRUDIS, Herzog Heinrichs mit dem Barth, und Fr. Hedwigis Tochter, Ebtissin zu Trebnitz gestorben.

(20. 21.) Tres Filias Henrico Barbato suisse, AGNETEM & SOPHIAM in Leubusino Cœnobio sepultas, GERTRUDEM vero Abbatissam Trebnicensem diserte affirman Joannis in Chron. Pol. & Anonymus in Chron. Principum Poloniæ cum corum gestis.

(22.) An. 1242. VIII. Id. Maji Wratislaviæ litteras edidit, quibus prima Monasterii Grisoviensis Fundamenta jecit: vid. D. LXXXIV. Spec. C. nostri D.

An. 1253. IV. Kal. Martii Wratislaviæ, cum Filiis, in honorem S. Elisabethæ hospitale fundavit, quarum litterarum Initium:

„In nomine SANCTE ET INDIVIDUE TRINITATIS Amen. - - -  
„nos HENRICUS & VVLADIZLAUS Duces Zlesie, una cum Dna ANNA MATRE „NRA, nec non fratribus nris Duce BOLEZLAO & DUCE CONRADO  
„- - - pio innitentes proposito ac Intentioni clare memorie Patris nri HEN-  
„RICI, quondam DUCIS ZLESIE Hospitale construimus in Civitate Wratislav. in ho-  
„norem S. Elizabeth - - - - - Acta sunt hec  
„Wratislav. An. ab Incarnac. DNI M. CC. LIII. IV. Kalend. Martii. (Ex Cod. Di-  
„plomat. MSt.)

Mortilogium ad S. Claram Wratislav. „ANNA DUCISSA, FILIA REGIS BOHEMIAE, CONJUX DUCIS HENRICI, DUCIS VVRATISLAV. fundatrix Monasterii S. Clare obiit anno DMNI MCCLXV. in nocte S. Joh. Bapt. sepulta apud Chororum Sororum in Capella S. Hedwigis.

Dubravius lib. X VI. „Lignitio tamen non sunt potiti (Tatari,) ubi ANNA, HENRICI UXOR cum liberis, eademque VVENCESLAI REGIS SOROR inerat., add. Balbinus lib. VII. Sect. I. de Ducibus Regibusque Bohemiæ, Cap. XXXIV. p. 140.

Tumuli Inscriptio:

„ANNO DMNI MCCLXV. IN NOCTE S. JOH. B.  
„OBIIT ANNA DUCISSA VVRATISLAVIE FILIA REGIS BOHEMIE  
„B. FUNDATRIX MONASTERII S. CLARAE: HIC SEPULTA.

(23.) Hujus tanquam primogeniti Consensum ANNA Mater in fundationis Cœnobii Grisoviensis litteris, de quibus nunc diximus, hisce Verbis accessisse testatur:

„De Consensu & Voluntate FILII NRI BOLEZLAI.

Eundem fratrem appellat Henricus III. Dux Silesiæ, Dominus Wratislaviæ, in Diplomate, quo villam Domanowitz Cœnobio Trebnicensi vendidit, quod Dipl. nostri Bohemo-Sileſ. est XV. & hæc circa finem Verba habet:

„Presentem litteram sigillo nostro & sigillis FRATRUM NRORUM, videlicet „DUCIS BOLEZLAI & Ducis Conradi dignum duximus roborandum.

Ipsa an. 1252. Mareschaleo suo Radvvano Dominium supremum Lignicii vendi- „dit: presente Hyncone Capitaneo, Domino Budevvo, Domino Zaslao & Domino „Johanne de Terigia: vid. Thebesius l. c. P. I. Cap. XIII. &

„An. 1259. in crastino Nicolai fidei suo Voleslao villam Crustenick (nunc Brausch- „dorff dictam,) tradidit: presentibus Palatino Stogygneo, Castellano Legnicensi, - - - - Radvvanus de Lascicovvitz, Wysa de Wagotto, Militibus approbatis. Te- ste eodem Thebesio, l. c.

An. 1256. Ind. XIII. Wratislaviæ in domo Fratrum Minorum Monasterio Grisso- viensi ducentos mansos Franconicos donavit: vid. Dipl. XXXVI. Diplomat. Grissov. Tom. VI. Ludevvig. p. 442. cujus hæc in fine Verba:

„Testes hujus rei sunt: Venerabilis MATER NOSTRA ANNA, Major Duci- „fa Slezie, HEYNRICUS Illustris Dux FRATER NOSTER, Venerabilis in CHRI- „STO Pater, Dmnu Thomas Episcop. VVratislav.

An. 1249. „una cum Fratre, DNO CUNRADO ELECTO PATAVIENSI „se Ordini Eremitarum Grissovieni s. Cressoborieni villam Landishutt Jure Teutoni- „co locandam, & Insulam quandam ibidem ad Claustrum eorum ibi exitruendum con- „cessisse testatur: vid. Tom. VI. Ludevvig. l. c. Dipl. LXIX.

A. 1254. VIII. Id. Febr. Lignicii Monasterio Grissovieni factam a Parente Sylvæ in Cressobor donationem confirmat & auget: vid. Tom. VI. Ludevvig. l. c. Dipl. XXXVII.

An. 1263. Sabbatho post Octavas Pasche „cum Filio suo HEYNRICO, Cœno- bio Henrichoviensi factam a Parente & Avo ipsius quinquaginta mansorum in villa Quolisdorff, & centum in Rychenovv donationem Javorii confirmavit: vid. Dipl. LXIX. Spec. C. nostri D. quod est LXXII. l. c. Tom. VI. Ludevvig.

An. 1265. in Rychenovv in die S. Epiphanie DMNI Syfridum Rindfleisch Cœnobio Henrichoviensi Sculteciam in Rychenovv vendidisse testatur: vid. Dipl. LXXII. l. c. Tom. VI. Ludevvig.

An. 1276. in Rochlitz Cœnobio Henrichoviensi facultatem artifices in Rychenovv fovendi concessit: vid. Dipl. LXX. in Spec. C. nostri D. quod l. c. Tom. VI. Ludevvig. p. 479. occurrit.

His Diplomatatum Fide præmissis, ipsum Patre in Prælio occiso, Majoris statim Po- loniæ Provincias amisisse Dlugossi l. VII. ad an. 1242. fide affirmamus: „Cum BO- „LEZLAUS CALVUS plurimas & intolerabiles oppressiones in militares & subditos „Majoris Poloniæ ageret & quoslibet Teutonicos & advenas quantumcunque pannosos „& viles Polonorum Optimatibus præferret, Barones, Milites, & Nobiles majoris Poloniæ „universi - - - durum jugum - - excutiunt - - & omnia castra, mu- „nitiones, atque civitates Przemislao & Bolezlao Ducibus Filiis Wladislai Ottonis præ- „sentant.

In terrarum paternarum divisione Wratislaviensem an. 1244. Ducatum accepit, quod l. c. Dlugossius his Verbis: „B. HEDVVIGE, RELICTA OLIM HENRICI „CUM BARBA DUCIS VVRATISLAVIENSIS, in cœlestes mansiones migrante „nepotes ejus Filii Henrici a Tartaris occisi cum essent quatuor numero & duo militiæ „& duo litteris intenderent, Principatum Wratislaviensem in duas tantummodo fortis di- „vidunt, videlicet Wratislaviensem & Lignensem, ea spe & conditione, ut quoniam „CONRADUS & WLADIZLAUS natu minores in sortem clericalem (jam enim „CONRADO in Subdiaconum promoto Episcopatus Bambergensis, VVLA DIZLAO „Archi-Episcopatus Salzburgensis destinati fuerant,) credebantur transituri, CONRA- „DUS in forte & portione, quæ BOLEZLAO, WLADIZLAUS in sorte, quæ HEN- „RICO obveniret, includerentur, ex morte aut resignatione ipsorum fortis præfatas per- „petuo possessuri. Missis itaque fortibus BOLEZLAO Wratislaviensis, HENRICO „Lignensis portio contigit. Qua quidem divisione celebrata, & tandem litteris firma- „ta DUCISSA ANNA, præfatorum Ducum Genitrix, Thoma Wratislaviensi Epi- „scopo assumpto, BOLEZLAUM in Wratislaviensem, HENRICUM in Legnensem „Principatus induit. Sed BOLEZLAUS vocatus callidus, illico divisionis taliter cele- „brata pœnitere coepit & Legnensem sortem existimans præstantiorem certusque „jam existens CONRADUM suæ portionis sortem, velut Subdiaconum & in Bamber- „gensi Episcopum brevi promovendum, nusquam esse repetiturum, sortes cum Fratre

HENRI-

„HENRICO commutat & Legnicensi sorte accepta cedit de VVratislaviensi „HENRICO: De quo iterum, prioribus litteris irritatis, novæ consecræ sunt. Verum „interim CONRADUS clericalem sortem fastidiens Studio & Episcopatu deserto in „Patriam rediit & de sorte Legnicensi alteram cum BOLEZLAO expetebat celebrâ- „ri: Cui etsi BOLEZLAUS Calvus primum blanda dederit responsa, sperans illius „animum temporis processu Confilio meliori sanari, CONRADUO tamen perseveran- „te in proposito illum a se negata portione exclusit: Qui ad alterum Fratrem HEN- „RICUM se contulit, a quo benigne habitus & tractatus est: WLADIZLAUS vero, „qui in consortem HENRICO cesserat, in Salzburgensem Archi-Episcopum pro- „motus Ducatum Wratislavensem HENRICO Fratri integrum & immutatum re- „liquit.“

Eadem habent Cromerus l. VIII. Math. de Michovia III. Curæus & alii. Ve- rum turbidi animi & pacis impatiens Princeps cum an. 1247. Majorem Poloniam ir- rito conatu repetiisset, an. in sequ. 1248. Fratri suo HENRICO bellum intulit, cuius causam & eventum idem ad an. hunc Dlugossus tradit: „BOLEZLAUS Calvus „Legnicensis Dux magno furore actus, quod & de portione meliori Ducatus Wratis- „lavensis, quæ sibi ex sorte debebatur, (Legnicensem ratus meliorem) HENRICO „Fratri sponte cesserat & quod CONRADUS alter Frater, suæ portionis consors, Sub- „Diaconatu, ad quem promotus, & Banibergensi Episcopatu, ad quem promovendus „erat, desertis militari statu induito portionis Legnicensis dimidium repetebat: HEN- „RICO, qui WLADIZLAUM Archi-Episcopum Salzburgensem habebat consor- „tem, ex integro Sortem retinente bellum HENRICO Wratislavensi & Conrado Fra- „tri apud se hospitato Ducibus movit. Et Saxonibus Stipendio conductis in auxi- „liuque accersitis Wratislavensem Ducatum (Henrico Wratislavensi Duce, quod „Vires ad decernendum illi tenues erant, vitante conflictum) Spolis & Incendiis & qua- „libet hostilitate vastat & incendit. Apud Novum quoque Forum plebe promiscua „ad Ecclesiam confugiente quingentos homines edaci Flamma consumit. Deinde ad „Civitatem Wratislavensem (quæ tum primum Henrici Ducis industria a Theuto- „niciis disponi & Jure Theutonicō locari cœperat) accedens eam tribus mēnsibus „continua Obsidione præmebat: quæ et si tunc in propugnatulis languida atque novella „exsticisset, Obsidionem tamen BOLEZLAI Calvi Legnicensis Ducis non solum for- „titer tulit, sed etiam per frequentes Eruptiones exercitum ipsius multifariis damnis „molestavit, adeo ut BOLEZLAUS ab illius Obsidione cepto irrito recedere cogeretur.“

Nec ita quievit, sed an. 1249. & 1250. repetita vice, haud alio vero successo eodem Dlugosso teste Wratislaviam adortus est, qui hæc ad an. 1249. „BOLEZ- „LAUS Calvus Legnicensis Dux sortem, quæ sibi prius obtigerat & de qua sponte „Henrico Germano suo cesserat, Ducatum videlicet Wratislavensem repetiturus Saxonibus & Theutonicis cæterisque peregrinis Militibus, quos pretio in sui Auxilium „conduxerat, adjutus alteram in Wratislavensem Terram agit expeditionem. Et „Fratre Henrico suo detrectante Certamen & castra tantummodo & munitionem tue- „ri contento BOLEZLAUS LIGNICENSIS DUX fortis & numerosum dicens „Exercitum Oppida & Rurā vastat & incendit & prædam magnam pecorum & capti- „vorum in Terram Legnicensem abducit. Terra autem pervastata etiam Civitatem „Wratislavensem secunda obsidione constringit: aliquanto autem Tempore in ejus „Obsidione commoratus Auribus damnis per Irruptiones & Invasiones eorum, qui pa- „bulatum se conferebant, exceptis in Legnicensem Ducatum frenens & tristis, quod „duabus expeditionibus nihil præspere egisset, rediit. Quem in Legnicam redeuntem „Barones & milites sui captivant & incarerant, posthæc de sinceritate facienda spon- „sionem faciens dimissus in libertatem castra Theutonicis tradit, ut liberius proprios „vastaret suam Captivitatem fatagens ultum iri. Donat insuper castrum Lubusz Archi- „Episcopo Magdeburgensi, ea Conditione, ut sibi in Gentibus transmittat Auxilia: „Quibus cognitis Przemislaus Posnanensis Dux, Gener suus, qui sororem suam Ger- „manam habebat in Consortem, ipsum velut delirantem detinuit, & sub honesta cu- „stodia servavit captivatum.“

Et ad an. 1250. „Duabus Expeditionibus contra Henricum Ducem Wratisla- „viensem Germanum suumque Ducatum superioribus Annis indictis, BOLEZLAUS „Calvus Legnicensis Dux tertiam adjecit, & Æstate Anni hujus stipendio conductis „militibus tertio & Ducatum Wratislavensem vastavit, & Civitatem obsedit; pluri- „bus=

„busque conatibus ad ejus oppugnationem Curam & Cogitationem impedit. Sed „tam militum Ducis Henrici quam forti Civium resistentia tertio repulsus in Legnicz „fremens redit & singula vastavit Igne. A militibus Theutonicis quos conduxerat, „pro Mercede promissa vexatus omnibus Equis, Armis, Fortunis, & Glenodiis se exuit „& mercenariis militibus semiplene Stipendum persolvit. Propter quod & in suo „Legnicensi & Wratislavensi Ducatis plura fuerunt nova loca per Prædones & eos, „quibus solutio facta non fuerat, incastellata. Multis autem BOLEZLAUS Legni- „censis Dux pressus incommodis Castrum suum Lubucense Joanni & Ottoni Mar- „chionibus Brandenburgensibus in levi pecuniarum quantitate (ea etiam Spe illectus, „quod Brandenburgenses Marchiones illum suis Gentibus contra Fratres HENRI- „CUM & CONRADUM adjuvare se astrinxerant) obligat. Ab eoque Tempore „castrum & districtus ipse a Polonorum Regno alienatus ad Marchionatum Branden- „burgensem transiit. Verum dum nec sic longo bello, rebus suis debitibus & Ære alieno „involutis providisset, a propriis militibus desertus & contemitus, a mercenariis vero, „quibus non exsolverat, cæterisque Prædonibus castra nova occupantibus adeo exiani- „tus & in egestatem pene extremam detrusus est, quod frequentius pedibus quam E- „quo vectus, omnibus destitutus familiaribus, uno tantummodo Surriano Figellatore „miserrime associatus & stipe aliena nutritus passim vagaretur. Ab Henrici quoque „Fratis sui Militibus captus & in Vincula apud Wratislavense Castrum conjectus, ju- „bente Henrico Fratre & Calamitatem Ignominiamque fraternalm non secus quam „propriam piis abhorrente præcordiis dimissus in Legniz se recepit & contra Fratres „suos Henricum & Conradum machinari non destitit. Et pro excutienda egestate, „qua tenebatur, Oppida Zittaviam & Gerliczam in sua sorte consistentia in summis „gravibus Baronibus & subditis suis tradidit & inscripsit Ducatumque suum truncata- „tione enormi discerpit. Quæ omnia B. Avia sua HEDWIGIS, dum viveret, non „nullis personis prædixerat Duactibus Slesiaz & fratribus per Boleslaum Legnensem „Ducem fore inferenda..

An. 1251. Crostensis Terra ab eo ad Conradum Fratrem defecit, (quod ad Tab. sequ. II. no. i. curatius exposuimus,) cui inde Insidias struere Boleslaus coepit, quas tam illa evasit, Boleslaus vero ipse a Przemislai Posnaniensis Ducis, cuius Sororem Solomeam Conradus duxerat, Militibus an. 1252. captus est: tandem Transactione li- tes fratrnæ an. 1255. finitæ. Sed exacto vix biennio an. 1257. Alexandri IV. Pontificis Romani Iram Indignationemque meruit, cum Thomam I. Episcopum Wratislavensem Insidiis captum non nisi duris Conditionibus libertati restitueret, quod cumula- tius ad an. hunc & sequ. Dlugossus explicavit, qui & Litteras, quas cruciatas vocat, Alexandri Pontif. Rom. pro liberando Thoma Episcopo in Laterano III. Kal. Apr. an. 1257. editas addit.

An. 1271. II. Id. Julii, cum Ottokarus Bohemiæ Rex cum Stephano Ungariæ Re- ge bello sponso Fœdus iniret, in Tabulas ejus Duces quoque Ottokari Socios relatos & ex numero eorum hunc BOLEZLAUM quoque fuisse apud Balbin. litt. public. Vol. I. P. I. Epist. XVII. p. 21. hisce Verbis legimus:

„Item predicte Ordinacioni & paci includi volumus - - - - - Dnum WO- „LEZLAUM DUCEM SLEZIE ET SUUM DUCEM HENRICUM AC „ALIOS FILIOS SUOS..”

An. 1277. Incrementis Henrici Probi Ducis Wratislav. invidens ipsum in Castro Jelstch commorantem XII. Kal. Martii capit nec prius dimisit, donec (Dlugossi exl. VII. Verbis, qui Turbas has prolixe descripsit, utar) „Henricus Probus castris & civitati- bus Strzegom, Novo Foro, Strossa, Greizenberg, Przin & Geswindorff perpetuo ce- deret..”

An. vero insequ. 1278. quietum Mors reddidit. Dlugosius l. c. ad an. hunc: „Bre- „vi & modica ex Castris, Oppidis & possessionibus, quæ BOLEZLAUS Calvus Legni- „censis Dux a Nepote suo Henrico Probo Wratislavensi Duce post Victoriam de ejus „Gente obtentam exegerat, Voluptate & Usu potitus ex languore & senio apud Le- „gnicoram moritur, & in Monasterio Fratrum Prædicatorum a se fundato sepelitur. „Vir violentus in proprios & exterios, fœdo pellicis Amore usque ad mortem vincitus, „adeo corrupti & velocis sermonis, ut plerumque audientes in risum & cachinnum fol- „veret. Tortuosus in factis & moribus & in judicando non cognita justitia in causis „præsertim sanguinis præceps, unde non solum favus, sed & Rogatka, quod in Boloni-

„co Cornutus significat, a plerisque vocitatus: Tres Filios superstites, quarto CONRADUS in pueritia mortuo, ex HEDVVIGI Filia COMITIS DE ANHALT suscepitos „relinquens, videlicet: HENRICUM LEGNICENSEM, qui Crassus & Ventrosus, „quasi Abdominis pinguis appellatus: BOLEZLAUM SVIDNICENSEM, & BERNARDUM AGILEM: Tanta siquidem inerat illi Agilitas, ut quatuordecim Robo-“ra in aliquo ædificio in sursum locationis Ordine erecta, cursu præpeti coiscenderet & „resiliens in pedibus fixus staret. Habuit ex præfata HEDWIGI DE ANHALT, „Uxore sua, quatuor Filias: Quarum AGNETEM unam ex eisdem Filiabus Comiti de „Württemberg tradidit: alteram HEDWIGEM Conrado Masoviæ Ducí, Filio Semo-“viti, Filii Conradi, despousavit: tertia ANNA in Trzebnicensi Monasterio Ordinem „professa, & tandem Abbatisa: quarta CATHARINA in juventute mortua apud „Prædicat in Legnicz sepulta.

Eadem Verba habet Math. de Michovia l. III. cap. 58. inde hæc de altera Conju-ge inseruit: „Fœdo Pellicis Amore usque ad mortem vincitus erat BOLEZLAUS: „obquam & graves molestias altera Conjuræ ejus ADELEYDA, FILIA SAMBORII DU-“CIS POMERANIÆ deserto Boleslao Rogatka marito suo adhuc in Vita ipsius, dum „aliter nequiret, in domum paternam pedes remeavit.

Cromerus l. X. „BOLEZLAUS Legnicensis Dux, cogn. Calvus & Rogatca e vivis „excessit HENRICO, BOLEZLAO, & BERNHARDO Filiis, & quatuor Filiabus re-“lictis.

Joannis Chron. Polon. in fine, alterius quoque Conjugis FILIAE SAMBORII DU-“CIS POMERANIÆ meminít, sed tres saltim ex prima Uxore ipsum Filias suscepisse tradit.

Eadem Autor Anonymus Chron. Princip. Poloniæ cum eorum gestis, qui & de Pel-lice Filium spurium habuisse Boleslaum affirmat. Pohlius in Annal. Wratislav. MStis ad an. hunc: „Des erwehnten Siegs, Glücks und Vervortheilung seines Vettern, mu-“ste sich Herzog BOLEZLAUS zur Liegnitz nicht lange freuen, denn er bald nach „diesem d. 17. Januarii gestorben, und zur Liegnitz im Dominicaner-Kloster zum Heil. „Creutz, das er selbst gestiftet, bey seiner ersten Gemahlin und zweyen Kindern, Bern-“hard und Catharina begraben worden. Hat viel von guten Schützen gehalten, und ei-“nen ieden, wes Handwerks er gewesen, gefragt: Ob er auch ein guter Schütze wäre. „Von Fr. HEDWIG, seiner ersten Gemahlin, verließ er drey Söhne: HENRICUM „CRASSUM, ventricosum, obesum, den Herzog zur Liegnitz, und nachmahl zu „Breslaw: Bolconem oder BOLEZLAUM, Herzog zur Schweidnitz und Fürsten-“berg, einen tapffern männlichen Fürsten, von dem die Herzoge zur Schweidnitz und „Mönsterberg herstammen, und Bernhardum Agilem genannt, der so schneller und „grader Schenkel gevvesen, daß er in einer Stuben 14. Bohlen über sich hinauf gelauf-“fen, und wieder zurücke von der Wand herunter gesprungen, und grad auf seinen Füß-“en stehen blieben. Über diese hatte Herzog BOLESLAUS vier Töchter: HED-“WIGEN, Conradi Herzogs in der Masau zu Czirn Gemahlin; AGNETAM, Her-“zog Ulrichs zu Württemberg Gemahlin; ANNAM, Aebtissin zu Trebnitz; CA-“THARINAM, so jung gestorben: und JAROSLAUM, einen Bastard oder Neben-“Sohn.

(24.) Litteras, quibus Villam Damanovitz Monasterio Trebnicensi vendidit, no. XV. in Diplomatar. nostro Bohemo-Siles. exhibuimus.

An. 1252. civitatem Szavvin eo Jure, quo Neoforum collocat: „Testes sunt: Ma-“ter nostra Senior Ducissa ZLEZIE, similiter Junior Ducissa Dna JUSTA. (Ex Cod. „Dipl. MSt.

An. 1253. Id. Maji Wratislav. Trachenbergam Jure Teutonicæ donavit: „præsentibus Comite Bertoldo Castellano, & Comite Thancone Jud. Curia: Militibus nostris „Everardo & Simone &c. Thebes. l. antea c. P. I. Cap. XIII. §. 10. (idem & Olsnæ an. „1255. contigit:) vid. Dipl. CXCII. Spec. C. nostri D.

An. 1261. XI. Kal. Febr. Wratislaviae Herbardo & Wilhelmo Villam suam Schid-“nigk, nunc autem Rosenau Jure Teutonicæ locandam concessit, „& quod illi ad expe-“ditionem, tantummodo Jure proprio servicia cum Spadone trium Marcarum Valore „servire teneantur: Testes adsunt: Comes Johannes de Wirbna, Comes Detzko, Comes „Delphinus & alii plures. Thebes. l. c.

An. 1263. fer. VI. infra Octav. B. Michaëlis in Wrat. Capitulo Fratrum S. Adalberti,  
M m m m quod

„quod omnes Milites, Vassalli, Feodales, Nobiles, & quicunque fuerint, in districtu Wrat. residentes coram Judice hereditario Civitatis respondere teneantur,, decrevit : „presentibus Com. Joh. de Wirbna, Com. Januschio Jaroslavitz, Comite Imbramo, Comite Nankero, Milite Henrico de Gorgevitz, Henrico Milite de Baba, Eberhardo & „Simone Fratribus, Friczkone de Gorgevitz, & aliis multis fide dignis. (Ex Cod. Dipl. MSt.)

An. 1266. XV. Kal. Junii in Castro Wratislav. Helvico Civi Wrat. dicto de Bohuslavitz, Conrado Bavarо, & Conrado dicto Schertelczam carnium macella XXIV. in novo foro vendidit. (Ex eod. C. D. MSt.

Commune ipsum cum Fratre VVLADIZLAO in Ducatu Wratislav. Imperium habuisse sequentes litterae affirmant.

„In nomine DMNI Amen. Nos HENRICUS DEI GRACIA & WLADIZLAUS EADEM GRACIA S. SALCZBURGENSIS SEDIS ELECTUS APLICE SEDIS LEGATUS, DUCES ZLEZIE, ad noticiam universorum volumus pervenire, quod nos de consensu unanimi bonaque voluntate & libera vendidimus fidelibus & dilectis Civibus nostris Wrat. Theloneum forense Civitatis ejusdem in oranibus rebus, cuiuscunq; generis & nominis in Curribus omnium Lignorum, in mensuris tele, & aliarum qualiumcunque & simpliciter in omnibus forensi Theloneo subiacentibus ab antiquo, excepto solum, quod ad nostram monetam dinoscitur pertinere: Preter ea Thelonea nostra duo millaria a Civitate, nominaliter super Wydavam, in Sweynar, in Prosch & in Psypole: ex altero in Lesnicz, in Golaw, in Mochbor, ubi etiam Thabernam nolumus ultro esse: Ab istis etiam Theloneis in Wrat. omnis homo hujus fori non liber sit: licet autem predicti Cives nostri hijs Theloneis tanquam re empta libere possint uti: cesserunt tamen omni Jure, quod in his habere poterant, voluntate bona & pura propter DEUM & bonum communem. In cuius Rei memoriam & monumentum presentes litteras sigillis nostris fecimus roborari. Actum Wrat. anno ab Incarnat. DNI MCC LXVI. presentibus Dno Bernardo & Comite Bernardo Fratribus de Camentz, cum Thymone Judice, Domino Conrado Sueno: interfuit etiam Gerhardus, & alii quamplures Viri ydonei & fide digni: Datum III. Non. Junii.

Lignicensem primo Ducatum, inde Fratre BOLEZLAO sic jubente Wratislaviensem accepisse, in hoc vero continuis ad an. usque 1251. Fratris Insultibus vexatum suisce, cumulatius ad no. 23. anteced. Dlugossi Verbis diximus: quibus tandem Turbis sopitis de amplificanda Urbis Wratislav. dignitate cogitabat HENRICUS, eademque affectis e Germania Civibus, egregiis Monumentis ac Aedificiis, iimo Jure Magdeburgico adornavit. Rositzius ipsius an. 1267. Dlugossus vero l. VII. an. 1266. diem suum obiisse affirmat: „HENRICUS SLESIAE ET WRATISLAVIENSIS DUX, FILIUS HENRICI a Tartaris occisi, et si pro omnibus annis, ex quo divisio secuta erat paternorum Ducatum, cum Germano suo VVLADIZLAO SALCZBURGENSI ARCHI-EPISCOPO, quem suæ portionis habuit consortem, concordem egisset Vitam, nonnullis tamen Militibus, qui & HENRICO præfato toxicum ministrasse insimulati sunt, discordiam ferentibus in eam animorum offensam irritationemque proruperunt, ut Ducatum Wratislaviensem bifarie scinderent: HENRICUS autem DUX propinquam sibi ex diurno languore & Veneno sentiens mortem adesse Fratre VVLADIZLAO SALCZBURGENSI ARCHI-EPISCOPO accito duplarem prolem, quam ex JUDITHA, FILIA CONRADI DUCIS MAZOVIÆ prima consorte sustulerat, vide licet HENRICUM Filium & HEDVIGEM Filiam nondum pubertatis annos transgressos, & consortem secundam SAXONIAE DUCIS FILIAM, quam prima abeunte superinduxerat, una cum VVratislaviensi Ducatu obsecrans eorum geri curam commendat, omnibusque Sacramentis procuratus decedit & in Monasterio S. Claræ sepelitur Nonis Decembr. absymptus.

Mortilogium ad S. Claram hæc habet: „DUX HENRICUS III. obiit anno DOMINI 1266. in Vigilia S. Andreæ Apostoli..”

Cromerus lib. IX. „HENRICUS III. Dux VVratislav. veneno, uti creditum est, extinctus est relictis HENRICO FILIO & HEDVIGE FILIA impuberibus, quorum Tutelam VVLADIZLAUS Patruus Archi-Episcopus Salisburgensis paucis annis, quibus superstes fuit, gessit.

Math. de Michovia l. III. cap. 56. ad an. 1266. „Eodem anno Non. Dec. HENRICUS Slesia & VVratislav. Dux, Filius Henrici a Tartaris occisi morte absymptus est, a nonnullis Militibus, prout inculpati sunt, intoxicatus, & in Monasterio S. Claræ tumulatus. Is binam prolem ex JUDITHA, Filia Conradi Ducis Mazoviæ, HENRICUM Filium & HEDVIGEM Filiam reliquit, quos moriens VVLADIZLAO Germano

mano suo Archi-Episcopo Salzburgensis. una cum secunda Conjuge, Filia Ducis Saxoniæ, in Tutelam & Curam commendavit.

Pohlius in Annal. Wratislav. MStis ad an. 1266. „Den 5. Decembr. starb HENRICUS III. Herzog in Schlezien zu Breslaw, ein frommer Fürst, der seine Untertanen geliebet, und gemeiner Stadt mit besonderin Gnaden gewogen gewesen; liegt zu S. Clara im Jungfrauen-Kloster begraben. Er verließ von seiner ersten Gemahlin, Fr. JUDITH, Conradi Herzogs in der Maław Tochter, Mieslai Herzogs zu Ratibor und Oppeln Wittib, einen einzigen Sohn Herzog HENRICUM IV. PROBUM genannt, und eine einzige Tochter Fr. HEDWIGEN, die erstlich Henricum, Landgr. Albrechts in Türingen Sohn, und nach seinem Tode Ottone den Feisten Grafen zu Anhalt geehlichet; Seine andre Gemahlin Fr. AGNES, eine Herzogin aus Sachsen, gebahr ihm keine Kinder; Dem Sohne hat Er zum Vormund gesetzt VVLADIZLAUM den Erz-Bischoff zu Salzburg, seinen Bruder, der begab sich gen Breslaw, und regierte da in Vormundschaft des jungen Fürsten vier Jahr. „So verwalteten auch etliche vornehme Burger des jungen Herrn Vormundschaft, standen ihm wohl für, und sammelten ein grosses Gelt.“

(25.) Scriptorum & Diplomaticis de ea Testimonium ad no. anteced. 24. adduximus, adde quæ ex Math. de Michovia ad Tab. sequ. VI. no. 6. diximus.

(26.) Saxoniæ Ducis Filiam Dlugossius & alii appellant: Czeplkius Agnetem, Alberti I. Elect. Saxon. Filiam fuisse arbitratur Tab. Genealog. XXXVIII. Gynecæi Silesiaci & in Ascaniis Connubiorum Vinculis Tab. II. Beumannus vero in Historia Principatus Anhaltini Part. V. l. I. Cap. VII. §. 3. eam Johannis I. Elect. Brandenburgici Conjugem asserit. Sed & hanc Sententiam infringit Bothonis Chron. Brunsvicense picturatum: (Tom. III. Script. Brunsv. Ill. Leibnitii p. 363.) „Hertoghe Albrecht, Greven Hinrikes Son (Frater potius dicendus,) to Anhalt, eyn Hertoghe to Sassen, und ein Korforste des Römeschen Ricks, de nam Mettildam, Hertoghen Otten Dochter to Brunsvich unde to Lunenborch, de telde öm eynen Sone, de heyt ok Albrecht, unde eyne Dochter, de heyt Mettilda, de nam den Hertoghen to Holsten: unde eyne Elyzabeth, de nam den Konigh to Dennemarck: unde eyne AGNESEN, de nam ein Herrn van Missen.“

Johannes hæc in Chron. Polonorum: „Post istam (Juditham) duxit (Henricus III.) Filiam Ducis Saxoniæ, quæ postmodum nupsit Burggravio de Nürnberg.“ Quæ omnino, si Temporis Rationem habeas, non alia nisi Alberti I. Elect. Sax. F. intelligenda, de cuius nomine haud una Annalibus nostris est Sententia.

(27.) An. 1271. II. Id. Julii Ottokarus Bohemiæ Rex finito quod cum Ungariæ Rege Stephano gesserat bello socios quoque Duces in foederis Tabulas Pragæ confectas retulit, ex quorum numero & HENRICUM fuisse deprehendimus:

„Item predicte Ordinacioni & paci includi volumus & includimus excellentes Dnos & Illustres - - - - - Dnum HENRICUM, FILIUM DUCIS HENRICI DE WRATISLAVIA.“

vid. Balbin. l. \ III. Epistolari Volum. I. p. 17.

A. e. in vigilia circumcisionis Dmni „HENRICUS DEI GRACIA DUX ZLESIE“ dilectis Civibus Wratislav. XVI. stationes, in quibus panes vendi consueverunt, concessit., (Ex Cod. Dipl. MSt.)

An 1272. Prid. Kal. Febr. „Jura & donationes omnes Wratislaviæ ab Illustri Patre HENRICO Karissimo & WLADZLAO Patruo Archi-Episcopo Salzburgensis, sis Ecclesiæ felicis recordacionis concessas,“ egregio Diplomate auxit & confirmavit. (Ex Cod. Dipl. MSt.)

An. 1274. X. Kal. Maji „omnes, qui intra muros Wratislav. possessiones habebant, collectam civitatis ejusdem integraliter persolvere debere,“ decrevit. (Ex eod. Cod. MSt.)

An. 1276. V. Kal. Maji „civibus Wratislav. pascua pecorum, que ad Civitatem sunt, eternaliter contulit.“ (Ex eod. C. MSt.)

E. a. IV. M. Octobr. „de XXXII. panum pancis & bancis calceorum & officio Schrot-Amt Urbi Wratislav. privilegium concessit.,“ (Ex eod. C. MSt.)

An. 1274. „omnem depositionem cuiuslibet mercature generis, quod vulgariter Nyderlage nuncupatur, Wratislaviæ perpetualiter voluit obtineri.,“ (Ex eod. C. MSt.)

An. 1277. „litteras egregias edidit, quibus omnia Urbis Privilegia auget & confir-

„mat, insuper de libertate & judicio & super pascua ex utraque parte Odræ, que pertinet ad civitatem, insuper de Vino & aliis Victualibus mensuram per Consules statuendam,, decrevit. (Ex eod. C. MSt.)

An. 1281. IV. Nov. „de penis Advocato hereditario solvendis & de iis, que se trahunt ad Curiam Ducis decrevit.,, (Ex eod. C. MSt.)

An. e. Feria V. post Nativitatis S. Mariæ de litteris Nicolai Ducis Opaviæ in Favorem Thomæ II. Episcopi Wratislav. editis testatur: vid. Dipl. XXI. Spec. C. nostri D.

An. 1288. III. Id. Januarii Ædem S. Crucis in Insula S. Johannis prope Wratislaviam fundavit: vid. Dipl. XXVI. Spec. C. nostri D.

An. 1290. „HENRICUS DEI GRACIA DUX ZLESIE & CRACOVIE ET „SENDOMIRII Jus Ducale Epo Thomæ in Terra Nisseni concessit:, vid. Dipl. VI. Spec. C. nostri D.

Hæc Diplomatū Fide colligere licuit. An. eum 1276. Urbes Ecclesiæ Magdeburgensi Pignori antea datas recepisse Dlugoff. lib. VII. testatur: „HENRICO „QUARTO, Henrici secundi a Tartaris occisi, ex Filio Henrico Tertio, Nepoti munus id destinabatur Castra & Oppida obligata Krofnam, Greifensteyn & Przin (quas „Urbes Conradus Dux Glogoviensis pro dote Brigitæ Conjugis March. Misniæ Filia „an. 1272. defunctæ pignori dederat, Marchio vero ad Archi-Episcopum Magdeburgensem Conradum de Steyberg pignoris titulo transtulerat,) liberandi, quod & sorte „sui Ducatus præstantior & Pecunia in pubertatis Tempore a Curatoribus collecta „opulentior censebatur. Is itaque & consiliis Baronum suorum & spe dilantandi finium sui Ducatus instigatus Conrado Archi-Episcopo Magdeburgensi decem millia „florenorum exolvit & Castra atque oppida Krofnam, Greiffenstein & Przin de obli- „gatione liberans sui Juris ferit. Quod quantum coimmoditatis Rebus publ. Polono- „rum præstitit, tantum dispendii prælati HENRICI DUCIS WRATISLAVIENSIS „privatis causavit utroque Duce & Boleslao Legnicensi & Conrado Glogoviensi jam „tunc felicitati & incrementis rerum suarum vehementer invidente.”

Sed an. in sequ. 1277. XII. Kal. Martii Boleslaus Calvus Dux Legnicensis Amplitudini Ducatus Wratislavensis invidens HENRICUM Probum in Arce Jeltz commorantem nocturno Tempore adortum capit & in Arcem Lehnensem ductum durum Carcere damnat, VVratislavensem Ducatum Igne ferroque vastat, nec prius Paci s Conditiones admittit, donec Glocensem Urbem Przemislao Ottokaro Bohemiæ Regi a VVratislavensis destinari imo tradi perciperet, inde enim pacem iniit & HENRICUM dimisit, cum prius „de Castris & civitatibus Strzegom, Novoforo, Strossi, „Greiffenberga, Przin, Geswindorff perpetuo cederet.,, Hæc quæ nos summatim diximus, cumulatius Dlugoffus l. c. ad an. hunc exposuit.

An. 1278. Bohemiæ Regi in Prælio cum Rudolpho I. Imp. gesto occiso Glocensem Urbem repetit & Uxorem duxit. Dlugoff. l. c. „Occisione & morte Bohemiæ Regis secuta HENRICUS QUARTUS vocatus PROBUS VVRATISLAVIENSIS DUX Castrum & Oppidum suum Kloczko, quod sui Barones VVratislavenses Przemislao Bohemiæ Regi pro danda parti eorum contra Boleslaum Roga tkam Legnicensem Ducem assistentia & favore ad Vitæ Tempora contulerant & inscripserant, repetit. Et ne ab aliquibus possessio per Przemislauum Regem temp. oratiter habita ad perpetuitatem traheretur, non VVratislavensem se Duce, sed etiam Dominum de Kloczko pro rescindenda omnium ambiguitate futurorum titulavit. Accipit & tunc in consortem MECHTILDIM FILIAM OTTONIS LONJGI BRANDENBURGENSIS MARCHIONIS, qui propter Gubernationem Regni Bohemiæ famosus & celebris ea tempestate habebatur.,,

An. 1281. Injurias sibi a Boleslao Calvo Duce Legnicensi illatas ulturus Contentum in Villa Baricz instituit inque Dominica Septuagesima Przemislauum Majoris, Poloniæ, Henricum Legnicensem, & Conradum Glogoviensem Ducem advenientes capit, & VVratislaviam ducit, nec dimittit, quamvis Lesko Niger Fratris Przemislai misertus omnem VVratislavensem Terram triplici agmine pervastaret, donec Conditio inirent, quashis Verbis exposuit l. c. Dlugoffus: „Duces autem, qui captivi ab HENRICO tenebantur, molestias Captivitatis diuturnæ evasuri cum illo per pacta de liberatione sua convenient, & a Przemislao quidem Majoris Poloniæ Duce, quamvis Frater suus amitalis fuerit, terram Rudensem, quæ nunc VVielunensis appellatur, asserens

„rens illam sui Juris esse & ad se pertinere, suis quoque prædecessoribus injuste ablatam,  
„extorquet & depactat. Ab HENRICO quoque LEGNICENSI & Conrado Glogo-  
„viensi Ducibus, cum exactionare aliquas sortes terrarum non posset, servituros se sibi cum  
„lanceis XXX. contra quemlibet hostem, & in qualibet necessitate obligavit datusque  
„per Duces de implendo pacto Obsidibus & Juramento ab omnibus exacto, ne occasione  
„sua captivitatis quicquam contra illum per se vel alios hostile molirentur, tum primum  
„illos ex captivitate legatos in Principatus suos remisit.

An. 1284. Arcem Calissiensem d. 30. Sept. occupat tradente illud Sandigovio, Joannis Palatini Posnaniensis Filio, spe & largitionibus, ut putat Dlugossius, corrupto, quo Przemislaw Majoris Poloniae Duci novum inferre bellum videbat HENRICUS: Przemislaus vero obsidione cinxit & repetere conatus est, sed pax hac ratione secuta, (Dlugossi Verbis utar:) „ut Dux VVratislaviensis HENRICUS de Castro Califz occupato  
„cedat, & illud Przemislaw Majoris Poloniae Duci reddat: Przemislaus vero in Olobok  
„Castrum suis sumtibus ædificet, & illud cum Regione, quæ circa Olobok consistit, HEN-  
„RICO VVratislaviensi Duci consignet.

Gravissimæ inde HENRICUM Ducem inter & Thomam Episcopum VVratislaviensem Lites exortæ, quas singulari Industria ad an. 1284. 1285. 1286. & 1287. prosequitur Dlugossius. Res eo redit: Ad Bella natus HENRICUS, qui Majoris jam Poloniae affestabat Imperium, undique sumitus colligebat gravissimos, quos cum ex Terris Episcopi pro Voto recipere non posset, Arcem Ottmochoviensem, Nissam, & Arcem Edelstein occupabat, easque multis licet precibus rogatus reddere solebat: Gnesnensis ergo Archi-Episcopus Jacobus Swinka bono Ecclesiæ VVratislaviensis, tanquam Metropolitanus consulturus Synodum Lancitæ Epiphaniorum Festo an. 1285. convocavit, Princeps inquit ejusque Ducatum VVratislaviensem Interdicto Ecclesiastico subjecit: sed sinistro Fato accidit, ut in Lugdunensi Concilio ab eo absolveretur Dux HENRICUS, quare exul Episcopus Thomas in Poloniam, tandem Ratiboram ad VVladislaum Opoliensem Ducem abiit. Qua de re certior factus HENRICUS durissima Urbem obsidione cinxit, Thomas vero cum Clero, quem sècum habuit, Oppido egressus Tiara & Pontificalibus indutus Castra ejus adiit, quo inopinato casu ita percussus fuit Dux, ut obortis lacrymis de gratia sua fidem daret, „Arces, Urbes, Oppida, Villas, decimas & quascumque Sortes Ecclesiasticas, quas occupaverat, Episcopo & suo Clero VVratislaviensi redderet, ac pro perceptis satisfactione condigna impensa amplas libertates & immunitates Ecclesiæ VVratislaviensi scelus commissum expiendo conferret.

An. in sequ. 1288. poenitentia signum edidit publicum HENRICUS ædem S. Crucis fundans. Dlugossius l. VII. „HENRICUS QUARTUS VVRATISLAVIENSIS DUX Divinitatem, quam conscientia meliori mente illustrata & discussa deprehendit, exiliando Thomam Episcopum & Clerum Wratislaviensem bonaque Ecclesiastica tyrannice occupando se vehementer offendisse, placaturus, Collegiam Ecclesiam in Summo Wratislaviensi sub S. Crucis honore & titulo pulcherrimam & insignem ædificat, fundat & erigit, ac certum Prælatorum & Canonicorum numerum Vicariorumque in eadem, qui jugiter laudes DEO concinerent & sacrificia offerrent, instituens dotem unicuique munificam de Villis & Introitibus suis largitur & consignat. In crastino vero hujus Foundationis Fratres, suos Patruoles Germanos, Henricum Legnicensem vocatum Crassum & Boleslaum Suidnicensem militari baltheo accinxit. In eam insuper Religionem præfatus HENRICUS QUARTUS Wratislaviensis Dux, sive præteritæ prævaricationis in DEUM & Ecclesiam Recordatio & gehennæ Motus, sive Orbitas id efficerat, perductus est, ut Civitatem Wratislaviensem cum suis suburbis & attinetiis universis Ecclesiæ & Episcopatui Wratislaviensi perpetua & irrevocabili Donatione decrevisset conferre, nisi Thomas Episcopus Wratislaviensis donationem ipsam, veritus se civitatem processu dierum ab hostili Invasione tueri non posse, patenter & expressæ abuiisset.

An. 1289. Leskone Nigro Cracoviensi, Sandomiriensi & Siradiensi Duce defuncto ad Imperium Poloniae occupandum vocatur, cui & Boleslaus Masoviæ Dux, quamvis Cracoviam jam adventasset, cedere cogitur: Wladislaus vero Lokticus Dux Cujaviensis primo Vere an. 1290. collecto undique Exercitu Cracoviam properat, & superatis Henrici Probi, IV. Kalend. Martii circa Oppidum Sziewior Copiis Victor Urbem ingreditur, ægrotante tum Duce Wratislaviensi, qui ea de re certior factus alium in Poloniam Exercitum transmittit, Urbem recuperat, & Cracoviensem Ducatum denuo sibi vindicat,

cat, sed e. a. in Vigilia S. JOH. BAPT. diem suum obiit. Cumulatius civiles hasce Poloniæ Turbas Dlugossus l. VI. exposuit: nos ea saltim Verba, quæ obitum Ducis concernunt, repete volumus: „Valetinem aduersam ex Veneno sibi per suos Slesitas subinistrato, a quo plus quam semestri detinebatur spatio, HENRICUS QUARTUS PROBUS, alias PIUS, VVRATISLAVIENSIS DUX, intelligens sensim invalescere & vim veneni augeri & diffundi, Thomæ, VVratislaviensi Episcopo & Primoribus Baronibus accersitis, cum nullum superstitem relinquaret, VVratislavensem Ducatum Patruo suo Conrado Glogoviensi, Cracoviensem vero & Sandomiriensem Przemislaw Majoris Poloniæ Ducibus testamentali Ordinatione confignat. Cæteras Res suas partim Ecclœfix, partim Consorti suæ MECHTILDI, partim miserabilibus personis partitus XI. Kal. Aug. in Castro VVratislav. decedit, & in Ecclesia S. Crucis a se noviter erecta & (28.) „dotata sepelitur. - - - - - MECHTILDIS RELICTA HENRICI QUARTI ad Patrem suum Orthonem Longum ex VVratislavia solutione dotis habita diversitens, & in Viduitate Domino ferviens moritur, & in Monasterio Leninenſi sepelitur.

Eundem obitus annum habent Anonymi, quod hoc Volumine edimus, Chronicum Principum Poloniae & Rolutzius. Siffridus Presbyter Misnenſis coœvus Epitom. I. II. ad an. 1289. „DUX VVRATISLAVIENSIS HENRICUS subjugavit sibi Regnum Cracoviæ & Veneno interiit anno sequenti.“

Chronicon Clauſtro-Neoburgense (quod an. 1348. definiit, Tom. I. Script. Rer. Austr. R. P. D. Hieron. Pezii:) „An. 1290. NOBILIS DUX HENRICUS PREZLAVIENSIS moritur.

Hageni Germanum Austriae Chronicum (l. c. p. 1094.) „In der Zeit verlohr HERZOG HEINRICH VON BRESLAU zween Streit gen Hertzog Lockot um daz Kunigreich zu Krackaw, und des dritten Streits gefiegt Er: und damit ward die Hauptstadt Krackaw mit ganzem Land ze Pohlen HERTZOG HEINRICHEN eingeaetzt. Darnach von seinem aignen Artzt von Presla vvard dem frommen HERTZOG HEINRICHEN vergeben.

Eadem Thomas Ebendorferus ab Haselbach l. c. l. III. Chron. Austr. p. 770. Chron. Australis apud Freherum Tom. I. p. 480. Cromerus l. X. Math. de Michovia l. III. Cap. LIV. Curæus P. I. Annal. Silesiæ, & alii plures: Aberrare vero Polonos, quando euim XI. Kalend. Augusti vita deceſſisse tradunt, Tabula vetus in æde S. Crucis ad Tumulum Ducis affixa redarguit hisce Verbis constans:

„ANNO DMNI MCCLXXXVIII, IN DIE S. BARTHOLOMEI MAGNIFICUS  
„PNCEPS HENRICUS IV. PROBUS DUX: VULGARITER DICTUS: DER MILDE  
„FÜRST: DEBELLAVIT POTENTIAM RUTHENORUM ET KRACOVIENSUM:  
„ETENIM EODEM DIE MANUS DMNI CUM ILLO.

ANNO DMNI MCCXC. IN VIGILIA S. JOH. BAPT. OBIIT IDEM MAGNIFICUS  
„PNCEPS DNUS HENRICUS IV. DUX ZLE. KRACOV. ET ZENDOMIRIE: QUI  
„FUNDAVIT ISTUM LOCUM AD HONOREM OMNIPOTENTIS DEI AC VIVI-  
„FICE CRUCIS CHRISTI: ORATE PRO EO.

#### Tumuli Inscriptio:

HEN. QUARTUS MILLE TRIA C. MINUS X. OBIT ILLE  
EGREGIIS ANNIS ZLE. KRA. SAN. DUX NOCTE JOANNIS.

Imo Diplomatum fide eum anno obiisse affirmare licet: illud enim, quo omnino Jus Ducale in Terra Nissensi in Episcopum transtulit, Spec. C. nostri D. VI. an. 1290. in Vigilia B. Joannis Bapt. itaque ipso die, qui noctem, qua defunctus est, præcessit, editum est: tria vero Rudolphi I. Rom. Imp. Diplomata, quæ l. c. sunt CXXII. CXXIII. & CXXIV. Erfordiæ an. 1290. XI. Kal. Aug. VI. Kal. & VII. Kal. Octobr. confecta Ducatum VVratislavensem ex morte DUCIS HENRICI vacare testantur: quibus aliud HENRICI V. Crassi Duecis Legnicensis & VVratislaviensis accedit, de quo ad no. sequ. 43. diximus, an. 1290. XI. Kal. Aug. editum, quo is Populi favore se Ducatum VVratislavensem jam assicutum afferit: unde satis constare arbitror, non alio, quam hoc anno & die HENRICUM IV. cogn. Probum Ducem VVratislav. obiisse.

(29.) Jo. Tylich Monast. S. Mauriti Ord. Can. Reg. extra Muros Nuemburgenses Præpositus in Chron. Misnenſi: „HENRICUS ejus Filius, (Alberti Thuringia Landgravii,) Frater Fridrici March. dictus suit Henricus one Lant, id est, sine Terra: acce-

„pit

„pit Uxoreni HEDVVIGEM FILIAM ERICI, (Henrici) DUCIS SLESIAE, & mor-  
„tuus fuit sine liberis in Cella veteri apud Patres suos sepultus.

(Edidit Celeberr. DN. SCHANNAT Vindem. litterar. Collect. II. vid. pag. 84.)

Scriptura vetus in Veteri Cella olim lecta & a Fabricio descripta: „Auch leit  
„hie begraben Marggraf Heinrich, Landgrafen Albrechtens von Düringen Sohn, mit  
„seiner Vrowen HEDVVIG, DIE DA DES DRITTEM HERTZOGEN  
„TOCHTER VON DER SLESIA gewest ist.,,

Chron. Misnense vetus: „Heinrich sein Sohn ohne Land, nahm zum VVeibe  
„HEDVVIG EINE HERTZOGIN AUS DER SCHLESIEN, starb ohne Erben,  
„liegt zu der Zell begraben.,,

(Memoriæ hæc duo Fragmenta prodidit Nobiliss. Schlegelius de Cella veteri  
pag. 73.)

Manlius I. IV. cap. 33. Commentar. Rer. Lusatianarum §. I. „Additur ab omnibus  
„& tertius Frater (Friderico & Tissmanno,) Henricus Maritus HEDVVIGIS FI-  
„LIÆ HENRICI III. DUCIS VVRATISLAVIENSIS IN SILESIA, quæ post  
„Mortem Mariti Ottoni Anhaldino Comiti nupsit: Hunc Stemma D. Hedwigis, quod  
„in Membrana latine exaratum habeo, Aldeburgensem Landgravium nuncupat eique  
„tribuit Fil. Fridricum *āternov*, quem legenda Henricum vocat.,,

(vid. Excellentiss. DN. HOFFMANNI Scriptores Rer. Lusatianarum.)

Eadem Pohlius in Annal. VVratislav. Mstis, cuius Verba ad no. anteced. 24.  
recitavimus.

(30.) De Rebus ab eo gestis curatiis ad Tab. II. no. I. diximus.

(31.) Catalogus Episcoporum Pataviensium ex autographo Sand-Hypolytensi:

„WLADIZLAUS, HENRICI DUCIS SYLESIORUM FRATER succedit  
„Ottoni (de Lonsdorff, qui Id. Apr. an. 1265. obiit,) Princeps mira Virtute & huma-  
„nitate prædictus a S. Pontifice Clem. IV. substitutus: sed cum post aliquod mensæ U-  
„dalricus Archi-Episcopus Salzburgensis in manus Pontificis cederet & Oneri & ho-  
„nori, idem Pontifex WLADIZLAUM, antequam Patavia confirmaretur, ad Archi-  
„Episcopatum evexit. Scribitur Veneno a propinquis sublatus, qui paternam ditio-  
„nem se vendicaturum timebant.,,

(Edidit R. P. D. RAIMUND. DUELLIUS Miscellan. Tom. II. vid. p. 304.)

Anonymi Leobiensis Chronicon ad an. 1266. „Eodem anno mortuus est Do-  
„minus Otto Pataviensis Episcopus, pro quo electus est DNUS DUX POLONIAE  
„concorditer Paduæ tunc existens, cuius electionem Dnus Papa confirmavit. - - - - -  
„Item placuit Dno Papa & Cardinalibus Dnum WLADIZLAUM DU-  
„CEM supradictum esse ARCHI-EPISCOPUM SALCZBURGENSEM & Archi-  
„Episcopatu digne præficitur, pro quo tunc Magister Petrus in Patavia in Episcopum  
„eligitur & a Dno Papa confirmatur. - - - - - Hoc anno (1267.) Ulricus  
„Salzburgensis Archi-Episcopus Pontificum in Manus Papæ resignavit & succedit  
„WLODEZLAUS DUCIS POLONIAE FRATER.,,

(Tom. I. Script. Rer. Austr. R.P.D. HIERONYMI PEZII p. 828.)

Chronicon Salisburgense ad an. 1265. (l. c. p. 369.) „Dominus Udalricus Archi-  
„Episcopus cessit Oneri & honori cessionem suam Domino Papæ litteris transmittens,  
„quam Papa & Curia acceptavit. Dominus Otto Pataviensis Episcopus obiit. Papa  
„sibi reservans provisionem utriusque Ecclesiæ DOMINUM WLODEZLAUM  
„DUCEM POLONIAE præfecit Ecclesiæ Salzburgensi, & Magistrum Petrum Pæda-  
„gogum Ducis Ecclesiæ Pataviensi.,,

Chronicon Claustro Neoburgense l. c. eadem ac Anonymi Leobiensis Chron.  
Verba habet. Thomas Ebendorferus ab Haselbach Chron. Austr. l. III. l. c. Tom. II.  
pag. 769. „Ulricus Salisburgensis Archi-Episcopus, quia animadvertisit se non posse  
„annatas persolvere, quodque suis diebus Ecclesia plurima sinistra coacta est experiri  
„& irrecuperabilia damna subire, & quod ipse utiliter eidem non valeat præesse, voca-  
„tis Præposito & Capitulo suam eis mentem de resignatione decrevit aperire. Scri-  
„psit hauc etiam suam Intentionem Urbano IV. qui citius post debitum Carnis persol-  
„vit. Successor tamen ejusdem Clemens V. suæ postulationis Voto annuit scribens  
„Canoniceis quatenus alium sibi eligerent Episcopum. Quo facto concordi Voto ele-  
„gerunt Dominum WLADISLAUM FRATREM HENRICI DUCIS WRA-  
„TISLAVIENSIS, qui actu Studio incumbebat in Universitate Paduana.,,

Anonymi San-Petrensis Chron. Salisburgense l. c. Tom. II. p. 428. „WLO-  
„DISLAUS. Hic fuit Filius Regis Poloniæ, rexit annis V. sepultus ante Altare B.  
„Virginis.“

Chronica Augustensis Tom. I. apud Freherum ad an. 1265. „Otto Pataviensis  
„Episcopus obiit IV. Id. Apr. Vir piissimus & Pater Cleri, qui non bellator, sed dili-  
„gens pacem, Ecclesiam sibi commissam in honoribus & divitiis plurimum ampliavit:  
„in cuius locum primo postulatus DOMINUS WLODIZLAUS, postea Salczbur-  
„gensis electus: Dominus Petrus a Domino Papa substitutus.“

Hisce Scriptorum Testimonii Wladislaum Patavii Studiis operam navantem  
Passaviensem primo Episcopum, inde Salisburgensem Archi-Episcopum electum suisse  
probavimus, cuius vitam de Siles. indig. erud. Cap. VII. Celeberr. Mart. Hanckius  
curatius exposuit, qui an. 1257. Ecclesiæ Pragensis VVifsehradensis constitutum Pra-  
positum Fide litterarum Clementis IV. Pontif. Romani d. 10. Nov. an. 1265. Perusii  
editorum refert, & Roma Salisburgum an. 1267. digressum, inde Rebus optime ordi-  
natis audita Fratris Henrici III. morte ad Filii ejus impuberis Henrici IV. Tutelam  
fusciendi in Silesiam rediisse, quod & ex Diplomate sequenti elucescit:

„In nomine DMNI amen. Quum in humanis Rebus divina ludit potentia varias homi-  
„num formas cottidie innovando: ideo ea que fiunt in Tempore, cursu temporis in oblivionis  
„precipitum deferuntur, nisi litterarum apicibus ac vivarum vocum Testimonio fulciantur.  
„Innotescat igitur presentibus & ad memoriam veniat posterorum, quod nos WLADIZLAUS  
„DEI GRACIA DUX ZLEZIE NEC NON ARCHI-EPISCOPUS SANCTE ECCLESIE  
„SALCZBURGENSIS una cum consensu & assensu parique Voluntate dilecti Nepotis nostri  
„HENRICI, FILII FRATRIS NRI DUCIS HENRICI INCLITE RECORDACIONIS, dilectis  
„ac fidelibus civibus nostris Wratislav. presencium exhibitoribus possessoribus molendinorum  
„supra Aquam Olaviam, videlicet Gondekino dicto Stillevoyt, Bertholdo & Joanne Henrico  
„Molendinario, Godino Filio Helwici de Bohuzlavia, Sacharie & Conrado, Godfrido albo,  
„Petro Institori de Olavia & Nicolao famulo nostro de Ganzeka, nec non omnium ipsorum  
„heredibus sive successoribus pro ipsorum perpetua Utilitate ex aqua nostra Odra usque in A-  
„quam nostram Olaviam fossatum habere indulsimus, ut ex eo perpetualiter Cursus Aque pa-  
„teat in predictorum molendinorum subsidium & juvamen: ne itaque quispiam nostre huic  
„Ordinacioni seu donacioni ausu temerario valeat contraire, presentem chartam appensione  
„nostru Sigilli duximus roborandam: Testes autem, cum haec fierent, assuerunt quorum nomina  
„sunt subscripta: Petrus Prothonot. Comes Thymo - - - - - & alii quamplures.  
„Dat. Wratislav. in Ostio Ecclesie B. Marie, Anno DMNI MCC LXIX. die B. Anne..“ (Ex  
Cod. Dipl. MSt.)

Verum non Ducatui saltim VVratislavensi Tutor, sed & Episcopatu Administrato-  
tor contigit, quippe Thoma I. cogn. Zaremba, natione Polono, Episcopo VVratislav.  
defuncto Reditus percipiendos non Thomæ II. ejusdem Successori, sed VVladisla  
Duci ad obitus usque annum Clemens IV. Pontifex Romanus concessit. Dlugossius  
l. VII. ad an. 1270. „Longo & assiduo languore VVLADIZLAUS DUX VVRA-  
TISLAVIENSIS, ARCHI-EPISCOPUS SALCZBURGENSIS, FILIUS HE-  
NRI a TARTARIS OCCISI vexatus (nonnulli enim VVratislavenses Milites in-  
„simulati sunt, toxicum illi per Escam, dum morte Fratris Henrici secuta Ducatum  
VVratislavensem in Nepote relicto patrem & patrum agens administrat, præbuuisse)  
XXIII. Apr. die in Salzburg obiens diem in Ecclesia Salzburgensi sepelitur. Quo  
„absumpto Henricus Quartus Pubertatis annos jam egressus in sortem Patris & Patrui  
„succedens VVratislavensis Ducatus optime a Patre locati utroque Parente orbatus  
„(jam enim & Mater sua Juditha diem obierat & in Trzebnicensi Monasterio sepulta  
„erat,) suscipit Gubernacula: & Thomas electus a Capitulo in Episcopatum VVratis-  
„lavensem, quem idem VVLADIZLAUS Archi-Episcopus Salzburgensis admini-  
„strabat, succedit & a Janusso Archi-Episcopo Gnesnensi Siradiæ confirmatur & be-  
„nedicitur. Danti huic VVLADIZLAO in Adolescentia apud Patavium alias Paduam  
„litteris operam Virgo decoræ formæ a Patre Paduano Cive quondam divite, tunc ve-  
„ro inope quæstus turpis gratia adducta est, cuius ille conditionem miseratus facinusq;  
„perosus & egenti Patri subvenit & Virginis pudore servato etiam dotem intulit. Pro  
„quo quidem opere a singulis Paduani Studii Scholaribus celebratus est insigni Fama..“

Math. de Michovia l. III. cap. 57. „VVLADIZLAUS ARCHI-EPISCO-  
„PUS SALCZBURGENSIS ET DUX VVRAT. Henrici a Tartaris occisi Filius  
„longa ægritudine laborans Vitam finivit in Ecclesia Salzburgensi sepultus Anno

DMNI

„DMNI 1270. 24. April. quæ est in Craftino S. Adalberti: a quibusdam Slesitis, ut ajunt, „toxico venenatus, quia tam Ducatum, quam Episcopatum Wratislav. solus administrabat: & Henricus Quartus Pubertatis annos egrediens hæreditarie in bona Patris & Patrii successit.

Et præter Autores, qui hoc Volum. occurrunt, Henricus Stero Altahensis ad an. 1270. „WLADIZLAUS ARCHI-EPISCOPUS SALCZBURGENSIS obiit, & „cui successit Fridricus ejusdem Ecclesiæ Præpositus.“

Chronicon Claustro-Neoburgense ad an. 1270. „ARCHI-EPISCOPUS „SALCZBURGENSIS, FILIUS DUCIS POLONIAE moritur.

Chronicon Salisburgense ad an. 1270. (Tom. I. Script. Rer. Austr. R. P. D. H. PEZII) „Dominus WLADISLAUS Archi-Episcopus obiit: pro quo Dominus Fridricus Majoris Ecclesiæ Præpositus eligitur.

Non vero Salisburgi, uti Dlugosius & alii perhibent, sed Wratislaviae defunctum, Salisburgum vero inde delatum fuisse, Pohlius in Annal. Wratislav. MStis ad an. 1270. testatur: „Den 24. April starb Herzog WLADIZLAUS, Erz-Bischof zu Salzburg, „Administrator des Breslauschen Fürstenthums, Henrici Pii, des von den Tartarn er „schlagenen Sohn, Henrici III. dem Er all sein Recht am Fürstenthumb übergeben, Bruder. Ist berühmt wegen seiner Mildigkeit gegen die Armen: Als er zu Padua studirte, hat er armer Eltern Töchter ausgesteuert, daß sie nicht in Sünde und Schande geriethen. Die Leiche ward von Breslaw gen Salzburg abgeführt.

(32.) Charta vetus (quæ loc. XVI. in Diplomatar. nostro occupat) hæc Verba Grifconis de nova Ecclesia habet, dum se an. 1284. Monasterio S. Clarae obligavit:

„Residente ad Fenestrani Cratis SERENISSIMA DNA HEDVIGE Abbatissa:

adde Scriptorum Testimonia, quæ de Filiabus Henrici II. Pii ad no. 16. anteced. adduximus: Pohlius in Annal. Wratislav. MStis ad an. 1288. „Den 5. Aprilis starb „HEDWIGIS, die andere Aebtissin czu S. Clara, Hertzog Heinrichs II. Tochter.

(33.) Frater ejus Henricus III. Villam Danianowitz Monasterio Trebnicensi vendens, quod Dipl. est XV. Diplomatar. nostri Bohemo-Silesiaci, ita loquitur:

„Ad petitionem Matris nre, nec non & amite nre Dne Gertrudis, Abbatisse de „Trebnitz, & SORORIS NRE DNE AGNETIS DOMICELLE, & totius Conven- „tus &c.

Gertrude an. 1262. 30. Dec. die defuncta Cœnobio Abbatissa præfuit, uti Index Abbatissarum Monasterii Trebnicensis in Clariss. Sinapii Olsnographi. P. II. p. 630. testatur.

(34.) Dlugos. I. VI. ad an. 1239. „Casimirus alter Filiorum præfati Masoviæ Ducus „Conradi, anno eodem Virginem CONSTANTIAM, FILIAM HENRICI PII „VVRATISLAVIENSIS DUCIS, dudum sibi per B. Hedwigem relictam, Henrici „cum Barba despontatam acceperat in Uxorem: & nuptiis pro Magnificentia celebratis „tam sacerdoti quam generi Wratislaviae Casimirus novæ Sponsæ captus Amore in Domo „Soceri Wratislaviae longum Tempus morabatur.

Idem I. VII. ad an. 1268. „Casimirus, Conradi Cujaviensis, Lanciensis & Sira- „dienis Dux morbo magis, quam senio vexatus humanis eximitur, & in Wladislavien- „si Ecclesia sepelitur, duos Filios, videlicet Leskonem nigrum & Ziemomislum alias „Semovitum ex CONSTANTIA, DUCIS WRATISLAVIENSIS HENRICI SE- „CUNDI a Tartaris occisi FILIA, susceplos relinquens.

(35.) Dlugosius I. VII. ad an. 1265. „ELISABETH relicta olim Przemislai Posna- „niensis Ducus, FILIA HENRICI DUCIS SLESIAE a Tartaris occisi, non. Janua- „rii in Villa sua dotali Modecz defuncta & Posnaniam relata, in Majori Ecclesia sepulta „est, fœmina rara Religionis & Sanctimoniarum in Ecclesiam DEI, & in personas religiosas „munifica & liberalis.

(36.) Idem Autor I. VI. ad an. 1237. „Reconciliatione inter Henricum cum Barba „Majoris Poloniæ & Slesiarum, & Couradum Masoviæ & Cujaviæ Duces confecta nuptia- „rum etiam Solemnitas Wratislaviae acta est: in qua juxta Ordinationem B. Hedvigis „& Pacta in Plocko per medium ejusdem B. Matronæ inita BOLEZLAUS, Filius „Conradi Masoviæ Ducus major natu, Virginem GERTRUDIM, FILIAM FILII „HENRICI CUM BARBA, neptem B. Hedwigis accepit in Uxorem. Nam etsi, ut „in superioribus præmisimus, Matrimonium hujusmodi dudum fuisset contractum: non

,,tamen poterat, cum propter Minorenitatem contrahentium, tum propter bella orientia, nisi eo anno consummari.

(37. 38. 39.) Beccanino quoque in Principatus Anhaltini Historia ad nomen HEDWIGIS vindicandum defuerunt Diplomata P. V. I. II. Cap. I. Uno tamen id ore primam Boleslai Calvi Ducis Legnicensis Conjugem fuisse testantur Autores; quos ad no. anteced. 23. citavimus. Dlugossus l. VII. ad an. 1275. „HEDWIGIS FILIA HENRICI COMITIS DE ANHALTH, UXOR BOLESLAI CALVI, seu Sævi, Legnicensis Ducis, moritur, & in Monasterio Fratrum Prædicatorum in Legnitz, per præfatum Boleslaum Ducem Legnicensem fundato sepelitur. Quamvis autem ex illa Prolem, tam virilis, quam foeminei sexus suscepisset, in alteras tamen Nuptias conservat, & ADLEYDAM VIRGINEM FILIAM SAMBORII DUCIS POMERANÆ sibi assunxit lavo & infelici Auspicio in Uxorem. Hæc et si honestis moribus fuerit, propter Consuetudinem tamen Stupri quod cum muliere adultera virum habente Boleslaus habuerat, illam habuit multipliciter infensam & exosam. Quæ Viri Contumelias & Pellicis Indignationem non ferens Boleslao deserto in domuni paternam, dum aliter nequiret, peditando rediit. Adeo enim præfata Concubina & adulteræ Boleslaus, ipse per Incantationes & Carmina infascinatus & illaqueatus ferebatur amore, ut alio-

(49.) „quin Vir natura severus & ferox libidine illius donitus omnia ex suo Arbitrio egerit. Ex cuius etiam Concubitu Filium spurium susceptum, JAROSLAUM vocavit.

Anonymus Autor Chron. MSti an. 1541. confecti, cuius Titulus: Schleßische Lands-Chrönike ad an. 1275. „HEDWIG, Hertzogs Boleslai Gemahl, eine Fürstin von Anhalt, ist gestorben: Er heurathete wieder eine Herzogin von Pommern, ein schönes, züchtiges und tugendreiches Fräulein, die wohl auferzogen war. Der Fürst war wild und ruchlos, sehr unkeusch, ließ sich nicht an ihr erfättigen, sondern hatte neben ihr gemeine Weiber: Derwegen zog sie Manns-Kleider an, gieng heimlich zu ihrem Vater zu Hauss, klagt ihm diese Schmach mit weinenden Augen, vollte nicht mehr zum Fürsten, bleibt zu Hause, und hat ihr Leben in Keuschheit beschlossen.

Pohlius in Annal. VVratislav. MStis ad an. 1275. „HEDVVIGIS, Boleslai Herzogs zur Liegnitz Eh-Gemahl, Henrici Grafens zu Anhalt-Tochter, starb, und liegt zur Liegnitz in der Kirch zum H. Creutz begraben: bald heyrathet Er wiederumb FR. ADELHEID, SAMBORII des Hertzogs in Pommern Tochter: wegen seines bösen Lebens ist sie zu Fusse wieder in Pommern zu den Ihrigen gezogen: Ihr zum Verdruf hielt Er eine Concubin oder Beyschläferin, mit welcher Er einen Beyschlag, JAROSLAUM gezeugt.

Charta vetus, qua se „, an. 1284. Grisco de Nova Ecclesia Monasterio S. Claræ VVratislav. obligavit: „ vid. Dipl. XVI. Diplomatar. nostri Bohemo-Sileſ. hæc in fine:

„Presentibus Ministro Fratribus supradictis, nec non & ILLUSTRI DNA SOPHIA RELICTA INCLUTI DUCIS BOLEZLAI DE LEGNICZ: & Dipl. XXXV. l. c. quo villam suam VVilczkovitz Cœnobio S. Claræ-Henricus V. Dux VVratislav. an. 1296. Prid. non. Febr. Lignicci ægrotans obtulit, hisce Verbis finit:

„presentibus nris fidelibus fr Henrico de DOREN Avunculo nro: ex quibus & gentem & nomen tertiae Conjugis Boleslai Calvi, quam Pellicem Autores vocant, cognoscimus: de qua plura Thebesius P. I: de gestis Ducum Lygio-Bregensium. De Alenta vero sequentis Diplomatici Excerptum testatur:

„In nomine DMNI amen. Ex hujus Orbis sortientes Domicilio nulla preterquam bona Opera nos sequuntur, nos igitur BOLEZLAUS DEI GRACIA, ET HENRICUS DUCES ZLIE ET DNI WRATISLAV. intendentes Collegium Sanctimonialium aliquo dotis respicere beneficio, in quo Monasterio S. Clare in Wratislav. in oram cotidianam memoriam & salutem nre forores dilectissime Dmno famulantur, sepedito Monasterio S. Clare in Wrat. damus, donec natus - - - oram curiam ex opposito Domus S. Clare, - - - quam hereditaliter affectuti sumus per Obitum dilectissime MATERTERE NRE OLYM DNE ALEN THE DUCISSE POMERANIE - - - . Actum & datum Wrat. A.D. M. CCC. IX. in die B. Agathe Virg. (Ex Cod. Diplomat. MSto.)

(40.) Vid. Dlugossi & Pohlii verba ad an. 1278. quæ ad no. anteced. 23. recitavimus.

(41.) Idem l. c. Dlugossus & Pohlius. Anonymi Chronicon VVirtembergense. (Collect.

(Collect. II. Vindem. litter. Celeberr. DN. SCHANNATI,) ad an. 1262. „ His  
 „ Temporibus fuit apud Suevos admirabilis ille Comes Wirtembergensis Udalricus  
 „ Animo & Viribus etiam Romano Imperio formidabilis, qui cum Civitatibus & Princi-  
 „ pibus multis plura fortiter prælia gessit & semper feliciter triumphavit: UXOREM  
 „ HABUIT FILIAM DUCIS POLONIAE, de qua Filios genuit duos & Filias qua-  
 „ tuor, qui idem Udalricus Comes Duci Conradino & ejus Tutoribus, sicut & antea  
 „ Patri, quamvis essent Suevi, satis contrarius fuit, nec aliquanto se illis humiliare vel  
 „ subdere voluit.,,

Add. Dan. Czepkius Tab. XXIII. Gynecæi Siles.

(42.) Colligere nos id jubet Dipl. XXXVI. Diplomatar. nostri Bohemo-Siles. quo  
 „ an. 1301. in divisione Apostolorum Bolco DEI GRACIA Dux Slesie & Dnus de  
 „ Vürstenberch tutorque terre Wratislaviensis LUDOVICUM DE HACKINBOR-  
 „ NE SORORIUM SUUM esse testatur.,, Alii ideo Bolconem eum Sororium dixisse  
 putant, quod BEATRIX Bolconis Conjux gente Hackinbornia fuerit, de qua cumu-  
 latius differimus ad Tab. IV. no. 2.

(43.) Testamento Henrici IV. Probi Ducis Wratislaviensis Conradum Glogovien-  
 sem Ducem Ducatus Wratislaviensis Hæredem scriptum fuisse ad no. 27. anteced.  
 Dlugossi Fide diximus: sed eundem Populi Favore ad HENRICUM V. cogn. Cras-  
 sum Legnicensem Ducem delatum fuisse Ducatum idem l. VII. ad an. 1290. Autor  
 refert. „ Post obitum Henrici Quarti, Conradus Glogoviensis Dux, cum se ab eo Hæ-  
 „ redem & in Wratislaviensem Ducatum Successorem nosset declaratum, V Wratislaviam  
 „ advenit sperans se V Wratislaviensem Ducatum pacifice & absque competitorre posse-  
 „ surum: Principatum autem illius nonnullis tam militaribus quam Civibus V Wratis-  
 „ laviensibus magnopere, quod & in guerras, bellaque & dissensiones proclivus & in  
 „ Sermonie parum verax foret, fastidientibus, quibusdam vero approbantibus re ex al-  
 „ tercatione & jurgiis jam in seditionem spectante HENRICUS LEGNICENSIS  
 „ DUX, Filius Boleslai Sævi Rogatka, moribus & Virtute inter Slesia Principes specta-  
 „ tor, per majorem & saniorem militarium & Civium V Wratislaviensium partem accer-  
 „ situs advenit & Conradum Glogoviensem Ducem, Patrum germanum, in V Wratis-  
 „ laviensis Ducatus Possessione aliquanto Tempore permanentem ex V Wratislavia dis-  
 „ cedere coegerit. Veritus siquidem Conradus Dux Glogoviensis, ne ab HENRICO  
 „ DUCE LIGNICENSI vinciretur, per unam Portam V Wratislaviensi Civitate egre-  
 „ ditur, dum per alteram LIGNICENSIS DUX HENRICUS militaribus & Civibus  
 „ in obvium illi effusis ingrederetur. Militari itaque & Civili Favore HENRICUS  
 „ LEGN.CENSIS DUX in V Wratislaviensem Ducatum succedens plenam & pacifi-  
 „ cam illius obtinuit aliquanto, non tamen diuturno Tempore propter Insidias, quas illi  
 „ pro dejectione sua Conradus Glogoviensis Dux molitus est possessionem.,,

Verum qui jam an. 1281. ab Henrico Probo captus, (vid. no. anteced. 27.) &  
 an. 1290. a Wladislao Loctico, cum pro Henrico Probo Expeditionem in Poloniam  
 suscepisset, prælio superatus fuerat, nec meliora fata Dux Wratislaviensis habuit, quip-  
 pe exacerbatus Conradus Dux Glogoviensis Ducatum Lignicensem frequentibus ex-  
 cursionibus pervastavit, fratrem Henrici, Bolconem Suidnicensem ad suas partes voca-  
 vit, & quamvis hunc Javoria & Strigovia oblata placaret Henricus, non quievit, donec  
 Luitkonem ex Habdankiorum gente HENRICI QUINTI Consiliarium, cuius Patrem  
 Pakoslaum Dux is Legnicensis homicidii reum capite mulctaverat, auro blandisque  
 Verbis corruptum eo adigeret ut an. 1293. HENRICUM non. Octobr. Balneum in-  
 gressum caperet & ad Conradum Glogoviensem Ducem abduceret, qui duro carceris  
 Genere per integros sex menses vincitum detinuit nec dimisit, donec XXX. marcarum  
 millia solveret, & Terris Nanislaviensi, Berolstadiensi, Cruceburgensi, Piczinensi, Cun-  
 czenstadensi, Rosebergensi, Hainoviensi & Boleslavensi cederet. Hæc, quæ summa-  
 tim diximus, cumulatius l. IIX. Dlugossius exposuit, qui inde moerore & agritudine  
 confectum an. 1296. eum decessisse, liberorum vero Tutelam Boconi Suidnicensi  
 Fratri obtulisse tradit. „ Molestiis & tormentis transactæ captivitatis DUX HEN-  
 „ RICUS WRATISLAVIENSIS, Filius Boleslai, se in corpore & valetudine debili-  
 „ tatum & confectum intelligens & sensim se ad portas Mortis appropinquare agnoscens  
 „ accessito Germano suo Duce Boleslao Suidnicensi hujuscemodi Verba facit: Quam-  
 „ vis, inquit, angustiarum & acerbitatum mearum, hujus quoque mortis, quæ adventat,  
 „ TE cooperatorem noverim, excessurus tamen e Vita & Tribunal æterni Judicis pe-  
 Ooo o 2 „ titurus

„titurus singula tibi indulgeo & *trium natorum meorum* BOLESLAI, HENRICI & „WLADISLAI, tot enim relinquebat, tibi curam & tutelam mando, rogans, ut te „fidelem & propitium Nepotibus tuis Patrum geras. Qui et si ad id se pronum offer- „ret, tutoriam tamen subire, nisi sibi de Castro Sobotha perpetuo cederet, recusabat: „qua re vehementius Dux Henricus, quam conveniebat, incensus adjecit: Prioribus, „inquit, Te malis, quæ ate pertuli, non contentus, etiam quæ residua sunt, auferre cona- „ris. Dum itaque re infecta Boleslaus Dux Suidnicensis discederet, Nobiles & Cives „Wratislavienses persuaserunt Duci Henrico etiam de castro Sobotha ratione tutoria- „cedendum esse, ne ex orphanitate plura amittere cogerentur. Duce itaque Suidnicensi „Boleslao revocato sic illum Dux Henricus est allocutus: Ex quo, inquit, absque castri „Sobotha renuntiatione tutoriam puerorum meorum abnui suscipere, non solum ca- „strum Sobotha tibi resigno, sed & natos meos, deinde universos Nobiles, Vasallos, Cives „& Subditos & universa quæ Ditionis meæ sunt, tuæ Fidei simpliciter trado. In hunc ita- „que modum tutoria Cura Dux Boleslaus Suidnicensis in se suscepta DUX HENRI- „CUS WRATISLAVIENSIS post triduum IIX. videlicet Martii die moritur & in „Monasterio Sanctimonialium S. Claræ sepelitur, tres Filios, ut præmisimus, & quinque „Filiae relinquens: HEDWIGIM, quæ desponsata fuerat Marchioni Brandenburgensis, „quo mortuo intravit Ordinem S. Claræ in Wratislavia: ANNAM in Virginitate „mortuam: HELENAM & ELISABETH Ordinem S. Claræ in Gnesna professas: „& EUFEMIAM alias OFFKAM Othoni March. Carinthiæ desponsatas.

Eadem habent Math. de Michovia l. IV. cap. 3. Cromerus in fine lib. X. Cu-  
ræus P. I. Annal. Pohlius in Annal. Wratislav. MSt. & alii plures.

Hæc Scriptorum Fide constant: Diplomatum sequentia:

An. 1283. Non. Septembris de Theloneo Neoforensi litteras edidit, quibus & qua-  
ratione Cives Neoforense in Nundinis Terræ Wratislaviensis „de Pannis & Equis.  
„Censum solvere debeant,, caustum. (Ex Cod. Diplomatico MSt.)

An. 1288. Hospitale S. Nicolai Lignicci fundavit: Testes aderant Dnus Butcho-  
de Bebirstein, Dnus Mironcho Palatinus Legnicensis, Dn. Petrus de Butich. Dn. The-  
mo Mareschalcus, Dn. Bertoldus de Bockau, Dn. Otto de Slewitz, Dn. de Syczen, &c.  
Thebesius l. antea c. P. I. C. XIII. §. 12.

An. 1290. XI. Kal. Aug. Wratislaviæ „cum post solum DEUM per Karissimos  
& fideles Cives Wratislav. pariter & per Terrigenas Wrat. Ducatum Wrat. & Do-  
minum consecutus esset, dignum fore censens, ut beneficia beneficiis recompenseret,  
„sub prestito juramento Concessiones omnes, Donaciones, Jura & Privilegia emendavit.  
„& confirmavit:,, egregio sane Diplomate. (Ex eod. C. D. MSt.) „Presentibus Dnis.  
„Gunthero de Biberstein, Hynschone de Wesinburg, Dno Pakoslao, Magistro Lodoico,  
„Thymone de Poserno, Bertoldo & Conrado de Borau & aliis pluribus Fide dignis.,,

An. 1291. X. Kal. Februarii de Molendinis Wratislaviæ in fossato jacentibus Di-  
ploma edidit: „quo & fluvium, qui Olavia dicitur, de communi Consilio Consulium  
„Civitat. VVratislav. se circa dictam Civitatem ducere decrevisse,, testatur. (Ex eod.  
Cod. Dipl. MSt.)

An. 1293. X. Kal. Julii Lignicci „omnia Jura Civitatis VVratislavie, quocunque  
„nomine censeantur, in Judiciis, in Mensuris, in Metretis, in Ulnis, in Exactionibus, Col-  
lectis, Contributionibus & Taxationibus in omnibus officiis qualitercunque nunci-  
pentur,, Lignicensibus quoque, &

E. a. in Vigilia S. Johannis Goldbergæ concessit. vid. Thebesius de gestis Du-  
cum Lygio-Bregensium P. I. Cap. XX. §. 7.

An. 1294. „am Sante Johannis Tag als he wart in dem Oley gebraten;,, ex  
Carcere Glogoviensi redux Henrico Glogoviensi, Conradi Filio, magna Ducatus  
VVratislaviensis jactura Terris illis cedit, quas paulo ante recensuimus, Olsnensi, Berol-  
stadiensi, Namslaviensi, Cunczenstadensi, Cunzeburgensi, Piczinensi & aliis.  
vid. Dipl. CXXI. Spec. C. nostri D. de quo sane antiquissimo Historiæ Patriæ Mo-  
numento plura Dissertat. I. Spec. §. 19. diximus.

An. 1296. Prid. Non. Febr. in Castro Lignicensi ægrotans villam suam Wilz-  
kowitz Cœnobio S. Claræ Wratislaviensi obtulit.

vid. Dipl. XXXV. Diplomatar. nostri Bohemo-Sileiaci.

Mortilogium ad S. Claram. „HENRICUS V. DUX ZLEZIE ET DNUS  
„WRATISLAV. ET LEGNIC. obiit Anno DMNI MCC LXXXVI. in Festo  
„Cathedræ S. Petri.,,

(44.) Cromerus l. X. ad an. 1283. „Hoc etiam anno BERNHARDUS DUX „LEGNICENSIMUM, Boleslai Calvi Filius obiit.

(45. 46. 47.) Vide Dlugossi aliorumque de liberis his Boleslai Calvi Testimonia, quæ ad no. anteced. 23. dedimus.

(48.) De Rebus ab eo gestis ex instituto ad Tab. IV. no. 1. agimus.

(49.) Vid. no. anteced. 39.

(50.) Mauritius ipse villam Wilkowitz an. 1296. Prid. non. Febr. Monasterio S. Claræ donans ita loquitur:

„de benivolo consensu - - - Illustris Femine DNE ELYZABETH, IN- „CLUTI PNCIPIS QVONDAM DNI BOLEZLAI DUCIS POLONIE KALISSI- „ENSIS FILIE, NRE CONJUGIS LEGITIME:

vid. Dipl. XXXV. Diplomatar. nostri Bohemo-Siles.

Cumque an. 1303. Boleslaus Filius „omnem Ducatus sui Slezie partem, quam „Henricus Dux Glogoviensis detinebat occupatam, in Gretz Civitate Regni Bohemie in „ipfa Octava Epiphanie Bohemie Regi Wenceslao offerret, se facere hoc ait:

„habito maturo Consilio ILLUSTRIS ELISABETH DUCISSE ET DMNE „IBIDEM (Wratislavie,) NRE MATRIS KARISSIME.

vid. Dipl. l. c. XXXVII.

Dlugossius l. VII. ad an. 1279. „Przemislaus majoris Poloniae Dux neptium sua- „rum (Filiarum Boleslai Pii Califfiensis Ducis) curam gerens Hedwigim seniorem „Wladislao, qui ob nimiam corporis brevitatem Cubitalis, in Polonico Loktek appellata- „tus, Filio Casimiri Cujaviæ Duci Brzesensi: alteram ELYZABETH HENRICO „LEGNICENSI DUCI, Ventroso appellato, Filio Boleslai Calvi, vulgo Rogatka, locat „in consortem: tertia Anna in Virginitate diem obiit.

Fragmentum Chron. Siles. MSti Sec. XIV. confecti hæc ad an. 1304. „Anno „DMNI MCCCIV. in Vigilia S. Michaëlis obiit Dna ELYZABETH Ducissa „Slezie.

(51.) De Rebus ab eo gestis cumulatius ad Tab. V. no. 1. diximus.

(52.) Fragmentum Chron. Siles. MSti Sec. XIV. confecti hæc ad an. 1294. „Anno „DMNI MCCXCIV. in craftino Gertrudis Virginis natus fuit HENRICUS, Filius „Henrici Quinti, Duci Slezie, existente Patre suo in Captivitate Duci Glogovie.

Pubertatis annos egressum, cum primum sub Bolconis Duci Suidnicensis, inde Henrici de Wirbna Episcopi Wratislavensis Tutela egisset, Wratislavensem Ducatum adeptum fuisse, hisce Verbis l. IX. ad an. 1314. exposuit Dlugossius:

„Annos pubertatis HENRICUS & VVLADIZLAUS DUCES, FILII HENRI- „CI QVINTI, DUCIS VVRATISLAVIENSIS, transgressi, seniorem Fratrem suum „BOLEZLAUM scientes Cœptam prodigalitatem in donando & expendendo non re- „misisse, Wratislavensem Ducatum magna Importunitate obtinuerunt sibi partiri, quate- „nus fraterna Prodigalitas in solius Boleslai verteretur, non in commune Discrimen. Jux- „ta autem numerum Ducum tres designatae sunt Partes: una Wratislavensis: secunda „Lignicensis: tertia Brigensis: ea tamen Conditione apposita, quod is, qui Wratisla- „viensem Portionem sortiretur, XLVIII. marcarum: is vero, qui Legnicensem, XXXII. „Marcarum millia ei soli, cui Bregensis obtingeret, propter inæqualitatem portionum esset „superadditurus. Quod cum a Ducibus probatum fuisset, Boleslaus ad habendas Pecu- „nias adsppirans Brigam præter sortem accepit: reliqui duo HENRICUS & VVLADIZ- „LAUS sortiri designatas Portiones jussi: HENRICO obvenit Wratislavensis: WLA- „DIZLAO Legnicensis. Et HENRICUS quidem VVRATISLAVIENSIS DUX pe- „cunia apud militares & Cives Wratislavenses mutuata Fratrem suum Boleslaum Bri- „gensem Ducem XLVIII. mill. marcarum juxta Ordinationem divisionis contentavit: „Dux vero Legnicensis VVLADIZLAUS natu junior, & qui in Ecclesiasticam sortem „adsppirans in Subdiaconi Gradum erat promotus, non valens Pecuniam acquirere, Legni- „censem Civitatem Boleslao Fratri, Duci Brigensi in XXXII. mill. marcarum obligat: „cum quo velut Germano & manere, & cibum capere & conversari una simul in Legnitz „coepit.

Verum gravissimis Injuriis Fratris Boleslai vexatus, cum nec armis eum in Ordinem redigere, quietam vero vitam sustentare non posset, Ducatum Wratislavensem Bohe- miæ Regno (quamvis id ægre Polonos haberet) Dux sui Juris intulit, eoque negotio ex voto an. 1327. confecto, quasi finem civilibus inter Duces Silesiæ Bellis saluberrimo Pa-

tria Consilio imposuit. Dlugossus l.c. ad an. 1320. „Gravatus & pressus ære alieno BO-  
„LEZLAUS, Legnicensis & Brigensis Dux, in HENRICUM SEXTUM, GERMA-  
„NUM SUUM, VVRATISLAVIENSEM DUCEM, Virum mitem & simplicem, &  
„ex moderatione locupletem, livoris stimulum convertit, dolens illi Wratislavensem Por-  
„tionem, velut inter fortis præstantiorem obtigisse: Unde ipsum per cæteros Barones  
„pulsat & requirit, quatenus Legnicensi Ducatu, quod hæredes masculini sexus non re-  
„linquebat, recepto sibi, qui abundabat Filiis, cederet de Wratislavensi. Verum dum  
„HENRICUS SEXTUS, VVRATISLAVIENSIS DUX, id facere recusasset, majori bi-  
„le Boleslaus excandescens, Ducatum suum Wratislavensem ordinavit clandestinis  
„Spoliis, Rapinis, Invasionibus ex Marcinkovice, cæterisque Bregensis Districtus Curiis  
„& munitionibus, fingens se omnium, quæ fieri mandaverat, ignarum, affligi & vexari.  
„Sed cum has quoque vexationes Henricus VI. Wratislavensis Dux, partim patienter  
„ferret aut dissimularet, partim per Milites suos reprimeret, Boleslaus, Bregensis & Legni-  
„censis Dux, jam non Fratri HENRICO, sed Consiliariis suis iratus Nicolaum de Bancz,  
„Canonicum Wratislavensem, HENRICI Ducis Consiliarium, de Ecclesia S. Egidii  
„trahi per Satellites suos mandavit, & in Jelcz dederunt. Ubi aliquanto tempore vincit,  
„tandem Amicorum & Fratrum Intercessione vix absolutus. Alium insuper HENRI-  
„CI DUCIS Consiliarium Civem Wratislavensem vocatum de Molensdorff, de Ecclesia  
„S. Elisabeth per Curienses extrahi ordinavit: & Canonic & Civi pro Culpa imponens,  
„quod in HENRICI Ducis Consilio Personam suam fugillassent. Qui Equo impositus  
„valido Clamore ferri sibi per Cives Præsidium petiit, captivatoribus, nisi fileret, occisi-  
„nem sibi minantibus: sed cum in Clamore perseveraret, veriti Captivatores per Con-  
„cursum Populi periculum de Equo projectum occidunt, & de Civitate celeberrime se,  
„ne apprehenderentur, evolvunt, Ducique suo Boleslao Brigensi & Legnicensi, qui ante  
„portam illorum operiebatur adventum, seriem gestæ per eos Rei exponunt. Ille autem  
„plurima perturbatione afflictus, quod spe sua in singulis frustrabatur, vivum enim & in-  
„columnem Civem Wratislavensem Molensdorff optabat accipere, non cæsum, quoniam  
„per illum credebat se ab HENRICO DUCE aliquam Concordiam suæ Ambitioni  
„projectum allaturam extorsisse, alias rursum vias, quibus cogitata perficeret, moliri non  
„definit.

Ideam ad an. 1322. „Præfatus HENRICUS VVRATISLAVIENSIS DUX, in Bo-  
„leslaum Legnicensem & Bregensem Ducem grandi Odio æstuans, ejus quoque impres-  
„siones & Gravamina evitaturus, facile in resignationem & alienationem Civitatis & Du-  
„catus Wratislavensis Militaribus & Civibus etiam Wratislavensis suis Consiliis ad  
„id eum impellentibus consensit. Recepto itaque a Joanne Boëmia Rege Oppidi Klocz-  
„ko solum ad Vitæ Tempora Usu & tenuta Civitatem, & Ducatum Wratislavensem sibi  
„perpetuo resignat, & de illo excedit perpetua donatione, licet cum gravi Regni Poloniæ,  
„de cuius Corpore Ducatus & Civitas VVratislavensis semper fuerat, jactura & Injuria,  
„Ducatum prædictum Johanni Bohemia Regi inscribendo.

Chron. Aul. Reg. ad an. 1327. „Tempore isto, quo Rex Johannes moratus est in  
„Regno Boëmia, venit ad ipsum HENRICUS SEXTUS, DUX SLESIÆ, DOMINUS  
„CIVITATIS VVRATISLAVIAE, habuitque cum Rege tractatum de Ducatus sui re-  
„signatione. Huic Rex Provinciam Glocensem ad Tempora Vitæ Ducis possidendam  
„pro Ducatu assignat sibique deputat mille marcas argenti annis singulis a Fisco Regio,  
„quoad vixerit, percipiendas. Igitur in Die B. Ambrosii Episcopi Rex cum Duce VVra-  
„tislaviam pervenit, & se de Civitate & omni Ducis Dominio accidente plurimum Consi-  
„lio Jure perpetuo intromisit: ita sane, quod Dux Ducatum suum Regis Nomine ad  
„Vitam suam debeat possidere. Hærede quidem masculo Dux caruit: Filiis tantum habuit,  
„plus quoque de Ducatu Regi, quam Boleslao proprio suo Fratri favit. Quarebat enim  
„idem Boleslaus, Dux de Brega, omni Tempore, qualiter HENRICUM Fratrem suum  
„ejiceret de suo Dominio Vi vel fraude. Iste namque Boleslaus dictus fixuralis Cultel-  
„lus, etiam fit VVLADISLAO juniori Fratri contrarius, quem Vinculis mancipat & eum  
„Civitate Legnitz, & onini Dominio suo privat. Iste VVLADIZLAUS de Vinculis  
„subtiliter eruptus, usque hodie Pragæ manet a Fratre profugus hæreditate sua privatus.  
„Consimilem DUX HENRICUS, homo pius, metuens a Fratre exterminationem vo-  
„luit causa præsidii convertere se ad Regem.

Henrici Ducis VVratislavensis Exemplum & Fratrem Boleslaum Legnicensem,  
& alios eadem Tempestate Silesiæ Duces fuisse secutos, in Assertionibus ad singulas Tabu-  
las

las Genealogicas curatius diximus: ad Diplomata nunc, quæ de HENRICO VI. testantur, p̄gendum:

An. 1296. Prid. Non. Febr. Pater ejus Henricus V. Lignicii ægrotans Monasterio S. Claræ Wratislav. villam Wilzkowitz vendens, id se facere ait:

„de benivolo consensu BOLECZLAI & HENRICI filiorum nostrorum.,,  
vid. Dipl. XXXV. Diplomatar. nostri Bohemo-Siles.

An. 1303. in ipsa Octava Epiphanie Domini in Gretz Civitate Regni Bohemiæ Boleslaus Dux Regi Wenceslao omnem Ducatus sui partem, quam Henricus Dux Glogoviensis occupaverat, offerens eodem Diplomate, quod l. c. est XXXVI.

„Illustres HENRICUM & VVLADIZLAUM FRATRES KARISSIMOS,, appellat.

An. 1309. „in Vigilia Nativitatis CHRISTI BOLEZLAUS, HENRICUS, & „VVLADIZLAUS DEI GRACIA DUCES SLEZIE, OPAVIE, DNIque VVRAT. „consulibus Civitat. VVrat. pedagium sive thelonium, quod pedites dare solebant, in „aqua, quod dicitur VVydavia superius & inferius & in Civitate dicta Lesnitz & Golaw, & in Olavia pro CC. marcis Regalium denariorum vendunt: Presentibus „Sehamborio de Schildberg, Friczkone de VValdaw, Giinthero de Biberstein, Proto- „Notario nostro, Hermanno de Eychelborn, Conrado de Borsnicz, Dithero de Dro- „gin, Arnoldo de Sweydnicz, Jenchone de Gorlicz & aliis quam plurimis fide dignis.,, (Ex Cod. Dipl. MSt.)

An. 1310. in Dominica Lætare Wratislaviæ per Dnum Güntherum de Bibersteyn, Protonotarium suum, Discordiam, quæ inter Mercatores & Institutores Lignicenses erat, componebant

„BOLEZLAUS ET HENRICUS DEI GRACIA ZLEZIE ET OPAVIE „DUCES ac DNI WRAT.,,

quod Dipl. integrum habet Thebesius l. ante c. P. I. Cáp. XXII. §. 15.

An. e. V. Fer. proxima post Dominicam qua cantatur Quasimodogeniti, planiciem ad Ecclesiam S. Nicolai prope Wratislaviam Communitati Civium Wratislav. concedunt, & Prid. Kal. Apr. Privilegia omnia & singula Urbis confirmant. (Ex C. D. MSt.)

An. 1311. XVII. Kal. Julii Fratribus hisce tribus Opavia Homagium præsttit, (a Rege Johanne Pignori data:) vid. Dipl. LIX. Spec. C. nostri D.

An. e. II. Id. Julii iidem Olomucii se accepta VIII. marc. mill. summa Terram Opaviensem restituere velle confitentur.

vid. l. c. Dipl. LX.

An. e. omnia Wratislaviæ Jura & Immunitates confirmavit HENRICUS, eamque Silesia Caput dixit. (Ex C. D. MSt.)

An. 1316. „Prid. Non. Januar. Wratisl. facultatem Molendina in Mosliz con- „struendi Monasterio S. Claræ Wratislav. concessit.,

vid. Dipl. L. Diplomatar. nostri Bohemo-Siles.

An. 1318. „Wratislaviæ in Octava B. Johannis Baptistæ Henricum de Waldaw bona sua Schitnick nuncupata pro CCC. Marc. Grosior. Regalium toti Universitati Civ. V Vrat. rite & rationabiliter vendidisse testatur. (Ex Cod. Dipl. MSt.)

An. 1318. V. Non. Julii Testis aderat, cum se Nicolaus Opavia Dux Regis Bohemiæ Vasallum Pragæ profiteretur.

vid. Dipl. LXI. Spec. C. nostri D.

An. 1322. „III. Non. Jan. VVratislav. quod dilectus Dnus Nicolaus de Bancz manus XIII. censuales in villa Klettendorff a Fideli Thyczone de Reichenbach eive V Vratislav. emptionis interveniente titulo comparaverit, testatur. (Ex Cod. Dipl. MSt.)

E. a. „IV. Non. Aug. Consulibus VVratislav. ut quando ipsis bonum videbitur panum forum liberum inducere aut prohibere possint, concessit. (Ex eod. C. D. MSt.)

An. 1324. XII. Kalend. Maji LUDOVICUS BAVARUS ROM. IMP. Fulda agens egregio HENRICUM donavit Diplomate, quod est CXXV. Spec. C. nostri D.

An. 1324. inter Fratres Schertelczanios ex una & Joannem Molendorff ex altera parte de Advocacia hæreditaria certantes Sententiam tulit sequentem:

„In nomine DMNI amen. Ne per oblivionem actus humani temporales temporaliter evanescant, expedit scriptis & testibus eos publicis roborari: Ex eo est, quod nos HENRICUS D<sup>E</sup>I „GRACIA DUX ZLEZIE ET DMNUS WRATISL. notum esse volumus singulis presentium „noticiam habituris, quod fidelis noster Wernherus Schertelczam clare memorie olim Advocatus hereditarius Wratislav. quatuor habens Filios legitimos, videlicet Joannem, Thodericus, cum, Conradum & Jacobum, cum adhuc viveret, eandem Advocatiam hereditariani uni Filio, „ruin jam dictorum, scilicet Theoderico suisque legitimis successoribus pro parte sua hereditarie assignavit. Qui quidem Theodericus cum Filio suo Wernhero felicis Memorie, quem „solum post se dereliquerit, dum in eadem Advocatia diem clausisset extremum & non aliquis de „ipsius semine fructus remaneret preterquam Filius Filie ejusdem Theoderici, quam fidelis noster Joannes de Molensdorff habuit legitima pro Uxore, quedam dissensionis Materia cum quarela pro dicta Advocatia inter fideles nostros Joannem, Conradum & Jacobum Schertelczanos Fratres prefati Theoderici, ex una & Joannem de Molensdorff, generum ejusdem nominis Filii: pro quo promissum, quod vulgariter Gewer dicitur, per digitum perficit elevationem, „quem quidem Filium ex ipsius ejusdem Filia genuit, parte ex altera orta fuerat coram nobis, & „quia nec amicabiliter nec secundum Juris Sententiam poterat multo coram tempore nobis „hac questione terminari, nam diversi diversimode in hujusmodi Materia sensuum suorum Judicio discrepabant: tandem volentes hujus negotii finem habere conclusive definitum de fideliu[m] nostrorum Consiliariorum ac Wratislavienium consulum mataro Consilio direximus „nostras ac nostre pretakte Civitatis litteras Civitati Magdeburgensi cum instantia supplicantes, „ut nobis hujus Casus eis liberaliter expressi Sententiam invenirent & inventam rescriberent definitivam secundum exigentiam veri Juris: qui cum hanc definivissent Materia secundum Juris dictamen, nobis ac Civitati nostre Wratislaviensi Sententiam aliter rescriperunt, quod „prenotati tres Fratres Joannes, Conradus & Jacobus Schertelczani tres ante dicte Advocatie „partes habere deberent & quarta tantum pars Filio Filie Theoderici prenarrati Puero preepresso Joannis de Molensdorff hereditarie deberetur: Quam etiam Sententiam ratificamus „presentium & firmavimus per tenorem. Datum & actum Wratislaviae Anno DMNI „M CCC XXIV..,

(vid. Casp. Schifördegherus L. I. Tr. XXX. de veteri & novo Silesiorum Jure quæst. V.)

An. 1323. V. Non. Maji decrevit perjurum in Terra VVratislavensi non esse tolerandum „presentibus Joh. de Porsnicz, Henrico de VValdaw, Andrea Radack, „Hermannu de Porsnicz, Apeczkone Advocato Noviforense, & Dno Ottone de Donyn Proto-Notario, qui presencia habuit in commisso.,, (Ex C. D. MSt.)

E. a. Feria III. in Vigilia Apostolorum Petri & Pauli, Henrici de Slopp Uxorem Annam Civitati VVratislav. „bona sua in Schitenick vendidisse & Insulam, quæ trans „Odoram sita est, Urbis Possessionem esse,, testatur. (Ex eod. C. D. MSt.)

An. 1326. IV. Kal. Julii Jacobum Schertelczanum tres illas advocatæ hereditariæ Partes, quæ sibi & Fratribus competebant, Civitati VVratislav. vendidisse testatur, „presentibus Dnis Nicolao de Banicz, Judice Curie, Joanne de Borsnicz, Conrado de Reideburgk, Hoyero de Prittewitz militibus, Alberto de Pack, Hermanno de Borsnitz, & Dno Ottone de Donyn, Canon. VVratislav. atque Curie Proto-Notario & aliis „quam pluribus fide dignis.,, (Ex eod. C. D. MSt.)

An. 1327. die octava post Resurrectionem DOMINI NRI JESU CHRISTI de Poena raptorum virginum & mulierum nubentium absque consensu propinquorum, & homicidarum etiam post transactionem (quam nempe Exilium in duos annos esse jussit,) decrevit. (Ex eod. C. D. MSt.)

E. a. Feria III. in octava Epiphan. DOMNI de Juramento Consulum, de portione paterna & materna, ac de abrogatione Lingua Polonica & Czudæ in Judiciis litteras edidit, testante id eod. C. D. MSt.

E. a. VVratislavia proxima Feria post Diem Palmarum Johannes Bohemiæ Rex Ducatum VVratislavensem „ab Illustri Principe Dno HENRICO,, Bohemiæ Regno illatum esse confitetur. (vid. Dipl. CXXVI. Spec. C. nostri.D.)

E. a. VVrat. in Vigilia B. Laurentii veterem & novam Civitatem VVratislav. saluberrimo Consilio conjunxit. (Ex Cod. Dipl. MSt.)

An. 1329. in die Inventionis S. Crucis VVratislav. testis Diplomati subscrispsit, quo Henricus Dux Silesiæ Javoriensis quasdam Lusatia Urbes Johanni Bohemiæ Regi vendidit.

vid. Balbin. Part. V. Epist. publ. ad Lusatiam pertinentium p. 271.

An. 1331. in die B. Luciæ Pragæ egit, cum Duces Lygio-Bregenses Terras suas a Johanne Bohemiæ Rege in feudum reciperent.

vid. Dipl. CXXX. Spec. C. nostri.D.

An.

An. 1332. in Die S. Remigii Episcopi & Confessoris Fridmannum de Sweidnitz Ci-  
vem Wratisl. Villam Galowitz vendidisse testatur: vid. Dipl. LXXIX. Diplomatari. no-  
strī Bohemo-Sileſ.

Pohlius in Annal. Wratislav. MStis ad an. 1335. „Den 24. Novembr. in S. Catha-  
„rin - Nacht ist mit Tode verblichen Hertzog H̄ENRICH der VI. und letzte Fürst zu  
„Breslau, aus dem Piastischen Stamm: Ein frommer, friedfamer, einfältiger Fürst, der  
„von seinem Bruder Bolezlao vwohl geplaget, dahin gedrungenen vworden, daß er mit sei-  
„nen Landen und Leuten sich unter die Kron Böhainib Schutzes halber begeben:  
„Lieg zu S. Clara im Jungfrauen-Kloster begraben, mit dieser Überschrift:

„M. ter C. X. ter V. noc. Kath. Mors rapit acer  
„Hen. Principatum sextum Wratze. Dominatum  
„Contulit extremis regnantibus iste Bohemis.

„Das Fürstliche Begräbnüs hat der Stadt Breslaw gestanden XV. Marck: Von seiner  
„Gemahlin Fr. Anna, Kaysers Alberti I. Tochter, Hermanni II. Marggrafens zu Brandenburg  
„Wittib, hatte er nur drey Töchter: EUPHEMIAM oder Offkam, Bulconis Fürstens  
„zu Falckenberg Gemahlin: ELISABETH, Hertzog Conrads zur Oels Gemahlin:  
„MARGARETHAM, eine Kloster-Jungfrau zu S. Clara, hernach Aebtissin.

(53.) Vide Diplomatū & Scriptorū, quæ de eo ad no. anteced. 52. attulimus, Testi-  
monia. Cromerus Lib. XI. „VVLADIZLAUS, qui jam hypodiaconus erat, Bolezlao  
„Legnicense Territorium cum Oppido Hypothecæ nomine tradidit: quamobrem cum  
„tenui admodum fortuna esset, malo usus Consilio vexare & suam & Boleslai ditionem  
„latrociniis & populationibus instituit, ut Boleslaum ad remittendam sibi Pecuniam red-  
„dendamque Legniciam adigeret. At ille abundans Viribus cum Fratris Conatus im-  
„probos aliquoties repressisset, ad extreum eum cepit & in Vincula conjecit: deinde  
„proceribus intervenientibus cum eo pacificatus est ea conditione, ut quingentas ei Mar-  
„cas quotannis ex omni Ditione Legnicensi penderet: quibus pactis, quamvis jurejurant  
„do firmatis non diu stetit VVLADIZLAUS, verum infestare rursus latrociniis cœpit  
„Boleslai ditionem ex Hornisberga Arce cujusdam equitis: dumque incautius prædas  
„agit in Bregensi Ditione, a Rusticis captus cum XX. sociis & ad Boleslaum ductus, iterum  
„ab eo in Carcerem ejectus est: Ubi cum unum annum asservaretur, in furorem actus est,  
„dimissusque postea Misericordia Fratris egenus vagusque, nec satis compos mentis vi-  
„xit, & in Mosaviā profectus Boleslai ejus Oræ Duci Filiam Uxorem duxit.

Dlugossus IX. ad an. 1323. „Rediit interea ex Masovia VVLADIZLAUS Sub-  
„Diaconus, Legnicensis Dux, Germanus Boleslai Duci Bregensis, ubi veteri Virgine,  
„Filia Boleslai Masoviæ Duci, in matrimonium propter dotis quantitatēm ducta certo  
„tempore, donec dotali pecunia consumta, etiam confortem perosus inde remearet, im-  
„moratus fuerat: Is quoque Regem Bohemiæ accedens Legnicensem ei Ducatum, quem  
„Boleslao Bregensi Duci in XXXII. mare. mill. obligaverat, venalem exhibuit, astrucens  
„Ducatum præfatum Legnicensem sortis suæ fore: de quo & Civium Legnicensium lit-  
„teras patentes produxit. Rex autem Bohemiæ Johannes solita vafricia usus, litteras  
„quidem Legnicensium ad se recipiens, deliberaturum sc̄ DUCI VVLADIZLAO re-  
„spondit: Boleslao vero Brigensi Duce in Cameram paucis arbitris adhibitis accersito  
„litteras Lignicensium Civium monstrat, monens, ut ipse Exemplum Fratris Henrici  
„Wratislav. Duci sequens insuani, & Regni Bohemiæ ditionem concederet, ablaturum se  
„illi Ducatum Legnicensem minitans, si calcitraret.

Privatam inde Vitam VVLADIZLAUM Pragæ egisse Chron. Aulæ Regiæ ad an. 1327. testatur, cuius Verba ad no. anteced. 52. recitavimus. Annum vero, quo natus  
fuerat, memoria prodit Fragmentum Chron. Sileſ. MSti Sec. XIV. confessi hisce Ver-  
bis: „Anno DMNI MCCXCVI. in crastino S. Bonifacii natus fuit VVLADIZLAUS,  
„FILIUS HENRICI QVINTI, DUCIS SLEZIE: mortuo Patre suo.

(54.) Henricus VI. Dux Wratislav. an. 1316. Monasterio S. Claræ facultatem Molen-  
dina in Moslitz construendi Diplomatis Vi, quod Diplomatarii nostri Bohemo-Sileſ. est  
L. concedens sc̄ hoc facere ait:

„intuitu dilectorum Sororum nrarum ANNE ABBATISSE, HEDVVIGIS RE-  
„LICTE OLIM MARCHIONISSE, & ELYZABETH, Sanctimonialium Monasterii  
„S. Clare apud Wratislav.

Accedit una omnium Scriptorum Vox (uti ad no. 43. anteced. videre est) Hen-  
rico V. Filias quinque suisse, HEDVVIGIM, ANNAM, HELENAM, ELYZA-

BETH & EUFEMIAM: sed nesciunt Poloni Annam hanc Cœnobii S. Claræ Wratislav. fuisse Abbatissam. Mortilogium vero ad S. Claram hæc habet: „Abbatissa VI. „fuit Venerabilis DNA ANNA, SOROR HENRICI, ultimi Ducis hujus inelytæ „Urbis Wratislav.

An. 1314. VI. Id. Julii, cum Senatus Wratislaviensis cum Cœnobio S. Claræ & Magistro Hospit. Johan. ad S. Mathiam „super molendinis & decursu Odre, qui currit super ipsorum molendina, „conveniret, „Siboto de Czindalo, & Magister Christianus loco & nomine Filiarum CHRISTI, scilicet DNE ANNE ABBATISSE, & DMNE „HEDVVIGIS MARCHIONISSE, totiusque Conventus Wratisl. Cœnobii S. Clare præsentes aderant. (Ex Cod. Dipl. MSt.)

An. 1318. Prid. Non. Febr. Wratisl. „Sanctimoniales Cœnobii S. Clare apud Wratislav. videlicet DNA ANNA ABBATISSA, & DNA HEDVVIGIS MARCHIONISSA, totiusque Conventus Monasterii planiciem ad Ecclesiam S. Nicolai, que vulgariter Anger nuncupatur, sitam inter fossata exteriora Civitatis a dexteris cum exitu versus Novum Forum ad communes Usus Civitatis Wratislav. pertinere confitentur. (Idem Codex Dipl. MSt.)

(55.) Scriptorum de ea Testimoniis, quæ ad No. anteced. 43. & Diplomatum, quæ ad no. anteced. 54. attulimus, accedit & Bolconis I. Ducis Suidnieensis, qui cum an. 1301. in divisione Apostolorum Villam suam Maslicz Cœnobio S. Claræ Wratislav. offerret, ita loquitur:

„ad honorem Omnipotens DEI & B. V. MARIE S. Clare omnium Sanctorum „pro nris nrorumque predecessorum criminibus & delictis, cum dilecta nra NEPTE „DNA HEDVVIGE FILIA OLIM FRIS NRI INCLITI PRINCIPIS DNI HENRICI „DUCIS ZLEZIE ET DNI VVRAT. cuius memoria sit beata, contulimus, donavimus &c.

Vid. Dipl. XXXVI. Diplomatarii Bohemo-Silesiaci.

(56.) Eadem Scriptorum Testimonia, quæ de Sororibus ejus ad No. antec. 43. dedimus, de ELYZABETHA quoque loquuntur: adde HENRICI VI. Verba an. 1316. Prid. Non. Januarii Monasterio S. Claræ facultatem Molendina in Maslitz construendi concedentis, quæ ad No. anteced. 54. recitavimus.

(57.) EUPHEMIAM March. Carinthia Ottoni nuptam fuisse Dlugossus l. VIII. ad an. 1296. alioquin, quos ad No. 43. antec. citavimus, tradunt. Anonymi Leobiensis Chron. lib. II. ad an. 1272. „Mainhardus Comes Goritiæ & Tyrolis (cui postea Rudolphus I. Imper. Ducatum Karinthia contulit, eod. Chron. ad an. 1278. testante,) Alberto Patre ex Filia Marchionis Andecensis Viri nobilissimi ortus ex Regina Elizabetha quatuor Filios habuit: primum Ludwicum, qui non fuerat conjugatus: secundum Albertum, qui Alberti Comitis de Haierloch Filiam duxit, ex qua genuit Filiam, quæ Fridrico Burggraving de Nürnberg nupsit, & utriusque sexus foetus protulit copiosum: tertium OTTONEM, qui FILIAM DUCIS POLONIAE, & ex ea quatuor Filias progenuit, quarum una in Siciliam Fridrici Regis, Filio Petro copulata, usque hodie cum liberis possidet Regnum illud; altera Rudolphi Filio Rudolphi Palatini traditur, de qua unam Filiam peperit & decessit; aliæ duæ florem virginalem morientes ad cœlestia transtulerunt: quartum Henricum, qui tres Uxores habuit, cujus in scriptis mentio diffusiore est habenda. Duas quoque Filias habuit dictus Comes: una fuit Landgravio Thuringiæ conthorata & genuit Fridicum Landgravium Thuringiæ & Miseniensium Marchionem: Alberto nupsit altera, Rudolphi præfati Comitis de Habsburg Filio, quæ Ducissa Austria & Regina Romanorum, sicut inferius exprimitur, est effecta.„

De Morte Ottonis hujus hæc Viti Arenpeckii Chron. Austr. ad an. 1310. „Anno DMNI 1310. in Die S. Urbani Papæ obiit Illustris Dux Otto, Filius Meinhardi, in Stambus humatus.

(58.) Ord. S. Claræ in Gnesna Sanctimoniale fuisse Dlugossus alioquin, quos ad no. anteced. 43. citavimus, testantur.

(59.) Math. vel Greg. Hageni Germ. Chron. Austræ: „Marggraf Hermann, Marggraf Otten von Brandenburg, des Langen Suhn, nahm Herzogk Albrechts Tochter von Oesterreich, Fraw ANNA genannt: die Hochzeit zu Gretz auf der Steyermark ward löblich aufgereicht. (p. 1129. Tom. I. Script. Rer. Austr. R. P. D. HIER. PEZII.)

Idem (p. 1137. l. c.) „Nun vvill ich von den Töchtern Kunig Albrechts schreiben: Im seint auch fünff Töchter gebohren: die erste vvas mit Nahmen Fravv ANNA genannt,

„genannt, die ward zum Weibe gegeben einem Marggrafen zu Brandenburg, die ge-  
„bahr allein einen Sun, und der starb in seinem achtzehenden Jahre, wann ihm wart  
„vergeben mit Gifft. - - - - - Auch ward dieselbe Fraw AN-  
„NA nach des Marggrafen Tode von Brandenburg zum Weibe gegeben einem  
„HERTZOGK VON BRESLAW, bey dem gewann sie fünff Töchter, unter de-  
„nen ward eine mit der heiligen Weile in Sand Claren Orden bedechet.“

Chron. Claustro-Neoburgense ad an. 1295. „Eodem Anno Albertus Dux  
„Austriæ & Styriæ Filiam suam seniorem dedit Marchioni de Brandenburg in  
„Grätz.“

Anonymi Leobiensis Chron. l. III. „Hoc in Tempore Filiam suam ANNAM  
„Rex Albertus Hermanno Marchioni Brandenburgensi, qui dictus est cum Pilo, socia-  
„vit: quo defuncto sine liberis DUCI WRATISLAVIÆ in Poloniam copulatur.“

Nicolaus Vischel de S. Cruce in Additionibus ad Paltrami seu Vatzonis Consu-  
lis Viennensis Chron. Austriacum ad an. 1308. „In die Apostolorum Philippi & Ja-  
„cobi occisus est Serenissimus Dnus Albertus, Romanorum Rex, Filius Dni Rudolfi  
„Regis Romanorum, a Patre suo Duce Johanne in loco ubi nunc positum est ma-  
„jus Altare in Chuningsvelt. Qui videlicet Dnus Albertus in ipso die Occisionis  
„suæ reliquit decem liberos superstites: Serenissimum Principem Dnum Fridricum,  
„postea Regem Romanorum, & Illustres Dnos Leopoldum, Albertum, Haynricum,  
„Ottonem Duces Austriae, nec non præclaras Dominas, Dominam Agnetem Regi-  
„nam Ungariæ, Elizabeth Ducissam Lotharingiæ, ANNAM DUCISSAM BRAS-  
„LAVIÆ, Katherinam Ducissam Kalabriæ & Geutam Comitissam de Oettingen.“

Eadem Verba habet Anonymus Cœnobita Zwetlensis in Chron. ad an. hunc,  
& Chron. Australis apud Freherum Tom. I. p. 489.

Chronicon Monasterii Stamsensis ad an. 1308. „Anno DMNI M CCCVIII. in  
„die Apostolorum Philippi & Jacobi occisus est a Joanne Filio Fratris sui Serenif-  
„simus Dnus Albertus, Romanorum Rex, prædicti Domini Rudolphi Regis Romano-  
„rum Filius, prope Brugam relinquens post se decem liberos, scilicet Serenissimum  
„Principem Fridricum Romanorum, Regem, Illustres Dominos Lewpoldum, Alber-  
„tum, Henricum & Ottonem Duces, & præclaras Dominas Agnetem Reginam Un-  
„gariæ, Elizabeth Ducissam Lotharingiæ, ANNAM DUCISSAM POLONIÆ,  
„Guttam Comitissam Oettingensem & Katherinam Calabriæ.“

Thomas Ebendorferus de Haselbach! Chron. Austriaci l. III. „Reliquit tamen  
„præfatus Albertus superstites decem liberos Serenissimos: Fridricum post electum in  
„Regem Romanorum, & ejus uterinos: Leopoldum, Albertum, Henricum & Ottonem  
„nec non Dominas Agnetem Reginam Hungariæ, Elisabeth Ducissam Lotharingiæ,  
„ANNAM DUCISSAM WRATISLAVIÆ, Catherinam Ducissam Calabriæ primo  
„per sponsalia affidatam Henrico Septimo Imperatori & Guttam Comitissam de  
„Oetting.“

Viti Arenpecki Presbyteri Landshutani Chron. Austriac. „Rex Albertus, Dux  
„Austriæ primus ex Habsburgensis, ex Uxore sua Dmna Elizabeth Regina XIX.  
„liberos genuit: cuius primogenitus Rudolphus Rex in Bohemia primo Regni sui  
„Anno ante Patrem obierat, ut superius habetur. Reliquit adhuc decem pueros,  
„quinque Filios & quinque Filias, videlicet: Fridricum, Leopoldum, Albertum, Hen-  
„ricum & Ottonem; Agnetem Reginam Hungariæ, Uxorem Regis Andreæ, Elizabeth,  
„Ducissam Lotharingiæ, quæ obiit 1352. in Kunigsfelden sepulta, ANNAM DU-  
„CISSAM POLONIÆ, Guttam Comitissam Oettingensem & Catherinam Ducissam  
„Kalabriæ.“

Gerardus de Roo, Annal. Austriac. l. II. p. 79. Edit. Oenipont. „Filios (libe-  
„ros) ex una Conjuge Elizabeth, quam unice semper dilexit, Albertus Caesar XXI.  
„habuisse dicunt, quorum in Infancia nonnulli, Rudolphus quoque ante Patrem obiit,  
„superstites fuere: Fridricus, Leopoldus, Albertus, Otto, Henricus, de quibus suo loco  
„dicemus; Agnes Andreæ Hungariæ Regis, Catharina Caroli Calabriæ Principis, Eli-  
„sabetha non Theoderici Lotharingi, ut quidam tradunt, sed Fridrici ejus Filii, AN-  
„NA HERMANNI BRANDENBURGICI MARCHIONIS, & Gutta Ludovici  
„Oettingensis Comitis Uxores.“

His Scriptorum Austriacorum Testimoniis accedant Diplomata: an. enim 1324.

XII. Kal. Maji Ludovicus Bavar. Rom. Imp. egregio HENRICUM VI. Diplomatico donans, quod est CXXV. Spec. C. nostri D. ita loquitur:

„Si prefatum Ducem nullis liberis superstitibus decedere contigerit ab hac luce,  
„ex tunc ILLUSTRIS ANNA dicta DUCIS nunc CONTHORALIS &c.,“

An. 1327. iam denatam fuisse sequentes litteræ affirmant:

„In nomine DOMINI Amen. Eternus Rerum Opifex, qui humanum genus propter transmigrationem primi Parentis ab ameno & viridi expulsit Paradiso, ille humanam respiciens fragilitatem lapsum humani generis per Incarnationem suam gloriosissimam misericorditer revocavit. Nos igitur HENRICUS DEI GRACIA DUX ZLEZIE ET DNUS WRAT. ET IN GLATZ recognoscimus singulis & publice protestamur universis ad quorum cognitionem pervenerit, presens scriptum, quod toto Cordis Desiderio Vestigiis atque Doctrinis Omnipotentis DEI totis Viribus inferere cupientes favente nobis divina Clemencia Salvatoris volentes extremum diem Judicii nec non diem coacte solucionis bonis Operibus prevenire quantum humana fragilitas nos permittit, in Remedium & Salutem Aninie nostre, ac ANIME CONJUGIS NRE DMNE ANNE RECORDACIONIS FELICIS, atque omnium nostrorum progenitorum, Theloneum nostrum circa flumen quod Widavia nuncupatur bono ac deliberato Animo de maturo & provido Consilio nostrorum fidelium & precipue propter DEUM nec non ob instanciam & pretacionem civium nostrorum fidelium Wrat. protestato salubri voluntarie relaxamus, tollimus ac simpliciter perpetuis Temporibus abolemus, ita quod universi & singuli Equites sive Pedites, nec non Currus vacui vel onerati vel pellentes pecora descendentes per Vias sive loca, ubi nunc dictum Theloneum Widaviense perpetue sit per nos aboletum, a transeuntibus hactenus est exactum, sine qualibet requisitione vel extorsione deinceps libere valeant pertransire: In cujus libertatis evidens Testimonium dilectis ac fidelibus nostris Civibus Wrat. in robur perpetue valituruin presentem litteram nostris Sigilli munimine dedimus consignatam. Actum & datum VII. Id. Octobr. Anno DMNI M CCC XXVII. nostris presentibus Dnis Jan de Borsnitz, Hoygero de Prittitz, Alberto de Pack, Burggratio nostro Glacensi, Hermanno de Borsnitz, Tyczone de Reidburg, Petro de Glogovia, Cive nostro Wrat. Dno Ottone de Dony, nostre Curie Protonotario, qui presencia a nobis specialiter habuit in commissione.“

(60.) Ludovicus Bavar. Imp. in eo, cuius paulo ante mentionem injecimus, Diplomatico, quo an. 1324. XII. Kal. Maji HENRICUM VI. Ducem Wratislav. donavit, ita loquitur.

„eidem HENRICO Duci nostro Affini & ELYZABETH, OFFAMIE, & MARGARETHE, ipsius filiabus nunc existentibus.“

Ex his Elisabetham Wratislao IV. Pomeraniæ Duci nuptam fuisse sunt qui affirman, ex quibus & Sigismundus a Birken im Spiegel der Ehren des Ertz-Hauses Österreich, pag. 249. alii, ex quibus Thebesius l. c. P. I. cap. XX. §. 8. ad an. 1293. Elisabethen Wratislai IV. Pomeran. Ducas Conjugem Henrici V. Ducas Wratislav. Filiam fuisse arbitrantur: Thebesius his imprimis ex rationibus, quod Wratislaus IV. quatuor Liberorum Parens an. 1326. diem suum obierit: Henricus vero IV. Dux Wratislav. ANNAM Austriacam Hermanno Brandenburgico March. priore Marito an. 1308. defuncto Viduam non nisi circa an. 1311. duxerit, unde si Elisabeth Filia ejus natu major an. 1312. nata, decem annorum Infans an. 1322. vix nubere, multo minus autem quatuor ad an. usque 1326. liberos partu edere, imo Conradi I. Ducas Olsnenensis an. 1327. Condux esse potuerit. Nos ELISABETHEN Henrici V. Filiam Sanctimoniale fuisse Diplomatici fide ad no. 56. anteced. probamus: de ELISABETH vero Henrici VI. Filia hoc Mortilogii ad S. Claram Wratislav. Testimonium adducimus: Dna ELISABETH generosa Principissa FILIA DNI HENRICI VI. DUCIS WRATISLAV. & Confors DNI CONRAIDI DUCIS OLSNICZENSIS, quæ in Partu heu dolorem obiit & sepulta est in Festo Cathedræ Petri in sarcophago matris (aviæ) suæ ELISABETHÆ Consortis Ducas Henrici V.“

Pohlius in Annal. Wratislav. MStis, ad an. 1328. „Den 22. Februarii starb in Kindes-Nöthen Fr. ELIZABETH, Herzog Heinrichs VI. zu Breslaw Tochter, Herzog Conrads zur Oels Ehegählin, liegt zu S. Clara begraben.“

Eam vero non CONRADI II. Ducas Olsnicensis, Hedwigis potius Matrem fuisse ad Tab. III. Genealog. no. 4. affirmamus.

(61.) Diplomatici hoc fide ad Tab. Genealog. sequ. VI. no. 117. probamus.

(62.) Pohlius in Annal. Wratislav. MSt. ad an. 1378. „Den 15. Martii starb MARGARETHA, die V. Ebtissin zu S. Clara, Herzog Heinrichs des VI. zu Breslaw Tochter.“

(63. 64.) Tres Henrico VI. Filias fuisse in Annal. Wratislav. MSt. Pohlius; quinque vero Dan. Czepkius in Gynecæo Silef. Tab. Genealog. XXXIII. ino Hageni Germ. Austriae \* Chron. & Thomas Ebendorferus ab Haselbach Chron. Austr. l. III. confitentur: hinc Sigismundus a Bircken im Spiegel der Ehren des Ertz-Hauses Oesterreich sequ. Tab. Genealog. duplex ANNÆ Austriacæ Conjugium & ex utroque liberos exhibuit pag. 249.

¶

Anna,  
Kaisers Alberti I. Tochter,  
† 1326.  
Ihre Gemahle:

1. Hermannus Longus,  
Markgrave zu Brandenburg,  
† 1308.

2. Henricus VI.  
Herzog zu Breslau,  
† 1335.

1. Johannes, Agnes, Mechtild, \* Brigitta,  
† 1312. Wolde- Henrici Bertholdi  
alt 16. Jahr. mari I. Ferrei Grasens  
Mark- Herzogs zu  
graves zu Henne-  
zu Bran- Sagan berg  
denburg Gem. Gem.  
Gem.

2. Margaretha, Elisabeth, Euphemia, Anna, N.  
Aebtissin Wratislai Boleslai Ottonis (Czepkius  
zu S. Clara IV. Herzogs Marckgra Hedwigem  
in Breslau. Herzogs zu vens zu l.c. dixit)  
in Falken- Branden- Kloster-  
Poimern berg burg Gem. Fräule  
Gem. in Königsfeld.

Catharina, Elisabeth,  
Magni Torquati Eberhardi III.  
Herzogs zu Braunschweig des Greiners  
und Lüneb. Herzogs zu Würtemb.  
Gem. derer heutigen Stam-Vaters  
Gem.

\* aliis Jutta.

\* Verba ejus ad no. anteced. 59. recitavimus: eadem sunt latina Thomæ Ebendorferi ab Haselbach l. c.

## TABULA II. GENEALOGICA,

Quæ

DUCES SILESIAE GLOGOVIENSES ET SAGANENSES PIASTI

Posteros ex Monumentis Fide dignis suscit.

### (i) CUNRADUS II.

Dux Zlesie, Dnus Glogovie, † 1298.  
(2) I. Salome.

Wladislaw Ducis Majoris Polon. F. nupt. 1252. † 1270.

(3) II. Brigitta,  
Theodori March. Misericordia F. † 1372.

(6) HENRICUS III. (7)

Heres Regni Polonie,  
Dux Zlesie.

Dnus Glogovie & Poznanie,  
+ 10000 Decemb<sup>r</sup>

1389. 9. Decembr.  
(10) Mechtildis,

Alberti Ducis Brunivicensis F.

) CUNRADUS, (15) BOLCO, (16) )

Heres Regni  
Polonie.  
Dux Zlesie,  
Dux  
Lugd.

Dux Zlesie, in Olesnitz,

in di

the  
1136--

d. Tab. seq. III.

(4) I. CONRADUS, Dux Zlezie, Heres Regni Polonie, Dnus in Zagan, † 1304. 11. Oct.	(5) Przemislaus, Dux Zlezie, Dnus in Sprottau & Sagan, † 1190. 27. Febr.	(6) HENRICUS III. Heres Regni Polonie, Dux Zlezie, Dnus Glogovie & Poznanie, † 1309. 9. Decembris.	(7) Anna, nupta I 260. Ludovicus Severo, Elett. Palat. † 1268.	(8) Euphemia, nupta II. Comitri Goritiae, † 1268.	(9) Hedwig, Abbatissa III. ad S. Claram Wraclav. † 1317. 9. Junii.
---	---	--	--	---	--

(10) Mechtildis,  
Alberti Ducis Brunsvicensis F.  
† . . .

Dnus in Stinaw, † 134--.	Poznanie & Saganie, † 133r.	Polonie, Dux Zlacie, Dnus Glogov. & in (2) CONSTANTIA, Bernhardi	Dnus in Olesnitz, Olesnitz, Ducis	Ludov. Bav. Imp. † 1323. in die S. Bar- tholomei.	Ortoni, Regi Hungariae, Duci Bavariae, † 1361.
-----------------------------	--------------------------------	--	--	---	---

**Siles. Suidnia. F.**      † . . . .  
vid. Tab. seq. III.

(23) HENRICUS V.  
cogn. Ferreus,  
Dux Zleſie, Dnus Glogovie  
& Sagani,  
† 1369.  
(27) Anna,  
Wankonis Ducis Maſoviae, Domini Plocensis F.  
† ...

(24) Barbara,  
nupta  
1319. Ernesto,  
Duci Brunwicensi,  
Linea Göettingensis;  
† ... .

(25) AGNES,  
nupta 1343.  
Ludo vico I.  
Duci Zleſie,  
Dno Bregenſi,  
† ... .

(26) Catharina,  
nupta  
I. Johanni V. March. Brandenb.  
2. Johanni VI. Comiti Holſatia.  
† ... .

(28) HENRICUS VI.  
cogn. Senior,  
Dux Zleſie, Dnus Sagani,  
† 1387.  
(31) HEDWIG,  
Wenceslai Ducis Lignicensi. F.  
† ... .

(29) HENRICUS VII.  
Rampoldus,  
Dux Zleſie.  
Dnus Glogovie,  
† 1389.  
(30) HENRICUS VIII.  
cogn. Paſſer,  
Dux Zleſie,  
Dnus Glogovie,  
† 1397. 28. Febr.  
(32) HEDWIG,  
Rampoldus,  
Dux Zleſie,  
Dnus Sagani,  
† 1439.  
(33) ANNA,  
nupta 1361.  
Johanni I. Duci  
Opaviae,  
† ... .

(34) N. .... .  
† ... .

(35) Wenceslaus,  
† ... . a adolescens.  
(36) JOHANNES I.  
Dux Zleſie, Dnus Sagani,  
† 1439.  
(46) SCHOLASTICA,  
Rudolphi III. Elect. Saxon. F.  
† 1423.

(37) HENRICUS IX.  
Rampoldus,  
Dux Zleſie, Dnus Glogovie,  
† 1423.  
(38) N. .... . F. Ducis Pomeraniae,  
Conradi II. Ducis Olsnensis F.  
† 1463.

(39) HENRICUS X.  
Dux Zleſie, Dnus Glogovie,  
† 1467. 11. Nov.  
(40) Anna,  
Conradi II. Ducis Olsnensis F.  
† ... .

(41) MARGARETHA, (42) HENRICUS XI.  
Dux Zleſie, nupta Bern-  
Dnus Sagani, Dnus Sagani, hardo VI.  
† 1488. 29. Apr. † 1444. 17. Sept. (43) Alberto, (44) Anna, (45) Elifabeth,  
in Bello Boleslai Ducis (41) Sigismundus, (42) nat. 1430. Dux Zleſie, nupta 1444.  
Borussia. Tossinen. F. Opav. & Mon- (46) Henrico, (47) Johannī  
† ... . (47) Anna, (48) Rudolphus, (49) Balthasar, (50) Duci Brunswic. (48) Princi- (49) Barbara, (50) Barbara, (51) Barbara,  
Dux Zleſie, Dux Zleſie, Dux Zleſie, (51) Anna, (52) Johannes II. (53) (54) (55) (56) (57) (58) (59) (60)  
Dnus Sagani, Dnus Sagani, Dnus Sagani, (52) (53) (54) (55) (56) (57) (58) (59) (60)  
† 1488. 29. Apr. in Bello (50) (51) (52) (53) (54) (55) (56) (57) (58) (59) (60)  
Wratislav. sep. (50) (51) (52) (53) (54) (55) (56) (57) (58) (59) (60)  
inde Johanni I. B. de Kurzbach, (50) (51) (52) (53) (54) (55) (56) (57) (58) (59) (60)  
† 1513. (50) (51) (52) (53) (54) (55) (56) (57) (58) (59) (60)

(57) SALOME, (58) HEDWIG, (59) ANNA, (60) MARGARETHA, (61) Barbara,  
nupta 1488. 6. Jan. Alberto, (50) (51) (52) (53) (54) (55) (56) (57) (58) (59) (60)  
Georgio (50) (51) (52) (53) (54) (55) (56) (57) (58) (59) (60)  
Duci Monſterb. (50) (51) (52) (53) (54) (55) (56) (57) (58) (59) (60)  
† 1524. 15. Febr. (50) (51) (52) (53) (54) (55) (56) (57) (58) (59) (60)  
Odober.

## ASSERTIONES TAB. II.

(1.) **S**Acris destinatum, imo PATAVIENSEM jam electum fuisse EPISCOPUM ex Monumentis fide dignis constat.

Catalogus Monasterii Tegernseensis Laureacensium & Pataviensium Pontificum:

„CONRADUS II. FILIUS DUCIS POLONIE anno DOMINI MCCL. in „Episcopum Pataviensem eligitur: sedit annum unum, deinde ad matrimonium convo- „lavit, & sic non fuit consecratus.

Exstat Tom. I. Script. Rer. Austriac. R. P. D. Hieronymi Pezii.

Catalogus Episcoporum Pataviensium: (Tom. II. Miscellan. R. P. D. Raimundi Duellii:)

„CONRADUS II. DUX LEGNICENSIS, ut fertur, NEPOS REGIS BO- „HEMIÆ, ab Alberto Legat. Pontificis contra Rudigerum (a Radeck) & Bertholdum „(Comitem de Pyttengey, Zigenheim, & Sigmaringen, qui an. 1254. decepsit,) pretio Ca- „stri Bubitz promotus præfuit An. i. hinc domum reversus captis Fratribus duxit Uxo- „rem & solus potitur Patria.

Nec deest Diplomatici Testimonium, quod Tom. VI. Ludevigiano Diplomatarii Grisoviensis est LXIX. cuius hoc breve Excerptum addere opera pretium esse reor:

„In nomine Sancte & individue TRINITATIS. - - - - - Boleslaus DEI GRA- „CIA Senior Dux Zlesie & Polonie una cum Fratre nro Dno CUNRADO ELECTO PATHA- „VIENSI, cupientes magnificare & augmentare redditus Ecclesie, prefertim Virorum religiosof- „rum Heremitarum nunc manentium in loco, qui vocatur Cressobor ad honorem DEI & Bea- „torum Laurentii Martyris, Nicolai Confessoris & B. Virginis Agathe contulimus eisdem Fra- „tribus Landishutte villam forensem Jure Theutonicu locandam & in quadam ibidem Insula „claustrum eorum locandum - - - - - . Et ut hec nra donacio rata & incon- „vulta permaneat in futurum, presentem paginam conscribi jussimus & sigillorum nri & Fratris nri, „DNI CUNRADI ELECTI PATHAVIENSIS appensione roborare: Anno Incarnacio- „nis DMNI M CC XLIX. Datum per manum Dni Valentini Notarii nri coram Dno Paulo, „Dno Ramvoldo & aliis quam pluribus.

Scriptores vero Poloni Dlugossius ac Cromerus Episcopatui Bergensi desti- „natum suisse tradunt. Dlugossius lib. VII. ad an. 1248. „Cracoviensibus & Sandomi- „riensibus Oris quietatis atrox & civile Bellum in Slesiana Ora erupit. Boleslaus enim Cal- „vus Legnicensis Dux magno furore actus, quod & de portione meliori Ducatus Wra- „tislaviensis, quæ sibi ex sorte debebatur, (Legnicensem ratus meliorem) Henrico Fra- „tri sponte celerat, & quod CONRADUS alter Frater suæ portionis consors Subdiaco- „natu, ad quem promotus, & BAMBERGENSI EPISCOPATU, ad quem promoven- „dus erat, desertis, militari statu induto, portionis Legnicensis dimidium repetebat: Hen- „rico, qui Wladislaum Archiepiscopum Salzburgensem habebat consortem, ex inte- „gro retinente, bellum Henrico Wratislaviensi & CONRADO Fratri apud se hospita- „to movit.

Mart. Cromerus lib. VIII. p. 546. „Ex Filiis Henrici Pii duo postremi & natu- „minimi ab Hedvige Avia Sacerdotio destinati & in Italiam missi litteris navabant Ope- „ram, & CONRADO quidem BAMBERGENSIS EPISCOPA, Wladislawo vero Sa- „lisburgensis Archi-Episcopa promissa erat.

Itaque refutato Sacerdotio (ut Cromerus pag. sequ. loquitur) a Boleslao Fratre Terræ Lignicensis partem redux CONRADUS postulabat, unde cum Boleslaus suo- rum Animos alienatos haberet, accidit, ut Crosnensis Terra & alia Oppida ad CONRADUM deficerent. Dlugossius lib. VII. ad an. 1251. „Boleslaus Calvus Legnicensis Dux, „Filius Henrici a Tartaris occisi, bellum sibi a CONRADO FRATRE GERMANO „ob non præstitam contingentem comportionem ratus quandoque imminere, Hinko- „nem, Filium Mirsonis Castellani Crosnensis, quamvis sibi inter paucos eorum, Spe exi- „genda Pecunia in Almannos & exterios, cum quibus omnia sua agenda communicare „consueverat, distribuendæ, qua Parentem suum Mirsonem abundare speraverat, capit, „& captum Almannis, quibus Pecuniam debebat, Pecunia mulctandum tradit. Quare „adeo omnium Polonia Baronum in suo Ligniceris Ducatu animi ab eo alienati & sibi „infensi facti sunt, ut Castrum & Oppidum Crosnani ceterasque, quæ in eorum potesta- „te erant, munitiones CONRADO FRATRI & adversario suo traderent, & in illius

„illius se conferrent, Boleslao Calvo deserto, (Tyrannidem suam indies amplius grasse, fante peros) ditionem.,,

Mart. Cromerus lib. VIII. p. 548. „Alienatis a Boleslao animis omnium Crossenses Territorium & Arx cum aliis finitimis ad CONRADUM ab eo defecit.,,

Ægre hoc habuit Boleslaum, quare Bellò CONRADUM aggredi studuit, qui vero Przemislaum Posnanensem & Calissiensem Ducem anicium experiebatur, cuius Auxiliis instructus eo usque Fratres vexabat, ut an. 1255. accidente insuper Thomæ Wratislavensis Episcopi & Procerum Arbitrio Glogoviam quoque a Fratre Boleslao fortiretur Pacemque hac ratione acciperet Silesia. Dlugossus lib. VII. ad an. 1255. „Frequentes & insidiosas vexationes per CONRADUM DUCEM, Henrici „Ducis Silesiae a Tartaris occisi Filium, ob negatam portionem patrimonii, cum per se „ex castro Bithom, tum per Przemislaum & Boleslaum majoris Poloniae Duces & co- „rum gentes pro CONRADO DUCE veluti genero suo interpositas Boleslaus Cal- „vus Legnicensis & Henricus Wratislavensis Duces, cum a propriis militibus sapenu- „mero ob eam Injuriam carperentur, sedaturi apud Glogoviam vocato CONRADO „DUCE FRATRE conventum agunt. Ubi post aliquot tractatus pro Pace & Con- „cordia interpositos, cum causa DUCIS CONRADI suapte Justitia clara esset, Thomæ „Wratislavensis Episcopi & Baronum communium arbitrio Dux Boleslaus Lignicen- „sis, quamvis multipliciter detrectans & resistens & Henricum Wratislavensem juxta „ac se ad dandam æquam CONRADO fortē deberi astruens convincitur, ut solus ipse „Legnicensem Ducatum cum CONRADO velut portionis sua consorte dividat, Hen- „ricum vero Wratislavensem Ducem, cum Frater alius Germanus Salezburgensis Epi- „scopus VVladizlaus, cum quo illi consortium Principatus contigit, vivus existet, ad lar- „giendum aliquid de sua sorte CONRADO non teneri: Quo quidem Decreto Bo- „leslaus Legnicensis Dux adductus Ducatum Legnicensem cum CONRADO, data ei „Glogovia, sibi vero Legnica reservata, non sine anxietate & exacerbatione vehemen- „ti ex æquo dividit. CONRADUS itaque Glogoviam fortitus & tributa in variis „Villis & Oppidis in Legnicensi & VVratislavensi Ducatibus imposita relaxat & obfi- „des Henrico Duci restituit.,,

Itaque Glogoviensi & Croshensi Terræ solus imperare cœpit CONRADUS, qui an. 1257. ad Fratrem Boleslaum Calvum Ducem Legnicensem, tanquam ad Epu- las vocatus, sed antequam Iter ingrederetur, sibi Carceres destinari certior factus, me- lius prævenire ratus Fratrem ipsum cœpit nec prius dimisit, donec ob Injurias tot tan- tasque Episcopo Wratislav. Thomæ I. illatas faceret satis. Dlugossus l. c. ad an. hunc: „Recenti scelere, quo in Christos DOMINI, Thomam Episcopum, Boguphalum „Præpositum & Hecardum Canonicum Wratislavenses Boleslaus Legnicensis Dux „sacrilegas manus injiciens usus fuerat, aliud adjecturus Germanum suum CONRA- „DUM GLOGOVIENSEM DUCEM ad se in Legnizam verbo quidem, ut secum „conveniret, re autem, ut captum Ducatu Glogoviensi exueret, invitat. Qui et si a „nonnullis Boleslai Sævi Satellitibus certius factus ad quam jucundum & opiparum „Convivium vocaretur, venire re promittens plures numero Proceres & milites secum „in Legnizam assumit: Quorum majori Parte in Sylva Legnicensi oppido vicina re- „licta ipse cum expedita aliorum manu, quibus Insidias sibi a Boleslao Sævo struntas „patefecerat & quid eos agere vellet instruxerat, in Legnizam pervenit a Boleslao „quoque Sævo benignum demonstrante vultum exceptus & in Legnicense castrum „perductus, videns Theutones Boleslai Sævi Milites turres & quæque superiora incenia „& cacumina occupasse facinus in se per Boleslaum Sævum committendum anticipavit „& Boleslaum Sævum, antequam ad superna veniret, ubi capi CONRADUS debuerat „ascensus, captivat & extra portam Castrum, antequam Milites Boleslai ex supernis pos- „sent decurrere, deductum ad eos, qui se in sylva operiebantur, militibus Boleslai sequi „non audentibus transportat & abinde illum lento passu in Glogoviam deducit & arcta- „custodiat mancipat nec prius dimisit, donec omnem Pecuniam per Thomam Epi- „scopum Wratislavensem datam & dandam ab eo prædantem prædatus exigeret.,,

An. 1267. d. 15. Septembr. in Cœnobio Trebnicensi aderat, cum ritu solemni B. HEDWIGIS Ossa tumulo cruta in venerationem exponerentur. Dlugossus l. c. ad an. hunc: „Elevationi autem Ossium sacerorum unus tantummodo nepos suus germanus ex Filio, CONRADUS GLOGOV.DUX, cum tribus Filii, CONRADUS HENRICO & PRZEMISLAO, cum præter hunc duo alii, videlicet Wladizlaus Salez-

„burgensis Archi-Episcopus & Boleslaus Sævus Legnicensis Dux, superstites forent, „interfuit: Quos ne duni ex vicinia, sed ex remotissima Ora justum erat & pro AVIÆ „honore & consequendo merito tanto celebritatis spectaculo interfuisse.,,

Ottokaro Bohemæ Regi socium suisse Fœderis Tabulæ testantur, in quas Bello illum inter & Stephanum Ungariæ Regem sponso Duces quoque Partes suas secutos Rex Ottocarus retulit. Pragæ confectæ sunt an. DMNI 1271. II. Id. Julii & hæc circa finem Verba habent: „Item predicte Ordinationi & paci includi volumus & inclu- „dimus - - - - - DMNUM CHUNRADUM DUCEM ZLE- „ZIE CUM PUERIS SUIS &c. vid. Balbin. Epist. public. P. I. p. 21.,,

Idem testatur Thomas Ebendorferus de Haselbach Chron. Austr. Lib. III. in pr. „Quibus sic ordinatis rumores personuerunt Regem Ottokarum jam Teyam fluvium „vadasse cum suis Auxiliariis, qui fuere Rex Wenceslaus Avunculus ejus, & Rex Apu- „lia, DUCES GLOGOVIAE, & Henricus Wratislavienlis, Casimirus de Polonia, „Dux de Caleis, de Styras, de Pomerania, Theodericus Comes de Misna, Rex Leo de „Russia ipsius cognatus.,,) Tom. II. Script. Rer. Austriacar. R. D. P. Hieronymi Pezii.)

An. 1287. iniquam sortem patiebatur, cum ipsum & Przemislauum Majoris Poloniæ ac Henricum Legnicensem Ducem, in Dominica Septuagesimæ, Henricus IV. cogn. Probus Dux Wratislav. in villam Baritz quasi ad conventum invitaret neglecto- que Jure Hospitii captum Wratislaviam duceret, unde non nisi duris conditionibus dimissus est. Idem curatus hæc l. c. Dlugossus:

„Przemislauus majoris Poloniæ, Henricus Legnicensis, CONRADUS GLO- „GOVIENSIS in Dominica Septuagesimæ (is enim dies ab Henrico Wratislav. Duce „ad conveniendum indictus erat,) nullam fraudem ab Henrico Wratislavensi Duce „suspicati, cum omnes tres arcta affinitate contingeret, cum modesto familiarium & „militum numero conveniunt. Henricus autem Wratislavensis Dux et si dolore in- „genti angeretur, quod pauciores quam animo destinaverat Principes ad suam captu- „ram convenienter, non distulit tamen cogitatum exequi facinus, sed præfatos Majoris „Poloniæ, Legnicensem & Glogovensem Duces & Jure hospitii & Jure Gentium, „Jure quoque Divino & humano profanato prinio adventus eorum die locum consilii „ingressos scelerate per se & milites suos, quos in grandi numero secum adduxerat, „captivat & captos in Wratislaviam deductos arcta custodiæ & vinculis sigillatim in- „cludit. - - - - - Duces autem, qui captivi ab Henrico „tenebantur, molestias captivitatis diuturnæ evasuri cum illo per pacta de liberatione „sua convenient. Et a Przemislao quidem Majoris Poloniæ Duce, quamvis Frater „suis amitalis fuerit, Terram Rudensem, quæ nunc VVielunensis appellatur, afferens il- „lam sui Juris esse & ad se pertinere, suis quoque prædecessoribus injuste ablatam, ex- „torquet & depactat. Ab Henrico quoque Legnicensi & CONRADO GLOGO- „VIENSI Dicibus, cum exactionare aliquas sortes terrarum non posset, servituros se „sibi cum lanceis XXX. contra quemlibet Hostem & in qualibet necessitate obliga- „vit datisque per Duces de implendo Paeto Obsidibus & juramento ab omnibus ex- „acto, ne occasione sua captivitatis quicquam contra illum per se vel alias hostile mo- „lirentur, tum primum illos ex Captivitate laxatos in Principatus suos remisit.,,

An. 1290. Henrieus Probus Dux VVratislavensis absque liberis decedens facti hujus forsan poenitens Testamento Hæredem scripsit, sed populus VVratislavensis: CONRADUM perosus Ducatum in Henricum Crassum Legnicensem Ducem transluit, uti cumulatius l. c. ad an. hunc Dlugossus. Hinc jam Urbem ingressus CON- RADUS, cum ex altera Parte uno omnium Applausu Henricum adventare cognosceret, recedere coactus est: Ideo Henricum odio inflammato persecutus Insidias ei parare cœpit annoque 1293. per Luthkonem Habdanick, Consiliarium ejus Auro corruptum, captum Glogoviam in Carcerem abduxit, quo non nisi magna Terrarum sua- rum jactara & XXX. Marcarum mill. solutis exiit. Dlugossus l. VII. ad an. hunc: „Luthko omnium beneficiorum & parenti & sibi præstitorum oblitus balneum ad flu- „enta Odræ, in quo Dux lavabatur, circumdat & familiaribus Duci fugientibus & re- „sistentiæ nudis contra armatos, iniquum enim foret certamen, facere non audentibus „Henricum Ducem & Dominum suum 9. Octobr. captivat. Quem' et si unus ex fa- „miliaribus defendere nisus fuisset & suo corpore Ducale protexisset, a Luthkone ta- „men & suis Vulneribus variis confessus interiit. Captus itaque Henricus Quintus

Dux

„Dux & exbalneo ignominiose nudo corpore tractus in equum imponitur & vili pallio superinjecto tota die & nocte illa subsequenti, qua captus est, equitare cursu vchementi coactus in Sandwoth abducitur & Duei Glogoviensi per Luthikonem praesentatur. - - - - - Mortem itaque & crudeles passiones evasurus, dum videret Germanum suum Boleslaum Suidnicensem Ducem pro sua liberazione nullam Operam navasse, triginta marcarum millia in pontis medio supra flumen Czirna, qui Legniczam circumfluit, ex composito primum solvit, deinde infra scriptos Districtus, Castra & Oppida, videlicet Namslaviam, Berolstadt, Kreuzburg, Byczynam, Kunczenstadt, Rozemberg, Hainoviam & Boleslaviam cum terminis & distinctionibus suis CONRADO DUCI GLOGOVIENSI donat & inscribit illisque perpetuo renunciat.,,

Confer Dipl. CXXI. in Spec. C. nostri D. quo an. 1294. die S. Johannis Evangelistæ Henricus Dux Wratislaviensis ex captivitate redux terris isti, quæ speciatim recensentur, cedit, & foedus cum Ducibus Glogoviensibus HENRICO & CONRADO init: quod Curæ Sententiam firmat, qui P. II. Annalium jam circa an. 1279. CUNRADUM Seniorem terras suas inter Filios partitum scribit, „Henrico assignasse Glogoviam & ditiones in Polonia majori: Cunrado Stinaviam, Guram & vicina loca: Przemislawo Sprottam & Saganum.,,

An. 1297. Bolezlaus Dux Suidnicensis bello CONRADUM aggredi voluit Tutor liberorum Fratris Henrici V. Ducis Wratislav. & Lignicensis ingentis, quam Wratislav. Ducatus patiebatur jaeturam, misertus, quod tamen sòpitum, cum Urbes quasdam redderet CONRADUS, qui an. insequ. 1298. diem suum obiit. Dlugossius Lib. VIII. ad an. hunc: „GLOGOVIENSIS DUX CONRADUS quem in superioribus Diacconi gradu ex spe consequendæ Bambergensis Ecclesiæ insignitum monstravimus, a nonnullis suis militaribus venenatus apud Glogoviam moritur & in Ecclesia collegiata Glogoviensi, quam eum Thoma Wratislaviensi Episcopo communiter fundaverat, sepelitur, duos Filios superstites ex SALOMEA, FILIA WLADIZLAI OTHONIS MAJORIS POLONIÆ DUCIS, eum tribus filiabus ANNA, EUFEMIA & HEDWIGI suscepitos relinquens: HENRICUM GLOGOVIENSEM, CUNRADUM STINAVIENSEM, qui & gibbosus corpore ob eam deformitatem Dux Kokirlensis nuncupatus, in Präpositum Wratislaviensem processu dierum, quo deformitas ipsa minus haberet probri, promotus post obitum Patris & in Vita hujusmodi Dueatus fortitus: Tertius vero PRZEMISLAUS SPROTTAVIENSIS Dux in prælio apud Sziewor habito ætatem juvenilem agens occiderat.,,

Math. de Michovia lib. IV. cap. 4. eadem fere Verba habet: add. Mart. Cromerus Lib. XI. p. 577.

(2.) Dlugossius lib. VII. ad an. 1252. „Consummato autem castro Bithom Przemislaus Posnaniensis & Califfiensis Dux incolumis Posnaniam reversus fororem suam SALOMEAM CONRADO DUCI GLOGOVIENSI desponsat in Uxorem & magnificas Fulcone Archi-Episcopo Gnesnensi, Boguphalo Posnaniensi Episcopo & Baronibus Terrarum suarum præsentibus celebrat nuptias.,,

Eadem habet Curæus P. II. Annalium, qui fæminam sanctam & sapientem nominat, quæ an. 1271. apud Dominicanos fuerit sepulta.

(3.) Dlugossius lib. c. ad an. 1271. „Orbatus Uxore prima SALOMEA, FILIA WLADISLAI OTHONIS MAJORIS POLONIÆ DUCIS, CONRADUS GLOGOVIENSIS DUX aliam superdueit BRIGITTAM, FILIAM THEODERICI MARCHIONIS MISNIÆ, reliqtam quondam Conradi Nepotis sui ex Filio Conrado Romanorum Imperatoris Fridrici, a Carolo Siciliæ Rege vieti & in Neapoli capite cæsi magnam & in pecunia & in suppellectile secum dotem ferentem. Cui ratione nuptiarum pro dotalitio & dote accepta CONRADUS GLOGOVIENSIS DUX Crosham, Greifenstein & Castra & Oppida obligavit & inscripsit „

Idem Autor l. c. ad an. 1272. „Breviusculam & non diuturnam CONRADUS GLOGOVIENSIS DUX voluptatem altero matrimonio expertus BRIGITTAM secundam sponsam suam Theoderici Marchionis Misnensis filiam superiori anno traxductam fato interceptam amisit. Genitor autem illius Theodericus Marchio Misnensis morte Filia cognita dotalia illius bona per CONRADUM GLOGOVIENSEM DUCEM inscripta, videlicet Crosham, Greifenstein & Przin, missis officialibus Conrado Glogoviensi Duce necquicquam prohibente occupat: & illorum natus

„possessionem Conrado Archi-Episcopo Magdeburgensi dicto de Steymberg ea in  
„decem millibus florenorum obligat, & ipsum Archi-Episcopum & suam Ecclesiam  
„Magdeburgensem praesatorum bonorum eo Jure, quod sibi competebat in illis, insi-  
„tuit Dominum, Haredem & Successorem,,

Eadem habent Math. de Michovia lib. III. cap. 57. & Curæus l. c. ad an. 1271.  
Fabricius vero Chemnicensis in Stemmate Witichindeo p. 33. „Dieterico March.  
„Osterlandiae & Lansbergæ a corporis habitudine cognom. Pingui, ab Animi excellen-  
„tia Sapienti, qui A. C. 1282. 8. Febr. decepsit, ex Helena, Johannis I. March. Brandenb.  
„F. ducta an. 1268. Filias duas tribuit (præter Filium Fridricum, qui *απαις* an. 1291.  
„obiit,) Helenam Uxorem Johannis II. Elect. Brandenburgici, qui A. C. 1287. obiit,  
„& BRIGITTAM tribus ordine nuptam

- „ 1. Conradino Suevo Sicilia Regi:
- „ 2. Conrado Duei Glogoviæ in Silesia:
- „ 3. Conrado I. Elect. Brandenburgico:,,

Si tamen Misnensium Rerum Scriptores consulimus, non illi Conjugia hæc affir-  
mant; sed una voce Theodericum Sapientem March. de Landsberg & Grætz duas  
quidem Filias habuisse, sed Sanctimoniales fuisse tradunt.

Autor Chron. veteris Misnensis: „Er Dietherich - - - hat zwo Töchter, die  
„thät Er gen Weissenfels ins Closter.,, (apud Schlegelium de Cella Veteri.)

Jo. Tylich Monast. S. Mauritii Ord. Can. Reg. extra Muros Nuemburgenses  
Præpositi Chron. Misnense: „Reliquit autem Theodericus duas Filias, quas Wissen-  
„fels Monachas fecerat, & unicum Filium Fridricum Nomine Tuto, qui duxit Uxo-  
„rem Helenam Filiam Dueis Bavariae & mortus est sine Liberis.,, (Collect. II. Cele-  
berr. Dn. SCHANNATI Vindem. litteriarum p. 84.

Taceo plures, neque Conrado Electori Brandenburgico nubere potuit BRI-  
GITTA marito CONRADO II. Duce Glogoviensi haud superstes. Joannes tamen  
in Chron. Polonorum hoc Volumine edito, imo Anonymus Autor Chron. Princi-  
pum Poloniae cum eorum gestis. Dlugosso antiquiores Uxore priore defuncta CON-  
RADUM II. aliam duxisse uno ore affirman, Filiam Theoderici March. Orientalis  
Relictam Cunradi, Nepotis Fridrici Imperatoris, Filii Cunradi: quare quod graviori-  
bus argumentis firmare nondum licuit Connubium, refellere tamen nolui.

(4.) „CONRADUS DEI GRACIA Heres Regni Polonie, Dux Zlesie, Dnus in  
„Sagan. an. 1295. die Ascensionis MARIE Urbi Lubensi Diploma dedit, quo advo-  
„cati ejus hæreditarii Jus & Autoritatem confirmavit: vid. Thebesius de gestis Du-  
„cum Lygio-Bregensium P. I. cap. XX. §. 16.,,

Fratrem HENRICI, Ducecumque Saganensem fuisse Henricus V. Dux VVratis-  
lav. eo testatur Diplomate, de quo ad no. anteced. i. diximus, quod in Spec. C. nostri D.  
est CXXI. Verba sunt:

„Vir geben unserm Vetter Herzogk HEINRICHEN von Glogaw und sei-  
„nen Kindern und seinem Bruder Herzog CUNRADE - - - - - wir geloben  
„auch, dass wir und unsre Helffer den Herzog CUNRAD VON DEM SAGAN  
„und den Herzogen von Oppul, und seinen Bruder Herzog Kasimir und Herzogen  
„Mesken und ire Helffer mit nichten binnen fünff Jahren sullen anerechten.,,

Dlugosius lib. IX. ad an. 1304. „Quinto Idus Octobris CONRADUS DUX  
„ZAGANENSIS & PRÆPOSITUS VVRATISLAVIENSIS primogenitus Con-  
„radi Ducas Glogoviensis obiit: in Monasterio Lubensi in medio Chori sepultus.  
„Electum fuisse Archi-Episcopum Salisburensem refert Mart. Cromerus lib. XI. p.  
„577. CUNRADUS gibbosus Stinaviensis Dux Præpositus VVratislaviensis fuit, vo-  
„catus autem ad Archi-Episcopatum Salisburgensem, cum in Itinere accepisset Cere-  
„vifæ usum ibi non esse, repudiato Archi-Episcopatu reversus est: Homo stolidus, si  
„non aliud eum movit: quasi vero ne frumentum quidem ibi nasceretur nec posset il-  
„luc tantopere concupitæ Cerevifæ coquendæ Artifices deducere. Revertens autem  
„a Fratre compedibus vincitus est: unde suorum Vi & ope liberatus, parvo tamen  
„Tempore vixit, post mortem autem ejus Henricus Frater omni Dominatu Glogo-  
„viensi potitus est.,,

Et ex eo Curæus P. II. Annal. p. 307. qui & an. 1304. defunctum tradit. Monu-  
menti in Monasterio Leubusino hæc extat Inscriptio:

En CUNRADUS ego Dux hoc sub marmore dego,  
Quem tenuit Cura Johannis Præpositura.

Chronicon vero Salisburgense Tom. I. Script. Rer. Austriacar. R. D. P. Hieronymi Pezii, Chunradum Laventinum Episcopum Sedi Salisburgensi morte Rudolphi an. 1290. vacanti datum, illique ad an. usque 1312. præfuisse, itaque an. 1302. ut vult Curæus, locum ad eligendum aliuni Archi-Episcopum haud fuisse testatur: idem perhibet Anonymi San-Petrensis Cœnobitæ Chron. Salisburgense Tom. II. Script. Rer. Austriac. p. 428. Conradum IV. Episcopum Laventinum dictum de Vanstarff annis his XXI. Ecclesiam Salisburgensem rexisse.

(5.) Dlugossus lib. VII. ad an. 1290. „Henricus Quartus Wratislavienſ. Dux nequiens „propter Valetudinem, qua jam corripiebatur, belli impendentis (contra Wladislauum Lo- „cticum) munus obire Henricum Legnicensem PRZEMISLAUM SPROTTAVI- „ENSEM Duces cum gentium suarum copiis ad Cracoviam tuendam transmittit. „Quos rebus ad Cracoviam bene ordinatis relictisque nonnullis militibus, qui Cives & „populares in fide continerent, in Slesiam revertentes Wladislaus Loktek Cujaviensis Dux „cum cæteris Ducibus circa Oppidum Sziewior stativa agentes invadit, illis quoque in ar- „ma ruentibus atrox prælium inter Fratres & milites IV. Kal. Martii committitur. Et post „multam stragem utrisque provenientem Wladislao Loktek, & his, qui illum comitabantur, cessit, licet non incruenta Victoria, pluribus Slesitanorum Militibus cæsis, aut in fuga „captis. In eo prælio PRZEMISLAUS SPROTTAVIENSIS DUX, FILIUS CON- „RADI GLOGOVIENSIS DUCIS, vix adolescentiam pertingens occiditur & in Sles- „iam relatus in Monasterio Lubensi, cui ad id, in quo concidit, Bellum iturus duas Villas, „videlicet Liososkowicze & Zirkow dñaverat, sepelitur.

Eadem habent Mart. Cromerus lib. X. & Math. de Michovia lib. IV. cap. 54. imo, qui his omnibus antiquior, Anonymus Autor Chron. Principum Poloniæ cum eorum gestis hoc Tom. extantis.

(6.) Patre eum adhuc vivente ad Regiminis Gubernacula accessisse Curæus P. II. Annalium testatur: vide, quæ ex Dipl. CXXI. Spec. C. nostri D. ad no. I. anteced. diximus: cui breve hoc aliarum litterarum Excerptum addere placet:

„HENRICUS DEI GRACIA DUX ZLESIE ET DMNUS GLOGOVIE notum „facimus, quod Theoderico de Franckinberg suisque Fratribus & Joh. de Scassow villam „meam Rosenaw in Districtu Biczinensi sitam - - - - - re- „signavimus, specialiter autem Johannes de Scassow medium suam partem Ville Gene- „ro suo Henrico de Franckenberg dedit & liberaliter resignavit possidendam - - - - - . Dat. Olsne Ao. MCCXCVII. XII. Kal. Aug.

Excipiat hoc aliud Diploma:

„In nomine DOMINI Amen. Evanescit omne Negocium solemniter inchoatum, nisi il- „lud firmet tenor immobilis litterarum. Hinc est, quod nos HENRICUS DEI GRACIA DUX „ZLESIE ET DMNUS GLOGOVIE notum facimus universis presentibus & futuris, ad quo- „rum Audientiam presens scriptum defertur, quod ob Anime nre nrorumque Progenitorum „remedium salutare de bona & libera nra Voluntate damus & renunciamus Viris honorabilibus, „ac devotis in CHRISTO Fratribus Cruciferis ferentibus Stellam super Crucem de domo Ho- „spitalis S. Mathie in Wratisl. Jus Patronatus super Ecclesiam in Civitate nra Creuczburg, taliter „renunciantes & cedentes eidem Juri Patronatus, ut absque omni impetione & requisitione „perpetuo remaneat apud ipsos: Ita tamen, quod ratione donationis hujusmodi Orationum sua- „rum & beneficiorum omnium nos & nri Successores esse participes perpetuo valeamus: In cuius- „rei certitudinem presentem damus Paginam nri Sigilli munimine consignatam. Aetum & da- „tum in Cruczburg Anno MCCXCVIII. in die Ascensionis CHRISTI: presentibus Dnis Gün- „thero de Biberstein: Fuxione de Waldowe: Boguslio de Wisenburgk: Ottone de Blesowe: „Heibordo dicto Quaz: Clemente Busewoyo: Joanne Notario Curie nre & multis aliis fide- „dignis.

An. 1306. Wenceslao II. Boh. & Polon. Rege defuncto ad Regnum occupandum Poloniæ Majoris Proceres eum invitabant, quod curatius l. IX. Dlugossus:

„Prælati tamen, Barones & Milites Majoris Poloniæ, videlicet Posnanienses & Calif- „sientes inveterato Odio contra Wladislauum Locticum usi, quod illis nimis avare super- „beque superiori Tempore imperitasset, posuerunt tunc nefandam abominabilemque „scissuram: Nam HENRICUM SLESIÆ ET GLOGOVIÆ DUCEM, FILIUM „CHUNRADI DUCIS GLOGOVIENSIS, eo quod ex Sorore Germana Regis Polo- „niæ Przemislai Salomia genitus esset, in suum Principem & Dominum eligentes ejus „Principatu & Regimine aliquot annis usi sunt. Et ipse DUX GLOGOVIÆ HENRI-

„CUS per omne tempus, quo vixit, se Dominum & heredem Regni Poloniae scribebat & „nomirabat, licet altero, videlicet Wladislaw Loktek in Cracovienſi & illis Ducibus „Regni Poloniae principante benedictionem & unctionem Regalem nunquam fuerit for- „titus. In administranda justitia nimis severus & infestus Polonis mores & conditiones „eorum plurimum fastidiebat, MECHTILDIM, FILIAM ALBERTI DUCIS „BRUNSVVICENSIS, habens in UXOREM, furum, prædonum & spoliatorum cetero- „rumque malefactorum præcipius persecutor & mulctator. Propter quod sub Regi- „mine suo Terra majoris Poloniae secura pace & quiete abundabat: quo effectum est, ut „Ducis Wladislai Loktek truncato & diviso Principatu, etiam ejus in Regem Poloniae „per annos plures protelaretur Coronatio: cum & Archi-Episcopus Gneznensis Borzis- „laus unctionem & coronationem Regi impositurus, alterius ditionis & obedientia Prin- „cipis nondum ex Avenione rediisset: & Corona ceteraque Insignia Regalia in Gnesna, „ubi tunc HENRICUS SLESIÆ ET GLOGOVIAE DUX principabatur, consisterent.

Ipse insuper HENRICUS SECUNDUS GLOGO- „VIAE DUX, propter Wladislai Loktek Ducis impedimentum in Regem Poloniae coro- „nari nulla ratione valuit: quam coronationem suam Gnesnensis Archi-Episcopus Bor- „zislaus nondum ex Avenione reversus, si eam præstisset, multa Incommoda causaturam „reverebatur. Unde præfatus HENRICUS se non Regem, sed Heredem Regni Polo- „niae, Ducem Slesiæ & Dominum Glogoviensem, Posnaniensem & Calissiensem scribebat „& gerebat:,, (quod affirmat ejusdem Diploma, quo an. 1308. Fer. III. infra Octav. Apo- stolorum Petri & Pauli Merbotoni de Hugevvcz Villam Mogenczicz confert, no. LXXVI. Diplomatar. nostri Bohemo-Silesiaci.)

Sinistra inde fortuna usum idem Autor l.c. ad an. 1310. testatur: „Majoris Polo- „niae Baronum Animos HENRICUS MAJORIS POLONIAE ET GLOGOVIAE DUX „a se alienatos & sibi primum infensos propter nonnullorum rituum & jurium Viola- „tionem intelligens seditionem dietim gliscenter compressurus Janussum Comitem „dictum de Bibersteyn cum forti exercitu, non ex propriis tantummodo, sed etiam ex „Almannis collecto in Partes Majoris Poloniae transmittit. Qui cum castrum Kleczko „primum obsidere cœpisset, Dobrogostius de Schamotuli cognominatus Parvus de domo „Nalenz, Filius quondam Thonislai Palatini Posnaniensis, congregato ex Polonis no- „tabili Exercitu venit contra Janussum Bibersteyn, & congresso inito multis utrinque „cadentibus præfatum Janussum Bibersteyn confixit, & castris ac omnibus spoliis suis „potitus est.

Idem Autor l.c. ad an. hunc: „Quinto Id. Decenbr. HENRICUS MAJORIS „POLONIAE & GLOGOVIAE DUX in Glogovia moritur & in Lubensi Monasterio se- „pelitur, quatuor relinquens Filios, videlicet HENRICUM, cui Zagan: CONRADUM, „cui Olszna: JOANNEM, cui Stinavia & Gora: & PRZEMISLAUM, cui Glogo- „via cum suis pertinentiis in divisione cesserunt: Terrarum autem majoris Poloniae nul- „li illorum contigit portio.

Eadem habent Mart. Cromerus lib. XI. ad an. 1310. „HENRICUS Glogoviensis „Dux domia Boleslao Duce Wratislaviensium, Henrici Quinti F. bello laceffitus & pro- „fligatus ex merore cum ægrotasset, V. Id. Dec. mortuus est: relicta quatuor Filiis, qui „sic inter se partiti sunt patrimonium, ut HENRICO Zaganensis: CONRADO Olesni- „censis: JOANNI Stinaviensis: PRZEMISLAO vero natu minimo Glogoviensis Do- „minatus cederet.

Math. de Michovia Lib. IV. cap. 7. „Idem HENRICUS MAJORIS POLO- „NIAE & GLOGOVIAE DUX V. Id. Decembris anni præfati 1310. Glogovia mortuus „& in Monasterio Lubensi sepultus est. Hic in administranda Justitia nimis severus fuit, „Polonis infestus, mores & conditiones illorum plurimum fastidiebat, furum, prædonum, „& maleficorum maximus Persecutor. Propter quod sub Regimine suo Terra majoris „Poloniae securitate & pace abundabat. MECHTILDIN FILIAM ALBERTI DUCIS „BRUNSVVICENSIS acceperat in UXOREM, & ex ea quatuor Filios: HENRICUM, cui „Zagan: CONRADUM, cui Olszna: JOANNEM, cui Stinavia & Gora: & PRZEMIS- „LAUM, cui Glogovia in divisione cessit.

Curæus P. II. l.c. euin d. 15. Decembris an. 1309. defunctum tradit, cuius Sententiam & tuetur Autor anonymus Chron. Principum Polon. cum eorum gestis hoc Vol. extantis: diem vero habet 9. Decembris.

(7.) Chron.

\* Paternas Injuries ulturo, ut Dlugosius loquitur, p. m. 936.

(7.) Chronica Augustensis ad an. 1260. (Tom. I. apud Freherum p. 533.) „Dominus LUDWICUS Palatinus Comes Rheni, Dux Bavariæ duxit Dominam ANNAM, FILIAM CONRADI DUCIS POLONIÆ in Uxorem.“

Auctoris incerti Chron. Bavanicum ad an. 1260. Tom. II. Script. Rer. Austriac. R. P. D. Hieronymi Pezii: „Dux LUDOVICUS & Comes Palatinus duxit aliam Dominam, scilicet ANNAM, FILIAM CHONRADI DUCIS POLONIÆ, in Uxorem.“

Andr. Bresbyteri Ratisbonensis Chron. Bavariæ: „Ludwicus Dux alteram Uxorem ANNAM, FILIAM DUCIS POLONIÆ duxit, ex qua genuit Filiam Agnetem & Ludovicum egregiæ Indolis Virum.“

Adlreuter in Annal. Boicæ Gentis P. I. lib. XXIV. no. 20. pag. 675. ad an. 1260. „LUDOVICUS Severus ANNAM CONRADINI GLOGOVIENSIS SLESIÆ DUCIS FILIAM matrimonio sibi conjunxit.“

Dan. Paræus Hist. Palatinæ lib. IV. Sect. I. „Altera Coniux LUDOVICI SEVERI ELECT. PALATINI fuit ANNA DUCIS \* GLOGOVIENSIS IN SILESIA FILIA, ex qua Ludovicum F. genuit, cui Elisabeth, Hungariæ Regis Filia, despontata erat: sed Ludovicum Norimbergæ in quadam hastarum Concursione hastilidium, alii vocant lancea, Cratonis Com. Hohenloensis perfoſſus interiit A. C. MCCLXXXIX., Addit in notis \* Celeberr. DN. JOANNIS: „Puta Conradi cognomento Parisiensis, qui patrem habuit Henricum Pium in prælio a Tartaris cæsum: Ceterum Ludovico ANNA convenit in Manum an. 1260. quo vid. Aut. Chron. Augustens. p. m. 380. Trithem. Chron. Hislang. P. I. p. 604. Brunner. l. XIII. p. 807. T. III. Annal. Boic. Fatisque functa est an. 1268. vid. Spener. Syllog. Genealog. p. m. 184. (ex quo locus alter p. 870. qua an. 1275. mortuam scribit, corr. gendus.) Buckisch. Hist. Genealog. Palatino-Bav. l. d. p. II.“

(8.) (9.) De tribus Conradi Filiabus testantur Dlugoffus lib. VIII. ad an. 1298. & Math. de Michovia lib. IV. cap. IV. sed nomina tantum recenserent: Pohlius vero in Annal. Wratislav. MStis hæc ad an. 1298. „Hertzogs CONRADI zu Glogaw erste Tochter ANNA, war eine Gemahlin Ludovici II. Severi Pfaltzgrafen an: Rhein, Hertzogs in Ober-Bayern, eine Mutter Hertzogs Ludovici III. der im Thurnier zu Nürnberg an. 1282. von Cratone, Grafen von Hohenlohe an Hals gestochen umkommen ist: liegt zu Fürstenfeld bey seiner Fraw Mutter, so an. 1268. gestorben, begraben. Seine Gemahlin war Fr. Anna, Fridrici Herzogs in Lothringen Tochter, die am 22. Tage ihres Ehestandes den betrübten Fall ihres Fürsten erlebet: Die andre EUPHEMIA ehlichte den Fürsten von Gortz, die ihm Henricum gebohren; HEDWIGIS ist im Kloster S. Clara eine Æbtissin gewesen.“

Idem Pohlius l. c. ad an. 1317. „Den 9. Junii starb HEDWIGIS die dritte Æbtissin zu S. Clara, Hertzogs CONRADI zu Glogau Tochter, liegt in der Schweiter Chor zur Rechten beym Altar.“

(10.) Una hoc omnium voce constat: Dlugoffi lib. IX. ad an. 1306. Math. de Michovia lib. IV. cap. 7. Curæi P. II. l. c. ad an. 1304. & imprimis Autoris Anonymi Chron. Principum Poloniæ hoc Volumine extantis; accedit Chron. vetus Ducum Brunswicensium & Luneburgensium Tom. II. Script. Rer. Brunswicensis Illustr. Leibnitii p. 18.

„MECHTILDIS FILIA DUCIS ALBERTI nupsit DUCI GLOGOVIE MCCXII.“

Sed centenarium hic numerum omisum (forte an. M CC XC. legendum) bene monuit Nobiliss. Fellerus in Historia Genealogica SERENISSIMÆ DOMUS BRUNSVV. p. 455.

Erici prius Daniæ Regis Conjugem fuisse cerdit Bothonis Chron. Brunswicensis picturatum T. III. Script. Rer. Brunsw. p. 356. „Hertoghe Albrecht te grote, Hertogen Otten Sone to Brunswick unde to Lunenborch, de nam Elizabeth des Hertogen, Dochter to Brabant, sünne Elizabeth Dochter-Kint, de Starff ane Arven. Do nam se weder des Margreven Tochter to Ferrar, de telde öm ses Söne und eyn Dochter: de eerste Sohn de heyt Otto, de wart ein Tempelherr: de verde Sohn heyt Hinrick onde wart geheyten Hinrick de wunderlick: de reffte Sohn heyt Albrecht: de feste Son Wilhelm: disē twey beheelten dat Brunschwigische Arve: DE DOCHTER HEYT METTILDA, DE NAM KONIGH ERIK TO DENNEMARK.“

Locum inde Henrico Rätelio Saganensi, qui Curæi Annales in vernacula lin-

quam transtulit, factum opinor, ut Verba Curæ P. II. ad an. 1304. „ad quas R̄es ha-  
„buit hortaticem Conjugem suam fœminam sapientem & bonitate præstantem,, ita ex-  
plicaverit: „Hierzu ermahnte ihn sein Gemahl, EINE WEISE UND GUTTIGE  
„WITTFRAW..”

(II.) An. 1310. in die B. Gregorii Terram Goreensem egregiis Litteris amplifica-  
vit: vid. Dipl. XCIX. Spec. C. nostri D.

E. a. in die Crispini & Crispiniani cum Fratre CONRADO villam Topher-  
dorff Ottoni de Donyn contulit, titulo usus: „HEREDIS REGNI POLONIE, DU-  
„CIS ZLESIE, DMNI GLOGOV. ET POZNANIE:,, vid. Dipl. XL. Diplomatar.  
nostri Bohemo-Siles.

An 1312. Feria III. post Dominicam qua cantatur: Oculi mei semper, Glogo-  
via cum fratribus quatuor Terras paternas divisi, quod qua ratione factum tradit Dipl.  
XCV. in Spec. C. nostri D.

An. 1329. Feria III. post Dominicam Misericordiæ Wratislaviæ Terram Glogo-  
viensem ac Saganensem a Rege Bohemiæ Johanne Feudi titulo suscepit: vid. Dipl.  
LXVIII. in Spec. C. nostri D.

E. a. XIV. Kal. Junii Rex Bohemiæ Johannes Gorlicii degens Arbitrum cum  
esse voluit in negotio, quod sibi cum CONRADO Duce Olsnicensi de oppido Prus-  
nitz intercessit: vid. Dipl. LI. in Spec. C. nostri D.

E. a. Wratislaviæ in die Inventionis S. Crucis cum Fratre CONRADO egit,  
cum Henricus Silesiæ Dux Javoriensis quasdam Lusatiz Urbes Johanni Bohemiæ Re-  
gi venderet, alias in feudum susciperet: Verba Diplomatis in fine sunt:

„& nos Wittko DEI GRACIA Misnensis Episcopus, Rudolphus Saxonie,  
„Henricus Wratislav. Bolezlaus Legnicensis, Bolcko Falckembergensis, Bolcko Opo-  
„liensis, HENRICUS, CONRADUS FRATRES GLOGOVIENSES DUCES  
„& testes - - - - - presentialiter affuimus & Sigilla nostra rogati & jussi  
“- - - - - duximus in Testimonium & robur firmius appendenda,,  
vid. Balbin. P. V. Epist. public. ad Lusatiam pertinentium p. 271.

An. 1331. in die B. Luciaæ Pragæ Diplomati testis subscripsit, quo Terras suas Du-  
ces Lygio-Bregenses Johanni Bohemiæ Regi in feudum submiserunt: vid. Dipl.  
CXXX. Spec. C. nostri D.

An. 1335. in Festo B. Bartholomæi Apostoli, cum Procuratores Casimiri Polon.  
Regis nullum Regi Regnoque Poloniæ in Silesiam Jus superesse profiterentur, inter  
Principes Silesiæ tunc superstites numeratur: „HENRICUS ZAGANENSIS ET  
„CROSNENSIS DUX:,, vid. Dipl. I. in Spec. C. nostri D. quem Henricum hunc IV.  
non Filium Henricum V. qui Ferrei Cognomen Curæ teste adeptus est, Diploma te-  
statut, quo

An. 1338. in Festo annunciationis MARIÆ in Civitate Aldenar cum FRATRE  
CONRADO DUCE OLSNICENSI Johanni Bohemiæ Regi Territorio Lubinenſi  
perpetuo edit, cum confenserit Rex, ut a Fratre Johanne Duce Stinaviae eundem Du-  
catum emere potuerint: (Henricus enim V. Fratre caruit:) vid. Dipl. LIII. Diplomata-  
rii Bohemo-Siles. Tom. V. Ludewigiano.

E. a. &l. Dominica Judica idem „HENRICUS DEI GRACIA DUX ZLE-  
„SIE, ET DMNUS GLOGOVIENSIS ET SAGANENSIS, ut prolixum in Re-  
geni animum cumulatius edat, ipsum de omnibus Debitis absolvit: vid. l. c. Dipl. LIV.

Hæc Diplomatū Fide dicere licuit: Annū vero & diem, quo defunctus non  
indicavit Curæs l. c. P. II. qui quod Johannes Bohemiæ Rex Glogoviam integrā  
occupaverit, eum ex mero obiisse tradit. Dlugossus lib. IX. ad an. 1311. „Joannes  
„Stinaviensis Dux Johanni Bohemiæ Regi medianam partem oppidi Glogoviensis se  
„concernentem non eo quidem anno, sed processu Temporis vendidit & HENRICO  
„Fratri venditione hujusmodi multa dispendia subministravit. Joannes enim Bohé-  
„miæ Rex alterius partis, quæ DUCIS HENRICI erat, Capitaneo largitione corrupto  
„exercitualiter versus Glogoviam advenit & Glogovienses Cives detrectantes eum ad  
„possessionem totius Civitatis admittere objurgatos Civitatem a Capitaneo HENRICI  
„Ducis sibi traditam ingreditur & universum Glogoviense Oppidum perperam in suam  
„reduxit ditionem. Sub hac oppressione & gravamine HENRICUS ZAGANEN-  
„SIS DUX absumptus & in Monasterio Lubensi sepultus: Filius ejus unicus ejusdem  
„nominis HENRICUS adeo paternam injuriam moleste tulit, ut pro recuperatione  
me-

„mediæ Partis Glogoviensis Oppidi Joannem Bohemiæ Regem & Filium sibi in Regno succedentem, Carolum continuis guerris & invasionibus vexaret, necesseque haberet Carolus Bohemiæ Rex, cum notabili exercitu advenire & Glogoviensibus Civibus ferre opem longo jam Tempore ab HENRICO lacepsitis: Patris autem occupationem alterius partis Glogoviensis Oppidi ratus, prout erat, injustam, eam HENRICO ZAGA-NENSI DUCI, suam ditionem & subjectionem profitenti restituit, & diuturnam certationem meliori compositione extinguit.

(12.) Eum an. 1312. Glogoviæ Feria III. post Dominicam, qua cantatur: Oculi mei semper, terras paternas cum Fratribus quatuor Henrico, Przemislao, Conrado & Bolckone partitum fuisse, Dipl. XCV. Spec. C. nostri D. testatur.

An. 1327. Feria post diem B. Bartholomæi Apostoli proxima Stinaviæ Fratribus Henrico & Conrado Ducatum Stinavensem vendidit: quod Dominus Feudi Johannes Bohemiæ Rex an. 1338. in die B. Annunciationis B. V. Gloriosæ habuit ratum: vid. Dipl. XCII. Spec. C. nostri D.

An. 1330. 7. die Junii Pragæ egit, cumque Johanne Bohemiæ Rege, ac Carolo Filio ejus primogenito Pactum iniit, quo certis conditionibus adjectis Civitatum & Terrarum suarum Incolas ad homagium & fidelitatis Juramentum Regi præstanduni obligavit: vid. Dipl. LXI. Diplomatarii Bohemo-Sileſ. Tom. V. Ludewigiano.

An. 1331. Glogoviæ in die B. Remigii partem Urbis Glogoviensis, tam ex Patris Henrici, quam Fratris Przemkonis Hæreditate in se devolutam Regi vendidit: vid. Dipl. XCVI. Spec. C. nostri D.

An. 1335. in Festo B. Bartholomæi Apostoli cum Procuratores Casimiri Polon. Regis, Regi Regnoque Poloniæ nullum in Silesiam Jus superesse profiterentur, inter Duces Silesiæ ea Tempestate superstites refertur quoque „JOANNES STINAVIENSIS ZELZIE DUX: „, vid. Dipl. I. Spec. C. nostri D.

An. 1337. Wratislaviaæ Feria V. ante Dominicam in qua cantatur: Lætare, Terram Gorensem Johanni Bohemiæ Regi vendidisse, sed ab eo in Feudum recepisse testatur Dipl. XCIII. in Spec. C. nostri D.

An. 1339. Cracoviæ in octava Purificationis B. M. V. Casimirus Pol. Rex ipsum cæterosque Silesiæ Duces ab omni nexu & vinculo, quo Poloniæ hactenus adstricti fuerant, absolvit: vid. Dipl. II. Spec. C. nostri D.

An. 1341. civitatis & castri Gorensis medianam partem, sed cum omni Superioritatis Dominio pro M. D. marc. gross. Pragensi Regi vendidit: vid. Dipl. LVII. pag. 554. Tomo V. Ludewigiano.

E. a. Feria II. proxima post Festum Michaëlis Archangeli Poznaniæ se Regis Jussu Primogenito ejus homagium præstitterum pollicetur: vid. l. c. Dipl. LVIII.

An. 1342. Feria II. infra octavas Corporis CHRISTI Wratislaviaæ agens Carolo March. Moraviæ Jus Oppidum Polkoviz Duci Javoriensi Henrico pignori datum reliundi concessit: vid. l. c. Dipl. XCI.

E. a. Die S. Elizabeth cum Fratre Conrado Duce Olesnicensi & Patrueli Duce Henrico Glogoviensi de Terra Stinavensi conventionem iniit, quam habes integrum. Dipl. LXXXIV. Diplomatarii nostri Bohemo-Sileſ.

A. 1343. Wratislaviaæ Feria VII. infra octavas Corporis CHRISTI Carolo Marchioni Moraviæ Civitatem Terramque Gorensem Pignori dedit: vid. Dipl. C. Spec. C. nostri D.

Quo anno defunctus relatum non memini, verum an. 1344. adhuc superstitem fuisse Johannis Bohemiæ Regis Diploma affirmat, quo Henricum V. cogn. Ferreum Ducem Glogoviensem Pragæ in fidem clientelamque recepit: est id CII. Spec. C. nostri D. cuius hæc verba huc spectant:

„Wir verleyhen ihm (Henrico V.) mit rechter Gewissen unsrer lieben getrewen „Fürsten Hertzog Chunrads von Olesnicz und HERTZOG HANS VON DER STEL- „NAVV seiner Vettern all ihre Lande, ob sie ohn Erben sterben.

(13.) Quid ex Terris paternis nactus sit, Dipl. XCV. Spec. C. nostri D. tradit, quo eas inter se Fratres an. 1312. Feria III. post Dominicam, qua cantatur: Oculi mei semper, Glogoviæ diviserunt.

Curæus hæc P. II. Annal. p. 309. „An. 1331. mortuus est sine hæredibus PRZE-MISLAUS GLOGOVIENSIS, sepultus in Monasterio Leubensi.“

(14.) Vide, quæ de eoad Tab. seq. Genealog. III. no. 1. diximus.

(15.) Nesciverunt hunc quintum Henrici III. Ducus Glogoviensis Filium, Dlugossus, Cromerus, Math. de Michovia, Curæus & alii plures: ab interitu tamen & ab Oblivione vindicant Dipl. XCV. Spec. C. nostri D. quod an. 1312. cum Fratre Conrado in divisione terrarum paternarum Olsnensem terram adeptum fuisse: & Dipl. XLIX. l. c. quod Olsna an. 1315. XII. Kal. Decembr. cum Fratre Conrado Ecclesiæ Wratislaviensi villam Pirsino & Jus Ducale in utroque Domascino donasse testatur: nec defuncta alia:

„BONCZLAW von GOTIS Gnaden Herczog in Slezien von der Olsen verseczt vor siebenzik Mark seine Fürstliche Rechte zu Smiagrod, Garbcze, Borzantno, Januschen von Trachenbergk: Alfo, wenn er ym zwanzik Marck an Pfenningen und funfzik Marck an Pherden vergulde, zo fulden syne Fürstliche Rechte weder an en gevallen. Anno MCCC XV.,“ (Ex Cod. Diplomat. MSto.)

„BONCZLAVV von GOTIS Gnaden Herczog in Slezien von der Olsen gelobt „Herczog Chunraden, daz her alle Lute, Huldmanne und Povil czu Namslaw und den „Steten mit yren Gebyten by yren Rechten behalden will: Datum in Nimislavia A: D. „MCCC XXIII. in die decollacionis S. Johannis Baptiste.,“ (Ex eod. Cod. MSto.)

Accedit Scriptoris coævi Testimonium, quod Ducem Olsnensem fuisse perhibet: M. Petri (circa finem Sec. XIII. ad Reipubl. Wratislav. secreta votati) Rationarium vetust Sec. XIV. MStum ad an. 1319. „Item Dmni Consules dederunt ob honorem Civitatis Dmno nostro Duci, & Dmne nre Ducisse, & Dmno Duci Boleslao, & Duci Bernhardo, & Duci Glogoviæ, Duci Hynconi & DUCI BOLCONI DE OLESNITZ, Duci Flodislao & Militibus Dithero de Drogus, Henrico de Waldow & aliis multis XLIII. Marc. cum I. fertone.

Neplacho Abbas Opatowicensis in Chron. Bohemiæ ad an. 1307. (pag. 1036. Tom. II. Script. Rer. Austriac. R. P. D. Hieronymi Pezii:) „Wenczlaus Rex Boëmiæ Juvenis „Regnum Poloniæ majoris cum Terris Syrasyx, Pomeraniæ, ac qmibus Terris inferioribus DUCI GLOGOVIAE BOLESLAO, jure feodi vel servitii commendavit.

Aberrasse vero Autorem hunc cognoscet, qui Dlugossum aliosque Scriptores Polonicos eaque, quæ ad no. 6. Tab. hujus diximus, evolvet: Pater enim Boleslai seu BOLCONIS non Feudi Jure, sed a Proceribus Poloniæ majoris ad capessendum Regnum vocatus HENRICUS III. occiso Wenceslao II. juniore Ducatus istos occupavit, & varia quamvis forte usus ad vitæ tamen dies retinuit: nec silentio prætereundus alias Dlugosse de Boleslao Duce Glogoviæ error, quando hæc lib. IX. ad an. 1306. refert:

„Occiso Wenceslao II. Bohemiæ & Poloniæ rege Rudolphus Dux Austriæ, Filius Alberti Roman. Regis, Henrico Carinthia Duce ex Praga excluso concorditer elitur, & in Regem Bohemiæ assumitur & coronatur: & quo justius solidiusque suum esset Imperium Elisabeth, quæ Richsa vocabatur, Uxor Wenceslai I. Bohem. & Polon. Regis, Filia Przemislai Regis Poloniæ sibi matrimonialiter copulatur: quamvis Filia Regis Bohemiæ & Poloniæ Wenceslai Primi & Sorores Secundi, videlicet Margaretha consors Henrici Duci Carinthia & ANNA CONSORS BOLESLAI DUCIS GLOGOVIAE, ac Elisabeth virgo innupta Barones Bohemiæ, ne se desererent neve de patrimonio suo exhæreditarent & notis ac propriis externos & indignos præponerent, flexis genibus non tam precibus, quam lacrymis fuisse aliquoties deprecatae.

Qui enim Bohuslai Balbini Decad. I. Miscellaneor. Historic. Regni Bohemiæ lib. VII. Tab. Genealogic. V. evolvet, ANNAM hanc non Boleslai Glogoviensis, sed Henrici Carinthia Duci, & Margaretham Boleslai, verum non Glogoviensis, sed Lignicensis Duci Conjugem fuisse cognoscet, quod & nos ad Tab. sequ. Genealogic. V. no. 2. probavimus. Pohlius in Annal. Wratislav. MStis ad an. 1291. BOLCONEM DUCEM OLSNICENSEM 23. Septembris die natum fuisse tradit.

(16.) Anonymi Leobiensis Chron. lib. V. p. 913. Tom. I. Script. Rer. Austriac. R. D. P. Hieron. Pezii ad an. 1314.

„Ludwicus autem Imperator Comites & Nobiles circa Aquensem Civitatem sibi favorabiles habens potentialiter introivit, & cum consorte sua FILIA DUCIS POLONÆ coronatus officium Regium, tam ibi, quam in Colonia in feodis concedendis & in aliis expeditiv.“

Anonymi coævi Chron. Ludovici IV. Imper. p. 417. Tom. II. Script. Rer. Austriac. „Ipse inclitus Dux Ludwicus in Uxorem duxit DOMINAM BEATRICEM, FILIAM ILLUSTRIS DUCIS POLONÆ.

Nicol. Burgundus in Vita Ludov. IV. Imp. lib. I. pag. 41. „Inter hæc fortunæ Tela

,, Tela, ne quid deesset ad malorum summa, BEATRIX LUDOVICI UXOR morbo extincta est, Quatuor ei supererant liberi: Ludovicus postea Brandenburgensis dictus, Stephanus, Mechtildis & Agnes. Genus e Polonia Regium dignis quoque Virtutibus impleverat moribus sanctissima, quibus totam familiam sic instruxerat ut ,, Templum quam Regia videretur.,,

Pohlius in Annal. Wratislav. MStis, ad an. 1323. „ Auch starb FR. BEATRIX, „ HERTZOG HEINRICHS III. in Schlesien zu GROSSGLOGAU Tochter, „ Kaysers Ludovici des Bayern erste Gemahlin: Eine Mutter Ludovici des Aeltern „ Hertzogs in Bayern, Churf. und Marggr. zu Brandenburg: Stephani Fibulati Pfaltz- „ grafens am Rhein: Beatricis, Caroli I. Königs in Ungern andern Gemahlin: und „ Mechtildis, Fridrici Marggraf. in Meissen Geniahlin.,,

Adlzreuteri Annal. Boicæ Gentis P. II. lib. I. no. XXX. ad an. 1322. „ Secutus „ est vigesimus secundus Seculi Annus Ludovico faustior: Fuisse sine luctu, nisi BEA- „ TR X POLONA Ludovici Conjunx moriens moerorem marito induxit & liberis „ Orbitatem: Reußher in Genealog. Wurffbain in Relatione Historica eam dicunt „ Silesiam Ducis Glogoviensis Filiam. Fuit illa Mater Ludovici, Stephani, Mechtil- „ dis, Agnetis. Monachii & D. Virginis Tumulum accepit.,,

(17.) Chronicon Salzburgense, (p. 424. Tom. I. Script. Rer. Austr. R. P. D. Hier. Pezii) ad an. 1309. „ Doninus Otto Dux Babariæ traduxit Uxorem suam DE „ GLOGAW in Festo Pentecostes & celebravit nuptias solemnes apud Straubingam, „ quibus interfuerunt Chunradus Archi-Episcopus Salzburgensis, & Dominus Ratis- „ ponensis & Chyemensis Episcopi, & Dominus Rudolfus, Comes Palatinus & alii „ quamplures Comites & potentes.,,

Chronicon Claustro-Neoburgense, (p. 478. l. c.) ad an. 1308. „ Dux Bavariæ „ Otto in Ungaria, cum in Regnum non proficeret, domum revertitur hac sola potitus „ apud Ungaros felicitate, quod Rutenorum Captivitates, in quas traditus fuerat, DEO „ miserante evasit. Regni tamen gloriam usquequa desperans titulum sibi ejusdem „ in suis interim litteris ascripsit, DUCTA FILIA HENRICI DUCIS GLOGOVIAE „ IN UXOREM.,,

Andr. Presbyteri Ratisbonensis Chron. Bavar. ad an. 1309. „ Otto Dux Bava- „ riæ Budæ coronatus cum citerioris Ungariæ Partes disponeret perlustrare, quidam La- „ dislaus Waywoda de præpotentibus Ungariæ eum captivavit & diu in custodia ten- „ tum dimittere noluit, nisi filiam suam recuperet in Uxorem. Quo renuente tandem „ ejusdem ministri auxilio de captivitate clam evasit & remotoribus terrisive partibus, „ videlicet Russia & Prussia more garrisonis sive lusoris transcursis venit Wratislaviam: „ ubi cognitus & proditus rursum est a DUCE POLONIÆ captivatus: Cujus FILIA „ IN UXOREM RECEPTA honorifice in Bavariam est reversus.,,

Adlzreuteri Annal. Boicæ Gentis P. I. lib. XXV. no. 20. p. 702. ad an. 1305. „ Ot- „ toneum Regnum Ungariæ secure lustrantem Ladislaus Transylvaniæ ut vocant Vai- „ voda captivum abducit, offensus quod Otho oblatas Filia Nuptias abquisset. In eo „ Carcere squalorem annum toleravit, donec familiaris servulus, an quod scri- „ psit Argentinas Vaivodæ Conjunx florentissimi Principis commiseratione Viam ad „ fugam aperuit. Elapsus Wratislaviam CONRADO Principi proditus novum adit „ periculum amittendæ libertatis, quam pactis cum AGNETE Poloni Filia nuptiis re- „ deniit: Octavo demum hujus Seculi anno patriæ redditus post longam jactacionem „ Straubingæ cum ingenti Boorum Gaudio nuptias cum AGNETE celebravit.,,

Idem P. I. lib. XXV. no. 24. pag. 706. ad an. 1311. „ Othonem Ungariam (ite- „ rum) ingredi parantem mors V. Id. Septembr. oppressit, cum Annum unum supra „ quinquagesimum vixisset: Hæredem reliquit ex AGNETE conjugé Heinricum tre- „ decim non amplius dierum Infantulum, cui moriturus præsente Landishutæ & „ Straubingæ Magistratu Ludovicum Patruelam solemini niuocupatione Tutorum di- „ xit, quæ Tutela magnas peperit Turbas & Dimiciones.,,

Dan. Parei Hist. Palat. lib. II. Sect. II. p. 72. „ Reliquit \* (Otho Dux Bavariæ, „ Rex Ungariæ, Frater Stephani) Filium fere tredecim dierum Heinricum juniores „ dictum Natterburgicum a castro, in quo nutritus fuerat: Is in Juventute fracto in „ saltando Crure extictus est A. clo CCC XXXIII.,,

Addit Celeberr. Dn. Joannis in notis: „ (\* ) Otto hic duas habuit Uxores: „ I. Catharinam, Rudolphi I. Imp. F. v. Aventin. l. VII. p. m. 710. Brunner. l. XV.

„p. 873. Tom. III. Annal. Boic. qua A. cl<sup>o</sup> CC LXXXIII. sine liberis defuncta, cum „per multos annos viduam egisset Vitam, tandem hanc duxit AGNETEN, quam cum „nonnulli Ladislai Transylvani faciunt Filiam, nescio an falsi sint: Polonicani certe „vocat Tolmidas Hist. Palatin. MSt. p. m. 55. Poloniæ Ducis Filiam Andr. Presbyt. „Chron. p. m. 31. ut & Tritthem. Chron. Duc. Bavar. p. m. m. speciatim Conradi Glogoviensium Ducis Avent. l. VII. p. m. 740. ut Gevvoldum Genealog. Bavar. generat. „XVII. taceam. Add. Brunner. lib. XV. p. 1010. Tom. III. Annal. Boicor. Adlreiter. „P. I. Annal. Lib. XXIII. p. 701. Car. Lud. Tolnerus, dum conjicit Agneten hancce „forsan confundi cum Anna Conradi Glogov. F. quæ altera Ludovici Severi fuerit „Uxor, an bene conjecterit videat ipse. Ex posteriore autem hac Hæredem Otto re- „liquit Hænicum Natterburgicum tredecim non amplius dierum infantulum: v. „Andr. Presbyter. Chron. l. d. Tritthem. l. d. Tolmid. l. c. Gewold. l. d. Adlreiter l. d. „p. 706. cui Gewoldus l. d. nescio qua fide Uxorem dat Annam, Fridrici Ducis Au- „striæ Filiam.,,

Contra hanc Scriptorum Rerum Bavariacarum fidem Thomas Ebendorfferus de Haselbach Chron. Austriac. l. III. p. 764. (Tom. II. Script. Rer. Austriac. R. D. P. Hieronymi Pezii,) Andream Ungariae Regem, Marchionem Estensem Glogoviæ Ducis Filiam (cujus vero nomen omisit,) duxisse, ex eaque Filiam suscepisse tradit: „Cappa igitur Monachali indutus Andreas & navi impositus absque mora & petitione littoris „per Danubium Budam usque traducitur, ubi a Baronibus cum magna gloria suscipitur „& FILIA DUCIS GLOGOVIÆ IN SILESIA sibi matrimonio sociatur & cum „eadem Albæ coronatur, ex qua & genuit Filiam.,,

Verum Agneten Andreæ III. Ung. Regis Uxorem non Glogoviæ Ducis, sed Alberti I. Imp. Filiam fuisse ipse antea Autor sub ejusdem libri Initium p. 747. & sequenti dixerat, quod & affirmant Chronicum Claustro-Neoburgense ad an. 1296. Anonymi Leobensis Chron. Lib. III. ad an 1291. & Gregorii Hageni Germanicum Austriae Chronicum p. 1137. Tom. Script. Rer. Austriac. R. P. D. Hieron. Pezii.

De AGNETE hac nostra testatur Diploma LXXXIX. Diplomatarii nostri Bohemo-Silesiaci.

(18.) (19.) Obierunt infantes in Monasterio Leubusino, sepulta sub Lapide cujus hæc Curæo P. II. teste est Inscriptio:

Hic jacent Pueri S. Hedwigis:

Hedwig und och Salome

Mit GOT'T vrohent sich ümmer me

Hinricus czwey edle Kind

Von Glogow hy begraben sind: Alle hernach.

(20.) Ita habet Index Abbatisiarum Monasterii Trebnicensis P. II. Ohnographia Clariss. Sinapii p. 630.

(21.) Vide quæ ad Tab. sequ. IV. no. 12. Diplomatis Fide explicavimus.

(22.) Ita Curæo P. II. Annalium p. 309. & 332. Pohlius in Annal. Wratislav. MStis ad an. 1334. „Auch ist Herzog Heinrich zum Sagan, ein frommier bescheidener Fürst, aus Kummer gestorben: Verließ nach sich von FR. MECHTILDIS, HERMANNI II. MARGGRAFENS ZU BRANDENBURG TOCHTER, Herzog Heinrich den V. Ferreum genannt, einen Kriegs-Erfahrenen tapfern Fürsten.,,

(23.) An. 1344. Pragæ die S. Clementis Glogoviensis Urbis alteram partem & Saganensem Terram a Rege Boh. Johanne Feudi nomine suscepit: vid. Dipl. Cl. Spec. C. nostri D.

An. 1345. IX. Kal. Decembr. Wratislaviae in Domo Fratrum Minorum testis aderat, cum Episcopus & Capitulum Wratislavensis Ecclesiæ sepe oppidum Grotkow a Rege Bohemiæ Johanne ejusdemque Regni Corona Feudi titulo recepisse profiterentur: vid. Dipl. XVI. Spec. C. nostri D.

„CONRAD von GOtis Gnaden Biſchof zu Breslavv, Herczog und Herr czur „Wartemberg und Bernſtadt, &c. beſtätigt zu Ottmuchtovv an der Mitvvochennach „S. Hedwigis-Tag, nach CHRISTUS Geburth MCCCCXXV. den Kauf zvveyer Vor- „vvercke zu Ellgutt, auch mit dem Theile des Kirchleins daselbst zu Lamprechtsdorff, „daß Hanns Baruth gehabt hatte, an Seyfrieden Baruth, ſeinen leiblichen Bruder. Des „ſind Geczeugen die Edlen, ſtrengen und vvoltüchtigen: Herr Hans, Burggrave von „Donyn: Herr Lorentz Roravv: Herr Franzke Petersvalde, Ritter: Peter Kremp- „nitz: Nickel Tader: Ulrich Monſterbergk und Nyclas VVeydenmüll, der Schreiber. „(Ex authenticō.)

„CONRAD von GOtis Gnaden Herczog in Schlesien und Biſchof zu Breslavv, „Herr czur Oelfs und czur Kofel, &c. beſtätigt zu Grottkavv am nechſten Dienstag „vor S. Thomas-Tag des Zvvölff-Bothen, nach CHRISTUS Geburth 1427. auf das Gutt „Buchvvald im Bernſtadtischen einen vviederkäuflichen Zins, den der ſtrenge Ritter, „Herr Thomschick von Tannefelt, der Tugendſamen Vravven, Agnesen von Borsnitz „und ihren vier Söhnen, Cuntzen, Jörgen, Sigmunden und Nickeln, von XXII. Marck „Geldes jährlich, gegen Empfang neuntzig und hundert Marck, Böhmischer Gro- „ſchen, Pohln. Zahl zugestanden: dabey ſind gevveſen, die Erbarn und vvoltüchtigen: „Adembach von Coppitz: Hans Banke von Falckenavv: Hans Karoho von Seyfrids- „dorff: Cunze Reydebrich von Sonnelich: Christoff Gumprecht: Johans Tarnavv, „Mitbürger zu Grottkavv: und Johans Goler, der Hofe-Schreiber zu Grottkavv. (Ex authenticō.)

An. 1435. die S. Mathæi VVratislaviæ reliquos Silesiæ Duces ad foedus contra ho- ſtium quorumvis injurias, maxime Hussitarum ineundum invitavit: teſtante id Dipl. CXL. Diplomat. nostri Bohemo-Sileſ.

An. 1441. d. 18. Julii Niſſæ Nicolaum Tſchanſtwiz in locum Johannis Copschüzii defuncti ſufficit apud altare S. Dorotheæ in Ecclesia Parochiali Monſterbergensi ad Instantiam Fridrici de Stoſch, Capitanei Monſterbergensis, Jus Patronatus dicti Altaris ob- tinentis. (Ex authenticō.)

Celeberr. Vir Mart. Hanckius de Silesiis Indigenis Eruditis singulari libro agens, Cap. XXVII. CONRAD! hujus, quem ex Fratribus ſeniorem fuſſe refert, vitam cura- tius expoſuit: & Eccleſiam VVratislaviensem ipſi Territorium Cantierſe & Jelciūm Caſtrum ſuo Āere additum, præterea Ottmuchtoviam contra Hussitas ſervatam debere teſtatur. Diem ſuum obiit an. 1447. d. 9. Aug. ut coævi Rolitzius & Dlugoffus tradunt, cujus hæc lib. XIII. ad an. hunc Verba: „Feria quarta in Vigilia S. Laurentii CONRA- „DUS EPISCOPUS VVRATISLAVIENSIS IN CURIA EPISCOFALI VVratislaviæ moritur, & in Ecclesia VVratislaviensi ſepelitur: Tertia quoque dies Septembris per

Capitu-

„Capitulum Wratislavense instituitur & nominatur pro futuri Pontificis Electione.  
 „Hic Pontifex erat Dux Slesia de Olesnicza & annis prope quadraginta rexit illam Ecclesiam. Sed sub ejus Regimine pene tota corruerat: unde quadam poenitundine  
 „ductus cesserat tribus Annis ante mortem Honori & Oneri Episcopatus: postea vero  
 „poenituit & tam Dignitatem quam possessionem, quæ jam per Capitulares eo resignan-  
 „te tenebatur, repetiit.“

Pohlius in Annal. Wratislav. MStis ad an. 1447. „Nachdem Hertzog CONRADUS Bischoff zu Breslau, der schweren Zeiten und kümmelichen Leidern halben, auch von vvegen Kriegs-Unfälle den mehren Theil der Bischöflichen Güter verpfändet, verloren oder ja dieselben sehr geringert, auch deswegen den Capitularibus beschwörlich und unangenehm, ist er drey Jahr vor seinem Tode vom Biestumb völlig abgetreten, welches er doch wieder, von seinen Brüdern aufgefrischt, abgefördert: starb d. 9. Augusti.“

(17.) Bothonis Chron. Brunsvicensc picturatum ad an. 1403. „Hertoghe Albrecht to Sassen, de vvert ein Korforste des Römeschen Riks, over nicht lange, na syenes Broder Dode Hertogen Roleffs unde vveren Sons Hertogen Wensla. He nam DES HERTOGHEN TOCHTER TO OLSITZE UN DE ORLYENS, (lege: in der Schlesyens,) DE HET OFFEKE, (i.e Euphemia) se telden keyne natürliche Arven, alse he vorstarff, so hyr na steyt.“ (Tomi. III. Script. Rer. Brunsvicens. Leibnitii p. 394.)

Hamelmannus in Oper. Genealogico-Historicis de Westphalia & Saxonia infer. p. 465. „Albertus III. successit Fratri (Rudolphi III.) in Electoratu, qui ex OFFEGA, CONRADI DUCIS OLSNENSIS IN SILESIA FILIA, anno DOMINI 1420. ducta, quando ejus Frater Rudolphus priori Anno mortuus esset, nullam problem sustulit, sed moritur an. DOMINI 1422.“

Idem p. 437. „Georgius (Princeps Anhaltinus,) qui ducta ultimi Dmni in Bernburg Bernhardi F. Metta consequitur Comitatum in Bernburg, sed post eam demortuam habuit ordine tres adhuc in matrimonio Matronas illustres: ut Viduam Rudolphi (Alberti) Electoris Saxoniæ EUPHEMIAM: tertio Sophiam Comitissam de Hollstein: quartam habuit Conjugem Annam Comitissam de Ruppin & Lindaw.“

Eadem habet Dan. Czepkius in Gynecæo Silesiaco Tab. Genealog. XIV.

(18.) Dlugossus I. XIII. ad an. 1467. „Die Martis undecima Mensis Novembr: HENRICUS DUX GLOGOVIENSIS, alias Kozuchovensis apud Kozuchovum moritur, & in Ecclesia Parochiali Kozuchovum sepelitur: unicum relinquens Filium HENRICUM sui nominis & duas Filias Annam & Elisabeth ex ANNA, FILIA CONRADI DUCIS OLSNICENSIS suscepas, quarum Anna nupsit Joanni Remberzky Baroni de Bohemia, Elisabeth vero Virgo extitit.“

Hanc Conradi II. Filiam fuisse vel eo Argumento colligimus quod Curzi & Pohlii Fide constet Sigismundum, Henrici X. Filium an. 1430. jam natum fuisse, ut curatius ad Tab. II. Genealog. no. 41. explicavimus, quod haud in Conradi III. Filiam caderet.

(19.) Dipl. CXL. Diplomatarii nostri Bohemo-Siles. incipit:

„Von GOTTES GNADEN vvir Conrad Bischoff zu Breslau: Bolcko Herczog zu Oppeln: Johannes, sein Sohn: Bernhard Hertzog zu Oppeln: Ludvick Herczog zum Briegk: Johannes Herczog zum Zagan: Conrad Cantner: Conrad der Weisse: CONRAD DER JUNGE, DEUZEN ORDENS;“ unde ob Ætatis nomen additum Conradi Albi Filium natu majorem i. e. CONRADUM VII. Teutonici Ord. Equitem fuisse colligimus: nisi forte quis, quem CONRADUM WOHLAVIENSEM dicunt Sinapius & alii, ex Fratribus natu minimum pro eo, quem Diploma hoc indicat, Conrado velit accipere.

Id constat & ex Dipl. XX. Diplomatarii nostri Bohemo-Siles. elucescit CONRADUM VII. Nigrum & CONRADUM VIII. Album communis Imperio Olsnensem Ducatum habuisse, & an. 1466. cum Wratislavia Pacem iniisse.

Obiit Conradius VII. Niger Pohlio in Annal. Wrat. MStis teste an. 1471. d. 15.

Aug.

Aug. quod & Hessus in Silesia Magna MSta affirmat. Pohlii Verba l. c. sunt hæc :

„Den 15. Aug. starb CONRADUS DER SCHWARTZE Hertzog czur Oels, „vor grossem Leydvesen, dass Er beforgte, Er müste aber eine neue Huldigung thun: „Ein kluger fridliebender Fürst, dem die Kriege vvider die Böhmen allzeit misge- „fallen.“

(20.) „An. 1442. am Dienstage in Weyhnacht heiligen Tagen verkauften zur „Oels Conrad der Weisse, von GOTIS Gnaden, Conrad, und CONRAD DER „WEISSE DER JUNGSTE von denselbigen GOTTES Gnaden Herzoge in „Slezien, und Herrn czur Oels, czur Kozil und Wartemberg &c. die Müle mit sambe „dem Teiche czu Smarsaw vor dreyffig Marck Groschen Behmischer Münze und „Pohlnischer Czahl an Jörgen Lauficzen chliche Husfrovve, uf einen rechten Wie- „derkauff.“ (Ex authentico.)

An. 1448. am Dienstage nach TRINITATIS bestätigte CONRAD DER „JUNGE WEISSE von GOTTES Gnaden Herzog in Slezien zur Oelsse und Ko- „zil &c. in der Stadt Oels einen jährlichen Zins von sechs Marck, den Hans Strach- „vitz von der Smarze seiner elichen Husfrovven, Frovven Barbara, uf alle deni, „vwas er zur Smarze hat, zu einem rechten Leib-Gedinge vermacht: Des sind Ge- „zeugen: Matze Wloth: Hans Pozer: Heincze Borsnitz von Stampen: Hans Hug- „witz: Burghard Eberhard von Gruttenberg: und viel andre.“ (Ex authentico.)

An. 1451. Die Lunæ post S. Martini Olsnæ Caspari Abschazio Stephani de Offigk bona emtionis titulo accessisse testatur: vid. Diploma LXXXV. Diplomatarii nostri Sileiaci.

„An. 1449. am nächsten Montage vor S. Georgen Tag bestätigt CONRAD „DER JUNGE WEISSE von GOTTES Gnaden, Herzog in Schlezien zur Oels „und Kozil &c. czur Oelsse die Abtretung der Ober-Gerichte über Korslitz, so Herr „Niclas Wolff, Thumb-Herr zu Breslavv, und Steffan Wolff, sein Vetter, in irem und „Herrn Conrads Wolff Nahmen an Patschken Sarnovvsky gethan: Des sind Gezeu- „gen: Ulrich Monsterberg: George Ror: Tschenke Borsnitz: Heincze Jeltsch, und „Dietrich Blanckenstein.“ (Ex authentico.)

An. 1454. die Mar. Magdalæ. dolentis Lignicium litteras dedit, quibus pro Consule Ambroſio Bitschinio intercessit: Integras habet Thebesius l. sapius c. P. I. Cap. LVIII. §. 6.

An. 1456. Die Solis ante Nativ. Mariae Trebnitii Czdenkonem a Borsnitz bona in villa Banowitz Joanni a Borsnitz vendidisse testatur: vid. Dipl. LXXXVI. Diplomat. nostri Bohemo-Sileſ.

„An. 1485. am Montage vor Hedvvigis bestätigte CONRAD DER VVEISSE „von GOTTS Gnaden in Slezien Herzog czur Oels, VVohlavv, VVartenbergk &c. „den Verkauff des Kretschams zu Tromendorff: des sind Gezeugen: Jan Seidlitz, „Hauptmann zur Oels: Hans Gumprecht: Hieronymus Gausky: und Johannes „Sterze der Schreiber.“ (Ex authentico.)

An. 1483. VVolaviae die Veneris proxima post festum S. Corporis CHRISTI Johannem de Falekenhayn annum decem marcarum ex molendino villæ Rauden censum Danieli a Pogrell vendidisse testatur: vid. Dipl. CCVI. Diplomat. nostri Bohemo-Sileſ.

An. 1469. VVolaviae Die S. Thomæ Joannem de Borsnitz litteris donat, quas sub no. CXXXVII. in Diplomatario nostro Bohemo-Sileſ exhibemus.

„An. 1488. am Freitag nach der H. Drey Könige Tag bestätigt czur Oels CON- „RAD DER VVEISSE von GOTTES GNADEN IN SLEZIEN HERZOG „ZUR OELSS, VVOHLAU, VVARTEMBERGK &c. Hanßen Seidlitz von „Karozke die Czinse, die er von seiner Mutter wegen uf den Gütern Smollen und „Smarzavv zu fordern hatte.“ (Ex authentico.)

„An. 1488. czur Oels am Freitag nach der H. Drey Könige Tag bestätigt „CONRAD DER VVEISSE VON GOTTES GNADEN in Slezien Hertzog „zur Oels, VVohlavv, VVartemberg &c. Fravven Barbaren, Christoffs Stangens eli- cher

„cher Haus-Vrovven, den uf Smarze hafftenden jährlichen Zins von acht Margk Heller, genger Müntze, vvelchen ihr Hanß Seidlitz von Karozke, von seiner Mutter herührend, vermacht und verschrieben.,, (Ex authentico.)

„Als an. 1488. am Dinstage nach dem Sontage Judica CONRAD DER VVEISSE von GOTTES Gnaden in Slezien Hertzog zur Oelfs, VVohlau und VVartemberg, &c. dem irbarn, vvoltüchtigen, seinem Diener und lieben Getreuen, Heinrich VVarlovovsky, einen Garten vor der Stadt Oelfs, am Trebnitzischen Thor, verliehen, sind dessen Gezeugen: die Erbarn, VVoltüchtigen und Erenfesten Jan Tader: Nickel Gafron, Nickel Posadovsky und Albrecht Sopke.,, (Ex authentico.)

An. 1490. Olsnæ Ducatus Olsnicensis Jura, Privilegia & Immunitates singulas confirmabat: quod Diploma Fasciculo diversor. Jurium lib. II. p. 201. Dn. a VVeingarten inseruit integrum.

Georgii Bohemiæ Regis Partes fecutus est, cumque Mathiæ Regis Indignationem sentiret, an. 1475. Ducatum Ducibus Saxoniæ vendendum obtulit: sed successu caruit negotium. Michaël Bojemuſ in vita Alberti III. Ducis Saxoniæ p. 77. (vid. Conr. Sam. Schurtzfleſchii Diſput. Histor. XXIX.) „Fuerunt iidem Principes (Ernestus & Albertus Duces Saxoniæ) paraturi Ducatum Olsnicensem a CONRADO ALBO, qui „non usus propitio Mathia Ducibus Saxoniciſ suam Provinciam obtulit vendendam „1475. & quidem emiſſent, quia & pecunia ex felici metallorum proventu abundabant, „& apud Mathiam illo Tempore gratia atque Autoritate valebant: sed spe a Mathia faſta exciderunt prætententibus callide Confiliariis Aulicis, paulatim hac ratione ad exteros Silesiani peruenturam. Itaque Mathias (qui Ducatum ipſe emit) CONRADUM „ALBUM Gubernatoris Dignitate Ducatui præfecit.,,

Cum vero Causam Johannis Ducis Saganensis Conradum tueri MATHIAS REX intelligeret, Ducatu eum exire inque Aurasiensem Arcem ad Viadrum fese ad Vitæ Dies recipere jussit: defuncto tandem an. 1490. Rege Mathia VVLADISLAI REGIS favor eum revocavit, Ducatique Olsnenſi Duce in restituit: sed eo per biennium saltim fruſatum erat, quo exacto an. 1492. d. 21. Sept. ultimus sux Gentis decessit. Pohlius in Annal. VVratislav. MStis adan. 1492. „Den 21. Sept. starb CONRAD DER VVEISSE am „S. Mathæi Tag, dieses Geschlechts der letzte Hertzog zur Oelfs, ohn Erben.,,

(21.) Diploma SIGISMUNDI IMP. HUNG. BOHEM. REGIS, Comitibus Schlickiis Pragæ an. 1437. die Veneris proxima post SS. Simonis & Judæ datum, quod confirmavit & integrum suis litteris CAROLUS V. ROM. IMP. VVormacii 1521. d. 27. April. inseruit, ita loquitur:

„So haben VVir den ehgnannten CASPAR SCHLIGK, der von Geburt, als vor- „gemeldt ist, tüglich ist, und den VVir vormahls vor vielen Jahren zu einem Frey-Herrn „gemacht haben, nach Lau Unſrer Kunigl. Majestät Brief: dem VVir auch neulich als „seinem verdienten Manne die Hochgebohrne AGNESEN, HERCZOGIN IN SCHLE- „ZIEN, CZUR OELS UND CZUR KOZEL, &c. UNSRE LIEBE MUEMB UND FÜRSTIN, „ZU EINEM GEMAHL GEGEBEN HABEN, also, daß des ehgnannten Caspars trefflich „Verdienen, und der vorgemeldten Unſrer MUEMB hohe Geburth Iren Erben und „Nachkommen einen evvigen Nahmen bringen, in dem Nahmen des Allmächtigen „GOTTES, von dem all Ehr und VVürde fliſſet, mit rechter VVissen und eigner Be- „känntniß, zu Graven zu Passau in VVelschen Landen erhaben, genannt, geschöpf, ge- „vvürdiget und gemacht.

Extat in Append. Diplomatū ad Æneæ Sylvii Histor. Rerum Fridrici III. Imp. Argentor. per Bœclerum edit. an. 1685. pag. 85.

Pohlius in Annal. VVratislav. MStis ad an. 1448. „In der Geburt blieb FR. „AGNES, FÜRSTIN VON DER OELS UND KOZEL, Graf Caspar Schligks, „der dreyen Römischen Kaysern löbl. Canzlers, so folgendes Jahrs Sonnabend nach UL- „rici durch den Schlag getroffen, Todes verblichen, Gemahlin, mit dem sie eilf Jahr „in der Ehe gelebt: liegen neben einander zu VVieu in dem Carmeliter-Kloſter.,,

# TAB. IV. GENEALOGICA,

Quæ ex Monumentis Fide dignis.

## DUCES SILESIAE SVVIDNICENSES, JAVORIENSES ET MONSTERBERGENSES PLASTI Sanguine ortos sicut.

\*

(1) BOLCO I. seu BOLESLAUS,  
Dux Zleſie, Dmns de Vürſtenberch,  
nat. 1133. † 1303. II. Kal. Febr.

(2) BEATRIX,

Othonis Longi, March. Brandenb. F. † .. .

(3) BERNHARDUS,

Dux Zleſie,

Dmns de Vürſtenberch, & in Svvidnitz,  
et in Svvidnitz,  
† 1326. 6. Maij.

(4) CUNEGUNDIS,

VVladislai Loſtici Pol. Reg. F.  
† .. .

(5) HENRICUS I.

Dux Zleſie,

Dmns de Vürſtenberch & in Javor,  
† 1346. 6. Maij.

(6) AGNES,

Wenceslai IV. Boh. Regis F.  
† 1342. 2. Maij.

nupta 1316. † .. .

(15) BOLCO II.

Dux Zleſie,

Dmns in Montifibergk,

Stephano Ducis Bavariæ,

† .. .

nupta 1299.

Abbariffa Streblensis;

† .. .

nupta 1341.

II. Junii,

† .. .

nupta 1341.

JUITHA,

† .. .

nupta 1342.

2. Maij.

† .. .

## ASSERTIONES TAB. IV.

(I.) **B**OLESLAUM hunc Ducem Silesia<sup>2</sup> Suidnicensem rerum gestarum fama opumque vi magnum, juniorem Boleslai II. Duci Lignicensis Filium, Leoberensem ab initio Terram habuisse, Wenceslai IV. cogn. Boni Diploma probat, Olomucii an. 1289. X. Kal. Septembr. editum, quo ipsi Oppidum Schönenberg Provinciæ Grecensis cum Villis adjacentibus confert hisce Verbis:

„Karissimo consanguineo nro Dmno BOLCONI incluto, DUCI SLEZIE ET „DMNO IN LEVVENBERG, petenti a nobis Oppidum nrum Schönenberg in regno „nro situm in Provincia Grecensi cum villis - - - donamus: &c.

vid. Diplomatarii Grisoviensis, quod Tom. VI. Ludewigiano extat, Dipl. VII. confirmant id Nicolai Abbatis Grisoviensis XVIII. Litteræ an. 1489. die Solis post Petri Vincula Grisoviæ confectæ, quæ de Monumentis Illustrium Equitum ex Zedlicziana Gente oriundorum in eodem Cœnobio reperiendis testantur, hiic Verbis:

„Bekennen öffentlich mit diesem Briefe, dass Wir funden haben und finden in „Unsern Privilegio des Erlauchtigsten, Hochgebohrnen Fürsten und Herrn, Herzog „BOLCKENS VON LEVVENBERG, seel. Gedächtnüfs, der ein Herr und Stifter ist „des obgemeldten Closters Griesaw, &c.

Suidnicensi Terra ab Henrico Probo Duce Wratislaviensi auctum fuisse tradit Henelius in Chron. Monasterbergensi: id Polonicarum Rerum Scriptorum fide constat, Henicum Probum an. 1288. in crastino Fundationis Ædis Wratislav. S. Crucis BOLESLAUM baltheo militari cinxisse, quibus ea tempestate jam Svidnicensis audit.

Dlugoff. lib. VII. ad an. hunc: „In crastino vero fundationis hujus (Ecclesiæ Collegiatæ S. Crucis) Fratres suos patruelos germanos Henricum Legnicensem vocatum Crassum, & BOLESLAUM SUIDNICENSEM militari baltheo accinxit, „(Henricus Quartus Wratislav. Dux.)

Math. de Michovia lib. III. Cap. LXIII. „Anno DOMINI 1288. Henricus Quartus Dux Wratislav. Ecclesiam collegiatam S. Crucis in Summo Wratislav. fundavit & erexit certum Prælatorum, Canonicorum & Vicariorum numerum instituens, & unicuique munifice de suis Introitibus largiens. Per hoc divinæ Majestatis iram placaturus, quam exiliando Thomam Episcopum & Clerum Wratislav. incurrerat, & vehementer offenderat. In crastino vero hujusce fundationis Fratres suos patruelos Henricum Legnicen. vocatum Crassum, & BOLESLAUM SUIDNICENSEM baltheo militari cinxit, „

Defuncto absque liberis Henrico Probo Duce Wratislav. cum BOLESLAI Frater natu major Henricus Crassus, Dux Legnicensis Wratislavensem sibi quoque Ducatum invito licet Conrado Glogoviensi, qui Testamento hæres scriptus erat Populo assentiente vindicaret, Urbes Javoriam, & Strelam dono accepit BOLESLAUS, quas sequabantur: Strigovia, Francosteinum, & Reichenbachium: ut auxiliatrices Henrico Crasso contra Conradum manus ferret. Dlugoff. lib. VII. ad an. 1291. „Conspirasse Fratrem suum BOLESLAUM SUIDNICENSEM Ducem adversus se & in suam perniciem ignorans Henricus (Crassus Dux Wratislav. & Lignic.) ferri sibi præsidium & se ab illo tara armis, quam Consiliis contra Conradum Glogoviensem Ducem juvari & defendi crebris nunciis precibusque optat, facilius mutuo & fraterno Auxilio Conradi infidias superaturus. Quo operam suam, dummodo sibi aliquam sortem de Wratislavensi Ducatu juxta se ac illum contingente donare consentiat, devote fœdus secum paciscaens duas illi Civitates Jawor & Strzegom ex pacto donat. Qui donatione hujusmodi suscepit se jurejurando omnem defensionem & assistentiam Henrico Quinto contra Conradum Glogoviensem Ducem præstiturum. „

Idem l. c. ad an. 1292. „BOLESLAUS SVVIDNICENSIS DUX, nunc languorem, nunc militum renitentiam, nunc intemperiem Aëris allegans cunctando tempusque extrahendo Henicum Fratrem Wratislavensem Ducem fallebat. Pro exploranda itaque & sananda BOLESLAI SVVIDNICENSIS DUCIS mente alter instruitur conventus: In quo BOLESLAO SVVIDNICENSI DUCI, tenuem se sortem ab Henrico Wratislavensi Duce recepisse causante, recusanteque succursum Henricus VI ratislav. & Legnicensis Dux tria rursum illi Oppida, videlicet Rychembach, Franckenstein, atque Strzelin ad priora adjecit novumque & iteratum jusjurandum accepit pol-

„licentem se omnibus Viribus & potentiis, rebus atque fortunis & proprio Corpore „Henricum contra Conradum adjuturum.“

Math. de Michovia Lib. III. Cap. L X I V . „Henricus Quintus conspirasse „Fratrem suum BOLESLAUM aduersum se ignorans facta conventione cum „eo de forte sua Civitates Jawor & Strzegom ei assignavit: Pro quarum dona- „tione astrinxit se jurejurando contra Couradum Glogoviensem Assistentiam præ- „stitudinum. Non tamen præstitit, sed nunc intemperiem Aëris, nunc ægritudi- „nem, nonnunquam Militum renitentiam pro excusatione exposuit. Ideo altera „Conventione cum eo facta & excusatione, quod ei tenuem fortem largitus esset, audita, „ad priora Henricus Quintus adjecit præfato BOLESLAO SVVIDNICENSI DUCI „tria Oppida, videlicet Reichenbach, Franckenstein & Strzelin novumque Juramentum „appositum est omnibus potentiis Auxilia aduersus Conradum Ducem Glogoviæ BO- „LESLAUM SWIDNICENSEM præstitudinum.

Mart. Cromerus lib. X. ad an. 1292. „Videns autem Henricus Bellum a Conrado „Patruo contra se magno studio comparari, cum non parvam Wratislav. conuentus par- „tem illi favere non esset nescius, ad eundem Fratrem BOLESLAUM mittit oratum, „ut arma secum aduersus Conradum conjungat: ignarus pactorum, quæ ille prius cum „Conrado pepigisset. Caussificatur BOLESLAUS tenuitatem facultatum suarum: tan- „dem acceptis ab Henrico duobus Territoris Javoriensi & Strzegomensi jusjurant- „dum dat se ipso non defuturum. Ubi Tempus expeditionis facienda advenit, admoni- „tus pauci ab Henrico BOLESLAUS moras nectere, & nunc hoc, nunc illud causari. „Dat ei rursus Henricus tria Oppida Reichenbachum, Franckensteinum & Strzelinam: „Nihilo tamen ille magis fidem promissis præstitit.

Ino cum an. 1296. Henrico Craffo moriente Filiorum ejus impuberum Tutelam susciperet, Sobotkam Arcem præmii loco consecutus est. Confitentur id Dlugossus lib. VIII. ad an. hunc: „Henricus Wratislavensis sensim se ad portas mortis appropinquare „agnoscens accersito Germano suo Duce BOLESLAO SUIDNICENS!, hujusmodi „Verba facit: Quamvis, inquit, angustiarum & acerbitatum mearum, hujus quoque mor- „tis, quæ adventat, cooperatorem te noverim, excessurus tamen e Vita & Tribunal Æter- „ni Judicis petiturus singula tibi indulgeo, & trium natorum meorum, Boleslai, Henrici & „Wladislai, tot enim relinquebat, tibi curam & tutelam mando, rogans, ut te fidelem & „propitium nepotibus tuis patruum geras. Qui etsi ad id se pronum offerret, tutoriam „tamen subire, nisi sibi de castro Sobotha perpetuo cederet, recusabat. Qua re vehementius „tius Dux Henricus, quam conveniebat, incensus adjecit: Prioribus, inquit, malis, quæ a „te pertuli, non contentus etiam quæ residua sunt, auferre conari. Dum itaque re infes- „cta BOLESLAUS DUX SUIDNICENSIS discederet, nobiles & cives Wratislavensi „persuaserunt Duci Henrico etiam de castro Sobotha ratione tutoriæ cedendum esse, „ne ex orphanitate plura amittere cogerentur. Duce itaque Svidnicensi BOLESLAO „revocato, sic illum Dux Henricus est allocutus: Ex quo, inquit, absque castrum Sobotha „renunciatione tutoriam puerorum meorum abnus suscipere, non solum castrum Sobotha „tibi resigno, sed & natos meos, deinde universos Nobiles, Vasallos, Cives & Subditos „& universa, quæ ditionis meæ sunt, tuæ fidei simpliciter trado.

Math. de Michovia Lib. IV. Cap. III. ad an. 1296. „Henricus Dux Wratislav. & „Legnic. Filius Boleslai intelligens se tormentis transactæ captivitatis debilitatum ac con- „fractum propeque moriturum, accersito Germano suo BOLESLAO SUIDNICENSI „Curam & Tutelam Filiorum suorum ei commendavit, qui tutoriam subire detrecta- „bat, nisi sibi de castro Sobotha perpetuo cederet. Henrico autem Duce vehementius „excandescente & maledicente, quod non contentus prioribus residua auferre conare- „tur, Dux BOLESLAUS SUIDNICENSIS discedebat. Astantes autem Duci Hen- „rico persuaserunt, ut de castro Sobotha etiam ratione tutoriæ cederet, ne ex orphanitate „plura Filii amittere cogerentur: Quo revocato & castrum Sobotha ei resignando Filios, „Nobiles, atque Vasallos ei in tutoriam tradidit. „

Ut ergo gratam, quam vivo Fratri non testatus erat mente, eo mortuo redderet BOLESLAUS, suscepit Liberorum ejus Tutela expeditionem in Conradum Glogoviensem Ducem parabat, qui tamen senio confessus ad pacem inclinatior, ei Haynovensem ac Boleslaviensem Urbem obtulit. Affirmat id Dlugossus Lib. VIII. ad an. 1297. „Varii dissensionum & deinde Bellorum motus inter BOLESLAUM SUIDNICEN- „SEM & Conradum Glogoviensem Ducem suborti sunt: Dux enim Suidnicensis BO- „LESLAUS

„BOLESLAUS moleste ferens Germanum suum Henricum Ducem Lignicensem & „Wratislavensem captivitatis molestii vexatum & extinctum & notabili portione Du- „catus Wratislavensis exutum, molestare illum coepit. Et tractatibus pacis interposi- „tis duo oppida, videlicet Haynov & Boleslav quidem pro se & Filiis retinuit & in „districtu ejus castrum Kliczendorff erexit: Haynoviam vero pueris Henrici Wratis- „lav. servavit, in cuius etiam Limitibus castrum Koczenov construxit.“

Math. de Michovia Lib. IV. Cap. IV. „Anno Domini 1297. BOLESLAUS „SUIDNICENSIS moleste ferens Germanum suum Henricum V Wratislav. & Legni- „cens. Ducem captivitatem passum & notabili portione Ducatus V Wratislav. exutum „fuisse, contra Conradum Glogovien. bellum coepit, interpositisque tractatibus pacis „duo oppida illum restituere compulit, videlicet Boleslav, quod pro se & Filiis ejus, & „in districtu ejus castrum Kliczendorff erexit, & Haynov, quod pueris Ducis V Wratislav. „Fratis sui reservavit, in cuius limitibus castrum Koczenov construxit.“

Mart. Cromerus Lib. XI. „BOLESLAUS SUIDNICENSIMUM Dux suscep- „tutela liberorum Henrici Fratris Ducis V Wratislav. & Legnicensi moliebatur bellum „adversus Conradum patrum Glogoviensium Ducem, quod is Henricum Fratrem „suum foedo tetroque carcere ad mortem adegisset magna parte bonorum mul- „ctasset. Verum gliscens bellum inter ipsa initia sospitum est inter Agnatos veritos „ne inter se belligantes tertio prædæ essent: cum Conradus duo Territoria Boles- „lavense & Haynoviense ex pacto BOLESLAO reddidisset, quorum Haynoviense „quidem Cozonavia arce munitum postea Filiis Henrici Boleslaus reddidit, Boles- „lavense vero retinuit & in eo Clicedorffiam arcem condidit.“

Ita increvit BOLESLAI fama, qui & opibus abundans Bregam, Nemcium & Grotcoviam munivit: Regem inde Bohemiæ V Venceslauum IV. fines suos cum exercitu ingredi prohibuit: ac V Wratislaviæ in se insurgentis motus composuit, quæ singula iidem tradunt Autores. Dlugoff. l. c. „Justitia autem & modestia suos & nepo- „tum suorum Principatus gubernans sub brevi Tempore magnas opes habuisse cre- „ditus est: Unde castra & civitates Bregam, Nyempcz, Grodkov muris notabilibus „erigens præcipuuus inter Duces illarum partium habebatur. Unde & Duci Boheniæ „V Venceslao terris suis vastationem minitanti congregato Principatum suorum exer- „citū occurrere, usque ad locum Landishutte gradiens, cum eo decertare paratum se „ostendit. Ad civitatem quoque V Wratislavensem rebellionem sibi tanquam Tutori „nepotum molientem cum notabili Exercitu accedens & obsidione eam strigens non „prius supplicibus Civibus temeratam mentem ignoscere aut civitatem V Wratislavien- „sem ingredi consensit, donec altitudo Civitatis quatuor cubitis fuit detruncata.“

Math. de Michovia l. c. „Idem BOLESLAUS castra & civitates Bregam, Nyempcz, Grodkow muris cinxit: Ducique Bohemiæ Wenceslao vastationem ei „minitante cum exercitu occurrit & decernere paratus fuit. Ad civitatem quoque „Wratislavensem tanquam puerorum tutor non admissus obsidione eam strinxit & „supplicibus ignoscere ac civitatem Wratislav. ingredi noluit, donec altitudo murorum „Civitatis quatuor cubitis fuit detruncata.“

Mart. Cromerus l. c. „BOLESLAUS cum divitiis abundaret, Bregam, Nim- „ciuum, Grotcoviam oppida munivit: Et Wratislavenses Imperium suum detectan- „tes quodam tempore ostentata obsidione eo adegit, ut moenium Urbis altitudinem ad „quatuor cubitos demolirentur: Bohemum quoque bellum sibi minuante ad Lau- „dishutam intrepide cum exercitu obviam progressus ab instituto deterruit.“

Hæc Scriptorum fide collegimus. An. 1290. (cujus nocte S. Johani. Baptista Henricus Probus Dux Wratislav. decesserat) VIII. Kal. Nov. BOLCKO noster Reichenbachii agens egregio Urbem Franconensem Diplomate donabat: cuius excerptum Henelius in Chron. Monasterberg. edidit.

An. 1292. quod Johannes miles partem Villæ Ossin prope Monasterbergam sitæ Cœnobio Camenicensi vendiderat, ratum habuit: eodem Autore l. c. teste.

E. a. in Vigilia Nativitatis Gloriosæ Virginis Mariae Cœnobiū Grisoviense fundavit & dotavit:

vid. C. nostri D. Dipl. LXXXV.

An. 1293. in prævigilia Nativitatis Mariæ, cum Jus opifices fovendi Præsuli Henrichoviensi Gosvinius Judex hereditarius Monasterbergensis & Communitas ejus-

dem Urbis dubium reddere vellent, Litem Strigoviæ diremit & Jus Abbatii afferuit: ut Henelius l. c. curatius tradit.

E. a. VIII. Id. Januarii Civitati Strelyn omnia genera officinarum concedit: vid. Dipl. LXXI. Diplomatarii nostri Bohemo-Silesiaci.

An. 1295. in die S. Epiphan. in Schœnau agens Cœnobio Grislovieni villam Sastirhuzen largiebatur:

vid. Diplomatarii Grislovieni. Tom. VI. Ludevigiano Dipl. V. p. 379.

An. 1297. in die S. Petronellæ Virginis Landishutta factam Rudigeri de Hugovicz villa sua Voglingsdorff eidem Cœnobio Venditionem confirmat:

vid. Diplomat. Grislov. Tom. VI. Ludevig. Dipl. XXVII.

An. 1298. in die Annunc. Gloriosæ V.M. Lignicii redditus annuos XXX. Marcarum ex Teloneis adjacentibus eidem Cœnobio confert.

vid. Diplomat. Grislov. Tom. VI. Ludevig. Dipl. LXXXIV.

E. a. in die S. Elizabeth in Kanth varios eidem mansus censuales Jure Ducali exemptos Feudi nomine concessit: vid. Dipl. XCI. l. c.

An. 1301. in divisione Apostolorum villam suam Maslicz Cœnobio S. Claræ Vratislaviensi obtulit, in quo Diplomate se ipsum TUTOREM TERRÆ VVRATISLAVIENSIS dixit:

vid. Diplomat. nostri Bohemo-Silesiaci Dipl. XXXVI.

Hoc eum Anno diem suum obiisse tradunt Dlugossius Lib. IX. ad an. 1301.  
 „Utroque Ducatu SUDNICENSI & Wratislav. annis pluribus in rigore & justitia gubernato Dux BOLESLAUS SUDNICENSIS, alter filiorum Boleslai Legnicensis „Ducis, qui primus exactiones Principatibus suis & Nepotum imposuit & nobilium „subditorum suorum servitia, quanta videlicet quisque arma in bellum latus esset, „habendo ad bona hæreditaria respectum, conscripsit, qui & Monasterium Ordinis „Cisterciensis in Grizzovv fundavit & dotavit, moritur & in eodem Monasterio Grissovieni sepelitur, tres Filios relinquens: BERNHARDUM cui, Ducatus Suidnicensis cessit: HENRICUM, qui Jaworensem: & BOLESLAUM, qui Sambicensem alias „Monsterbergensem fortitus est Principatum.

Math. de Michovia Lib. IV. Cap. IV. „An. 1301. BOLESLAUS Dux Suidnicensis, Filius Boleslai Legnicensis Ducis, mortuus est & in Monasterio Grislow Ord. Cisterciens. quod fundavit & dotavit sepultus. Hic primus exactiones principatibus suis & nepotum suorum imposuit nobiliumque servitia & numerum armatorum ad bellum expediendorum per respectum ad bona hæreditaria descripsit. Hic reliquit tres Filios: BERNHARDUM Suidnicensem, HENRICUM Javoriensem & BOLESLAUM Sambicensem alias Monsterbergensem.

Mart. Cromerus Lib. XI. „Non diu post pacificationem illam cum BOLESLAO Conradus Glogoviensis superstes fuit: - - - - - secutus est eum BOLESLAUS qui primus subditis suis & Henrici Fratris filiorum exactiones inauditas ante eum diem in Polonia imposuit nobilitatemque ex censu pro magnitudine Possessionum & reddituum descripto militare jussit cum viritim antea militaret. Reliquit autem Filios BERNHARDUM Suidnicensem, HENRICUM Javoriensum & BOLESLAUM Sambicensium sive Monsterbergensem Duces.

Eandem Sententiam nostrates una fere voce tuentur: Curæus P.I. Henelius in Chron. Monsterberg. aliique: imo Pohlius hæc in Annal. Wratislav. MStis ad an. 1301. „Im Jahr 1301. starb BOLESLAUS, sonst BULCO genannt, der Herzog zu „Schweidnitz, der jungen Herzoge zu Liegnitz und Breslau treuer Vormund, ein „weiser, reicher und tapferer Fürst: Liegt im Kloster Grislow, das Er An. 1292. gestiftet und begabett, begraben. Er hat ein Erbgeschoß in den Städten, und Ritter-Pferde-Dienst auf dem Lande aufgebracht: dainit ein ieder Stadt und Belehnter wifse, wie hoch er seinem Fürsten jerlichen und in der Noth zu dienen schuldig sey. „Landshutt hat er vvider der Böhmen Einfall dem Lande zu Hutt aufgebauet: Brieg, „Nymptsch, Grotkavv, Strelen, Greiffenberg mit Mauren, Graben und Wällen bevestiget: das Schloß Bolkenhayn aufgeföhret: Wenceslaum den König in Behmen von „dem Lande Schlesien, darnach er gestanden, abgeschrecket. Herzog BULCONIS „Schwverdt und Harnisch vvoid noch auf dem Rath-Hause zur Schwednitz ver-„vahret, und den Fremden zu heben und zu schwrencken geviesen. Von Fravv „BEATRICE, Ottonis des Langen, Margrafens zu Brandenburg Tochter, verließ Er

„drey Söhne: BERNHARDUM, Herzog zur Schweidnitz: HENRICUM, Herzog „czumi Javver, Agnethe, Wenceslai Königs in Böhmen Tochter, Genahel: und BO- „LESLAUM, Hertzog zu Münsterberg. Auch zvvo Töchter: Fr. JUTHAM, Hert- „zogs Stephani in Bayern Gemahlin: und Fr. BEATRICEM, die er zu Streh- „len in S. Clarae Kloster, so er gestiftet und versehen, gethan, darinnen GOTT zu „dienen.“

Infringit tamen Sententiam hanc ipsius BOLCKONIS Diploma an. 1302. in die S. Trinitatis in Landishutta editum, quo Venditionem Villa Kyndesdorff a nobili Fricz- kone de Tannenberg Monasterio Grissoviensi factam ratam habet:

vid. Diplomatar. Grissov. Tom. VI. Ludewig. Dipl. XXI.

cui si Lapidis, quamvis munitati, ea tamen, quæ supersunt, Verba ex Cœnobio Grisso- viensi addes:

MCCC. - - - III. KL. FEBRUAR. - - - BOLCKO  
SENIOR FILIUS INCLYTI DUCIS BO - - -

elucescat inde non an. 1301. sed an. potius 1303. III. Kal. Febr. defunctum esse, quod & ex alio Hermanni Longi March. Brandenb. Tutoris Filiorum impuberum Ducis BOLCKONIS Diplomate, hoc an. 1303. de Villa Strom Cœnobio Camencensi (Henelio in Chron. Monsterberg. Teste) concessa edito, colligitur.

(2.) Qua hæc BEATRIX, cuius in Diplomate Fundationis Grissoviensis an. 1292. & in alio an. 1308. in Kanth edito, quo bona sua in villa Heyden se Ticzkoni de Ross do- nasse testatur, (vid. Diplomat. Grissov. Tom. VI. Ludewig. Dipl. XCIV.) nomen occur- rit, gente oriunda fuerit, anceps disputatio est. Sunt, qui Ottonis Longi March. Bran- denb. Filiam autumant, quæ recepta plerumque est Opinio: alii vero, in primis Auto- res quidam Chron. MSt. recentiores, inter quos facile princeps Thebesius l. antea sæpius c. Cap. XV. §. 12. Hackenborniam fuisse tradit: nec desunt, qui BOLCKONEM ad se- cunda Vota transiisse, itaque & hanc & illam Conjugem habuisse credunt. Nos ne rem dubiam plane dimittamus, curatius Originem ejus indagabimus, & quod illud attinet ad secunda Vota BOLCKONEM transiisse, ceu conjecturam nullo penitus Argumento suffultam removemus, imo Thebesii Sententiam haud tuemur, qui l. c. P. I. Cap. XXI. §. 14. adeo eam se fovere fatetur, quod constet BEATRICEN hanc Casimiro III. Duci Tessinensi nuptam fuisse, inde eum hic an. adhuc 1289. \* superstes fuerit, BOLCKO cam postea viduam ducere & Filios tres, imo Filias ex ea suscipere haud potuisset. Ve- rum unde constet BEATRICEN Casimiro III. Duci Tessinensi Conjugem fuisse, an Scriptoris coævi, an Diplomatis cuiusdam Fide, Thebesius non addidit, nos certe fugit, qui potius id matrimonium ad Tab. Genealog. sequ. VI. no. 12. in dubium vocamus. Negari quidem haud potest Bolconem II. Ducem Svidnicensem Diplomate an. 1354. edi- to, quo Villam Hohndorff Ecclesiaz Wratislav. donavit, Johannem nobilem Virum de Hackinborne Avunculum dixisse: imo Agneten ejus Conjugem an. 1368. die Lunæ post Misericord. Domini hæc in Diplomate quodam, de necessitudine, quæ Ducibus Svidnicensibus cum gente Hackinbornia intercessit, verba fecisse:

„Die angebohrne Mögeschaft, Freundschaft, Liebe und Treue, damit der Hoch- „gebohrne Fürst und Herr, Herr BOLCKE, Herzog in Slezien, Herr von Fürstenber- „ge, czu der Sweidniz, und Marckgrave czu Lausitz, seelger unser herzeliebter Herre und „Gemahel, mit dem edlen Herrn Hannsen von Hackinborne, seine und auch unserm „lieben Ohemen von Angebornkeit verbunden gevvest ist:“  
unde autem hæc Originem traxerit ad Tab. I. Genealog. n. 42. curatius explicatum est: nec habebit, qui Agnetis verba, quæ nunc relata sunt, & illa BOLCONIS II. cogitat, quare alium Vocis Avunculi sensum ac Germanicæ: Oheimb, esse crebet. Redeat ergo, quæ supereft, Pohl in Annual. Wratislav. MSt. (ad an. 1301. vid. no. anteced. i.) & Henelii Sententia BEATRICEN hanc, BOLCONIS Conjugem, Ottonis Longi March. Brandenb. Filiam fuisse, ut eo in primis Henelius in Chron. Monsterberg. Argumento affir- mavit, quod Diploma Hermanni Longi March. Brandenb. Fratris hujus BEATRICIS, Francosteinenibus tutorio Filiorum impuberum BOLCKONIS I. nomine an. 1307. fe- ria III. a festo Elisabethes Schoenoviæ concessa extet, quo Ducem pie defunctum ver-

G g g gg

bis

\* Imo adhuc an. 1294. supererat: vid. Tab. VI. Genealog. no. 11.

bis expressis Sororium suum dicat. Accedit Chronicon MStum Anonymi, qui hæc ad an. 1288.

„BOLCO DUX POLONIAE BEATRICEM Marchionissam Brandenburgensem „Corinthoralem ægrotantem apud suos reducit.

(3.) Res ejus ab an. 1308. quo pubertatis annos eum attigisse tradit, ad an. 1322. gestas variis Diplomatibus adhuc ineditis in Chron. Monsterbergens. illustravit Henelius, quæ cum nos inter excerpta nunc edimus, hoc loco repetere noluimus. Nec desunt alia:

An. 1310. Suidnicii in die S. Walpurgis villam Russendorff, cum villa adjacenti, Arnoldo & Hermanno de Petirswaldau contulit: vid. Dipl. XXVI. Diplomatar. nostri Bohemo-Silesiaci.

An. 1311. una cum Ducibus Wratislav. & Legnicensibus, ac Henrico Fratre Terram Opavensem Pignoris nomine habuit: vid. C. nostri D. Dipl. LX.

An. 1317. in die Palmaruni in Landishutta mansos quosdam Coenobii Grissoviensis in Bertoldisdorff & Stregov fitos immunes ab omni Servitio reddidit, hoc saltim addito, quod „sepe dicti Fratres in Grissovo unam lampadem perpetuo & sine intermissione „ardentem super Tumbam Karissimi Parentis nri, (sunt Verba Ducis Bernhardi) Illustrissimi Principis, Domni BOLCKONIS clare memorie de proventibus predictorum manorum confovere debeant, perpetuis Temporibus in fururum:

vid. Diplomat. Grissov. Tom. VI. Ludevig. Dipl. LXXXV.

An. 1318. in die S. Trinitatis in Kanth nobilibus de Rusk decem marcarum redditus cum dimidio fertone ex Villa prope Strigoviam, quæ Merico vocatur, absque servicio dextrariali concessit:

vid. Dipl. Grissov. Tom. VI. Ludevig. Dipl. LIV.

An. 1319. proxima feria V. post Dominicam, qua canitur: Invocavit, in Stregin, in Curia Cruciferorum, factam Coenobio Grissov. a Milite suo Sandir quatuor maldratarum filiginis ex Allodio Vegbütel, & duarum ex Thomaswalde donationem habuit ratam:

vid. Diplomat. Grissov. Tom. VI. Ludewig. Dipl. LII.

An. 1322. Prælio Ludovicum Bavarum inter & Fridricum Austriacum prope Mühl-dorff gesto eum interfuisse, & Ludovico auxiliatrices manus tulisse Chron. Aulæ Reg. his verbis testatur: „Porro Ludovicus Joannem Regem Boëmiæ, Henricum Ducem „Bavariæ, hujus Regis generum, ac BERNHARDUM DUCEM SLESIAE, in sua parte „fecum habuit. ”

An. 1324. V. feria proxima ante Festum Palmarum in Urbe Monsterbergensi degens, litem inter Henricum Abbatem Grissoviensem & Heydenricum de Predil exortam transactione compositam esse testatur:

vid. Diplomat. Grissov. Tom. V. Ludewig. Dipl. XVII.

Dlugoffi & Math. de Michovia fide constat, ipsum an. 1323. in Lithuania & Samogithiam adhuc barbarem militatum cum Cruciferis abiisse; sed an. 1326. defunctum esse, idem Dlugoffus lib. IX. ad an. hunc testatur:

„Sexta Maji BERNARDUS SLEZIE & SUDNICENSIS DUX, gener propter Filiam Wladislai Poloniae Regis obiit: „

cui accedunt Diplomata duo, quorum unum Filii BOLCONIS II. quod in Dipl. Grissov. Tom. VI. Ludewig. est LXXXIV. hoc a. 1326. in Vigilia Pentecostes editum, annum hunc ipsum annum migrationis a Seculo Patris nostri, Principis preclarissimi, „dixerit appellat, Coenobio Grissoviensi tertiam partem unius dextrarii de Bonis DUCIS BOLCKONIS II. in Wirbena cum exemptione eorundem ab omnibus Servitiis & Jure Ducali donans; alterum Diplomatar. nostri LIII. quo CUNEGUNDIS Vidua hoc an. 1326. in die S. Lucia Virginis in remedium & salutem Animæ Mariti dilectissimi BERNHARDI, Coenobio Grissoviensi quinque marcas reddituum ex sylva Rusk donat. Idem affirmit Inscriptio Lapidis in Coenobio Grissoviensi, quæ tamen recentior:

HIC REQUIESCIT  
INCLYTUS DUX SUDNICENSIS BERNHARDUS  
FUNDATORIS HUJUS COENOBII BOLCONIS  
GLORIOSI FILIUS: SATIS EST:  
OBIIT ANNO CHRISTI M CCC XXVI.  
DIC VIATOR REQUIESCAT IN PACE.

(4.) Wla-

(4.) Wladislai Loctici Pol. Regis Filiam fuisse diserte affirmant Dlugoss lib. IX. ad an. 1326. vid. no. anteced. 3. Math. de Michovia Lib. IV. cap. XX. „Ad futuram itaque nuptiarum Solemnitatem Avus Virginis (Elizabeth, Boguslai Ducis Stolpensis Filiæ, Romanorum Imp. CAROLO IV. jungendæ) Kazimirus Rex Polon. vii. Reges & Principes, videlicet: Ludovicum Hungariae, Nepotem suum, Sigismundum Daciæ & Petrum Cyperi Reges: Ottomem Bavariae, Semovitum Mazoviae, BOLESLAUM SUIDNICENSEM, FILIUM SORORIS SUÆ, Wladislaum „Opolicensem & cæteros Principes corrogavit ac invitavit.

Mart. Cromerus lib. XL. „SOLUS BERNARDUS SUIDNICENSIVM DUX, „GENER WLADISLAI REGIS, et post eum Filius ejus unicus Boleslaus in fide & societate Polonorum permanesce.

Henelius in Adversariis Hist. Silesiacæ MStis Margaretham vocat: sed CUNEGUNDIS nomen habuisse Diplomat. nostri Bohemo-Siles. Dipl. LIII. affirmat, cuius hæc Maritum & Filium ejus Verba probant :

„In nomine DOMINI Amen. Nos CUNEGUNDIS DEI gracia Ducissa Slezie & Domina de Vürstenberch - - - - accedente etiam ad hoc illustris „Principis, Filii nostri Karissimi, Dmni & Ducis BOLCONIS Favore plenissimo & „consensu in remedium & salutem anime Serenissimi Principis Dmni & Mariti nostri „dilectissimi BERNHARDI Ducis Slezie & Dmni de Vürstenberch - - damus „concedimus & largimur &c.,“

(5.) HENRICUM hunc BERNHARDI Ducis Suidnicensis Fratrem fuisse & cum eo ac Ducibus Wratislavensibus Oppavensem Terram an. 1311. pignoris nomine habuisse litteræ, de quibus ad no. 3. Tab. hujus Gencalog. diximus, Olomucii an. 1311. Id. Julii editæ affirmant.

Chron. Aulæ Regiæ ad an. 1329. „Cives Civitatis Gorlitz grave Jugum, quod „eis HENRICUS DUX SLESIÆ DICTUS DE JAVVOR, eorum tunc Doni- „nus, injuste sæpius imposuit, ferre noluerunt, & ad Wenceslaum (i. e. CAROLUM IV.) „Johannis Regis Boëmiae primogenitum tunc in Francia constitutum legatos misse- „runt, qui dixerunt: Nos, ô Domine, qui hæres legitimus Regni estis Boëmiae, ad vos „noveritis hæreditarie pertinere: quamvis enim veluti sub quadam Obligatione dotis „nomine diu sub Marchionum Brandenburgensium fuerinus ditione; tamen quia hi „omnes extinti sunt divina permissione, obsecramus, ut nos & Filios nostros radici, de „qua processu dignemini denuo inferere & Regno Boëmiae, quod vobis natura & „Jura appropriant, reunire. Istorum itaque nuntiorum Votum & Homagium Hæres „iste juvenis Senum usus consilio suscipit Urbemque Gorlitz cum Civibus Tutamini „Johannis Regis Patris sui ut primitias Regni sui fideliter recommittit. Facit Pater, „quod petit Filius: nam ad hoc ejus erat Animus non modicum inclinatus. Fama „namque tunc volabat publice, quod prædictus HENRICUS DUX SLESIÆ Jo- „hannem Regem conatus fuerit latenter occidere: quod quidam miles hujus rei testis „dictus Wilricus de Uzk volebat in duello contra Ducem more & modo militibus „congruo conprobare. Igitur Urbem, quam Dux perdidit, Rex possedit.“

Martinus Bohemus in Chron. Laubanensi MSt. hæc de eo ad an. 1320. „HER- „CZOG HEINRICH IN SLEZIEN, HERR CZUM FURSTENBERG UND „JAWOR, hat nach Abgang Marggraf Woldemars diese Stadt (Lauben) bekom- „men: Er hat unsfern Vorfahren einen freyen Saltz-Marck gegeben, und Ihnen die „Obergerichte confirmiret: hat auch eben dieses Jahr einem seiner Lehns-Leute mit „Nahmen Opitz und seinen Erben die Land-Gerichte um eine Marck jehrlichen „Zinses verkaufft, und erblichen verliehen, daß Er als ein Erb-Richter die Straffen „die Ober-Jurisdiction belangend hette: und haben Ihm und seinen Erben die Laub- „ner jehrlich uff Johannes und Mertini Vogt-Heller geben müssen, bis uff das Jahr „CHRISTI 1404. zu welcher Zeit ein Rath allhier die Ober-Gerichte und Vogtey „mit allem Zugehör erkaufft, von einem mit Nahmen Steffen Koleishaim, mit Be- „willigung und Bekräffigung Königs WENCESLAI, CAROLI IV. Sohn.“

„Dieser Hertzog HEINRICH hat auch um das Jahr 1320. das Kloster allhier „gebauet und fundiret, und etliche Kloster-Jungfravven des Ordens S. Mar. Magdal. „von Naumburg am Queiss ins Kloster gesetzt und transferiret, ihnen auch andre „Heerligkeiten verliehen.“

An. 1318. (f. 1328.) in castro prope Olsnitz mortuo Woldemaro March. Brandenb. Urbem Terramque Gorlicensem consequitur: cum Rex Bohemiæ Johannes Marchiam Budissinensem occuparet:

vid. Diplomatar. Bohemo-Sileſ. Tom. V. Ludewig. Dipl. XLVIII.

An. 1319. in die B. Gervasii & Prothasii in Conradiswalde annum duarum marcarum ex villa Berwigsdorff censum Cœnobio Grissoviensi contulit:

vid. Dipl. Grissov. Tom. VI. Ludewig. Dipl. LVIII.

E. a. X. Kal. Octobr. in castro prope Olsnitz „Jura omnia, quæ sibi in Mar- „chiis Budissinensi & Lusicensi competebant, in Johannem Bohemiæ Poloniæque Re- „gem transtulit,: Diploma habent Balbinus Part. V. Epist. Public. ad Lusatiam pertinen- „tium Epist. V. Tom. VI. Ludevvigianus pag. 3. & Excell. Dn. Hoffmannus Tom. IV. Script. Rerum Lusatistarum p. 186. Adde Dipl. XLIX. Diplomatarii Bohemo-Silesiaci Tom. V. Ludevvig.

An. 1329. in die Inventionis S. Crucis VVratislaviæ Civitatem & Terram Gor- liciensem cum omnibus suis Juribus, Dominiis & Pertinentiis eidem Regi Johanni vendidit: de quo negotio nos certiores reddit Diploma apud Balbinum l. c. Epist. VII. Tom. VI. Ludevvig. pag. 5. & Tom. IV. Script. Rer. Lusatistarum p. 188. adde Dipl. L. Diplomatar. Bohemo-Sileſ. Tom. V. Ludevvig.

An. 1331. in Sexta B. Bartholom. Apost. Fidejusfores de recipienda Terra Gorlicensi a Rege sibi datos hac recepta a nexu dimittit: vid. Tom. VI. Ludevvig. Dipl. V. pag. 9.

An. 1336. VVratislaviæ Burggravium a se in Canth constitutum, „ut se mortuo „Regi Bohemiæ cum codeni Castro suo pareat, obediatur & intendatur,“ adstringit: vid. Tom. VI. Ludewig. Dipl. IV. p. 8.

An. 1337. in Octava Innocentium Wratislaviæ Regi Bohemiæ suisque Successo- ribus ex grata mente, dum ad vitæ dies Civitatem & districtum Glogoviensem acce- perat, Civitates quasdam Lusatia: Luben, Frideburg, Sorau & Puck offert, ut se abs- que prole mascula decedente ad Regnum Bohemiæ revertantur: habent Diploma Bal- binus l. c. p. 271. Epist. VIII. Tom. VI. Ludewig. p. 12. Hoffmannus l. c. p. 191.

E. a. & die Zittaviam a Rege sibi pignori datam liberam restituit, Burggravium que & alios homines ac Vasallos ejusdem territorii ad fidelitatis Homagium Regi præstandum adstringit: extat Diploma Tom. VI. Ludewig. p. II.

E. a. & die Civitatem Gorlicensem cum pertinentiis universis Regi Johanni donat: vide Diploma apud. Balbinum l. c. p. 272. Tom. V. Ludewig. p. 638. & apud Dn. Hoffmannum l. c. p. 192.

E. a. & die in Glogovia sibi ad Vitæ dies donata Regi Bohemiæ Jus Aperturæ concedit: vid. Dipl. Tom. VI. Ludewig. p. 7. & 8.

E. a. in Epiphan. Dmni Wratislaviæ pro Rege Johanne suis sumtibus in Polono-, in alios vero rebelles restituendis a Rege, se militatum abire velle pollicetur: vid. Dipl. Tom. VI. Ludewig. p. 10.

E. a. in Dominica, qua canitur: Lætare, Wratislaviæ „se, quam Rege consenti- „ente Zittaviæ Collectam exigebat, cum eo partiri velle promittit: vid. Dipl. Tom. VI. Ludevvig. p. 13.

Diploma an. 1341. die BB. Petri & Pauli Cervimontio datum est XXVII. Diplo- matar. nostri Bohemo-Sileſ.

An. 1346. in crastino Epiphaniæ in Bomslavia factam Parentis Ducis BOLCO- NIS ex Theloneo Lembergensi & Bomslaviensi Cœnobio Grissoviensi XIII. marc. denario. singulis annis solvendarum donationem confirmat: testante id Dipl. LXI. in Diplomat. Grissov. Tom. VI. Ludevvig.

Hoc eum Anno obiisse Pohlius in Annal. Wratislav. MStis refert: „In diesem „Jahre starb HENRICUS I. Herzog czum Jauer, Boleslai I. Herzogs zur Svveid- „nitz Sohn, Herzogs Bernhardi zur Svveidnitz, und Herzogs Boleslai zu Monster- „berg Bruder: hat mit Fr. AGNES, Königs Wenceslai in Böhmen Tochter, kein „Kind gezeuget: Sein Fürstenthum fiel auf Boleslaum II. den letzten Fürsten zur „Svveidnitz, seines Brudern Sohn.“

Mart. Bohenus in Chronicō Laubanensi MSt. ad an. 1346. „Dis Jahr starb „Herczog HINCKO, und kam also der Lauban, Zittavv, sammt andern Städten in „Ober-Lausitz, an König Johannsen in Böheimb den Blinden.,,

(6.) Franciscus Canonicus Pragensis in Hist. Bohem. MSt. P. II. lib. I. Cap. XXX.  
 „Anno DOMINI MCCCXVI. HENRICUS, FILIUS DOMINI BOLCONIS  
 „DUCIS SLEZIE DE SUIDNITZ, duxit legitime sub matrimoniali Fœdere AGNE-  
 „TEM Virginem, D. Wenceslai Regis Fundatoris Aulæ Regiæ Filiam, quam ex Do-  
 „mina Elizabeth Regina sua secunda Conjuge genuerat.

Idem coævo Testimonio affirmant Chron. Princ. Polon. hoc Volumine extans: & Benessius de Weitmille Canon. Pragens. in Chron. Eccl. Pragens. MSt. vid. Balbin. Decad. I. lib. VII. Cap. XXXIV. pag. 143. Ante maritum ipsam decepsisse fide scribo Diplomaticis, quo an. 1337. in octava Innocentium superstes Henricus Dux Javoriensis Civitatem Zittaviam, & castra quædam se habuisse confitetur ratione dotis propter nuptias DOMINE AGNETIS CONTHORALIS QUONDAM NRE KARISSIME: vid. Tom. VI. Ludevig. p. 12.

(7.) BOLCONEM hunc II. Ducem Silesiæ Suidnicensem BERNHARDI & CUNEGUNDIS Filium fuisse affirmant Diplomat. nostri Bohemo-Siles. Dipl. LIII. quo

„CUNEGUNDIS accedente ad hoc Illustris Principis FILII NOSTRI CARIS-  
 „SIMI, DOMINI ET DUCIS BOLCONIS, favore plenissimo & consensu in reme-  
 „dium & salutem Anime Serenissimi Principis Dmni & MARITI DILECTISSIMI  
 „BERNHARDI, Ducis Slezie & Dmni de Vürstenberch, quinque marcas reddituum ex  
 „sylva Rusk prope Strigoviam Cœnobio Grissoviensi largitur;

& Diplomatar. Grissov. quod Tom. VI. Ludevig. continetur Dipl. LXXXIII. quo

E. a. 1326. Swidnicii in die S. Lucia Virginis Dux BOLCO II. factam a Parente Duce BERNHARDO Cœnobio Grissoviensi centum marcarum donationem confirmat: cuius hæc verba hic pertinent:

„cum PATER NOSTER Carissimus, Illustris Princeps BERNHARDUS, debitum Carnis solvere deberet, DOMINO sic jubente;

item:

„de maturo consilio MATRIS NRE CARISSIME, DOMINE ET DUCISSE CU-  
 „NEGUNDIS. „

præterea hoc Diplomate annum hunc „ipsum annum migrationis a Seculo Patris sui preclarissimi appellat.

E. a. tempore Reversionis sue de Partibus Reni Apeczkonide Stephinshayn dimidium dextrariale de Scultecia in Bela dimisit, in Landishutt fer. IV. prox. ante Festum Simonis & Judæ: vid. Dipl. XXV. Diplomat. nostri Bohemio-Siles.

E. a. in castro Swydnicensi in Vigilia Pentecostes tertiam partem unius dextrarii de bonis suis in Wirbena Cœnobio Grissoviensi, quod „super Jure & Dominio supremo „auget, „remittit:

vid. Diplomat. Grissov. Tom. VI. Ludewig. Dipl. LXXXIV.

An. 1327. in Vigilia S. Andreæ ob Turbas quasdam Suidnicii exortas iis compositis se Civibus omnibus condonare profitetur. (Ex Cod. MSt.)

An. 1328. Landishuttæ in die Ascensionis Domini Monasterium Grissoviense Henrico Buchwalt incultam Villam Königshayn prope Lubaviam ad vitæ suæ Tempora sub meliorationis lege dedisse testatur: vid. Dipl. Grissov. Dipl. XXVI.

E. a. in Vigilia B. Apostoli Jacobi Urbis Suidnicensis Privilegia & Jura suo Diplomate confirmavit & auxit. (Ex Cod. MSt.)

E. a. in Vigilia Andreæ Apostoli se Terræ Suidnicensi nullum nisi prævio Nobilium suorum & Civium Suidn. Consilio Capitaneum dare velle promisit. (Ex eod. C. MSt.)

An. 1330. in die S. Mar. Magdal. Swidnicii, quod Ullmannus de Rusvin Alodium in Golschitz situm Monasterio Camencensi vendiderat, ratum habuit:

vid. Diplomat. nostri Bohemio-Siles. Dipl. LII.

E. a. die Solis Reminiscere ob copiosam Pecunia summam sibi a Suidnicensibus voluntarie erogatam, quod Judicium Curiæ suæ in ipsa Civitate Suidnitz sine impedimento suo & Successorum perpetuis Temporibus debeat permanere, concedit. (Ex Cod. MSt.)

An. 1332. in Octava Epiphani. Landishuttæ, quod Jerusius de Scaliz medium Villæ

Ludwigsdorff Partem Monasterio Grisoviensi vendiderat, ratum habuit: vid. Dipl. Grissov. l. c. Dipl. XXV.

An. 1337. Landishutte feria tertia post Lætare Civitatem Friburgensem egregio Diplomate munivit: quod Diplomat. Bohemo-Siles. Tom. VI. Ludewig. est XXV. & omnibus Incolis civibus „Pannos & stamna cujuscunque valoris & coloris ulnatim „vendendi facultatem concedit.“

An. 1338. Fer. II. in conductu Festi Pentecostes Stregoviæ Tabulas matrimoniales condidit: quarum excerptum ex TABUL. CÆSAREO dedit R. P. Steyererius in Commentariis pro Historia Alberti II. Ducis Austriae cogn. Sapientis scriptis pag. 687.

An. 1340. Kal. Febr. CONSTANTIA Abbatissa Tzaniczenis Ord. S. Claræ Dioeces. Cracov. PRZEMISLAI Ducis quondam Glogoviensis Coniux BOLCONEM hunc II. Fratrem suum profitetur: vid. Diplomat. nostri Bohemo-Siles. Dipl. LXII. quo bonorum dotalium Tutorem Carolum IV. Imp. tanquam Bohemiae Regem constituit „in casu, quo Illustrem Principem Dmnum BOLCONEM DUCEM ZLESIE ET DNUM „SUIDNICENSEM, FRATREM NRUM KARISSIMUM mori contigeret.“

An. 1347. „am Freytagen nach S. Martins-Tage giebt BOLCKO, von GOTTES „Gnaden Herczog in Schlesien, Herr vom Fürstenberk und zur Sueidniz, der Stadt „Schvveidnitz einen Fürstl. Brief, daß kein Kretschamb noch Handvverck bianen der „Meile von der Stadt seyn soll, dessen sind Zeugen: Herr Kärntzel: Herr Petsch von „Uchtritz: Seyfried von Rausendorff: Rüdiger von Wildperg: Günther von Scheln-„dorff: und Peter von Czedlitz, der Land-Schreiber. (Ex Cod. MSt.)“

An. 1349. „am nechsten Montage nach dem Oster-Tage giebt BOLCKO, von „GOTTES Gnaden Hertzog in Schlesien, Herr vom Vürstenberk und czur Svveidnitz, der „Stadt Jauer zur Schvveidnitz einen Brief, daß kein Kretschamb noch Handvwerk bin-„nen der Meile von der Stadt seyn soll, dessen sind Zeugen: Herr Ulrich Schoff: Herr „Conrad Uchteritz: Seyfried von Rausendorff: Rüdiger von Wildperg: - - - - - „Mareschalck: Thime von Schellendorff: - - - - von Seyfriedaw: Peter von „Zedlicz, der Land-Schreiber. (Ex eod. Cod. MSt.)“

An. 1340. feria IV. proxima ante Cœnam DOMINI in Monasterio Grisoviensi in Domo Abbatis, Transactione quadam inter Abbatem & Nackonem de Scalitz inita Opipidum Schönenberg Cœnobio afferuit:

vid. Dipl. Grissov. l. c. Dipl. VIII.

An. 1341. in die S. Margaretha Virginis glorioſa Pragæ testem egit, cum Casimirus Pol. Rex, Johannem Bohem. Regem in Patrem & Carolum Mora viæ Marchionem in Filium adoptaret:

vid. Diplomat. Bohemo-Silesiaci Tom. V. Ludewig. Dipl. XXXII.

An. 1341. in villa Czola de Successionibus Conjugum ab intestato Constitutionem edidit: quam singulare Dissertatione Celeberr. Dn. MILICH Argentorati an. 1701. d. 17. Oct. illustravit.

An. 1342. feria III. ante Diem Viti & Modesti Martyrum Beatorum Suidaicii Margaretham Koldicziam nurui suæ Enydæ de Czirna veri dotalitii nomine Villam Callndorff assignasse confitetur:

vid. Dipl. Grissov. l. c. Dipl. LIX.

An. 1344. die Sabbathi proxima ante SS. Trinitatis Festum liberum Salis Forum Suidnicensibus indulget. (Ex Cod. MSt.)

An. 1346. eum prospero successu cum Rege Bohemiæ Johanne bellum gessisse Dlugoff. lib. IX. tradit: „Ad ignominiam & sugillationem tam suam quam Regni sui „Johannes cœcus Bohemiæ Rex reputans singularem, quod singulis fere Silesiæ Ducibus ditionem & obedientiam suam professis solus SUIDNICENSIS DUX BOLESLAUS, NEPOS CASIMIRI REGIS POLONIÆ EX SORORE, sibi subiici fastidiens & detrectans Poloniæ potius Regno quam Bohemiæ se adhæsurum „subjectumque omnibus viribus conatusque adniteretur, variis & frequentibus „guerris & infestationibus cœpit illum & Principatus suos percellere & vexare. Sed „cum magno animo bella sua & hostilitates refelleret, magno exercitu congesto ver- „sus Suidniczam adveniens eandem Obsidione vallavit. Sed conatus suos intelligens „recidere militibus BOLESLAI SUIDNICENSIS DUCIS strenue in defensionem „civitatis operas suas navantibus ad irritum soluta obsidione discessit & Landishuttam cœpit

„cœpit præsidioque imposito, cum cœcutiret & ad munera bellica parum idoneus esset,  
„in Bohemiam rediit. Post cujus discessum Boleslaus in quadrigas milites armatos  
„imponens ad Landishuttam illos ire jussit: quæ cum ad oppidum Landishuttam, merces  
„enim, non milites ferre rebantur, admissæ fuissent, profilientibus ex improviso militi-  
„bus recuperatur Oppidum præsidio Bohemicali partim capto partim expulso.“

Eadem habet Mart. Cromerus lib. XII. qui tamen bellum hoc ad an. 1345. referre videtur: cui & Curæus P. I. accedit. Add. CAROLI Vita apud Freherum, quæ & Ducem BULCONEM cum Ludovico Imp. contra Johannem & Carolum fœdus cum iniisse testatur.

An. 1345. „Dienstags vor SS. Tiburtii und Valeriani Martyrum giebt Herzog „BOLCO allen seinen Zoll, den er zur Schvveidnitz gehabt, seinen getreuen Bürgern „und der Stadt zu Schvveidnitz umb 220. Marck breiter Pfenninge, Prager Groschen, „iedoch mit dem Bedinge, daß sie hiervon den Salz-Zoll nehmen sollen, darumb, daß „sie den Irbarn Leuten und Brüdern zu Griffau 12. Marck von demselben alle Jahre ge- „ben sollen, vvelche 12. Marck ihnen sein Vater Herzog BERNHARD zu einem See- „len-Geräthe uf den ganzen Zoll zur Schvveidnitz beschieden hat: Es sollen aber auch „die Bürger den Salz-Zoll so lange inne haben, bis sie die verschriebne 12. Marck den „geistlichen Leuten mögen abkauffen: alsdenn sollen sie frey seyn, und den Salz-Zoll „mit dem andern Zoll frey gentissen.“ (Ex Cod. MSt.)

An. 1349. in die S. Dionysii Suidnicii „in contractum precariæ inter Conradum „de Czirna & Monasterium Griffoviense initum consensit: quo ille pro villa Pfaffen- „dorff ad vitæ dies a Cœnobio sibi concessa trium marcarum annum censum ex villa „Hoendorff Terræ Haynoviensis pollicetur:“

vid. Diplomatar. Griffov. l. c. Dipl. XXXIX.

An. 1350. in die Epiphan. DOMINI Monasterium Griffoviense villam Heinrichsdorff emisse testatur: vid. Diplomatar. Griffov. l. c. Dipl. XXII.

An. 1351. in Octava S. Jacobi Apostoli in Czedliz „annuum censum Testamen- „to Tanimonis Ryme Cœnobio Griffoviensi legatum in & super tabernam in Tsche- „chin confirmat:“ vid. Diplomat. Griffov. l. c. Dipl. LIII.

E. a. proxima Dominica die ante Festum B. Laurentii de Theloneo in villa Czobothen & Advocatia Provinciali Diploma edidit: quod est XXIII. Diplomatarii nostri Bohemo-Siles.

E. a. Fer. IV. proxima ante Festum B. Martini Episcopi Wratislaviæ Diplomati testis subscriptis, quo Nicolaus Dux Monsterbergensis CAROLO IV. Imp. & Bohem. Regi Urbem Francostenensem vendidit:

vid. C. nostri Diplomatici Dipl. LXXVII.

E. a. die S. Floriani Urbibus Suidnicio, Strigoviæ, Reichenbachio in decem annos Monetæ Jus concessit. (Ex Cod. MSt.)

An. 1352. Griffoviæ in die S. Barnabæ Apostoli omnia & singula Cœnobii Griffoviensis Jura & Privilegia suo Diplomate confirmavit & auxit: quod Diplomat. Griffov. l. c. est XCII.

An. 1353. Suidnicii die Mercurii proxima post festum SS. Petri & Pauli utrumque Ducatum Suidnicensem & Javoriensem, salvo tamén Conjugi amantissimæ ad vitæ dies Usufructu, in ANNAM, HENRICI FRATRIS Filiam, CAROLI IV. Rom. Imp. & Bohem. Regis Uxorem transtulit:

vid. C. nostri D. Dipl.

E. a. Id. Decembr. Wratislaviæ testis egregio Diplomati subscriptis, quo CAROLUS IV. Rom. Imp. & Bohem. Rex Episcopatum Wratislavensem adornabat:

vid. C. nostri D. Dipl. LXXXIX.

An. 1354. Suidnicii in die S. Michaëlis Archangeli Monasterium Griffoviense a nobili gente Czirnia villa Novæ Richenovv partem emisse testatur: vid. Dipl. Griffov. Dipl. LXXXI.

An. 1356. Pragæ Id. Aug. testem egit, cum CAROLUS IV. Diploma egregium Bulla aurea insigne Wratislaviæ suæ impertiretur:

vid. C. nostri D. Dipl. CXLVI.

An. 1357. X. Kal. Junii „in villa, quæ antiqua Aqua appellatur, degens Monasterium Hhh hh 2 ,rium

„rium Grissoviense Jeschkonii de Scalevviz allodium seu predium Zarovv vendidisse  
„testatur:

vid. Diplomat. Grissov. Dipl. L.

An. 1358. Suidnicii Feria VI. proxima ante Dominicam, qua cantatur: Misericordia Domini, XVII. marcarum annuos ex villa Knegenicz redditus Cœnobio Grissoviensi addit:

vid. Diplomat. Grissov. Dipl. LXXV.

E. a. Id. Decembr. Wratislaviæ Diplomati CAROLI IV. subscrispsit, quo Territorium Grotoviense Bohemæ Feudum esse REX afferuit & VVratislavieni Ecclesiæ in perpetuum adunivit:

vid. C. nostri D. Dipl. X.

An. 1360. in die omnium Sanctorum Lubaviæ Cœnobio Grissoviensi Advocatiam judiciumque supremum & infimum in Oppido Lubovia donat:

vid. Diplomat. Grissov. l.c. Dipl. XVIII.

E. a. Cervimontium litteris egregiis donabat: vid. Dipl. XXIV. Diplomatar. nostri Bohemo-Siles.

An. 1361. Suidnicii Dominica Quadragesimali, qua cantatur: Oculi mei, se a Rege Bohemæ ad vitæ dies medietatem Civitatis Glogoviaæ accepisse profitetur:

vid. C. nostri D. Dipl. CIII.

E. a. die Lunæ in ipso CHRISTI Redemptoris Festo Natali Urbis Suidnicensis JusMonetæ paulo ante in decennium concessum iterum prorogavit. (Ex Cod. MSt.)

An. 1363. Cracoviæ eum in Vigilia B. Luciæ Virginis glorioſæ egisse cumque Casimiro Rege ad CAROLUM IV. Imp. ac Johannem March. Moravia Fratres ab una; & Ludovicum Ung. Regem Rudolphum & reliquos Austriae Duces ab altera parte dissidentes componendos Arbitrum electum fuisse Diploma ex TABULAR. CÆSAR. VIENNEN. a R. P. Steyererio in Commentariis pro Historia Alberti II. Ducis Austriae cogn. Sapientis scriptis, pag. 375. editum testatur.

E. a. die S. Hieronymi Urbi Suidnicensi Juris Magdeburgici Usum concessit. (Ex Cod. MSt.)

An. 1364. XX. Mens. Augusti Luboviæ degens Cœnobio Grissoviensi villam suam Trutlibisdorff cum allodio & juribus universis donat:

vid. Diplomat. Grissov. Dipl. XX.

E. a. Ind. II. VI. Id. Febr. Brunnæ testis aderat, cum CAROLUS IV. IMP. translatam a Margaretha, Ludovici Sen. March. Brandenburg. Vidua, in Comitatu Tyrolensi in Rudolphum Austriae Ducem, ejusque Fratres Successionem Diplomate suo probaret: vid. R. P. Dn. Steyererii l. antea c.p. 381.

An. 1365. die Jovis ante omnium Sanctorum Litteris Fryburgi vernaculo Sermone editis Syfridum de Donyn villæ Rabinensis partem Elisabethæ de Seydeliz vendidisse testatur: vid. Diplomat. Grissov. Dipl. LX.

An. 1367. XIV. Febr. Brunnæ villam suam Bertholdisdorff Cœnobio Grissoviensi donavit: vid. Dipl. Grissov. Dipl. X. in quo MARCHIONIS LUSACIE titulo utitur, & HENRICUM I. JAURENSEM DUCEM PATRUUM SUUM fuisse testatur.

E. a. Feria II. proxima ante Diem S. Galli venditam Lusatiam esse consitetur, cuius Diplomatis hoc excerptum est:

„Wir BOLCKO von GOTIS Gnaden Herzog in Schlesien, Herr von Vürstinberch, czur „Swidnicz, und Marchgrove czu Lusitz - - - - - globen bey unsern gutten „Trewen ane Geuerde, dass wir den Koff, der da gescheen ist czu dieser Zeit umb das Land „Lusicz und sine Zugehörungen, zwischen dem Durchleuchtigsten Fürsten und Herrn, Herrn „Wenclaw, Kunige czu Behem, unsern lieben Vetter, an eynem Theil, und dem Hochgeboren „Fürsten und Herrn, Herrn Otten, Marggraven czu Brandenburg, an dem andern Theil, ste- „te, gaucz und unverbrüchlich haben und halten wollen, in allen den Puncten und Articeln „und nach alle der Brieve Meinung und Laute, die sie daroben bedirfet gegeben haben, und „die darobir gemacht und begriffen sind: Mit Urkund diz Brives, versiegelt mit unserm Inn- „siegel: Gegeben zu Gobin, Anno M CCC LXVII. Feria II. proxima ante Diem S. Galli, „per Petrum de Czedliz.,“ (Ex Cod. MSt.)

An. tandem 1368. Feria VI. post diem S. Jacobi Eum diem suum obiisse testatur Anonymi coxvi Chron. Princip. Poloniæ hoc Volum. editum: accedunt huic sententie

tentia Rositzius in Chron. & Num. Episcop. Wratislav. Dlugossus Lib. IX. ad. an. 1368. „Vigesima septima Julii BOLESLAUS SUDNICENSIS DUX, NEPOS „EX SORORE CASIMIRI POLONIAE REGIS, nullam prolem de AGNETE „AUSTRIÆ DUCISSA CONSORTE SUA suscipiens in Swidnicz moritur, & in „Monasterio Grisovieni sepelitur. In hoc Suidnicensium Ducum deficiente stipite „& Suidnicensis & Jawriensis Ducatus ad Bohemiæ Regem CAROLUM ratione „consortis suæ secundæ ANNÆ, Filiæ unicæ Jawriensis Ducis HENRICI, Fratris „germani BOLESLAI SUDNICENSIS, est devolutus: Qui ex tunc Duces habere „definens in Provinciæ formam redactus est.,“

Pohlius in Annal. Wratislav. MStis ad an. 1368. „Den 28. Julii am Freytag „nach Jacobi ist BOLESLAUS Hertzog zu Sweidnitz, Jawer und Fürstenberg, „Marggraf zu Lausitz, der letzte dieses Stammes, gestorben: Liegt zu Grissaw begraben. Seine Gemahlin, Fraw AGNES, Hertzogs LEOPOLDI I. zu Oesterreich „Tochter, behielt gedachtes Fürstenthum zu ihren Lebe-Tagen. Gemelter Hertzog „hat das Schloss Kynast und Schmiedeberg erbawet: den Kynast vvie auch Greiffenstein sammt den zugehörigen Gebürgen und Dörffern, unter welchen auch der „Warmbrunn gevvesen, hat Hertzog BOLESLAUS Herrn Gottsche (Gotthard) „Schoffen vvegen seines ritterlichen und tapffern Verhaltens, und seiner treugeleisten Dienste mit Kayserlicher Befreiung und Confirmation erb- und eigen übergeben, daher noch auf heutigen Tag die Herren Gotschen desselben Geschlechts sich „auf Kynast schreiben. Das Hertzogthumb fiel mit vollen Recht und durch die aufgerichteten Verträge auf Wenceslaum, König in Böhmi, Kaysers Caroli, und Fr. „ANNÆ Sohn, der sich dessen angemasset: der Kayser thet es confirmiren, auf daß „es forthin in künnftigen evvigen Zciten zu der Cron Böhmi gehören sollte.,“

Henelius quidem in Adversariis Histor. Silef. MStis. hæc refert: „Filium habuit „BOLCO II. sed qui vivo jam patre in castro Bolckenhain a Morione in Iram provo- „cato jactu lapidis interemtus & in eodem Cœnobio Grisovieni tuinulatus est, sub La- „pide cædem indicante..“

Verum cum de eo taceat Anonymi coævi Chron. Principum Poloniæ hoc Volum. extans: imo Dlugossus diserte affirmet nullam ex Agnete Austriaca prolem habuisse Bolconem II. & nos eum studio in Tab. hac Genealogica omisimus.

(8.) AGNETEN hanc Leopoldi I. Archi-Duc. Austriæ Filiam suisse testantur Anonymi coævi Chron. Principum Poloniæ hoc Volumine extans: Math. vel. Gregor. Hageni Germanicum Austriæ Chronicon. (Tom. I. Scriptor. Rer. Austr. Hieronymi Pezii, p. 1130.) „Derselbe Herzog Leupold gevann czvnu Töchter bey der „Fraw von Saphoy: die erste vvar Kathrey genannt, die vvard in ihren jungen Jahren dem Herzogen von Klösin gemehlet und geben, bey dem sie einen Sun hat geborn: die andre Tochter Herzog Levvpolds vvar Fravv AGNES genannt, und ward aim Herzog von Slezien, Herrn czur Sweidnicz, gemehlet: die starb nach „CHRISTI Geburth tawsend dreyhundert und newncig Jahr.,“

Anonymi coævi Leobiensis Chronicon Lib. V. (p. 926. l. c.) „Duas Filias reliquit (Dux Leopoldus,) quarum unam post excessum omnium fratrum Albertus „Dux in Franciam: alteram in Poloniam (i. e. Silesiam) nobiliter maritavit.,“

Thomas Ebendorfferus ab Haselbach Chron. Austriac. Lib. III. (pag. 746. Tom. II. H. Pezii:) „Leopoldus ex Conjuge sua Catharina geminas genuit Filias: „Catharinam, quam Dominus de Cussin sortitur in Matrimonio & fuit Anglicus, ex „qua & Filium unum genuit: & AGNETEN, quæ DUCI DE SCHWEIDNITZ „IN SILESIA in solatium Conjugii traditur.,“

Gerardus de Roo lib. III. Annal. Austriac. p. 97. Edit. Oenipontanæ: „Duas „Leopoldus ex prædicta Catharina Sabaudiæ Ducis nata reliquit Filias, quarum major „Catharina Domino a Cussin vel Coucy Gallo nupsit: minor AGNES BOLES- „LAO DUCI SUDNICIO ET JAURENSI IN SILESIA, quæ cum maritum „Anno sexagesimo octavo (Seculi nempe XIV.) amisisset, Ducatui usque ad nonagesimum secundum annum, quo obiit, Vidua cum laude præsul.,“

Gravissimum tamen & firmissimum Argumentum, quo hanc Originem ejus affirmamus, Tabulae Matrimoniales perhibent, quarum hoc ex autographis TABULA-

RIO CÆSAREO inventis Excerptum R. P. Steyererius in Commentariis pro Historia Alberti II. Ducis Austriae cognomento Sapientis, scriptis p. 687. edidit:

„Nos BOLCO DEI gratia Dux Slezie, Dnus de Vürstenberch & de Svvidenitz memorie perpetue commendantes tenore presencium significamus, quibus experdit, universis: quod ob sincere mutueque dilectionis integratatem & amorem inter magnificos Princeps. Dnmos Albertum & Ottonem Austrie, Styrie & Karinthie Duces Illustres & nos imposterum habendum & firmiter roborandum preclaram AGNETEM FILIAM EXCELLENTIS PRINCIPIS, DMNI LEUPOLDI BONE MEMORIE, QUONDAM AUSTRIÆ DUCIS, eorum Fratris promissimus & promittimus juramento prestito ducere & recipere legitimam in Uxorem in nomine SANCTE ET INDIVIDUE TRINITATIS: pretextu cuius matrimonii iidem Duces - - - - - Actum & datum Strigovie Anno Dnni M CCC XXXVIII. Feria II. in conductu festi pentecostes.“

Nec desunt alia Diplomata ad ejus ab interitu memoriam vindicandam.

An. 1369. Grizoviæ Feria II. proxima post Dominicam, qua in Ecclesia DEI: Misericordia Domini decantatur, factam quondam a Marito Scultetiæ seu Judicii supremi & infini in Oppido Lubovv Donationem confirmavit: vid. Diplomat. Griffov. Tom. VI. Ludevig. Dipl. XIX. cuius Initium hisce Verbis Bolconem jam defunctum esse testatur:

„Nos AGNESDEI gracia Dueitsa Slezie, Dna de Vürstenberch, in Svvidenicz, & in Javor, notum facimus tenore presentium universis, quod quamvis illustris Princeps & Dnus, Daus BOLCO, quondam Dux Slezie, Dnus de Vürstenberch, in Svvidenitz & Marchio Lusatiae, CONTHORALIS ET DMNUS NOSTER PRECORDIALISSIMUS, cuius Anima sit beata &c.,“

E. a. Suidnicii proxima Feria IV. post Dominicam, qua in Ecclesia DEI: Quasimodogeniti decantatur, Cœnobio Grissoviensi villam Callendorff ad amorem erga Maritum defunctum testandum donavit: vid. Dipl. Griffov. l. c. Dipl. LXXXVII.

E. a. „am Donnerstag vor S. Gallen zur Svveidnitz giebt Wenzel von GOTTES Gnaden Khunig zu Böhainb, Marckgrave cze Merhern &c. seines Khunigreichs im andern Johre eine Verschreibung, dass die Herzogin AGNES bey allen ihren Rechten und Leibgedingen verbleiben soll: Des sind Gezeugen: Der Edle Herr Hans von Hockenborn: Ulrich Schoff: Sein Sohn, Hoferichter zu der Schvveidnitz: Fridrich von Pechvinckel: Burggrave zum Fürstenstein: Bernhard von Zedlitz, Burggraf zu Hirschberg: Bernhard und Nickel von Zedlitz, Burggrafen zum Pezold von Petsch, Burggrafen zum Jauer: hain: Koppe genannt von Zedlitz, Burggraf zu Schönau: Vincenz von Rauffendorff, Burggraf von Greiffenstein: Seyfried von Rausendorff, Burggraf zum Lehmberg: Politz, Burggraf zu Falckenstein: Preczlavv, Pogrell, Burggraf und Hoferichter zu Niembsch: Lorentz von Falckenhayn, Burggraf zum Nickel von dem Zeihgenberge, Burggraf zu der Strigavv: Nickel von Zackenkirche, Burggraf zum Zobten: Wasser-Rabe von der Zierle, Burggraf zu Raichenbach: Hans von Logavv, Burggraf zum Hayn, und Hoferichter zum Jauer: Nickel Polcz: Hans Berge: Thiemer von Seydlitz, Burggraf zu Klitschdorff: Hans von Seidlitz: Hincko von Zedlitz: Güntzel von Seidlitz von Lahsen: Nicklaß von Reibnitz,“ (Ex Cod. MSt.)

An. 1370. Suidnicii die Mercurii proxima post diem festum S. Joh. Bapt. Ulrico Bohemo prædium Conjugis ipsius Rabinense confert: vid. Diplomat. Griffov. Dipl. LXI.

An. 1372. in Vigilia Pentecostes Nicolao Bolcio Aulæ Magistro villam suam Monaviam tradidit. (Ex Cod. MSt.)

E. a. Feria III. proxima post festum SS. Trinitatis fœdus cum Boleslao Duce Monsterbergensi Nicolai Filio iniit. (Ex eod. Cod. MSt.)

E. a. Monovia die Jovis post S. Martini Güntherum de Molberg. Censum annum sexaginta grossorum ex Villa Czedir a Conrado Buchvaldio emisse testatur: vid. Dipl. Griffov. Dipl. XXXIV.

An. 1373 Feria II. infra octavam Epiphan. DOMINI „Dno Petro de Wartenberg, Imperialis Curiæ Magistro Civitatem Königsstetil cum appendiis & pertinen- „tiis

„tiis omnibus & cum omni Jure, Dominio, Utilitate & Fructu ad Vitæ Dies concessit.,,  
(Ex eod. Cod. MSt.)

E. a. Suidnicii Cœnobium Grissoviense Sylvam Nicolai Ottendorffii prope Vil-  
lam Czedir emisse testatur: vid. Diplomat. Grissov. Dipl. XXIX

An. 1375. die B. Cecilie Virginis Suidnicii Conradum Molberg quartum di-  
midium novale retro villam Czedir Cœnobia Grissov. vendidisse testatur: vid. Dipl.  
Grissov. Dipl. XXXI.

E. a. Feria VI. in Ebdomada Pentecostes alias Novalium partes a Conrado  
Buchwalt retro Villam Czedir in Territorio Landshutensi Cœnobiuni simili titulo  
accepisse probat: vid. l. c. Dipl. XXXI.

An. 1374. die Mercurii post Festi diem SS. TRINITATIS Suidnicii singulis  
septimanis uno statutoque die liberum Carnis forum esse voluit, quod & CAROLUS  
IV. & WENCESLAUS Bohemiæ Reges habuerunt ratum. (Ex Cod. MSt.)

An. 1376. Suidnicii Feria VI. proxima post diem Festi S. Nicolai Johannem de  
Seydelicz villam suam Wittchendorff Cœnobia Grissoviensi vendidisse testatur: vid.  
Dipl. Grissov. Dipl. XXXV.

E. a. Fer. IV. prox. post Festum Circumcis. Domini Cœnوبium S. M. V. in  
arena Wratislav. omnia Jura Ducalia in villa Bela emitionis titulo consecutum esse  
testatur: vid. Dipl. XXIV. Diplomatarii nostri Bohemo-Siles.

An. 1377. die Stanislai Urbibus Suidnicio, Javorio & Bolconis Fano Monetæ Jus  
in decennium concessit. (Ex Cod. MSt.)

E. a. Suidnicii Feria III. proxima ante diem S. Viti Henricum utrumque Buch-  
waldium „omnia novalia, quæ vulgariter Hayne dicuntur, retro villam Czedir Cœno-  
„bio Grissov. vendidisse affirmat: „, vid. Dipl. Grissov. Dipl. XXX.

An. 1380. Constitutionem de Gerada edidit. (Ex Cod. MSt.)

E. a. Suidnicii die S. Margarethæ Constitutionem de Successionibus ab intestato  
promulgavit, quam Dissert. singulari Dn. Celeberr. MILICH an. 1701 d. 17. Octobr.  
Argentorati illustravit.

An. 1381. Suidnicii die S. Alexii Cœnobia Grissoviense a Sawischio villam Ra-  
bin emisse, testatur: vid. Dipl. Grissov. l. c. Dipl. XLVIII.

An. 1382. Grissovia die Sabbathi proxima post diem Festi S. Jacobi unius marçæ  
ex villa Walcheymsdorff, & unius marçæ ex villa Wirchansdorff redditus annuos Cœ-  
nobio Grissoviensi contulit: vid. Dipl. Grissov. Dipl. LVII.

An. 1383. in crastino S. Nicolai Episcopi in Troutenow reliqua ad villam Rabin  
pertinentia a Fratribus de Reynenberg Monasterium Grissoviense accepisse affirmat:  
vid. Dipl. Grissov. Dipl. XLIX.

An. 1378. Suidnicii die Martis proxima post S. Ulric. Nobilissimam Gentem  
Seidlicianam Buchwalt, Czepansdorff, Oppow & Kunczendorff in Territorio  
Landshutensi Cœnobia Grissoviensi vendidisse testatur: vid. Dipl. Grissov. Dipl.  
XXIV.

An. 1385. Grissovia agens die Solis proxima post Festum Pasch. villam Grossen  
Heinrichsdorff eidem Cœnobia donavit: vid. Diplomat. Grissov. Dipl. XXIV.

E. a. die Veneris ante Misericord. Dmni „Immunitatem a Theloneo illis, qui  
panes Suidnicium vendendos asportant, in sex annos largiebatur. (Ex Cod. MSt.)

An. 1388. die Mercurii post diem Festi Purificat. Mariæ Fratribus Carmelitanis  
ante Urbem Stregoviam Cœnobia exstruendi facultatem concessit. (Ex eod. Cod.  
MSt.)

An. 1389. Feria III. proxima ante Festum Epiphan. omnia & singula Suidnicen-  
sibus Jura & Privilegia confirmavit & auxit. (Ex eod. Cod. MSt.)

Horum Diplomatatum Serie ad Obitum usque utrumque Ducatum ipsam gu-  
bernasse satis explicatum arbitror, quod & diserte affirmat coœvus Autor Chron.  
Principum Polon. hoc Volum. extantis: negari tamen haud potest vergente in Senium  
illius Ætate Wenceslaum Bohemiæ Regem Suidnicensibus Capitaneum Benessium de  
Chusnick dedisse, quod Fide scribo Diplomatis, cuius hæc excerpta sunt:

„Wir AGNES von GOT'S Gnaden Herzoginne yn Slezien, Frouwe von  
„Fürstenberch, czur Sweidnitz und czum Jawor: bekennen  
„ - - - - - daz wir schuldig seint und gelden sullen unserm getrewen Jacob San-  
nen,

„nen, Bürgern czur Sweidnitz, siebenhundert Marck und fünff Marck Prager Grosschen dorumb globen wir vornannte Vrouwe AGNES, als Selbtschuldigerinne, und wir Herr BENISCH von Chusinck, Hawptmann czur Sweidnitz, als Bürge, mit gesammpter Hand ungesundert in guttem Trewen Geben czur Sweidnitz nach CHRI<sup>I</sup>STI Geburth 1389. Feria IV. post Diem S. Dorotheæ Virginis.“

Hunc Benissium Virum magni nominis (de quo hæc ad an. 1395. Bernard. Corio in Historia Mediolani:

„Nel mese d' Agosto Venceslao Imperatore mandò il Conte di Cunsino nominato Benessio Ambasciadore a Giovan Galeazzo col Privilegio del Ducato, la cui solenne intitolatione si celebro a i cinqe di Settembre; „)

ad an. usque 1403. & Suidnicensi & Javoriensi Ducatui Regis nomine Capitanum præfuisse Henelius in Adversariis Hist. Silei. MStis testatur. Ipsa vero AGNES diem suum A. O. R. 1392. 2. Febr. obiit, quod Inscriptiones duas Suidnicii in Templo R. R. P. P. Conventualium ad B. V. in Nemore testantur. Lapidis ipsius, sub quo requiescit, hæc est:

ANNO DMNI M CCC XCII. OBIIT  
INCLITA DMNA AGNES DUCISSA  
SWIDNICENS. HIC SEPULTA.

Ad Imaginem ejus in Pariete hæc occurrit quæ recentior est:

ANNO DMNI M CCC XCII. IN DIE  
PURIFICATIONIS VIRGINIS GLORIOSE  
OBIIT ILLUSTRISSIMA AC SERENISSIMA  
DMNA AGNES DUCISSA SUIDNICENS.  
HIC SEPULTA IN MEDIO CHORI.

Idem affirmant Gerardus de Roo lib. III. Annal. Austr. l. antea c. Henelius in Adversariis Hist. Silei. MSt. „Uxor BOLCONIS II. AGNES Filia Leopoldi Glosiosi Ducis Austriae, Neptis Alberti Cæsar, quæ Ducatus istos Suidn. & Javor. ad tempora Vitæ suæ obtinuit, obiit an. 1392.“

Pohlius in Annal. Wratislav. MStis ad an. 1392. „Den 2. Februarri starb Fraw AGNES, BOLESLAI des letzten Hertzogs czur Sweidnitz Wittib: Liegt czu Svveidnitz in U. L. F. Kloster, mitten im Chor begraben. Also ist gedachtes Fürstenthun an die Kron Böhainb gefallen.“

(9.) Hunc secundogenitum Bernhardi Filium nullo adhuc Diplomate ex Tabulariis Silesiæ de promto vindicare licuit: satis tamen huic voto nostro fecit ex asse R. P. Steyerius in Commentariis pro Historia Alberti II. Ducis Austriae cognomine Sapientis scriptis, dum ad Cap. VII. p. 695. Ejusdem ex TAB. CÆSAR. VIENN. Diploma produxit An. 1338. Fer. II. in Conductu Festi Pentecostes editum, quo Fratris BOLCONIS II. cum AGNETE Austriae initum Matrim onium dotemque promissam habuit ratam: cuius hoc Excerptum addere necessarium duxi:

„Nos HINRICUS DEI gracia Dux Slezie, Dmnus de Vürstenberch, & in Swydnicz assensum nostrum & consensum plenarium adhibemus pariter & prébemus, ut idem DOMINUS BOLCO FRATER NOSTER predicte DOMINE AGNETI, sponse sue, ratione donacionis propter nuptias dare & expedire, debeat ac valeat octo millium marcarum argenti Wienensis ponderis, septuaginta duos grossos bonos Pragenses pro marca qualibet computando, ac etiam eidem DMNE AGNETI sponse sue predicte pro predictis octo millibus marcarum in refusione dotis sue obligare & assignare Civitatem Stregoviam cum castro adjacente & cum suo toto districtu aliisque Dominiis & pertinentiis eorundem sub talibus metis & terminis juxta conditiones & formam tractatum inter eos factorum & habitorum ac continenciam Instrumentorum & litterarum per EUNDEM FRATREM NRUM super eo sub Sigillo datarum &c.“

Patrem fuisse ANNÆ, quæ CAROLO IV. nupsit locoque dotis Suidnicensem & Javorensem Ducatum attulit, Spec. C. nostri D. Dipl. LXXXIX. testatur, in quo BOLCO II. ita loquitur:

„Der Durchlauchtigsten Fürstin, Vrouwen ANNA, der Römischen Kunigin und

„und Kunigin cze Böheimb, unsrer lieben Vrowen und Muehm, etwann HERCZOG „HEINRICHS, UNSERS BRUDERN TOCHTER.“

His Diplomatum Testimoniis accedit coævus Auctor Chron. Principum Poloniarum cum eorum Gestis hoc Vol. extantis hisce Verbis: „BERNHARDUS genuit „BOLCONEM & HENRICUM FRATREM EJUS QUI FUIT PATER „DOMINE ANNE IMPERATRICIS QUONDAM ET REGINE BO- „HEMIE.“

Obiit HENRICUS II. an. 1345. uti Pohlius testatur in Annal. Wratislav. MStis: „Im Jahr 1345. starb HENRICUS II. Herzog czum Jawor und Fürstenberg, „Herczogs Bernhardi czur Sweydnitz und Fr. Margaretha aus Pohlen Sohn, Herczogs Boleslai des Lezten Bruder: verließ eine einige Tochter, Fr. ANNAM, Kayfers CARL des IV. Gemahlin, Kayser und Königs WENCESLAI Mutter, das „Fräulein vom Jauer genannt. Er hat das Kloster zu S. Mar. Magdal. zum Laubben gestiftet: (quod tamen Mart. Bohemus in Chron. Laubanensi MSto Henrici „I. opus esse refert: vide quæ ex eo ad no. 5. anteced. diximus:) Liegt czu Griffaw be- „graben.“

(10.) Aberrant omnes, qui Alberti II. Cogn. Sapientis Filiam quandam Agneten HENRICI II. Ducis Conjugem fuisse credunt, quam Sententiam imprimis sovet Henzelius in Adversar. Hist. Siles. MStis: Nesciunt eam Math. vel. Greg. Hageni German. Austriæ Chron. (Tom. I. Script. Rer. Austr. R. P. Pezii pag. 1143.) „Der Allerdurchleuchtigste Fürst, Herzog Albrecht, Chunig Albrechts fünffter Sun, hat mit seiner Gemahl, Fraw Johanna, vier Sun gevunnen: Der erste vvaaz Herczog Rudolff: Herzog Fridrich vvaaz der andre: Herzog Albrecht der dritte: „Herzog Levppolt der vierte und czvvu Töchter: Die erste hieß Katherina, ain „Allerdurchleuchte Jungfravv, die vvard CHRISTES Diern und Gemahel, und dient „im in dem Kloster zu S. Claren zu Wien an Underlaz und an Ir End: Die ander „vvard gegeben zum Weibe Hertzog Mainharden von Bayern, nach des 'Tode „vvard sie gegeben aim Grafen van Merhern, Chayser Carls Brudern des vierdten.“

Anonymi Carthusiani Geminicensis Chron. Alberti Ducis Austriæ II. vulgo Contracti: (Tom. II. Script. Rer. Austr. R. P. H. Pezii p. 379.) „Prima Filia Alberti Curvi & Fundatoris nostri fuit Inclita & Illustris Domina Katherina Wyennæ quidem nata, tandem sanctimonialis & Abbatissa Dominarum ad S. Claram ibidem. Obiit Anno Domini M CCC LXXXI. IV. Id. Januarii & ibidem in prædictarum Sanctimonialium Claustro corporaliter tumulata. Secunda Filia Illustrissimi Principis Alberti Curvi Fundatoris nostri fuit Inclita & Generosa Domina Margaretha Conjunx Illustris & Magnifici Principis & Marchionis Moraviæ Wyennæ quidem nata. Obiit autem Anno Domini M CCC LXVI. XIX. Kal. Febr. & Brunæ in Augustinensium Claustro corporaliter tumulata.“

Anonymi Cœnobitæ Stamsensis breve Chronicor. Monasterii Stamsensis in Tyroli: (l. c. p. 458. & 459.) „Anno M CCC LVIII. XII. Kal. Augusti obiit Illustris Princeps Dominus Albertus Dux Austriæ prædicti Domini Regis Romanorum Alberti Filius relinquens sex liberos: scilicet Rudolphum, Fridericum, Albertum & Levypoldum Duces Austriæ, & Dominam Katherinam Monialem in Monasterio S. Claræ Wiennæ, & Dominam Margaretham Marchionissam Brandenburgensem.“

Thomas Ebendorfferus de Haselbach Chron. Austr. lib. III. (l. c. p. 796. „Albertus ex præfata Johanna Uxore quatuor genuit Filios: primogenitus Rudolphus: secundogenitus Fridricus, qui in Adolescentia sua diem clausit extremum: tertius Filius Albertus & quartus Leopoldus: Genuit etiam ex ea duas Filias: unam nomine Catharinam, quæ in Monasterio S. Claræ Viennæ sacrum Velamen suscepit, DEO devota usque ad finem Vita suæ permanxit: Secunda ejusdem Filia Margaretha nomine desparsata extitit Mainhardo Duci Bavariae, Comiti Tyrolis, quæ ei non genuit proles, post cuius decepsum conjugali fœdere sociatur Marggravio Moraviæ Johanni Fratri Imperatoris CAROLI.“

Imo curatius & ex instituto l. antea c. ad Cap. VII. R. P. DN. STEYERER a pag. 686. ad 696. affirmavit, non nisi hisce duas Filias Catharinam & Margaretham Alberto II. itaque non ex AUSTRIACA GENTE Henrici II. Ducis Conjugem fuisse.

Verum hæc cogitanti Diploma occurrit, (CCVIII. Diplomatarii nostri Bohemo-Silesiaci,) quod Suidnicensis & Javoriensis Ducatum Urbes an. 1369. CAROLO IV. BOH. REGI Homagium præstitisse, idque factum testatur non consensu solum AGNETIS, quæ BOLCONIS II. Vidua erat, sed & „ELISABETHES DUCISSE AUSTRIE, „STIRIE, ET CARINTIE, quam uti AGNETEN illam vocant, „Unsre liebe gnädige Fravv: elucescere inde arbitror, non aliam hanc, nisi HENRICI II. Conjugem esse, quæ ratione dotalitii Consensum suum omnino ac AGNES, huic negotio ex voto conficiendo addere debuit: Henricus enim I. Agneten, Wenceslai Boh. Regis F. & Bernhardus Dux Svidnicensis Cunegundin Wladislai Loctici F. duxit, quod ad no. anteced. 4. & 6. probamus. Quibus vero Parentibus ELISABETH hæc orta fuerit, tacentibus Rerum Austriacarum Scriptoribus asserere nobis haud licet, qui potius illis locum curatius Originem ejus investigandi dedimus.

(ii.) Vid. no. anteced. 9. quo Diplomatis Fide BOLCONIS II. ex Fratre HENRICO neptem probavimus: Ipsius ANNÆ Diploma Spec. C. nostri D. est XCII. quo cum Marito CAROLO IV. Suidnicii an. 1353. die Mercurii proxima post SS. Petri & Pauli Immunitates & Jura utriusque Ducatus Svidnic. & Javor. confirmavit & auxit.

Ipsam an. 1361. mense Martio \* VVENCESLAUM Rom. & Bohemix Regem perperisse coævo Testimonio in Annal. Henr. Rebdorff perhibet:

„In principio Mensis Martii Imperatrix in Nurenberg Filium masculum genuit, „de quo Imperator lætitiam habuit non modicam & eundem baptizandum solemniter re- „servavit per unum mensem & amplius. Nam ad Baptismum ipsius invocat solemnem „Curiam in Nürnberg & Electores Imperii quasi omnes: Et hic Filius baptizatus est Do- „minica, qua cantatur Misericordia Domini, quæ tunc fuit III. Id. April. in Parochia S. Se- „vvoldi in Nürnberg Babenbergensis Dioecesis & levatus de fonte per Archi-Episco- „pos Moguntinensem, Colonensem & Pragensem, & per Episcopos sex, & quinque „Abbates, & nomen ejus WENCESLAUS appellatum, & duravit hæc Curia cum ma- „gno gaudio per octo Dies.

Idein affirmat Rositzius, & Chron. Norimbergense in Nobiliss. Dn. KOELERI P. P. Altdorfini, Amici æstumatissimi Genealogia Familia Augustæ Lucemburgensis p. 76. „Als K. CARL noch zu Nürnberg vvar, vvard ihm am S. Gertrauten-Tag von „ANNA, seiner dritten Gemahlin, einer HERTZOGIN ZU SCHWEIDNITZ, ein „Sohn gebohren, der lag sechste halb Wochen ungetauft, bis die Chur-Fürsten dahin „kamen: wurde nachmahls unter einem güldnen Himmel in S. Sebalds-Kirch zur Tauff „begleitet, und WENCESLAUS genannt.

Diem suum anno insequ. 1362. obiit ANNA Dlugosso Teste, qui hæc lib. IX. ad an. hunc: „Undecima Mensis Martii & post pluribus Diebus Cometes stella crinita in fine Aquarii & prope Venerem apparuit caudam seu facem in loco Mercurii & in Pisces versus Orientem retorquens, quæ cursum suum usque in quinque hebdomadas produxit. Sub quo Tempore ANNA, consors CAROLI Romanorum Imperatoris & Regis Bohemæ secunda (tertia potius) obiit.

Pohlius in Annal. Wratislav. MSt. ad an. 1362. „Den II. Julii starb Fr. ANNA, „Kaysers CAROLI Gemahlin, die Schlesische Fürstin. Liegt in der Schloß-Kirchen „zu Prage.

Cui sententia accedit Balbinus Miscellan. Decad. I. Lib. VII. Sect. II. in notis ad Tabul. Genealog. Stirpis Lucemburg.

(12.) Henelius in Chron. Monsteb. eam Bolconis I. Filiam, BERNHARDI Sororem dixit: verum BERNHARDI Filiam, BOLCONIS II. Sororem, PRZEMISLAI Ducis Glogoviensis Conjugem, eoque mortuo Abbatissam in Tzanitza Ord. S. Clar. Dioeces. Cracoviensi. fuisse Diplomatari. nostri Bohemo - Siles. Dipl. LXII. testatur,

\* Obiter notamus, bene WENCESLAUM hunc ab alio Wenceslao ejusdem CAROLI IV. Fil. an. 1350. ex Anna, Filia Rudolphi II. Com. Palat. Rheni & Electoris Alberto Argentinensi Teste nato distinguendum esse, secundum Tab. VI. Genealogia Lucemburgensis Dn. KOELERI: quod & ex coævi Benessii de Weitmil Canon. Prag. Chron. Eccl. Prag. MSt. lib. III. & IV. observavit Balbinus: Wenceslau ex Anna Palatina an. 1350. suscepimus esse, sed exacto brevi vita spatio defunctum: in notis ad Tab. Genealog. Stirpis Lucemb. p. 187. Lib. VII. Sect. II. confer Celeberr. Dn. Struvii Syntagma Hist. Germ. Dis fert. XXVIII. p. 929.

statur, quod ipsa an. 1340. Kalend. Febr. in Tzanitz edidit. Verba sequentia huc spectant:

„Nos CONSTANTIA Abbatissa Monasterii in Tzaniza Ord. S. Clare Craco-  
„viens Dioeces. - - - - Serenissimum Principem & Dmnum, Dmnum Ca-  
„rolum Quartum, Divina favente Clementia Romanorum Imperatorem semper Augu-  
„stum, Boemiam Regem, Dmnum nrum gratiosum, tanquam Boemie Regem - - -  
„in casu, quo Illustrem Principem DMNUM BOLCONEM DUCEM SLEZIE ET  
„DMNUM SUIDNICENSEM, FRATREM NRUM KARISSIMUM mori conting-  
„ret, super Civitatibus - - - - quæ nobis a clare memorie  
„olim Illustri PRINCIPE PRZEMISLAO DUCE SLEZIE ET DOMNO GLO-  
„GOVIE, CONSORTE NRO nomine Dotis - - - - destitute  
„fuerunt, nostrum verum, legitimum maniburnum, tutorem & defensorem irrevocabi-  
„lem fecimus, constituimus &c.,“

(13.) Ita Dlugossus lib. IX. ad an. 1368. „Suidnicensem Ducem BOLESLAUM  
„Henricus Opoliensis Dux secutus apud Opoliam ultima Decembbris moritur & apud  
„Monasterium Fratrum minorum sepelitur, duos Filios Wladislaum & Boleslaum re-  
„linquens ex ELISABETH, FILIA BERNHARDI DUCIS SWIDNICENSIS  
„ET NEPTE GERMANA CASIMIRI REGIS POLONIAE susceplos.“

Idem l. c. ad an. 1348., Nona Februarii ELIZABETH, FILIA BERNHARDI  
„DUCIS SWIDNICENSIS, neptis Germana ex Sorore Casimiri Poloniae Regis &  
„confors Henrici Opoliensis Ducis primi moritur & apud Fratrum minorum in Opul  
„Monasterium sepelitur.“

(14.) Quam Diplomate aut Scriptoris coævi fide vindicare non licuit, delere ta-  
men ex Tab. hac Genealog. nolui. Sinapius in Olsnographia P. I. p. 125. eam Conra-  
do II. Duci Olsnensi Conjugem dedit, quo Argumento fretus me fugit: meminit ta-  
men Beatæ hujus Polonæ seu Suidnicensis Wittebergæ in Mausoleo Elect. Saxon. se-  
pultæ ex Brotuffio Dan. Czepkius in Ascaniis Connubiorum Vinculis Tab. II. & in  
Gynecæo Silesiaco Tab. VIII.

(15.) BOLCONEM hunc II. Ducem Monsterbergensem BERNHARDI ET  
HENRICI Fratrem itaque BOLCONIS I. Ducis Suidnicensis Filium fuisse sequens  
Cod. cujusdam nostri MSti Diploma hoc excerpto testatur:

„In nomine Dmni Amen. Quum ea, que fiunt in Tempore, ne simul labantur  
„cum Tempore & in Oblivionem redigantur, necesse est ut litterarum presidio & te-  
„stium adminiculo roborentur: Nos igitur BERNHARDUS, HENRICUS &  
„BOLCO DEI gracia Duces Slezie & Uni de Vürstenberch, ad omnium tam pre-  
„fencium quam futurorum deferre cupimus noticiam, quod divina nobis inspiranta  
„gracia - - - - consulibus Civitatis Wratislavensis dedimus  
„& vendidimus rite & rationabiliter pedagium five Thelonium quod pedites dare so-  
„lebant in villa nostra Cunzendorff five in Wartha circa Leimbergk & in Civitate nre  
„Boleslavia, pro centum & quinquaginta marcis Regalium denariorum - - -  
„Actum & datum in Reichenbach, Anno DO-  
„MINI M CCC X. Dominica, qua cantatur Lætare. Presentibus nrnis fidelibus:  
„videlicet Dmno Kiliano de Haugvicz, Dmno Goczkone & Fratre suo Nicolone de  
„Monstirbergk, Dmno Dolesco de Doniantz, Dmno Hermanno de Richembach,  
„Dmno Seyfrido de Girlachsheim & Henrico de Beschow & aliis quam pluribus fi-  
„de dignis.“

An. 1316. die S. Margarethæ in eadem Urbe cum fratre BERNHARDO præ-  
sens Cœnobio Henrichoviensi, ut omnis generis Opifices recipere & fovere possit,  
Henelio in Chron. Monsterberg. teste concessit.

An. 1318. a Theloneo Francosteiniensi & Wartensi Immunitatem quandam Urbi  
Monsterbergensi largiebatur: imo Conventionem Monsterbergensem & Francosteini-  
ensem opera Kiliani Haugviczii confessam confirmabat, eodem Henelio l. c.  
teste.

An. 1322. die Mercurii post S. Trinitatis Reichenbachii Alberti Villam, quæ an-  
tea Trebnicensis Cœnobii fuerat, Francosteiniensibus eodem Henelio l. c. teste addidit.

An. 1330. die XIII. Januarii Altare S. Crucis in Templo Parochiali Francosteini-  
ni fundavit & dotavit, eodem Henelio l. c. autore.

An. 1333. servitio dextrariali Incolas villæ Banoviensis dimisit: vid. l. c.

An. 1334. d. VII. Januarii Jus Piscaturæ Francosteinensibus uno ab Urbe lapide circum circa afferuit: vid. l. c.

E. a. III. Non. Majii Monsterbergam hoc Diplomate donavit.

„In nomine DOMINI Amen. Nos BOLCO DEI gracia Dux Slezie & Dmnus de Vürstenberch & de Munsterbergk recognoscimus volentes ad universorum presencium & futurorum noticiam pervenire, quod nos mox, statim & in continentia, postquam nos ipse magnum tenendo Ducatum, Terram & Dominium nostrum gubernare, regere & defensare incepimus, fidelibus nostris Consulibus & civibus Monsterbergensibus omnibus tunc, nunc & perperuis Temporibus existentibus in meliorationem, commodum dicte nre Monsterbergensis Civitatis & Utilitatem talem dedimus & fecimus graciā, ut quicquid pro Utilitate & commodo dicte Civitatis excogitare vel adiunvenire possent in perpetuum & nominatum in eligendo Consules Monsterbergenses, quem & quos quotiescumque & quamdiu statuere, deponere & eligere velint ex ejusdem Civitatis inhabitantibus Concivibus, non esset nec est nec esse debet sepe dicte Civitatis Incolis, Inquilinis, Consulibus seu toti Communirati Ciuium aliqualiter in prejudicium nec jaeturam. Id ipsum tenore presentium nrī Sigilli muninisse roborantes. Testes hujus sunt: Dmns Fridricus Spiegel: Peczco de Milcowitz: Joachimes Budow: Reinhardus de Bischoffsheim: Bernardus Kotwitz milites: item Fridricus Schoff & Petrus Curiae nre Notarius. Datum Monsterbergi III. Non. Maji Anno Dmni M CCC XXXIV., Ex Cod. MSto.

An. 1335. Reichenbachii Sabbatho ante Dominicam Invocavit aliud Monsterbergensibus de Electione Consulum Diploma dedit:

„In nomine DOMINI Amen. Nos BOLCO DEI gracia Dux Slezie & Dmnus de Vürstenberch & Munsterbergk damus & concedimus fidelibus nrī Consulibus de Monstirbergk presentibus & futuris eligendi inter se mutuo Consules ad septimanas & ebdomadas tredecim pro Civitate eadem juxta ipsorum Voluntatem liberam, plenam & perpetuam potestatem, ita quod septimanis tredecim finitis iterum & iterum reiteratis ebdomatis tredecim in perpetuum alios & alios Consules, quicumque pro tempore fuerint, omniimodam in invicem eligendi sine contradictione qualibet habeant facultatem. Testes hujus sunt: Dnus Rüddingerus de Hain: Arnoldus de Rachenaw: Reinhardus de Bischoffsheim: & Perrus Curie nre Notarius. Darum Reichenbachii nro cum Sigillo Sabbatho ante Dominicam Invocavit Anno DOMINI M CCC XXXV.,

E. a. d. XVI. Junii Francosteinensibus omnia & singula Jura suis litteris iisque egregiis confirmavit, teste Henelio l. antea c.

Hactenus sui Juris vixerat: sed bellum ipsum inter & Johannem Bohemiæ Regem oriebatur de quo hæc CAROLUS in Vita sua: „Illo Tempore (anno nempe 1333.) misit nos Pater eum pulchro Exercitu super DUCEM SLESIÆ nomine BULCONEM DUCEM MUNSTERBERGENSEM. Nam ille Dux non erat Princeps neque Vasallus Patris nostri & Regni Bohemiæ. Pater tamen noster acquisierat Civitatem Wratislavensem per D. Henricum septimum Ducem Wratislavensem, qui hæredes non habebat. Et idem Dux acceperat in donum Gloense Territorium Temporibus Vitæ suæ voluitque potius prædictam Civitatem ac Ducatum Patri nostro & Coronæ Regni Bohemiæ perpetuo applicare, quam Fratri suo Boleslao dimittere: quia ipse & Frater suus mutuo sibi iniurieabantur. Postquam autem Pater noster accepisset possessionem Civitatis Wratislav. omnes Duces Slesiæ & Opolensis subjecerunt se ditione suæ ac Coronæ Regni Bohemiæ perpetuo, ut defenderentur a Regibus Bohemorum, exceptis Duce Slesiæ Domino Suidnicensi & BULCONE DOMINO MUNSTERBERGENSI, cuius Territorium devastavimus, prout in Cronicis scriptum est: quod in tantum devastatum fuit, quod ipse coactus est mediantibus Placitis esse Vasallus Patris nostri ac Coronæ Regni Bohemiæ sicut & alii Duces..”

His adde quæ Henelius habet in Chron. Monsterbergensi ad an. 1336. cuius sententiam tuetur Auctor Anonymus Chron. Ducum Poloniæ hoc Volumine extantis, unde non armis sed foedere inito effectum esse cognoscet, ut

An. 1336 in Festo Decollationis Johannis Bapt. Strubingæ se Regni Regisque Bohemiæ Vasallum BOLCO II. Dux Monsterbergensis profiteretur: quod C. nostri D. est Diploma LXXI. & hisce verbis Feudi oblati formam sistit: „Ab eo DOMINO REGE per Osculum inter nos hinc inde prelibatum & Reassumptione Bireti ipsum Ducatum nostrum cum Terris & Pertinentiis ipsius in Feodum honorabile recipimus pariter & tenemus..”

An. 1337. in craftino Epiphan. DOMINI Wratislaviæ Francostenensem Civitatem Johanni Bohemiæ Regi pignori dedit, cum spe, si absque Hæredibus masculis ipse Dux decebat, „ut tunc ipso facto absque impedimento quolibet ad Regem ejus, que Successores sit devoluta.“

vid. C. nostri D. Dipl. LXXII. quod & Tom. V. Ludevvig. p. 615. occurrit.

E. a. Feria VI. post Epiph. DOMINI se efficere velle pollicetur, ut Vasalli ejus fidelitatis & obedientiæ Juramentum Joanni Bohemiæ Regi infra Festum instans Purificationis Mariæ præstent: extat Diploma Tom. V. Ludevvig. p. 616.

E. a. Feria IV. post Epiphan. Domini Johanni Bohemiæ Regi & Successoribus ejus reliundi Castris & Civitatis Reichenbacensis Ducibus Suidnicensibus pignori datæ potestatem dedit: affirmat id C. nostri D. Dipl. LXXXIII. quod & apud Balbinum P. III. Epist. Public. p. 211. & Tom. V. Ludevvig. p. 617. occurrit.

E. a. & die litteras Regi, quas reversales vocant, dedit, ut si Conjugem ante se mori contingat, non aliam inde, nisi quam Rex concederit, ducere velit: testatur id Henelius l. c. integras exhibit Tom. V. Ludevvig. p. 618. vid. Dipl. LXXX. l. c.

E. a. Id. Maji Francostenii agens Cœnobio Camencensi de Scultetiis ipsi subditis Equos dextrariales ultra censum ordinarium tempore necessitatis exigendi Jus concessit: Henelio l. c. teste.

E. a. Kal. Augusti Francostenenses omni Jure & Dominio in ea, quam habent, Oppidi Wartæ Parte auxit: l. c.

E. a. d. X. Octobr. amplissimum aliud Francostenibus Diploma dedit, cuius præcipua quatuor capita e. l. refert Henelius.

An. 1338. III. Kal. Maji Cœnobio Camencensi omnes exactiones pecuniales & annonales in locis eo pertinentibus confirmavit: vid. l. c.

An. 1339. die Veneris post S. Corporis CHRISTI Festum ejusdem Cœnobii Immunitates alio Diplomate auxit, cuius excerpta vid. l. c.

An. 1340. Theloneum in Francostenensi Terra Francostenibus vendidit: ubi inter testes Mathiam de Trentsch occurriere eundemque a BOLCONE Filium appellari l. c. observat Henelius.

E. a. XIII. Novembr. Mansos quosdam censuales Villæ Bernvvaldensis, Ecclesiæ ibide in Honorem S. Johannis Baptæ largitur: vid. l. c.

An. 1341. d. II. Junii eum decesse testantur Henelius in Chron. Monsterberg. & Pohlius in Annal. Wratislav. MSt. ad an. hunc: „BOLESLAUS Herzog zu Münnsterberg, als er in eusserster Schwachheit lag, hat Er sich in wahrem Glauben zu dem „Sohn GOTTES gevendet, das Responsorium und den schönen Kirchen-Gesang „mit heller Stimme gesungen: Tribularer, si nescirem misericordias TUAS DOMINI. „NE: Tu dixisti: Nolo morteni Peccatoris, sed ut convertatur & vivat. Qui Cananænum & Publicanum evocasti ad penitentiam, & Petrum lacrymantem suscepisti misericors DOMINE. Nach dem Bekenntniss seiner Sünden hat Er sich mit GOTTES Barmherzigkeit getrostet, und ist d. II. Junii seeliglich verschieden. Liegt im Kloster zu Henrichow begraben. Sein Gemahl, so in nachfolgendem Jahre d. 2. „Maji gestorben, vvar JUTTA, die ihm gebahr Herzog NICOLAUM den Kleinen, „Hertzog zu Münsterberg, und Frau Juditham (hanc Bolconis I. Filiam fuisse ad no. 17. Tabulae hujus probavimus,) Stephani Hertzogs in Nieder-Bayern Gemahlin.“ Inscriptio Sepulcri hæc est:

ILLUSTRIS PRINCEPS BOLCO DUX SLEZIE

OBIT ANNO M CCC XL. ID. JUN. III.

SEQUENTI VERO ANNO VI. NON. MAJI JUTTA  
UXOR EJUS: PRINCIPES VURSTENBERGENSES ET MON-  
STERBERGENSES LAUDATISSIMI:

QUORUM ÆTERNI DEI FILIUS ANIMAS ET CONDITOR  
ET REDEMOTOR EARUM IN ÆTERNA CUM OMNIBUS HEIC ET  
UBIQUE IN IPSO QUIESCENTIBUS HABEAT REQUIE: AMEN.

(16.) Nomen ejus ab interitu vindicant Diploma XXIII. Diplomatari. nostri Bohemo-Siles. Pohlius l. c. Henelius l.c. & Inscriptio sepulcralis, quæ tamen non XIV. sed XV. demum Seculi esse videtur; qua Gente oriunda fuerit, nondum indagare licuit, nisi quod recepta plerumque Opinio eam Sabaudia Comitis Filiam esse ferat: Si conjecturæ locus, eam Mathæi Comitis Trentschiniensis per limites Moravia, Silesia & Polonia late dominantis, an. 1318. vita functi viduam fuisse reor, cum Mathiam Comitem Trentschiniensem, istius Mathæi Filium, BOLCO II. Dux Monsterbergensis in Diplomate quodam de Theloneo Francksteinensibus concessu an. 1340. Filium appellat, uti ad no. anteced. 15. ex Henelii Chron. Monsterberg. commonstravimus: & NICOL AUS Dux Monsterbergensis, BOLCONIS II. Filius, plus una vice uti ad no. sequ. 19. ex Diplomatibus videre est, eundem Fratrem suum dilectum & Karissimum dicat: quæ sequenti forte Tabula explicari possunt:

BOLCO II.		Mathæus,
Dux Zlesie, Dnus de Vürsten- bergk & de Münsterbergk, † 1341. 11. Junii.	comes Trentschiniensis, † 1318.	
NICOLAUS, Dux Zlesie, Dnus de Münsterbergk, † 1368.	JUTHA .. .. † 1342. 2. Maii.	
	* Mathias, comes Trentschiniensis, † .. ..	Jacobus, comes Trentschiniensis, † .. ..
	Cunegundis .. .. .. † .. ..	

\* vid. Dipl. XXIII. Diplomatarii nostri Bohemo-Siles.

Accedit, quod & Ludovicus II. Dux Lygio-Bregensis an. 1412. Hedwigen, Filiam Johannis de Zpolya Com. Scepusiensis perpetui & Trentschiniensis supremi Comitis, hujusque Nepos Stephanus de Zpolya, Regni Hungariae Palatinus Comesque Trentschiniensis, Przemislai Ducis Tessinensis, qui an. 1477. diem suum obiit, unicam Filiam Hedwigen duxerit: præterea Sidonia Francisca Francisci, I. Ducis Saxo-Lauenburgici Filia, & Wenceslai Adami cogn. Posthumus Ducis Tessinensis, qui an. 1579. decessit, Vidua an. 1583. d. 16. Febr. Emerico Forgatschio Comiti Trentschiniensi nupta fuerit: quæ singula Exempla probant Splendori Regiae Piafæ Gentis repetita Ducum Silesiæ cum Comitum Trentschiniensium Familia connubia haud adversari.

„In nomine DMNI Amen. Statuta & ordinata idcirco sub codicillorum adminiculo „ponuntur, ut future propagini relinquantur & vestigia bonorum ex semitis Predecessorum „posteri consequantur: Inde est, quod nos BOLEZLAUS DEI GRACIA DUX SLEZIE & „DNUS WRAT. ad universorum noticiam tam presencium quam futurorum testimonio „hujus page cupimus pervenire, quod ordinamus, statuimus & precipimus pro bono statu „& commodo Civitatis nre Wratisl. si aliquis Civis ejusdem Civitatis per quemcunque ma- „leficum captivatus propter depopulationem, nisi, quod absit, publica Gwerra fuerit, quod de „omnibus rebus suis tam mobilibus quam immobilibus pro ipso nichil dari debet nec aliqua „mobili re vel immobili redimi aut absolvi: & si aliquis Civis detentus aut captivatus fuerit, „in momento de omnibus bonis suis mobilibus & immobilibus, quæ in Provincia possidet, sub „sequestratione intermittere nos debemus & quicquid de bonis in Civitate Wratisl. mobil- „ibus & immobilibus possederit, ad manus universorum Civium Consules Civitatis pro com- „modo & utilitate heredum captivi accipient & usurpent: In cuius Rei Testimonium & evi- „dentiam pleniorē presens Instrumentum conscribi mandavimus & nri Sigilli Charaktere „communiri. Actum Wratislav. Anno DMNI M CCC V. presentibus Fidelibus nris Gysche- „ro Colnero Jud. Curie Wratislav. Bojuslao: PETRO KURZEBACH: Sandrone Bolcz: „Eckardo de Borau: Wolone Filio Budewoy & Ino Friczkone dicto de Jerschow, Proto- „Notario nro Wrat. Decano Glogov. per quem in Vigilia B. Simonis & Jude Apostolorum „presentes littere sunt conscripte. (Ex eod. Cod. Dipl. MSt.)

An. 1309. BOLEZLAUS DUX confert Conrado de VVostregesdorff allodium Kowal cum omni Jure, Dominio, Libertate, jure hereditario perpetuo possidendum: vid. Casp. Schifördegheri l. III. Tract. XXIX. de Jurisdict. quæ olim in Silesia fuit.

An. 1309. „in Vigilia Nativitatis CHRISTI cum Fratribus HENRICO & VVLADIZLAO libertatem pedagii seu Theolonei in Olavia, VVidava, Lesnitz & „Golaw Consulibus VVratislav. vendidit.“ (Ex eod. C. D. MSt.)

An. 1310. Oppavensem Ducatum cum Fratribus Pignoris nomine eum habuisse Spec. C. nostri D. Dipl. LIX. & LX. testantur.

An. 1311. Sabbatho proximo ante Dmnicam Oculi Legnicii Hermanno cuidam maestatorium in aureo Monte vendit: accedente

„Consilio FRASTRUM NRORUM HEYNRICI & VVLADIZLAI.,“  
vid. Dipl. XLII. Diplomatar. Grissov. Tom. VI. Ludewigiano.

An. 1310. Fer. III. post Dominicam, qua cantatur: Quasimodogeniti, & Prid. Cal. Apr. duobus Diplomatibus, cum Fratribus HENRICO & VVLADIZLAO: inde cum HENRICO solo VVratislaviensium Jura, Donationes, & Privilegia confirmavit. (Ex eod. C. D. MSt.)

E. a. „V. Fer. prox. post Dominicam, qua cantatur: Quasimodogeniti, promittit,

„tit, se intra annum planiciem ad Ecclesiam S. Nicolai prope Civitatem VVratislav. ab „omni actione Religiosarum discutere velle in gratiam Civit. VVratisl.,“ (Ex eod. C. D. MSt.)

An. 1311. XVI. Kal. Sept. sequentes litteras edidit:

„In nomine DMNI Amen. Nihil firmum ac stabile refinetur, nisi litterarum apicibus & „scientia testium confirmetur: Inde est, quod Nos BOLEZLAUS DEI GRACIA DUX ZLE- „ZIE & DNUS WRATISL. AC OPPAVIE universis tam presentibus quam futuris hujus „Pagine Testimonio cupimus esse notum fidelem nrum Nicolaum Filium quondam „erga Ottonem quondam Bernhardi heredem de Boslawitz duos mansos liberos „cum dimidio sine duobus jugeribus & dimidio cum omni Jure & Dominio, sic ut ipse Otto „eosdem tenuerat, pro C. marc. regalium denariorum cum omni Jure & Dominio juste ac „rationabiliter comparasse: ita quod ad ipsum Nicolaum & ad suos veros heredes libere de- „beant in perpetuum pertinere Jure hereditario, salvo tamen aro servicio, quod tenetur „nobis facere loco & Tempore opportunitis, quod mansi in eadem Villa Bozlawitz in districtu „Wratislav. sunt situati: constitutus etiam coram nobis Otto dictos duos mansos cum dimi- „dio absque duobus jugeribus & dimidio nec vi nec metu compulsus sed voluntarie re- „signavit renuncians pro se & pro omnibus suis heredibus ac legitimis Successoribus omni „Juri & actioni, que sibi & in presenti posset competere & etiam in futuro: & confessus est, „se dictam Pecuniam ab eodem Nicolao integraliter recepisse: quem contractum utraque „Pars a nobis petiit humiliiter confirmari: nos vero utriusque partis precibus inclinati pre- „famat Ordinationem ratam & gratam habentes ipsam de benignitate solita confirmamus. „In cuius rei Testimonium presens Instrumentum conscribi jussimus nri Sigilli munimine ro- „boratum: Actum Wratisl. Anno DOMINI M CCC XI. XVI. Kal. Sept. presentibus testibus ad „hec rogatis: videlicet Dno Günthero, nro Prothonotario dicto de Bibersteyn, Canon. „Eccl. Wratislav. & M. Vito Cantore ejusd. Eccl. predice: Henrico de Kittlitz: Henrico de „Biberstein, militibus: Patschcone de Powiczco: & Wyscone de Schiltberg & aliis quam „pluribus fide dignis;“ (Ex eod. C. D. MSt.)

An. 1312. Prid. Kal. Octobr. „religiosis Fœminis Sororibus vel Beguinis in Le- „gnitz in Area & Domo que est intra muros Civitatis & Ratzbach in opposito Balnei „Martini sita, perpetuam Libertatem,“ obtulit: vid. Thebef. in gestis Ducum Lygio- Bregens. MSt. P. I. Cap. XXIII. §. 6.

An. 1313. Dominica ante Nativitatis Mariæ „Urbi Lignicensi in Villa Rischtern „veram, meram & onnimodam Libertatem pro pascuo in tribus mansis concessit: „Idem l. & C. c. §. 7.

An. 1314. in die Annunc. Mariæ Urbis Lignicensis Jura & Immunitates confirmabat: Idem l. & C. & §. c.

E. a. VIII. Id. April. in Rochlitz idem quod antea in Aureo Monte mactatorium Monasterio Grisiovensi legatum esse testatur: vid. Dipl. XLII. Diplomat. Grisiov. Tom. VI. Ludewig.

An. 1315. VIII. Id. Febr. in Rochlitz Urbi Lignicensi de centum mansis circa eam sitis servilibus Diploma edidit: Thebef. l. c. Cap. XXIV. §. 8.

E. a. die S. Benedicti cum Fratre VVLADIZLAO Henrico de Grya Civi Legnicensi Thelonium pedestre vendidit: Idem C. & §. c.

An. 1316. XII. Kal. Aug. denuo Urbis Lignicensi Jura & Immunitates confirmavit & auxit: Idem C. c. §. 9.

E. a. infra Octavas omnium Sanctorum illi Sylvam Glogov. & VVratislav. vendidit: Idem C. c. §. 10.

E. a. in crastino S. Catharinæ Cœnobio Lubensi Villam VVeinberg cum omni Jure plenoque Dominio tradidit: Idem C. & §. c.

An. 1317. III. Id. Julii redditus suos ex Scaminis & macellis Urbis Lignicensis in quibus Caro, Panes & Calcei venduntur:

E. a. Prid. Id. Nov. Sylvæ Partem ad Aquam nigram:

E. a. VII. Kal. Dec. Censum ex Tabernis Institorum Urbi Legnicensi vendidit & concessit: Idem Cap. XXV. §. 3.

An. 1318. Die sequ. post Reminiscere eidem egregium Diploma dedit, quo nec se nec hæredes Scamia nova, in quibus Panes & Calcei venduntur, unde Urbs detrimen- tum capere possit, erigere velle pollicetur, Senatuique novam in foro Curiam con- dendi facultas concessa: Idem C. c. §. 3.

E. a. VIII. Id. Septembr. Haynoviæ Villam Michelsdorff tradidit: Idem C. c. §. 5.

An.

An. 1320. XVII. Kal. Junii acceptis L. Marcis Urbi Lignicensi duas Maldratas Salis pignori dedit: Idem Cap. XXVII. §. 1.

An. 1321. VI. Kal. Apr. Lignicii accepta quadringentarum Marcarum summa se omnis inconsuetæ Exactiōnis abusum tollere velle promisit: Idem C. c. §. 3.

An. 1324. Kal. Nov. Juris Polonici maximam Partem ex Urbe Lignicensi proscriptis: Idem C. c. §. 6.

An. 1325. III. Id. Julii Goldbergæ Cives ab omni Teloneo per Ducatum suum immunes reddidit: Idem C. c. §. 7.

E. a. Prid. Id. Julii Rusticos & Scultetos, qui Æs alienum in Urbe Lignicensi contraxerant, ibidem coram Judicio accusari posse decrevit: Idem C. & §. c.

E. a. V. Kal. Octobr. locum quendam pascuo opportunum Civibus Lignicensibus vendidit: Idem C. & §. c.

An. 1326. Die Mercurii post SS. Trinitatis Urbi Lignicensi Privilegium de non evocando dedit: Idem C. & §. c.

An. 1328. - - - Domin. Trinitat. Urbi Lignens. Theloneum suum tradidit: Idem C. XXVIII. §. 1.

An. 1329. in die B. Bartholomæi in Budisching Johanni Regi Bohemiæ Caroloque Filio ejus March. Moraviae Jus intra biennium castrum & oppidum Lubinense reliundi concedit:

vid. Tom. V. Ludewig. lib. III. Dipl. LXXXII.

E. a. Vratislaviæ in die Inventionis S. Crucis litteris illis Testis subscrispsit, quibus Henricus Dux Silesiæ Javoriensis Johanni Boh. Regi Lusatia Urbes quasdam vendidit, alias commutavit & in feudum subjecit: Verba circa finem hæc sunt: „Et nos Witko DEI gracia Misnensis Episcopus: Rudolphus Saxoniae: Henricus Wratislavensis: BOLEZLAUS LEGNICENSIS: - - - - Duces & Testes „- - - - presentialiter adfaimus & Sigilla nra rogati - - - duximus in Testimonium & robur firmius appendenda.” Habent Diploma Balbin. Part. V. Epist. publicar. ad Lusatiam pertinent. p. 271. Excellentiss. Hoffmannus Tom. IV. Script. Rerum Lusatistar. p. 188. & Tom. VI. Ludewig. p. 5.

E. a. die Martis proxima post S. Crucis Johannes Boh. Rex sese in gratiam BOLEZLAUM recepisse & Terras, quas possidet, ipsi in feudum dedisse affirmat: Dipl. quod C. nostri Dipl. est CXVII.

E. a. die S. Marci Wratislaviæ Boleslaus confitetur, se Regi Bohem. Johanni fidem dedisse, quod subditorum suorum, imprimis Civium Legnicensium Jura & Immunitates omnes servare nec ullo modo infringere velit. Extat Diploma integrum apud Thebesium l. c. P. I. Cap. XXVIII. §. 7.

An. 1331. in Die B. Remigii Glogoviæ commorabatur, cum Johannes Dux Stinavensis Johanni Regi Bohemiæ quod sibi in Ducatum Glogoviensem Jus erat, venderet: testatur id Ducis Johannis Diploma, quod C. nostri D. est XCVI. his Verbis: „Vendidimus, cessimus & resignavimus libere in presencia Illustrium Principum & Dnorum, BOLEZLAI videlicet DUCIS ZLESIE, DMNI LEGNICZENSISS &c.

E. a. Pragæ in die B. Lucia cum Filiis confitetur sese Terras suas a Johanne Bohem. Rege in Feudum accepisse:

vid. C. nostri D. Dipl. CXXX.

An. 1332. die Solis ante Mariæ Magdalen. Urbis Lignicensis Immunitates, Jura & Privilegia tertia vice confirmabat:

vid. Thebesius l. c. P. I. Cap. XXIX. §. 1.

An. 1333. IV. Kal. Nov. Lignicum, Goldbergam & Haynoviam, quod illas amplius haud pignori dare velit, certas esse Diplomate suo jussit: Idem l. & C. c. §. 5.

An. 1335. VIII. Kal. Aug. de Moneta cum Urbe Lignicensi convenit, & nulli, qui Æs alienum in illa contraxerat, absque Senatus Consensu Treugam concedere velle promisit: Idem l. c. Cap. XXX. §. 4.

E. a. in Transactione Trencinensi & an. in sequ. 1339. ipsius Casimiri III. Reg. Polon. Diplomate ab omni nexu Polonia liberatur:

vid. C. nostri D. Dipl. I. & II.

An. 1336. Straubingæ in Festo Decollationis Johannis Baptista testis aderat, cum Bolcko Dux Monsterbergensis se Bohem. Regis Vasallum profiteretur:  
vid. C. nostri D. Dipl. LXXI.

An. 1337. Feria V. infra octavas Epiphan. Wratislaviae Diplomati testis subscripsit, quo idem Bolcko Dux Monsterberg. Regi Bohemiae Civitatem Strelin pignori dedit:  
vid. C. nostri D. Dipl. LXXIX.

An. 1339. Wratislav. in die Agnetis Virginis gloriose Conrado I. Duci Olsnensi Civitatem & Terram Berolstadiensem vendidit: quod e. a. Johannes Boh. Rex habuit ratum:

vid. C. nostri D. Dipl. LIII. & LIV.

E. a. die Solis Quasimodogeniti, accidente Filiorum „WENCESLAI & LUDOVICI“, consensu villam Quechovvz Cœnobio Lubensi tradidit:  
vid. Thebes. l. c. P. I. Cap. XXXI. §. 12.

An. 1341. in die S. Margaretha Virginis gloriose testis Pragæ aderat, cum Casimirus III. Pol. Rex Johannem Boh. Regem in Patrem & Carolum March. Moraviae Fil. ejus in Fratrem adoptaret:

extat Diplom. Tom. V. Ludewig. p. 504. seqq. (Bernhardi quidem ibi nomen occurrit, sed nullus ea tempestate hujus nominis Dux Lignicensi extitit: hinc Boleslai ponendum, quem hoc an. Pragæ fuisse sequi. Diplomata affirmant.)

E. a. in Vigilia Nativitatis Mariæ Virginis gloriose Pragæ egit, cum Fridricus & Otto Fratres Burggravii de Dony & Henricus Dapifer de Brun Castrum Dony a Johanne Boh. Rege in perpetuum & hereditarium feudum susciperent: hæc enim circa finem litterarum verba occurrunt: „In cuius rei Testimonium Sigilla nostra una cum „Sigillis Illustrium Principum: Domini Rudolphi Ducis Saxonie: & DMNI BO- „LEZLAI DUCIS ZLESIE, DMNI LEGNICENSIS & BREGENSIS, - - presentibus sunt appensa.“

vid. Balbin. Part. VI. Epist. public. ad Misniam pertinentium p. 292.

E. a. Pragæ Feria II. proxima post Festum exaltationis S. Crucis sese Urbes suas non aliter quam reservato Regi Bohemiae Jure reliundi pignori dare posse testatur:  
vid. C. nostri D. Dipl. CXXXIII.

An. 1342. coram Episcopo Wratislav. se Regis Regnique Bohemiae Vasallum profitebatur: testante id C. nostri D. Dipl. XIII. quod e. a. in domo habitationis Cruciferorum Ord. S. Joannis Hierosolymitani prope Wratislaviam in Octava S. Joh. Baptistæ Preczlaus Episcopus Wratislavensis edidit.

An. 1343. III. Kal. Aug. in Castro Pragensi testis aderat, cum Filii ejus WENCESLAUS & LUDOVICUS se Regis & Coronæ Bohemiae Vasallos profiterentur:  
vid. C. nostri D. Dipl. CXXXIV.

Hæc Diplomatū Fide constant: Fragmentum Chron. Siles. MSti Sec. XIV. confecti hæc ad an. 1291. „Anno DNI MCC XCI. in crastino S. Mauritii natus BO- „LESLAUS, FILIUS HENRICI QUINTI DUCIS ZLESIE ET DNI WRA- „TISLAV.“

Eum an. 1310. Henrico Glogoviensi Duci bellum intulisse Dlugossus lib. IX. tradit: „Paternas injurias BOLESLAUS Wratislavensis Dux, Filius Henrici „Quinti, in Filio Conradi Glogoviensis Ducis Henrico ulturus movet illi Bellum & Ter- „ram suam crebris invasionibus vastat. Henricus vero Glogoviensis Dux satis Animi „ad resistendum habens cum Boleslao confligit & multis hinc inde cadentibus succum- „bit. Ea victoria Boleslaus Wratislavensis Dux elatus Oppidorum & Villarum Mili- „tibus suis donationes fecit: Curias insuper, choreas & hastiludia celebrare coepit: & ad „famam suæ liberalitatis multis concurrentibus militibus grandi Ære alieno se involvit..“

Cromerus lib. XI. a. an. 1310. „Henricus (Glogoviensis) domi a BOLESLAO „Duce Wratislavensium, Henrici Quinti Filio, bello lacepsitus & profligatus ex mero- „re cum ægrorasset, V. Id. Decembr. mortuus est..“

Exactis abhinc Annis aliquot Terras inter se paternas Fratres dividebant, quod vel An. 1313. præcipite vel. 1314. inchoante accidisse Thebesius l. c. P. I. Cap. XXIV. §. 2. autor est, cum ab eo Tempore Sigillum mutaverit nec amplius Wratislavensem se Dominum, sed Lignicensem dixerit Dux BOLESLAUS: imo an. 1314. in Die Annunc. Mariæ Lignicensium Jura & Immunitates confirmaverit.

Dlugoff. lib. IX. ad an. 1315. „Juxta autem numerum Ducum tres designatae sunt „Partes: una Wratislaviensis: secunda Legnicensis: tertia Bregensis: ea tamen condi- „tione apposita, quod is, qui Wratislaviensem portionem sortiretur, quadraginta octo „Margarum: is vero, qui Legnicensem, triginta duo Margarum millia ei soli, cui Bre- „gensis obtingeret, propter inæqualitatem portionum esset superadditus. Quod cum „a Ducibus probatum fuisse, BOLESLAUS ad habendas pecunias aspirans Brigam „præter sortem accepit. Reliqui duo Henricus & Wladislaus sortiri designatas por- „tiones jussi Henrico obvenit Wratislaviensis: Wladislaus Legnicensis. Et Henricus „quidem Wratislaviensis Dux pecunia apud militares & cives Wratislavenses mutua- „ta Fratrem suum BOLESLAUM Brigensem Ducem quadraginta octo millibus Mar- „garum juxta Ordinationem divisionis contentavit. Dux vero Legnicensis Wladislaus „natu junior & qui in Ecclesiasticam sortem aspirans in Sub-Diaconi Gradum erat „promotus, non valens pecuniæ acquirere Legnicensem Civitatem Fratri Duci Bri- „gensi in XXXII. mill. marcarum obligat: Cum quo velut Germano & manere & ci- „bum capere & conversari una simul in Legnicz cœpit.,“

Math. de Michovia Lib. IV. Cap. XIV. „Anno Domini 1315. Henricus & Wla- „dislaus Filii Ducis Henrici Quinti Wratislavien. annos pubertatis transgressi Fratrem „suum Seniorem BOLESLAUM magna importunitate ad partiendum patrimonium „coegerunt: ne ipsius prodigalitate partes hæreditatis illorum consumeret. Et O- „LESLAUS quidem Bregam accepit aspirans ad pecunias a Fratribus addendas: Hen- „ricus vero Wratislaviam forte accipiens quadraginta octo millia Margarum BOLES- „LAO exsolvit: Wladislaus autem Fratrum junior Legniczam sortitus in Subdiaco- „ni Gradum promotus in triginta duobus millibus Margarum, quæ non potuit pro ad- „ditamento solvere, Legnicensem Civitatem BOLESLAO Bregensi Fratri suo obliga- „vit. Sed idem Dux Wladislaus ægestate ductus contra BOLESLAUM Ducem „Bregensem bellare cœpit, ut sibi de Legnicensi Ducatu cederet, quem sæpius fusum & „fugatum tandem comprehendit & in Legnicensi Castro in carcere dimidio Anno al- „ligavit, quo reconciliantibus Amicis ut singulis annis quingentas Marcas, quibus sta- „tum suum ducere possit, Dux BOLESLAUS sibi daret, dimisso propter graves mo- „lestias in phrenensin incidit & delirans cuidam militi, qui castrum Hornsberg in mon- „tibus habebat, se adjunxit & prædas in Bregen. ac Legnicensi Ducatibus agere cœpit. „Dunque in villas Jankow & Wirbin in Terra Bregen. Impetum fecisset, a rusticis, „qui pro sua securitate centum armatos adduxerant, cum XX. complicibus captus est „& BOLESLAO Duci Bregen præsentatus, in Vincula trusus in Castro Legnicensi in- „tegro anno detinebatur, ubi tantam phrenensin incidit, ut singulos sibi ministrantes „conaretur occidere. Mitigata tandem Phrenesi a Vinculis dimissus nunquam stabi- „lem tenuit gradum sed in modum delirantis ambulabat.,“

Has Wladislaum inter & BOLESLAUM turbas an. 1318. exortas fuisse Dlu- · goff. Lib. c. ad an. hunc tradit: „Tactus grandi & intrinseco Dolore Wladislaus Le- „gnicensis Dux, Filius Henrici Quinti Wratislaviensis Ducis, quod sortem suam & Du- „catum Legnicensem Germano suo Duci BOLESLAO Bregensi in XXXII. mill. mar- „garum vigore divisionis inter Fratres celebratae debitarum obligasset, cum eo pannoso „& egeno existente BOLESLAUS & Legnicensem & Bregensem sortem haberet pos- „sessmentam guerrandum contra BOLESLAUM Brigensem Ducem Fratrem suum ini- „quorum consiliorum seductus Consilio duxit: ratus per guerram Fratrein BOLES- „LAUM & debitum relaxaturum pecuniarum & Fratri de Lignicensi Ducatu cessu- „rum. Quantis itaque potest amplioribus & Legnicensem proprium & Bregensem „fraternum Ducatum rapinis, spoliis, incendiis & prædis devastat. Cujus temeritati „BOLESLAUS Bregensis Dux validam resistentiam opponens, cum milite præstaret, „sumtu & armis conatus suos perfringit. Et sæpius fusum fugatumque tandem com- „prehendit & in carcerem in Legnicensi Castro conjectum dimidio anno in pedibus „& manibus detinet captivum. Agentibus deinde communibus amicis fit reconciliatio „inter eos eo pacto & conditione, ut BOLESLAUS Bregensis Dux Legnicensem Du- „catum in Pecunia sibi decreta teneat & Wladislaus Fratri annis singulis octingentas „marcas, quibus statum suum ducere possit, solvat. In hoc fœdus a captivitate Vla- „dislaus Dux Lignicensis solutus de his quæ pepigerit servans BOLESLAUM Bri- gensem

„gensem Duceim, afferens illum largas & multiplices largitiones promisisse, graviter im-  
„petit. Quo promissionem negante coactus est BOLESLAUS Brigenis Dux arbi-  
„tris & Baronibus communibus decernentibus per triplex jurandum facere purga-  
„tionem. Dum itaque VVladislaus Legnicensis Dux secus sibi omnia cessisse, quam  
„speraverat, vidisset, frenesin hausit & delirans militi cuidam, qui castrum Hornsberg si-  
„tum in montibus habebat, se adjungit & ex castro hujusmodi cum exiliatis, profugis  
„& ære alieno gravatis prædas agere in Legnicensi & Bregensi Ducatibus cœpit. Sed  
„dum in villas Jankow & VVirbin in Terra Brigeni sitas spoliaturus illas Impetum  
„fecisset, a rusticis, qui pro sua securitate centum armatos conduxerant, captus est cum  
„viginti complicibus & Boleslao Duci Bregensi præsentatus. Qui cum illum in Vin-  
„cula trusum anno integro in Legnicensi Castro detinuissest, tantam tamque ingentem  
„frenesin induit, ut se ipsum & singulos sibi ministrantes conaretur occidere, nemo-  
„que illi auderet appropinquare. Mitigata tandem frenesi a Vinculis dimissus nun-  
„quam stabilem tenuit gradum, sed delirantis in modum cum uno vel duobus comi-  
„tibus nunc apud Ecclesiasticos, nunc Militares aut Scultetos hospitatus vehebatur: Sub  
„hac quoque mentis alienatione & insania aliquanto Tempore versatus ad animi tan-  
„dem sui competentiam redierat.,,

Sed dimitimus VVladislauni, de quo plura ad Tab. I. Genealog. no. 51. diximus: vindicabat hac sibi ratione Lignicensem Ducatum Boleslaus noster Dux Bregensis, qui anno in sequenti 1319. uti erat Princeps bellicosus, Conradum I. Ducem Olsnicensem adortus est & Terras eum restituere coëgit, quas Pater ipsius Conradi Henricus Dux Glogoviensis Patri Boleslai Bregensis, Henrico V. Duci VVratislav. & Lignicensi ademerat. Curatius hoc l.c ad. an. hunc Dlugosius:

„Amaro & exulcerato BOLESLAUS Brigenis & Lignicensis Dux ferens ani-  
„mo & Patris sui Henrici Quinti captivitatem depactationemque & nonnullarum Ci-  
„vitatum & oppidorum alienationem in Conradi Ducis Glogoviensis, Patris sui captivi-  
„tatoris & depactatoris nepotes sœvit & Conrado Filio Henrici Glogov. cui Olschna  
„& civitates a Patre suo depactata obtigerant, bellum movet. Quod tam infesto tra-  
„ctat peragitur animo, ut Conradi Olesniczensis, Adversarii sui Principatu incendiis  
„& spoliis pervastato & per aliquot certamina fuso Conradum ipsum ad fundum ege-  
„statis redegerit, utpote qui equum tantummodo retinens unum pallio lineo amicieba-  
„tur. Bello tamen hujusmodi Baronum communium interpositione sedato coactus  
„est Conradus Oleschniczensis Dux ex Fœdere tunc icto Namislaviam, Berolthow,  
„Kruczbourg, Piczem & Kunczenstad Duci Boleslao Bregensi & Lignicensi restituere  
„& perpetuam de illis cessionem facere. Voloviam autem atque Lubens, et si ad Legni-  
„censem Ducatum pertinuerint & a Patre suo Henrico Quinto injuste abstracta fuerint,  
„Boleslaus Brigenis & Lignicensis Dux Conrado Oleschnicensi suæ compassus egestati  
„dimisit & donavit. Accessione autem tot bonorum ditatus Silesia Principes Gloria &  
„Fama anteibat: Quam amplius cumulaturus in Milites, Clientes & Vasallos liberalius,  
„quam sat erat, se gerere, sumptus insuper prodigos & damnosos facere rursum cœpit.  
„Ex quo multis variis se debitibus per usurarios contractis involvens oppidum Nymptz  
„cum suo districtu Duci Bernardo Swidnicensi, item Haynoviam & Aureum Mon-  
„tem in pluribus marcarum millibus creditoribus Civibus VVratislaviensibus obli-  
„gat.,,

Math. de Michovia Lib. IV. cap. 14. „Anno Domini 1319. BOLESLAUS Bre-  
„gens. & Legnicens. Dux Conrado, Filio Ducis Henrici Glogov. cui Olsna obtigerat,  
„propter Patris sui Henrici Quinti captivitatem & depactationem bellum movet olim  
„per Avum ejus Conradum Glogov. factam & aliquot certaminibus superatum ad  
„tantam Egestatem ipsum Ducem Conradum redegit, ut unum tantummodo equum  
„& pallium lineum, quo amiciebatur, possideret. Ictoque fœdere ex Sententia Baro-  
„num communium Conradus Oleschniczensis Namislaviam, Beroltow, Cruczbork,  
„Piczen & Cunczenstad Duci BOLESLAO Bregensi restituere coactus est: Volaviam  
„vero & Lubens compassus Egestati Conradi Oleschnicensis ei dimisit. Accessione  
„autem tot bonorum BOLESLAUS sumptus prodigos iterum facere cœpit in tantum,  
„ut debitibus variis in volutus oppidum Nymptz cum suo districtu Duci Bernardo Suid-  
„nicensi, item Haynoviam & Aureum montem creditoribus Civibus VVratislaviensibus ob-  
„ligaret.,,

Mart.

Mart. Cromerus Lib. XI. „Conrado deinde Oleschnicensium Ducis bellum fecit „BOLESLAUS Bregensis, quod in ejus ditione ferme erant Oppida ea, quæ Avus ipsius „Conradus Dux Glogoviensium ab Henrico Patre suo inquis pactis, quemadmodum „supra memoravimus, extorserat. Cumque Regionem omnem Olesnicensem perva- „stasset, eo adegit Conradum, ut is isto foedere Namislaviam, Berolthoviam, Crucebur- „gum, Picem & Cruciburgum Oppida sibi traderet: vicissim autem ipse ei Boleslaus mi- „sertus Egestatis ejus Woloviam & Lubensium donavit. Neque tamen hæ tantæ ac- „cessiones inopiam BOLESLAI relevarunt: sed cum omnia tanquam in Barathrum ali- „quod aut in pertusum dolium caderent, homo sumptuosus ac prodigus tantum æs alien- „num contraxit, ut Nemcense territorium Bernardo Suidnicensem Ducis, Haynoviam „vero & Goldbergam Wratislaviensibus Civibus oppignoraret. „

Nec ita quievit Principis animus gloriæ & potentiaz cupidissimus, sed an. 1320. Du- catum Wratislaviensem ambiens Henrico VI. Fratri gravis esse cœpit: quod l. c. atti- git idem Cromerus: „Aliud deinde cœpit parandarum Opum Consilium. Nam ab „Henrico Fratre, quod is nullos masculos haberet liberos, contendit, ut sibi Wratisla- „viensem Dominatum concederet, Legnicensem vero a se acciperet. „

Cumulatus vero id l. c. ad an. hunc exposuit Dlugossus: „Gravatus & pressus ære „alieno BOLESLAUS, Brigenis & Legnicensis Dux, in Henricum Sextum gerina- „num suum Wratislaviensem Ducem, Virum mitem & simplicem & ex moderatione lo- „cupletem livoris stimulum convertit, dolens illi Wratislaviensi portionem, velut in- „ter fortes præstantiorem obtigisse. Unde ipsum per certos Barones pulsat & requirit: „quatenus Legnicensi Ducatu, quod hæredes masculini sexus non relinquere, recepto „sibi, qui abundabat Filiis, cederet de Wratislaviensi. Verum dum Henricus VI. Dux „Wratislaviensis id facere recusasset, majori bile BOLESLAUS excandescens Ducatum „suum Wratislaviensem ordinavit clandestinis spoliis, rapinis, invasionibus ex Marcin- „kowice, cæterisque Bregensis Districtus Curiis & munitionibus, fingens se omnium, „quæ fieri mandaverat, ignarum, affligi & vexari. Sed cum has quoque vexationes Hen- „ricus VI. Wratislav. Dux partim patienter ferret aut dissimularet, partim per Milites „suos reprimeret, BOLESLAUS Bregensis & Lignicensis Dux jam non Fratri Henrico, „sed Consiliariis suis iratus Nicolaum de Banez, Canonicum Wratislaviensem, Henrici „Ducis Consiliarium de Ecclesia S. Ægidii trahi per satellites suos mandavit & in Jelcz „deduci. Ubi aliquanto tempore vincitus tandem Amicorum & Fratrum Intercessione „vix absoltus. Alium insuper Henrici Ducis Consiliarium, Civem Wratislaviensem vo- „catum de Molensdorff de Ecclesia S. Elisabeth per Curientes extrahi ordinavit, & Ca- „nonico & Civi pro culpa imponens, quod in Henrici Ducis Consilio personam suam „sugillassent. Qui equo impositus valido clamore ferri sibi præsidium per Cives petiit „captivitatoribus, nisi silleret, occisionem sibi minantibus. Sed cum in Clamore perse- „veraret, veriti captivitatores per concursum Populi periculum de Equo projectum oc- „cidunt, & de Civitate celerrime se, ne apprehenderentur, evolvunt: Ducique suo BO- „LESLAO Bregensi & Legnicensi, qui ante portam illorum operiebatur Adventum, se- „riem gestæ per eos rei exponunt. Ille autem plurima perturbatione afflictus, quod spe „sua in singulis fustrabatur, vivum enim & incolumem civem Wratislaviensem Molens- „dorff optabat accipere, non cæsum: quoniam per illum credebat se ab Henrico Duce „aliquam Concordiam suæ ambitioni profectum allaturam extorsisse: alias rursum Vias, „quibus cogitata perficeret, moliri non desit. „

An. 1321. Regni Bohemiæ Capitaneum Johannes Bohemiæ Rex effecit. Affirmat id Chron. Aulæ Regiæ ad an. hunc: „BOLESLAUS Dux Silesiæ de Legnicz Capita- „neus Regni efficitur: variisque debitibus & negotiis imbrigatur.

Idem Chron. ad a. 1327. Boleslaum ansam dedisse testatur, quod Regno Bohemiæ Du- catum Wratislaviensem Feudum subjiceret Henricus VI. Dux Wratislaviensis, cuius post- ea exemplum ipse sequebatur Boleslaus: „Henricus VI. Dux Silesiæ, Dominus Civitatis „Wratislaviaæ Hærede quidem masculo caruit, Filias tantum habuit: plus quoque Regi „de Ducatu, quam Boleslao proprio suo Fratris favit: quarebat enim idem Boleslaus Dux „de Brega omni tempore, qualiter Henricum Fratrem suum ejiceret de suo Dominio vi „vel fraude. „

Carolus IV. in Vita: „Henricus Septimus, Dux Wratislaviensis, qui hæredes non „habebat, acceperat in Donum Glocense territorium temporibus Vitæ suæ, voluitque po- „tius prædictam Civitatem ac Ducatum Patri nostro ac Coronæ Regni Bohemiæ perpe-

„tuo applicare, quam Fratri suo Boleslao dimittere: quia ipse & Frater suus mutuo sibi  
„inimicabantur.”

Dlugossus lib. IX. ad an. 1322. „Præfatus Henricus Wratislaviensis Dux in Boles-  
„laum Lignicensem & Bregensem Duce in grandi Odio æstuans, ejus quoque impressio-  
„nes & gravamina evitaturus facile in resignationem & alienationem Civitatis & Duca-  
„tus Wratislaviensis Militaribus & civibus, etiam Wratislaviensibus suis consiliis ad id  
„eum impellentibus consensit: Recepto itaque a Johanne Bohemiæ Rege oppidi Klo-  
„czko solum ad vitæ tempora usu & tenuta Civitatem & Ducatum Wratislaviensem sibi  
„perpetuo resignat & de illo excedit perpetua donatione, licet cum gravi Regni Poloniæ,  
„de cuius corpore Ducatus & Civitas Wratislaviensis semper fuerat, jactura & injuria Du-  
„catum prædictum Johanni Bohemiæ Regi inscribendo.”

Eadem habent Math. de Michovia lib. IV. cap. XV. & Mart. Cromerus lib. XI.

Tandem qui Fratri Henrico adversarius fuerat Boleslaus, memorabile & ipse Tali-  
onis Jus expertus est, cum qui hactenus expulsus fuerat natu minor Frater Wladislaus  
redux Ducatum Lignensem venalem Regi exhiberet, illumque fortis suæ esse Civium  
Lignencium litteris probaret: quo ingruentis periculi metu ita superatus est Boleslaus, ut,  
ne Regis iram indignationemque concitaret, se ejus Vasallum profiteretur. Affirmant hæc:

Chron. Aulæ Regiæ ad an. 1329. „Eodem anno Mensæ Majo BOLESLAUS Dux  
„Silesiæ, Dominus Bregensis Civitatem Legnitz cum suis pertinentiis, quam a Fratre suo  
„Wladislawo Clerico vi abstulit, & suæ ditioni subdidit, a Johanne Bohem. & Poloniæ  
„Rege Jure Feudali, quasi coactus suscipit & ad ejus obsequia perpetuo cum suis hæredi-  
„bus se astrinxit.”

Dlugoss. lib. IX. ad an. 1323. „Rediit interea ex Masovia Wladislaus Sub-Diaco-  
„nus, Lignensis Dux, germanus Boleslai Ducis Bregensis, & Regem Bohemiæ accedens  
„Lignensem ei Ducatum, quem Boleslao Bregensi Duci in XXXII. mill. marcarum  
„obligaverat, venalem exhibuit, astraens Ducatum præfatum Lignensem fortis suæ fo-  
„re: de quo & Civium Lignencium litteras patentes produxit. Rex autem Bohemiæ  
„Johannes solita vafricia usus litteras quidem Lignencium ad se recipiens deliberatu-  
„rum se Duci Wladislawo respondit: Boleslao vero Brigenzi Duci in cameram paucis ar-  
„bitris adhibitis accessito litteras Lignencium Civium monstrat, monens, ut ipse exem-  
„plum Fratris Henrici Wratislaviensis Ducis sequens in suam & Regni Bohemiæ ditio-  
„nem concederet, ablaturum se illi Ducatum Lignensem minitans, si calcitraret. Ter-  
„ritus Boleslaus Bregensis Dux hujusmodi denunciatione & propter facultatum suarum  
„diminutionem ex prodigo sumptu & largitione fecatum parum animi ad resistendum  
„habens periculum & altius alienationem quoque Ducatus Lignensis veritus Joanni  
„Bohem. Regi se subjicit, & aliena illicite appetens privatur propriis.”

Eadem habent Math. de Michovia lib. IV. cap. XV. & Cromerus lib. XI.

Terram Haynovensem eodem an. 1329. Wenceslao Filio natu maximio Boleslaum dedisse Thebesius l. c. P. I. Cap. XXVIII. §. 8. probat: quod hic e. a. die S. Marci ejusdem Urbis Privilegia, Jura & Immunitates confirmaret.

An. 1335. Bregæ Monasterium Fratrum Ordinis Minoris fundabat. Dlugoss. lib. IX.  
ad an. hunc: „Tredecima Julii BOLESLAUS Dux Poloniæ & Dominus Bregensis in  
„Oppido suo Ducali Brega fundat Monasterium Fratrum Ordinis Minorum, quod Nan-  
„kerus Episcopus Wratislaviensis in anno subsequenti 29. Junii auctoritate Joannis Pa-  
„pæ XXII. confirmat.”

An. 1336. magna egestate pressum Lignensem Ducatum Filiis dedit idem Dlu-  
goss. l. c. Autor est: „Filiis VVENCESLAO & LUDOVICO terram Lignensem, sed  
„variis pecuniarum summis & are alieno gravatam cessione perpetua reliquit, ut sibi suæ  
„que conditioni, quantum scirent, providerent. Qui suffragio a Militibus & agrestibus pe-  
„titio & obtento Lignensem Terram a Creditoribus liberant & exolvunt nonnullis Cre-  
„ditoribus eorum conditioni miserantibus summarum pecuniarum remittentibus por-  
„tionem.”

Hoc tamen an. denum 1342. accidisse Thebesius l. c. P. I. Cap. XXXIII. §. 2. af-  
firmat.

An. 1337. Episcopo Wratislaviensi Nankero bellum intulit, cuius causam & even-  
tum Dlugoss. l. c. habet: „Rex in vehementiorem furorem versus (ob Castrum Mylicz,  
„quo cedere nolebat Episcopus, & quod Regem ipsum & Terram Wratislaviensem in-  
„terdicto Ecclesiastico subjiceret,) omnia bona temporalia tam Episcopi quam Mona-  
sterio-

„steriorum & quarumcunque Ecclesiarum occupat & Silesia Ducibus mandat occupare.  
 „Sed omnibus aliis iussionem detestantibus BOLESLAUS Bregensis Dux, egestati & in-  
 „opiaz sua succursurus exequitur imperata, & omnes Ecclesiarum Villas, Oppida, Decimas,  
 „Census & introitus in Ducatu suo Brigensi invadit & diripit. Pro quo tam ipse excom-  
 „municatione gravi innodatus & terra sua fuit, quod longo tempore pertulit sub inter-  
 „dicto.“

Ab hoc Interdicto Nankero mortuo & Preczlae de Pogarell ad Episcopatum Wratislavensem evepto nec an. 1342. Boleslaum veniam obtinere potuisse, idem Dlugoss. l.c. autor est:

„Et quamvis Carolus Marchio Moraviae policeretur Boleslao Bregensi & Ligni-  
 „censi Duci pro Damnis & Spoliis ac Injuriis, quibus Ecclesiam & Clerum Wratislavien-  
 „sem affecerat, parem reconciliationem (cum Episcopo) ordinaturum: nulla tamen in-  
 „terpositione facta ex Wratislavia discedens Boleslaum Ducem Bregensem magnis an-  
 „xietatum suppliciis nodisque & quid ageret, consilii inopem illaqueatum dimisit. Quia  
 „tamen Episcopus Wratislavensis Preczlaus ex Ducatu suo oriundus extabat, & in guer-  
 „ra a Conrado Oleschnicensi Duce sibi mota adjuvabatur per Ducem Bregensem Boles-  
 „laum, benevolentia inter Episcopum & Ducem propterea secuta modestius de cætero  
 „cum illo singula agebantur. Non poterat tamen Dux negantibus his, quos annis plu-  
 „ribus de eorum introitibus spoliaverat, sibi & terris suis absolutionis & relaxationis be-  
 „neficium obtinere.“

An. tandem 1352. IX. Kal. Maji Boleslaum diem suum obiisse, & ante obitum in gratiam cum Episcopo rediisse coævo Testimonio affirmat Chron. Principum Poloniae cum eorum gestis hoc Volumine ex MSto editum: eadem Pohlius in Annal. Wratislav. MStis: „BOLESLAUS Herzog zum Brieg, nachdem er sich die Fasten über sehr ab-  
 „gehungert, und nach Verfließung derselben auf einer Mahlzeit dreyzehn junge Hüner  
 „aufgeessen, und mancherley Getränke überflüssig in sich gegossen, ist er in Oster-Feyer-  
 „Tagen krank vworden, und nach erlangter Absolution des siebenzehnjährigen Ban-  
 „nes den 21. April mit Freuden verschieden. Lieget begraben im Kloster Leubus in  
 „der Capell, die er selbst erbauet, darzu er Heidersdorff und Lang-Oelsse, im Nimpt-  
 „schischen Weichbild gelegen, verchret. Seine Witrib, mit der er keine Erben gezeu-  
 „get, behielt zum Leib-Gedinge Brieg und Ohlau.“

Inscriptio Tumuli in Monasterio Leubusino IX. Kal. Maji denatum tradit:

No. Kale. dans Majus Dux Wra. Leg. Brieg. Boleslaus  
 Zelator veri Largus promtus misereri.

Fit cum defunctis: M. C. tribus L. duo junctis.

vid. Thebesius l. c. P.I. Cap. XXXVI.

(2. 15.) Chron. Aulæ Regiæ ad an. 1322. „Eodem Anno VI. Id. Aprilis glorioſa  
 „ac virtuosa Domina MARGARETHA, Wenceslai Regis Sexti Bohemiae Filia, BOLES-  
 „LAI Ducis Silesiae de Legniz UXOR LEGITIMA, in Gretz puerpera moritur, & in  
 „Aula Regia Fundatione paterna una cum NICOLAO Filio suo infantulo inter Mona-  
 „chorum Sedes in medio Ecclesiæ sepelitur.

Add. Chronicon Princip. Polon. hoc Vol. edit. quod VVENCESLAUM & LU-  
 DOVICUM Filios ex MARGARETHA, Wenceslai Bohemiae Regis Filia suscepisse  
 BOLESLAUM testatur.

(3.) Coævo hoc afferit Testimonio idem Chron. Princip. Polon. „Post mortem  
 „vero ejus (BOLESLAI Ducis Lignic. & Bregensis) Domina KATARINA, ejus Uxor  
 „secunda de Croacia nata, & de Ungaria ducta, in dotalitium tenuit Bregam & Olaviam.,  
 Plura de ea Thebesius l. c. P.I. Cap. XXXVII. §. 2. & 3.

(4) Filium BOLESLAI Ducis Lignicensis & Bregensis natu maximum, fratremque  
 LUDOVICI fuisse ad no. 1. anteced. Diplomatuni & Scriptorum fide probavimus: affir-  
 mat id imprimis Diploma illud

An. 1331. Pragæ in die B. Luciæ editum, quo cum Patre BOLEZLAO, & Fratre  
 LUDOVICO se Johannis Regis Bohemiae Vasallum profitetur VVENCESLAUS: vid.  
 C. nostri D. Dipl. XXX.

An. 1338. III. Kal. Aug. in Castro Pragensi se Regis Bohemiae Johannis Vasallum  
 esse,

esse, denuo confitebatur, eoque mortuo ab illius Filio Carolo March. Moravia terras suas omnes in Feudum recipere velle: vid. C. nostri D. Dipl. CXXXII.

A. 1339. Vratislavia in die Agnetis Virginis gloriose Conradum I. Ducem Olsensem Civitatem Beroldistatt cum Castro & districtu reluisse testatur: quibus litteris Pater BOLEZLAUS & Frater LUDOVICUS subscrispsit: ipse vero VVENCESLAUS in iis Dominus Namslaviensis audit: Extant in C. nostro D. Dipl. LIII.

A. 1342. die 14. Mensis Julii in Alladio juxta rivulum Loa districtus Vratislav. a Fratre LUDOVICO Procurator, seu negotiorum gestor constituitur, ut nomine ipsius Feudum suscipiat: vid. C. nostri D. Dipl. CXXXVI.

E. a. d. 23. Junii Urbi Lignicensi Advocatiam Provinciale concessit, „cum „ipsum centum Marcas perpetui Census discretis Viris Rychloni de Lignicz & Hanconi „Saxoni Civibus Vratislavensibus vendere permitteret: „ vid. Thebes. l. c. P. I. Cap. XXXIII. §. 3.

E. a. IV. Kal. Sept. Urbis ejusdem Privilegia, Jura & Immunitates confirmabant: idem l. & C. c. §. 4.

A. 1343. III. Kal. Aug. in Castro Pragensi sese denuo ratione omnium Terrarum Vasallum Bohemiae esse affirmabat: vid. C. nostri D. Dipl. CXXXIV.

A. 1345. VI. Id. April. cum Fratre LUDOVICO Villa Nickelsdorff Civitatis Jura concessit: Thebes. l. c. P. I. Cap. XXXIV. §. 2.

E. a. Sabbatho ante Dominicam Misericordiae Domini cum Fratre LUDOVICO, Haynoviae Jus Magdeburgicum introduxit: Idem l. & C. c. §. 4.

E. a. in Vigilia S. Laurentii Vratislavia, facta cum Fratre LUDOVICO Terra Lignicensis Divisione, suam partem denuo a Johanne Boh. Rege Feudi nomine suscepit: vid. C. nostri D. Dipl. CXXXVIII.

E. a. die Thomae „omnes Libertates & Gratias ac Jura quaelibet Urbi Lignicensi „quondam datas confirmabat: vid. Thebesius l. & C. c. §. 8.

An. 1346. die Invent. S. Crucis Lignicenses per litteras certiores reddidit, se absque eorum Consensu villam Nickolstadt nunquam vendere velle: Idem l. & C. c. §. 9.

E. a. Dominica proxima post Aegidii denuo Urbis Lignicensis Jura & Immunitates auxit: Idem l. c. P. I. Cap. XXXV. §. 3.

An. 1347. IV. Kal. Junii Fratre LUDOVICO consentiente Lacum Koschwiezensem Praetori hereditario Lignicensi vendidit: Idem l. & C. c. §. 4.

E. a. Kal. Sept. Praga egit, cum CAROLUS IV. Rom. Imp. & Bohem. Rex eam, quam antea Reges Bohemiae coronandi & inungendi Facultatem Moguntinus habuerat, in Archi-Episcopum Pragensem egregio Diplomate transferret. Verba Augusti Caesaris sunt:

„Vor unsrer Hoheit sind erschienen - - - - - die Durchleuchtigen „Joannes Herczog in Kärndten und Graf in Tyrol, unser liebster Bruder: Nicolaus „der Herczog von Troppaw und Ratiborz: Bolck der Herzog von Oppeln: VVENCESLAUS der Herzogk in Schlesien: &c., „ vide Melch. Goldastum ab Haimansfeld in Diplomatibus, quæ Collect. variorum Consil. de Success. & Jure hereditario Gentis Austriae in Hungariam & Bohemię addidit, No. XXIX.

An. 1349. Feria VI. post Georgii Aurifodrias Nicolstadenses Urbi Lignicensi Pignori dedit: Thebes. l. c. P. I. Cap. XXXV. §. 8.

An. 1352. die S. Vincentii Haynoviae Facultatem Vectigal ex omni Terra Haynoviensi exigendi concessit: Idem l. & C. c. §. 9.

E. a. Kal. Apr. Lignicensi Urbi liberum Panis forum & Senatui Jus statuta condendi dedit: Idem l. c.

An. 1353. Id. Decembr. cum Fratre LUDOVICO Vratislavia testis aderat, cum Carolus IV. Rom. Imp. & Boh. Rex Ecclesiam Vratislavensem egregio Diplomate donaret: vid. C. nostri D. Dipl. XVIII.

An. 1356. II. Id. Aug. Vratislavia Diplomati Bulla aurea insigni cum Fratre LUDOVICO subscrispsit, quo Carolus IV. Rom. Imp. & Boh. Rex Vratislaviam donabat: vid. C. nostri D. Dipl. CXLVI.

An. 1358. VII. Id. Januarii ibidem testis aderat, cum CAROLUS IV. Rom. Imp. & Boh. Rex factam a Rege Bohemiae VVenceslao Olomucii an. 1289. X. Kal. Septembr. Oppidi Schönberg in Provincia Bohemiae Greczensi Bolckoni Duci Silesiae (I. Svidnicensi)

censi) donationem ex voto Bolckonis II. Ducis Suidnicensis confirmaret: vid. Diplomatar. Grissoviense Tom. VI. Ludewig Dipl. VII.

E. a. Id. Decembr. ibidem cum fratre LUDOVICO Diplomati subscrispsit, quo CAROLUS IV. Rom. Imp. & Boh. Rex Terram Grotkoviensem, quam a Boleslao Duce Bregensi Preczlaus Episcopus Wratislaviensis emerat, feudum Bohemiarum afferuit: vid. C. nostri D. Dipl. X.

An. 1359. die Martis proxima post S. Mar. Magdal. CAROLUS IV. Rom. Imp. & Boh. Rex Fratres hacstenus discordes ad pacem concordiamque egregiis litteris in Arce Carlosteneensi editis, quæ unicuique suam Terrarum partem tribuunt, composuit: Extant integræ apud Thebesium l. c. P. I. Cap. XXXVII. §. 6.

An. 1362. XV. Kal. Junii in Piska CAROLO IV. Rom. Imp. & Boh. Regi se Civitatem Arcemque Lignensem nunquam vendere velle fidem dedit: vid. C. nostri D. Dipl. CXXXIX.

E. a. in Die B. Ambrosii Confessoris Lignicciae Cœnobio Grissoviensi supremum & infimum Judicium in villa Tyncz cum Jure Patronatus concessit: vid. Diplomatar. Grissovi. Tom. VI. Ludevig. Dipl. XLIV.

E. a. d. & l. Bernhardum & Nicolaum Fratres germanos de Czedliz villam Tyncz Monasterio Grissoviensi vendidisse testatur: vid. l. c. Dipl. XLV.

E. a. Dominica, qua in Ecclesia DEI cantatur, circumdederunt: in Parchwicz Johannem de Cothwitz Allodium suum circa Villam Tyncz eidem Monasterio vendidisse testatur: vid. l. c. Dipl. XLVI.

Pauca hæc Diplomatū Fide collegimus: Ipsum cum Fratre LUDOVICO Bregæ Ecclesiam Collegiatam in Honorem S. Hedwigis fundasse Dlug. lib. IX. ad an. 1350. Autor est: „Sub titulo & honore B. Hedwigis Electæ in oppido Bregensi Collegiata Ecclesia per Principes Lignenses LUDOVICUM & WENCESLAUM Filios olim „BOLESLAI Legnicensis & Bregensis Ducis fundatur, dotatur, erigitur & dos con- „grua pro Canonicis & Vicariis illic Divina Ministeria nocte & interdie expleturis af- „signatur. Felices Nepotes, quos primum DEO, deinde Protavæ suæ B. Hedwigi id Sa- „crificium huncque honorem impendere contigit.,“

Erravit vero & diversa duorum Fratrum Opera non disjunxit: WENCESLAUS enim prope arem Lignensem Templum condidit, quod a S. Sepulcro nomen habuit, in quo & ipse conditus est, ut Inscriptiones Saxorum inde in illud S. Johannis, quod & ipse amplificavit, translatorum affirmant: LUDOVICUS I. vero omnino Templum illud Bregæ Cathedrale extruxit & S. Hedwigi dicavit, sed an. denum 1368. primo Fundamenti lapide a se posito, quo jam mortuus erat WENCESLAUS.

Math. de Michovia lib IV. Cap. XXVIII. „Anno Domini 1369. LUDOVICUS „Dux Bregensis ad honorem S. Joh. Baptistæ & S. Hedwigis Collegiatam Ecclesiam & „certum Canonicorum numerum in Bregæ instituit: Imperato a Sede Apostolica „Privilegio, ut Decanus illius solemnibus diebus Mitra utatur Pontificali & Baculo: „Item fundavit Mansionarios. qui horas B. Virgini psallerent.,“

Conjugium sterile octodecim Annis expertus fuerat WENCESLAUS: tandem ipsi quatuor Filii nati & Filia una: illorum in gratiam Fratrem LUDOVICUM sua Ducatus Lignensis Parte privare voluit, sed CAROLO IV. jubente in gratiam cum eo rediit brevique post defunctus est. Cumulatus hæc ad an. 1364. exposuit l. c. Dlugossus. „Sterilitatis Opprobrio, quod WENCESLAUS Dux Lignensis annis prope vi- „ginti cum Con sorte sua, Filia Teschnensis Ducis, pertulerat, abrogato expedita magno- „pere fœcunditas succedit. Nati sunt enim illi succedentibus temporibus quatuor Filii, „videlicet: RUPERTUS, WENCESLAUS, BOLESLAUS & HENRICUS: & „una Filia HEDVVIGIS. Tot itaque pignoribus præter suam & omnium hominum „spem VVENCESLAUS Dux Lignensis suscepis magnis æstuabat Conatibus, qua- „tenus pacta inter eum & Fratrem Ducem LUDOVICUM super Principatus Devo- „lutione & divisione superiori Tempore celebrata reciderent in irritum & Filii sui „Ducatum Lignensem pro hæreditate perpetua possiderent. Propter quod nonnul- „los militares & nobiles Legnicenses pacta inita recusantes temerarie de sedibus & „hæreditatibus eorum expellit, civesque Lignenses, ut non alios quam natos suos pro-

„hæredibus sua morte secura tenerent, coarctat. Tunc primum LUDOVICUS Dux „Haynoviensis se delusum & circumventum intelligens gravi torqueri acerbitate se „de forte Lignicensi sibi legitime proveriente ob spes inanes excessisse & in eam sor- „tem successisse, quæ nullam munitionem, nullum fortalitium, ubi tutus consisteret, ha- „beret. Modestia itaque usus suppresso, quem gestabat, dolore Lebin Oppidum situ „& arte munitum in Lignicensi Ducatu consistens per VVENCESLAUM Fratrem „obligatum blanditus fratri & de ejus consensu redimit & in suam rededit ditionem li- „berius de cætero Alienationes fraternalis & Injurias repressurus. Plures itaque aliena- „tiones & obligationes per VVENCESLAUM Ducem fiendas rescindit & Judæum „quendam, cui Aureus mons obligatus erat, in Legnicz captum & in Lebin deductum „ad restituendum singula, quæ tenebat, compellit. Iratus ob id VVENCESLAUS Dux „Lignicensis Fratri LUDOVICO graviter illum opprimere cœpit & universas Villas, „quæ ditionis suæ erant, in Terra Lignicensi incendit. Mortua denique Patris eorum „Boleslai relicta Ducissa KATHARINA & Bregensi Ducatu ex æquo inter eos par- „tito VVENCESLAUS Dux Legnicensis Fratrem LUDOVICUM gravaturus for- „tem suam in Bregensi Ducatu Boleslao Suidnicensi Duci vendidit. A quo LUDO- „VICUS Dux novis & gravibus guerris, quemadmodum VVENCESLAUS Dux „Lignicensis animo gestiebat, fuit lacestitus, quatenus & residuum sortem Bregensis Du- „catus vendere cogeretur. Agente deinde CAROLO Imp. & Boh. Rege pacificantur „fratres præfati ea conditione & fœdere, ut universum Ducatum Bregensem LUDO- „VICUS obtineat & medietatem eam, quæ Suidnicensi Duci Boleslao vendita fuerat, „habeat Svidnicensi Duce mortuo liberandi potestatem fratrique VVENCESLAO „Legnicensi Duci Haynoviam cum Legnicensi Ducatu perpetuo relinquat. Nec „multo post VVENCESLAUS Dux Legnicensis & Egestate & Ære alieno gravatus „moritur & in Ecclesia Collegiata Legnicensi, quam fundaverat & dotaverat, sepelitur. „LUDOVICUS vero Bregensis Dux Germanus suus filiorum suorum Curam & Tu- „telam concorditer ad id electus & rogatus suscipiens tam sollicite, fideliter & provide- „eorum administravit rexique Principatum, ut in brevi plurima a fratre VVENCES- „LAO contracta debita absolveret & Principatum Lignensem sua providentia redu- „ceret in uberem conditionem & frugem. Processu denique Temporis duabus Filiis „VVENCESLAI Ducis Lignicensis, videlicet RUPERTO & BOLESLAO in secu- „lari Militia & statu permanentibus VVENCESLAUS primum Lubucensem Episco- „patum adipiscitur & exinde translatus ad VVratislavensem promovetur: nec HEN- „RICO inferior sors extitit, ex Wratislavensi enim Decano Wladislavensem fuit Ec- „clesiam consecutus: Soror eorum HEDWIGIS matrimonium Senioris Duci „HENRICI Zaganensis sortita.,,

Plurima hæc, imprimis quæ de Liberis VVENCESLAI Duciis Dlugossius in memo-  
riæ prodidit, coævo Testimonio affirmat Chron. Principum Polon. cum eorum gestis  
hoc Volumine ex Cod. MSt. edita: imo Pohlius hæc in Annal. Wratislav. MSt. ad an.  
1364. „ Den 2. Junii starb WENCESLAUS Herzog zur Liegnitz, in grosser Ar-  
muth, denn er das Seine verthan, und das Goldbergwerck zur Nicolstadt unter ihm  
versiegen war: liegt begraben in der Dumb-Kirchen zu S. Johannis, welche er gestif-  
tet. (Errat hoc loco Pohlius: Templum enim hoc, uti jam antea diximus, non con-  
didit, sed amplificavit: locum Errori Inscriptio Saxi dedit ex Templo \* S. Sepulcri  
„in illud S. Johannis translati, quam & nos infra addimus.) Seine Gemahlin ist ganzter  
„18. Jahr unfruchtbar gevvelet, im 48. Jahr aber ihres Alters fruchtbar und schwän-  
ger worden: und hat vier Lignitzische Herzoge und ein Fräulein gebohren: Her-  
zog WENCESLAUM, erstlich zu Leibus in der Marck, darnach in Breslau Bi-  
schoff: Herzog RUPERTUM, der Herzog zu Liegnitz verblieben: HENRICUM,  
„Dechant zu Breslau, nachmahls Bischoff zu Wladislavien in Pohlen: BOLES-  
„LAUM, der in der Fastnacht zu Liegnitz im Rennen und Stechen mit einem Spieß  
„durchrennet, und in seinem Leber-farbenen Renne-Röcklein und rothen spitzigen  
„Stiefeln auf dem Dumb in dem hintern Chor, darnach zu S. Johannis ist begraben  
„worden: Fraw HEDWIGIS, Herzog Heinrichs des Eltern zum Sagan Gemahlin:  
„Diesen verordnete er czum Vormund seinen Bruder, Herzog LUDWIGEN zum  
„Brieg.,,

Eundem

\* An. 1538. a Fridrico II. Duce Lignicensi diructo, monumentis dilatandis occupato,

Eundem Obitus annum & diem probat Thebesius l. c. P. I. Cap. XXXVIII. §. 3. his Verbis: „Im Jahr 1364. nachdem Herzog VVENCESLAUS am Sonnabende „Misericordias Domini, damahls d. 7. Apr. die Hof-Gerichts-Ordnung zur Liegnitz „hätte verfertigen lassen, ward er nachmahls krank, und musste hierauf d. 2. Junii „nicht nur dasjenige, was er seinem Herrn Bruder abzudringen so lange getrachtet hatte, sondern auch sein Eigenes ihm durch den Kayser zugetheiltes Fürstenthum Liegnitz durch den zeitl. Tod verlassen.,,

Accedit Inscriptio Saxi ex Templo S. Sepulcri in illud S. Johannis translati:

ANNO DOMINI M CCC LXIII. SECUNDA DIE  
MENSIS JUNII OBIIT INCLYTUS DUX  
WENCESLAUS DOMINUS LEGNICENSIS  
FUNDAT. PRAESENT. ECCL. ET  
ILLISTRIS ANNA EJUS CONTHORALIS  
OBIIT M CCC LXVII . . . VIII . . . . .

(59) Ducis Tessinensis fuisse Filiam coævo Testimonio affirmat Chron. Principium Polon. hoc. Vol. edit. idem afferit l. antea c. Dlugossius: accedit Tilefius in Tab. Genealog. Ducum Tessinensium, quam ex nostris VI. addidimus, qui Casimirum III. Patrem ipsius fuisse tradit, sed nomen ejus nescivit. Nos ANNAM Diplomatum fide diximus:

An. enim 1362. in die B. Ambrosii Confessoris, cum Maritus ejus WENCESLAUS Lignicili Cœnobium Grislovensem supremo & infimo in villa Tynce Judicio cum Patronatus Jure donaret, ita loquitur: „accidente ad hoc benivolo Consensu & „Assensu Serenissime CONTHORALIS NOSTRE DOMINE ANNE DUCISSE LEGNICEN- „SIS nec non Filiorum nostrorum Karissimorum, Ducum & Heredum nostrorum, vi- „delicet: RUPERTI WENCESLAI, BOLEZLAI & HEYNRICI: nostrorum „que nobilium & feodalium fidelium Confilio, Beneplacito & Consensu:,, vid. Diplomata. Grislovense Tom. VI. Ludewig. Dipl. XLIV.

E.a. Dominica, qua in DEI Ecclesia: Circumdederunt, decantatur, in Parchewitz, dum in Allodio prope Villam Tynce, quod Johannes de Cothwitz Monasterio Grislovensi vendiderat, eidem Dominium supremum & infimum largitur, idem affirmat „de innata nobis munificencia & gracia speciali ac benivolo Consensu & Assensu „SERENISSIME NOSTRE CONTHORALIS DOMINE ANNE DUCISSE LEGNICENSIS „nec non Filiorum nostrorum Karissimorum, Ducum & Heredum nostrorum, videlicet: „RUPERTI, WENCESLAI, BOLESLAI & HEYNRICI: ac etiam de Confilio no- „strorum nobilium & feodalium fidelium Beneplacito & Consensu &c., vid. l. c. Dipl. XLVI.

Præterea nomen ejus ex Inscriptione Saxi, quam ad illustrandum no. 4. adduximus elucescit: & Thebesius l. c. P. I. Cap. XXXVIII. §. 5. hæc habet: „Die Herzogin „ANNA, WENCESLAI I. Wittib, behielt indeßen das Regiment zur Liegnitz bis an „ihr bald folgendes Ende. Ich finde einen Brief, den sie An. 1365. am Tage Walpur- „gis oder de 1. Maji damahls hiesiger Tuchmacher-Zunft (Lignicensibus nempe) ge- „geben über den Gewandschnitt zu Ellen, ibi: Mit Rothe unsers lieben Bruders Her- „zogs PRZIMISLAWS, Herrens zu Teschen.,,

Idem l.c.P.I. Cap. X X. eam non an. 1346. quæ & Tilefii & aliorum Opinio est, sed an. jam 1334. VVenceslao nubisse egregie probat: una enim omnium voce con- stat octodecim Annis sterilem fuisse, inde demum quatuor Filios unamque Filiam edi- disse: hinc si anno 1346. annos addas octodecim, annum habebis 1364. quo mortuus est VVENCESLAUS, qui hac ratione liberis caruisset; si vero ad an. 1334. illos sterilitatis annos jungas, annum habebis 1352. quo RUPERTUS natus est & sterilis esse de- sicit ANNA Conjunx VVenceslai.

Pohlius in Annal. VVratislav. MStis. „Im Jahr 1367. starb Fraw ANNA, „VVENCESLAI Herzogs zur Liegnitz VVittib, Casimiri Herzogs zu Teschen und „GrossGlogaw Tochter.,,

(6.) Seniorem VVenceslai Ducis Lignicensis Filium fuisse ex Diplomatibus, quæ jam citavimus, imo ex Sigillo, quo fratres communi utebantur & hæc in fine Verba habet: S. DUC. SLÉ. RUPERT. WENCEZL. BOLEZL. ET HENRIC. FRATR. DMNOR. LEGNIZEN.

imprimis vero ex coævi Monachi Autoris Chron. Ducum Polon. quod hoc Vol. extat & eosdem hoc Ordine refert, patet.

An. 1369. XVI. Kal. April. in Civitate Lucana Diplomati, quo Cœnobium Oybin in Monte prope Zittaviam CAROLUS IV. Rom. Imp. & Boh. Rex fundavit, subscripsit: quod hæc in fine verba habet: „Testes hujus rei sunt: Reverendiss. in CHRISTO Pater Dmnuis Guido Portuensis Episcopus, S. R. E. Cardinalis, pro Majestate nra Casarea in partibus Italie Locuuentens & Generalis Vicarius: Venerabilis Jo-hannes Olomucensis, Imperialis Aule nostre Cancellarius: Robertus Cameracensis: „Lambertus Spirensis: Waltherus Augustanus: Agapitus de Columina Esculan. „Wilhelmus Lucanus & Johannes Spoletan. Ecclesiari. Eppi: Illustres RUPERTUS „LEGNIZENSIS: Henricus Lithuanie Duces: Johannes Montisferrati & Johannes „dictus Sobieslaus Moravie Marchiones: Spectabiles, Neapulco de Ursinis Manupeli: Johannes de Asperg: Matheus de Buberio & Franciscus de Prato Comites: Nobiles, Nicolaus Spinelli de Zavenocio, Regni Sicilie Cancellarius: Ludovicus de Turri, Ambassiator Florentinorum: Egregii Legumi Doctores, Petrus de War-tenberg Imperial. Curie nre Magister: Bozko de Willharitz, Imperialis Curie nostre Marechallos: Andreas de Duba, Imperialis Camere nre Magister: Franciscus de Vi-co, Prefectus Aline Urbis: Berardus & Jaroslavus Fratres Burggravii de Dony & alii quamplures nostri & Imperii Sacri Nobiles & Fideles: sub Imperialis nostre Majestatis Sigillo Testimonio Litterarum: Datum in Civitate nra Lucana: Anno Domini M CCC LXIX. Indict. VII. XVI. Kalend. Aprilis Regnorum nostrorum anno „XXIII. Imperii vero XIV.,“

Per Dmnum Johannem  
Olomucensem Episcop. Cancellarium.

Extat in Nobiliss. Dn. Joh. Bened. CARPOZOVII Analect. Fastorum Zittaviensium P. I. Cap. XXII. p. 164.

An. 1370. Kal. Aug. Pragæ egit, cum CAROLUS IV. Rom. Imp. & Boh. Rex Marchionatum Lusatiaæ egregio Diplomate Bohemiae conjungeret, cuius hæc in fine Verba: „Testes: Dux Saxonie Rudolphus - - - - - Illustres, Johannes Mar-chio Moravie: RUPERTUS LIGNICENSIS: Joannes Oppavensis: Bolesko Opoliensis & Henricus Lithuanie Duces spectabiles: vid. Balbin. Part. V. Epist. public. ad Lusatiam pertinentium p. 267.

An. 1379. die Sabbathi proxima post S. Resurrectionis CHRISTI Festum a Rege Rom. & Bohemiae WENCESLAO simultaneam Investituram impetrabant Duces Lygio-Bregenses: vid. C. nostri D. Dipl. CXL. in quo quamvis Episcopus Lubensis WENCESLAUS Fratri RUPERTO præferatur, non id ætatis causa, sed reverentia Ecclesiasticis Personis debitæ fieri, facile liquet.

An. 1383. ipso Paschæ Feste idem WENCESLAUS Rom. & Boh. Rex Fratres RUPERTUM & WENCESLAUM Ducatum Lignensem Feudi nomine suscepisse testatur: vid. C. nostri D. Dipl. CXLI.

E. a. d. & l. RUPERTUS & WENCESLAUS Duces se Regis Bohemiae Vasallos profitentur: vid. C. nostri D. Dipl. CXLII.

An. 1393. Dominica proxima post Festum S. Hedwigis Lignicelli Monasterio Trebnicensi allodium Sanckavv vendidit, hisce verbis usus: „pro nobis & Illustribus Principibus ac Dmnis, videlicet WENCESLAO, BOLESLAO & HENRICO; Fratribus nostris Karissimis:„ vid. Diplomatar. nostri Bohemo-Silez. Dipl. CXXVI.

An. 1401. die Solis post S. Elisabethes Saltum Lignensem Urbi Lignensi vendidit. (Ex C. D. Msto.)

An. 1402. Wratislaviæ die Lunæ ante S. Mar. Magdal. cum aliis Silesiæ Principibus ad pacem Patriæ publicam conservandam fœdus iniit: quod est Diplomat. nostri Bohemo-Sil. Dipl. CXXVII.

Si Thebesium l. c. P. I. Cap. XXXVIII. & seqq. consulas, plura ille Diplomata offeret, quæ RUPERTI hujus Res illustrant: Sic

An. 1367. die Catharinæ & an. 1373. die S. Michaëlis & die Martis proxima post Martini Litteras de villa Princkendorff ipsum edidisse testatur: Cap. XXXVIII. §. 5. & Cap. XXXIX. §. 4.

An.

An. 1372. Mense Februario Dotalitium Conjugi HEDWIGI in ea, quam habebat Ducatus Lignicensis Parte constituit: vid. l. c. Cap. XXXIX. §. 2.

An. 1374. feria IV. post Reminiscere litteras de Villa Küstern edidit hac formula solemnes: „nomine & Auctoritate Principum, Illustriumque Fratrum nostrorum VVEN-CESLAI, BOLESLAI & HENRICI: vid. l. c. Cap. XXXIX. §. 6.

E. a. die Jovis ante Palmarum litteras cum Fratribus de Censu annuo Conjugi suæ HEDVVGIGI ad vitæ dies ex Urbe Lignicensi solvendo edidit: „VVir RUPRECHT, VVENCZLAVV, BOLESLAVV und HEINRICH Gebrüder, von GOTTS Gnaden „Herzoge in Schlesien und Herrn zur Liegnitz und zum Goldberge, bekennen, dass „VVir unsfern lieben getreuen Rathleuten zur Liegnitz, mit Rothe unsrer Freunde ge-heissen haben, heissen und geben der Hochgeborenen Fürstinne, Frawen HEDVVI-GEN, jährlichen 100. Schock Prag, Groschen Pohln. Zahl, unsers Erb-Geschoffes zu „Liegniz, dieweil sie lebt; unschedlich ihren Leibgedinge, &c. Idem l. c. & §. c.

Longam aliarum Litterarum seriem, quas cum Fratribus, quorum Tutelam natu major gessit, edidit, prætero, ad illas rediens, quas suo solum nomine insigniebat:

„An. 1375. d. 23. Julii (verbis Thebesii utor) bestätigte auch Herzog RUPER-TUS auf dem Liegniczschen Rathause dez Kammer-Herren (Institorum) Privile-gium wegen des Gewandschnitts: Cujus inde Excerptum addit C. & §. c.

An. 1380. Civitati Lignicensi Jus de Vinis, præsertim Italicis Vectigal exigendi concessit: Idem l. c. Cap. XL. §. c.

An. 1383. Terram Parchvviczensem a Petro de Parchvviz emtionis Titulo consecutus est: Idem l. & C. c. §. 3.

An. 1386. die Cœcilia Urbi Lignicensi Villam Henningsdorff vendidit: l. & C. c. §. 3.

A. 1388. d. ii. Febr. eidem Jus supremum & infimum in regia & aliis totius Ter-rræ Lignicensis viis concessit: l. c.

An. 1390. die Martis post Elisabeth eidem Censu annuos vendendi facultatem de-dit: l. c. §. 6.

An. 1391. d. 14. Nov. Arcem Cozenaviam cum terra adjacenti, imo Lacu Kosch-wizensi. Senatui Lignicensi pignori dedit: l. & C. c. §. 6.

Abhinc ad an. usque 1409. Litteras ejusdem Ducis afferit Thebesius, eoque argu-mento communem, sed erroneam aliorum sententiam Rüpertum Ducem Lignensem an. 1390. obiisse infregit: addit omnibus iis Cap. XLIII. §. 1. coævum ex Ambros. Bit-schinii Cod. MSt. de morte Ducis RUPERTI Testimonium: „Fideliter egit omnia: „sine Prole Masculini Generis decepsit Anno Domini M CCCC. nono & in Capella S. „Sepulcri Lignicensis, quam ipse fundaverat & large dotaverat, est sepultus & fideliter re-quiescit.

Imo alium librum in Curia Lignicensi supereesse testatur, qui eadem his Verbis affirmat: „An. 1436. in Vigilia Assumptionis Mariæ facta est ratio nomine Consulatus „Juratis Operariorum de Consensu Seniorum & Scabinorum: Hic Calculus fuit in-ceptus ab An. M CCCC IX. quo anno obiit Illustris Princeps Dominus Dux RU-PER TUS. „

(7.) Vid. Tab. Genealog. II. no. 32. add. Excerptum Diplom. quod no. anteced. ad an. 1374. diem Jovis ante Palmarum ex Thebesio attulimus.

(8.) Hamelmannus in Operibus Genealogico-Historicis de Westphalia & Saxonia inferiori: p. 464. „RUDOLPHUS III. Elector habuit duas Uxores: primam Land-gravii Thuringiæ Balthasaris Filiam Annam: alteram BARBARAM, ROBERTI DU-CIS LIGNICENSIS Filiam. „ (Ex Fabricii Chemnic. libro de Elect. Saxon. )

Bothonis Chron. Brunsuic. Picturatum ad an. 1399. „Hertoghe ROLEFF, Her-stoghen Wenslaus Sone to Sassen, eyn Korforste des Römeschen Rikes, de nam BAR-BARAM, DES HERTOGHEN DOCTER VAN LEGENITZE UNDE VAN DEM „BRYGE, de telde öm eyn Dochter, de heyt Barbara: de nam Marggreve Hans to „Brandeborch, so hyr na steyt: unde einen Wensla effte Sygemunt, den vel detorne dot: „unde einen Roleff, de starff ock in der Jogett. „

Pohlius in Annal. Wratislav. MStis ad an. 1390. „Hertzog RUPRECHT zur „Liegnitz hat mit Fravv HEDVVGIG, Casimiri Königs in Pohlen Wittib, Herzog Hein-

„richs des V. zu Glogaw und Sagan Tochter, gezeugeet eine eintzige Tochter, Frau „BARBARAM, Rudolphi Chur-Fürstens zu Sachsen, Wenceslai Chur-Fürstens und „Cæcilia von Padua Sohns, Gemahlin.“

Idem ad an. 1436. „Den 9. Maji starb Fravv BARBARA, Hertzog RUPRECHTS „zur Liegnitz einige Tochter, eine Wittib RUDOLPHI III. Hertzogs und Chur- Fürstens zu Sachsen, eine Mutter Sigismundi und Wenceslai, welche zu Nacht zur „Schweidnitz an der Elster durch Einsall eines Thurns schlaffende umkommen sind.“

Add. Czekkii Ascania Connubiorum Vincula cum Ducibus Silesiæ, quæ Tab. huic V. Geneal. addidimus, Tab. I. quæ annum obitus habet 1435. accedit Inscriptio Se- pulcri, quod Wittembergæ est hisce Verbis:

Anno M CCCC XXXV. - - feria post Cantate

Mortua est BARBARA Ducissa Lignicensis &

Bregensis: Conjurx RUDOLPHI III. Ducis:

SAXONIE ELECTORIS.

Thebesius de ea l.c. P. I. Cap. XLI. §. 2. & Cap. L. §. 5. Spem ex eo Conjugio Du- catus Lignicensis olim potiundi Electorem habuisse Diploma ejus prodit, quo Goldber- gæ Privilegia, Jura & Immunitates Lignicci an. 1396. confirmavit: vid. P. R. Dn. Deward- deckii Silesia Numismatica.

(9.) VVENCESLAI DUCIS LIGNICENSIS FILIUM, RUPERTI FRATREM fuisse Diplo- matum fide ad no. 5. & 6. Tab. hujus diximus: Idem affirmat Anonymi coævi Chron. Ducum Polon. hoc Vol. edit. & Rositzius in Chron. & Num. Episc. Wratislav. qui an. 1382. a Lebusensi ad Wratislaviensem Ecclesiam translatum scribit: accedit Dlugoss. qui hæc lib. X. ad an. 1382. „Wratislaviensem Ecclesiam & ejus vacationem Urbanus „Papa VI. respiciens & illius dispendia, quæ ex septennali vacatione pertulerat, aversurus „nunciis V Wratislaviensis Capituli enixius personam. VVENCESLAI Lubucensis Epi- „scopi, Filii Boleslai (VVenceslai scribendum erat) DUCIS LIGNICENSIS efferentibus & il- „lum Ecclesiæ V Wratislaviensi pro Pontifice dari obsecrantibus, præfato VVENCESLAO „Episcopo Lubucensi & Ecclesiæ V Wratislaviensis Administratori de Ecclesia V Wratisla- „viensi providit substituens in Lubucensem Ecclesiam Adam de Kittliz Canonicum Lu- „bucensem. Quam quidem Provisionem VVenceslaus Bohemiæ Rex, quod se non pe- „tito, neque consentiente expedita fuerit, perosus pro ea rescindenda multiplices cona- „tus edidit. Et ne Castrorum & civitatum Ecclesiæ V Wratislaviensis sibi consignaretur „Possessio, Prælati & Canonicis V Wratislaviensis sub penitentiis gravissimis interdixit. Ple- „risque autem Canonicis V Wratislaviensis in sententiam VVenceslai Bohemiæ Regis „ultra euntibus & contra provisionem VVenceslai Episcopi provocatione se tuentibus, „a parte tamen majori & seniori pro legitimo Pontifice habitus Possessionem Castrorum „& Civitatum Ecclesiæ V Wratislaviensis nequicquam Rege interminante accepit.“

An. 1385. Urbanus VI. Pontifex Romanus in Regni Neapolitani Castro Luceria die sequ. post Festum Epiphaniæ Domini in Consistorio publico eum Cardinalis Presby- teri Dignitate augere voluit, quam tamen repudiavit teste Theodorico a Niem præsen- te, tum Pontif. Rom. Secretario, qui hæc in sui temporis Schismatibus refert: L. I. Cap. XLIII.

„Die vero sequenti post Festum Epiphaniæ Domini me præsente ad Pronunciatio- „nem multorum novorum Cardinalium ipse in præfato Castro (Luceria) in publico Con- „sistorio exorsus est Sermonem, & quem tunc fecit, hic erat: Latare Germania: nomi- „nans eos, inter quos erant Coloniensis adhuc vivus & Moguntinensis atque Trevirensis „Archi-Episcopi & Arnoldus Leodicensis defuncti: nec non VVENCESLAUS VVRA- „TISLAVIENSIS Episcopi: ac Dominus Petrus de Rosenberg nobilis Genere & ho- „nestæ Conversationis Presbyter de Regno Bohemiæ natus. Qui tamen unanimiter post „longam Deliberationem inter se habitam omni Ambitione semota hujusmodi Cardi- „nalatus honorem acceptare noluerunt.“

An. 1402. die Lunæ ante S. Mar. Magdalæ. VVratislaviæ foederi accessit, quod ad propulsandas Hostium quorumvis Injurias Silesiæ Principes & Urbes VVratislavia, Neoforum & Namslavia inibant: vid. Diplomatarii nostri Bohemo-Silesiaci Dipl. CXXVII.

An. 1409. ad Concilium Pisanum, quo de tollendo inter Gregorium XII. Pontif. Max. Romanum & Benedictum XIII. Avenionensem Schismate cogitatum & in deposi- torum

torum locum Alexander V. electus est, Legatum misit, quod ex Actis Concilii istius constat.

E. a. mortuo Mensē Martio Fratre RUPERTO Lignicensem Ducatum naturāli hāreditatis Jure occupabat eumque in Cognatis proximo LUDOVICO II. Duci Bre-gensi Rege Bohem. VVENCESLAO consentiente destinabat, quod tamen ægre ha-buit HENRICUM Ducem, Fratrem LUDOVICI II. sed non uterimum, qui se negle-ctum conquerebatur: sed duris eum alloquebatur Verbis VVENCESLAUS Episcopu-s (quæ in Episcop. VVratislav. Vitis MSt. maximam Partem perditis Episcopal. VVratislav. Cancellar. VVenceslaus Cromerus Memoriae prodidit:) „Annon Fra-trum meorum Hāreditatem Jure adii? Annon Ducatus iste in Bonis est meis? quid „igitur impedit quo minus eum vel Fratri tuo vel Tibi vel alteri donem? quodsi ne-„garetur, miserrima foret Patrum Familias Conditio, quibus de Facultatibus suis con-„stituendi Potestas nulla esset. Nullo igitur merito de Injuria, qua nulla affectus es, „conquereris. Memento Silesiæ Ducatus amplissimos fuisse, dum Lignicensis, VVratis-„laviensis & Glogoviensis unius Imperio Principis subessent. Nonne in Stirpes & Ca-„pita, sicut Occasio & Fortunæ tulit Varietas, dispertiti sunt? nonne multa ab eo Tem-„pore in aliorum venerunt Potestatem? quorum omnium si tibi Henrice successio-„nem integrā reservatam statuere velis, nā toto errare Cœlo & parum fāno regi Con-„ſilio mihi videris. Jam quis fueris, etiam te reticente novi: nec illud clam est ex „æquo Hāreditatem Paternam tecum Ludovicum divisisse: sed ex fuerunt Patris tui „Facultates: bona hæc mea sunt: in quæ cur ullum tibi concedam Jus, haud video. „Quin meam hanc in Fratrem Liberalitatem favore profequi debebas, quo memor „ſirpis, quæ me genuit, in Fratrem Tuum meam Beneficentiam sum testatus. Quodsi „decesserit Frater sine Hārede masculo, quis nisi Tu aut Liberi Tui Hāredes erunt? „Itaque Henrice si Fata velint, nil remorabitur, quin Tu factum Commodo sentias, „ubi Fortunæ expectato Eventu paulo post Te eadem, qua nunc Frater Tuus gau-„det, Felicitate frui animadvertes.”

Pro restituenda tamen inter ipsos Concordia, quippe jam ad arma devenerant, LUDOVICUM II. Goldbergensis Terræ alteram Partem Henrico IX. Fratri reddere aut in ejus locum, si eam solus retinere maleret, sex florenorum millia solvere jussit, quod MSt. Chron. fide affirmat Thebesius l. c. P. I. Cap. XLIV. §. 4. ad an. 1414. quam Pecu-niam & confecit LUDOVICUS Fratremque placavit.

An. 1410. Civitatem Wratislavensem Ecclesiastico Interdicto subjicit WEN-CESLAUS Episcopus, cum Johannem Ducem Opoliensem Episcopum Wladislavensem, (de quo ad no. 121. Tab. VI. plura diximus) quod cum Fratribus Civium Wratislavensium Merces intercepisset Senatus, captum in Curia detineret. Dlugoss. lib. XI. ad an. hunc: „Sexta Decembris Johannes Kropidlo Wladislavensis Episcopus & O-polensis Dux Prætorium Wratislavense ingressus est ibique, dum parum honesta & modesta Verba funderet, per Consules Wratislavenses Leonardum Reycharth, Nicolaum Lamberg, Jacobum Schwarcz & alios captivatur. Ob cuius Captivitatem Wratislavensis Episcopus WENCESLAUS Consules patratæ captivitatis reos ana-themisat. Civitatem vero VVratislavensem Ecclesiastico subjicit Interdicto, quod fuit usque ad feriam quartam magnam assidue continuatum: tandem reconciliatio „per mediatores facta fuit.”

paulo post:

„Captivitatis autem suæ vel ea præcipua fuit causa, quod germani sui Boleslaus & Bernardus Opolienses Duces aliquot currus oneratos variis fortunis & mercibus Ci-vibus Wratislavensibus per vim acceperant.”

An. 1416. Jus Provinciale Terris Episcopatu*m* subjectis scripsit: quod Tom. I. Sanct. Pragmat. Silesiæ a Bibliopola Brachvogelio collectarum occurrit

An. 1417. Ætate confessus Episcopatu*m* fæse abdicabat. Idem Dlugoss. l. c. ad an. hunc: „VVENCESLAO VVratislavensi Episcopo de Sede sua, quam Annis XXV. rexerat, spontanee cedente CONRADUS vocatus Senior Olechnicensis & Silesiæ Dux a Martino V. Papa supplicante SIGISMUNDO Rom. & Hungariae Rege, & Capitulo VVratislavensi ad VVratislavensem Ecclesiam provisus & ordinatus est: Et in Ottmochow in die S. Vincentii in Episcopum consecratus. VVENCESLAUS autem Episcopus præfatus renunciatione facta saluti suæ consuluit.”

An. 1419. d. 6. Octobr. vita defunctum esse ex Crugerii Pulveribus Sacris Illustr.

Scholia ad Henelii Silesiographiam renovatam Cap. VIII. p. 107. testatur: eadem Sententiam tueritur Celeberr. Mart. Hanckius de Silesiis indigenis eruditus Cap. XXI. suo vitam Episcopi hujus curatiæ expostit, §. 14. Verum Rositzius in Chron. & Numero Episcop. VVratislav. eum demum an. 1420. obiisse coævo Testimonio tradit.

Thebesius l. c. P. I. Cap. XLIII. varia ejus Diplomata & Litteras exhibuit, quas Dux Lignicensis edidit: Sunt ex iis, quod

An. 1409. Feria II. post Dominicam Lætare, cum Fratre defuncto ad Regiminis Gubernacula ipse accederet, Civitati Lignicensi Privilegia, Jura & Immunitates singulas confirmaret:

E. a. d. 20. Martii Aulæ suæ Mareschallo Johanni Seniori de Ruffa Ecclesia Vil- lam Säbnitz traderet:

E. a. d. 25. Martii Civibus Lignicensibus & Goldbergensibus Prædia emendi facultatem concederet:

An. 1410. d. 19. April. Ottmochoviæ degens decem Marcas Mercedis annuæ vendendi potestatem Urbi Lignensi daret, ut inde Æs alienum, quod Rupertus quondam Dux Lignicensis apud Johannem de Bibersteyn contraxerat, tolleret:

E. a. die Mercurii ante S. Johannis Baptiste eidem alias quoscumque Census reliundi Facultatem largiretur:

An. 1411. Feria VI. ante Festum S. Michaëlis Cœnobio Sanctimonialium ad S. Corpus CHRISTI ante Lignicium Jus Ducale seu Jus supremum & infimum in prædiis earum offerret:

Ab eo Tempore Ludovicum II. Ducem Bregensem Ducatus ejus potiundi spem Rege Bohemiæ consentiente accepisse Ducatusque Curam gesisse idem Autor aliis Litteris imprimis Cap. XLV. §. 6. ad ann. 1415. probat: cum vero Episcopatu sese abdicasset VVENCESLAUS, se Lignensem Ducem in Diplomatibus litterisque editis Ludovicus II. Dux Bregensis dixit, quod Cap. XLVI. §. 1. cumulatius affirmat. Idem ad An. 1420. hæc ex Bitschinii coævi Cod. MSto: „VVENCES AUS alias omnes „Frates suos supervixit & tandem An. 1420. diem suum clausit extreum.”

(10.) Tertium VVENCESLAI Ducis Lignensis Filium fuisse Diplomatibus ad no. 5. & 6. anteced. probavimus: De Mortis, quo periit, Genere Pohlius in Annal. VVratislav. M. tis ad an. 1364. egit, quem locum no. 4. anteced. dedimus: imo Thebesius l. c. P. I. Cap. XLII. §. 2. id an. 1394. accidisse affirmat, dum Diplomate an. 1393. edito, cuius Initium: „VVir RUPRECHTS von GOTTS Gnaden Hærczog in Schlesien „und Herr czur Liegnitz bekennen öffentlich mit diesem Briefe, dass wir von unser „selbstwegen und von der Hochgebohrnen Fürsten, Herzogen VVENCESLAUSS, „BOMCZL AVVS und HEINRICHS„ unser lieben Gebrüder wegen &c.,“ hoc an. 1393. BOLENLAUM adhuc fuisse superstitem commonstrat: An. vero 1394. die S. Trinitatis Senatum Lignensem litteras quasdam dedisse testatur hac formula solemnes: „Von Befehlunge der Erlauchten Fürsten, RUPRECHTS, „WENCZLAWS, BONCZLAWS feiliger Gedächtniss, und HEINRICHS, Ge- „brüdere,: unde an. 1394. inchoante Boleslaum denarum esse eluceat.

(11.) Eadem Diplomatum Testimonia, quæ ad no. 5. & 6. Tabul. hujus Genealog. exhibuimus, WENCESLAI Ducis Lignensis quartum Filium fuisse affirman. Dlugoff. lib. X. ad an. 1398. „Duodecima Decembris HENRICUS Episcopus Wladislav „viensis & Dux LEGNICENSES, cum annis circiter novem Vladislaviensi Ecclesiæ „præfuiisset, obiit & in majori Ecclesia Wratislavensi (perosus, ut præsumitur, Wladislaviensem) sub Tumba ærea intrando Chorumi post Limen sepultus. Hic pro in- „signi & armis in clypeo per quadrum in duabus partibus Aquilas nigras in cæruleo „& in aliis duabus partibus Skakalem Tabulam deferebat in rubeo Campis.”

Monumenti ipsius in Æde Cathedrali S. Johannis Wratislaviaæ hæc supereft Inscriptio:

ANNO DOMINI M CCCXCVIII. XII. DIE  
DECEMBER. OBIIT REVERENDUS IN CHRISTO  
PATER DN. HENRICUS D. G. EPISCOPUS  
WLADISLAVIENSIS: DUX SIL. DN. LE-  
GNICENSIS. ORATE PRO EO.

(12.) Affirmat hoc coævo Testimonio Aut. 1393. Duxum Polon. cum eorum gestis

gestis hoc Vol. editi. Dlugoff. lib. IX. ad an. 1364. „Soror eorum (Fratum Ducum „Legnicensium) HEDVVIGIS matrimonium Senioris Ducis HENRICI Zaganensis „fuit sortita.“

(13.) Vide de eo Diplomatū Testimonia, quæ ad No. 1. anteced. de an. 1331. 1339. & 1343. inde ad No. 4. de an. 1331. 1342. 1345. 1347. 1353. 1356. 1358. & 1359. attulimus eumque BOLESLAI Ducis Legnicensis Filium natu minorem, Fratrem VVENCESLAI fuisse probant: nec alia desunt, quæ quam nominis amplitudinem consecutus fuerit, commonstrant:

An. 1365. feria II. in Rogacionibus in Lobiū litem inter Conradum Olsensem & Henricum Glogoviensem Duce ob Successionem in bona defuncti Johannis Ducis Stinaviensis ortam Arbitre direxit: vid. C. nostri D. Dipl. CI.

E. a. die S. Johannis Baptiste Wratislaviae Preczlaum Episcopum Wratislavensem & Conradum Duce ob Villam Terræ Coslensis Constantin compositum: vid. Diplomatar. nostri Bohemo-Siles. Dipl. LXX.

An. 1367. die Solis proxima ante Bachanalia Pragæ cum CAROLO IV. Rom. Imp. & Boh. Rege ac Przemislawo Duce Tessinensi cœptam inter Duces Oppavienses de divisione Terræ Oppaviensis litem Arbitre sustulit: quod qua ratione factum fuerit C. nostri D. Dipl. LXIV. commonstrat.

An. 1373. Nisi Kalendis Januarii cum Bolckone Duce Monsterbergensi inter Conradum II. Olsensem & Przemislawum Tessinensem Duce arbitrum fuisse patet ex Diplomatar. nostri Bohemo-Siles. Dipl. CXXIV.

E. a. d. 14. Januarii Urbi Lignicensi Advocatiam hereditariam, quæ hactenus in privatorum manibus fuerat, afferuit: vid. Thebes. l. c. P. I. Cap. XXXIX. §. 3.

An. 1396. Bitchinii die Mercurii post SS. Petri & Pauli Nepoti suo Henrico IX. Domino Lübeni Cruciburgum, Bitzinum & Cunzenstadt, cum terra ad illas pertinet tradit: vid. Litteras ipsius, quas integrashabet Thebes. l. c. P. I. Cap. XL. §. 4.

E. a. Bregæ in die S. Michaëlis ANNAE, Przenislai Ducis Tessinensis Filiæ, Conugi Nepotis sui HENRICI IX. in Urbibus illis Dotalitium constitui concedit: idem l. c. P. I. C. c. §. 5.

De Discordia ipsum inter & Fratrem VVENCESLAUM exorta CAROLI IV. tandem ope sedata ad no. 4. fide Diplomatis CAROLINI an. 1359. in Arce Carlostensis die Martis proxima post S. Mar. Magdal. editi & Dlugoffi ad an. 1364. plura diximus: aliud tamen inde cum Ducibus Opoliensibus ipsi Bellum natum, in quo tamen secunda fortuna usum fuisse, Autor Chron. Ducum Poloniae hoc Volum. extantis coævo Testimonio & Dlugoffi lib. IX. ad an. 1369. testantur, cujus haec Verba: „Bregensis Ducatus partem dimidiam per VVenceslaum Duce Legnicensem in livorem Fratris LUDOVICI Boleslao Duci Swidnicensi venditam LUDOVICUS præfatus Bregensis Dux, juxta foedus, quod CAROLUS Imperator & Bohemiae Rex inter dissidentes Fratres VVenceslaum Lignensem & LUDOVICUM Bregensem concordando pepigerat, liberaturus, Opoliensibus Ducibus Vladislao & Boleslao, quibus partem ipsam Boleslaus Swidnicensis, velut consanguineis suis moriturus donaverat, duo millia solveret Marcarum & Civitatum ejusdem fortis, videlicet Grodkov, Piczin, & Crutzborg principalium accipit Possessionem. Opolienses autem Duces Vladislau & Boleslaus ad grandem reverentes, vocantes Injuriam, quod de forte Ducatus Bregensis dimidia fuerunt per LUDOVICUM Duce Bregensem exclusi & redemti, multiplicibus guerris, daninis & invasionibus Ducatum Bregensem invadunt & afficiunt. Quorum Invasionem LUDOVICUS Bregensis Dux non ferens opponit illis resistentiam & ex parva odiorum scintilla in universalem dimicationem per utramque partem ventum est. Certamine autem prope Crutzborg inito edita utrinque strage cessit LUDOVICO DUCI BREGENSI justius Bellum & arma tractanti Victoria. Magna ex tunc Pace usus Bregense Oppidum fundatum illic a se & Fratre suo VVenceslao Duce ad Honorem S. Johann. Baptiste & S. Hedwigis, quorum meritis & suffragio se adversarios profitebatur vicisse, Collegiam Ecclesiam & certum numerum in ea instituens impetrato a Sede Apostolica Privilegio, ut Decanus illius diebus solemnis Mitra utatur Pontificali, item fundatis Mansionariis, qui B. V. Mariæ horas annis & diebus singulis pfällerent, nobilitat & Oppidum Bregense de multiplicibus Debitis, usuris, obligationibus, censibusque, quibus iudiculud Pater suus Boleslaus Bregensis Dux involverat, eximit, libertat & exolvit. Duobus

„Filiis, videlicet HENRICO & VVENCESLAO, ex quibus VVENCESLAO immature „mortuo HENRICUS solus fortem paternam possedit: item idem tribus Filialibus incli- „tus: Prima erat MARGARETHA Alberto Bavariæ Duci despousata: altera HEDVVI- „GIS, quæ Duci Olswieczimensi nupserat: CATHERINA tertia in Trzebnicensi Mona- „sterio Abbatissa.“

An. 1396. Testamentum conscripsit, cuius hæc Excerpta in Adversaria sua MSta Silesiaca Henelius retulit: „Ein Leilachen und eine Bade-Kappe, de soll man uns inne „begraben, und nicht anders, und soll uns keinen Sarch machen, sunder uf ein schlecht „Bret soll man uns legen, und in das Grab schieben: Auch bitten wir unsfern lieben „Sun, und gebitten ihm, als ein Vater seinem Kinde, daß er keinerley Geplerr noch Ge- „reusche bey unfer Beygeraft mache, weder mit Rossen, Pferden, Harnischen, Baniren, „noch mit keinerley Dingen, als wie die VVerlet pfleget: sundern dass er es halte, nach- „dem als hier geschrieben steht, und nicht anders. Zum ersten, soll er auf uns lassen „legen ein grau Landtuch, dass soll man den theilen bey vier und fünff Ellen, und durch „GOTT armen Leuten geben, und ein gulden Tuch, so er es beste gehabt mag, „dass soll man nicht uf uns legen, sundern soll es geben auf den Thum zum Brige, zu „einer Kasel: Für das ander Geteusche, dass er nicht treiben soll, soll man geben drey „Marck den Thum-Herren, und drey Marck den Vicarien.

Sunt, qui eum hoc anno obiisse tradunt: Thebesius vero l. c. P. I. C. XLI. §. 7. litteras citat, quibus an. 1398. die Martis post Ægidii Bregæ Advocatiam provincialem ipsum dedisse constat: quare hoc demum anno præcipite, ætatis LXXXII. diem suum obiit, inde miror Pohlium hæc in Annal. Wratislav. MSt. ad an. 1370. retulisse, dum hæc memoria prodidit: „An. 1370. ist gestorben LUDOVICUS Herzog zum Brieg, hat sei- „nes Brudern Kindern wohl und treulich fürgestanden, ihnen das Fürstenthum nicht al- „lein erhalten, sondern auch gebessert, die versetzte Städte vvieder abgelöst, viel Schul- „den abgeleget, und alles, was in Abnehmen gerathen, in einen feinen Stand vvieder ge- „bracht, im sechsten Jahre der vervvaltnen Vormundschaft das Fürstenthum Liegnitz „seinem Vetter Herzog RUPRECHTEN übergeben, welches denn auch ein frommer „Fürst geviesen, und in seines Vettern löbliche Fusslapfen getreten ist, der Gerechtig- „keit, Gnade und Friede sehr vor Augen gehabt: Herzog LUDVVIG, der fromme, „gottselige Fürst, liegt zum Brieg in der Kirche nicht in einem Sarg, sondern, wie er es „angeordnet, auf einem schlechten Bret in einem Leilach und Bade-Kappen: Für das „Geplerre und Gereusche, wie ers genannt, als Harnische, Rosse, Pferde, Panier, wel- „ches er nicht haben vvollte, sollte man den Thum-Herren geben drey Marck, den Vi- „cariis gleich so viel: seinen Körper mit einem grauen Land-Tuch bedecken, und un- „ter die Armen austheilen: ein gulden Tuch aber zu einer Kasel auf den Thumb zu „Brieg geben. Hat zvveene Söhne und drey Töchter hinter sich verlassen: Herzog „HEINRICHEN mit der Schramme: Herzog VVENCESLAUM, welcher sich nie- „mahls in Ehstand begeben: Fravv MARGARETHEN, Herzog Albrechts in Bayern, „Grafens in Holland Gemahlin: Fravv HEDVVIGEN, Herzogin zu Auschvvcz: CA- „THARINAM, Aebtissin zu Trebnitz.“

Eadem de liberis ejus coævus Autor Chron. Ducum Pol. hoc Vol. extant. habet.

(14.) Vid. Tab. II. Genealog. No. 25. Non tamen Hedvvigis, ut vulgo creditur, sed AGNETIS nomen habuit, quod Thebesius l. c. P. I. Cap. XXXVII. §. 4. egregio CAROLI IV. Rom. Imp. & Boh. Regis Diplomate, quo in Arce Carlostinenfi an. 1359. die Martis proxima post S. Mar. Magdal. Fratres inter Wenceslaum & Ludovicum Duces Silesia Lygio-Bregenses Concordiam firmavit, probat. Diplomaticis Verba sententiam hanc illustrantia sunt sequentia: „Auch ist geteidingt zvvischen den vorgnanneten „Brüdern, daß die Hochgebohrne ANNA, Herzog VVENCZLAUS ehliche Wirthin, „ledig lassen soll Haynau ihr Leip-Geding, und die Hochgebohrne AGNES, Herzog „LUDVVIGS ehliche Wirthin, auch uflassen soll dreyhundert Marek Geldes uf der „Stadt Liegnicz, die auch ihr Leip-Geding gevvest.

(15.) Vid. no. Tab. hujus anteced. 2.

(16.) Hanc a nemine adhuc, quantum cognoscere licuit, in Tabulas Genealogicas Ducum Silesia relataam Dlugossi Autoritate ab Interitu vindicamus, qui hæc in pr. Lib. XI. ad an. 1410. „Trigesima (Vigesima seribendum est) tertia die Mensis Maji „Præ-

„Przemislaus Senior Dux Theessinensis moritur, qui ex CATHARINA, Filia Ducis „LIGNICENSIS BOLESLAI, duobus Filiis Boleslao & Przemislawo suscepit Principatus suos fuerat partitus.,,

Sed dubium supereft, qua BOLESLAI Conjuge orta fuerit. Si conjecturæ locus, nomine suo Matrem prodere videtur, CATHARINAM Croatam: quamquam me non fugiat Joan. Schrammum in Genealogia Ducum Lycio-Bregensium, quam huic Tabula nostræ recusam addimus no. XIX. eam sterilem fuisse & BOLESLAUM ex MARGARETHA Filias habuisse affirmare, quarum nomina edidisset mallem.

(17.) Filium LUDOVICI I. Ducis Bregensis fuisse Chron. Ducum Poloniæ, Dlugofius & Pohlius l. antea c. affirman.

An. 1364. Ind. II. VI. Id. Febr. Brunnæ testem egit, cum CAROLUS IV. Imp. translatam a Margaretha Ludov. Sen. Elect. Brandenb. vidua Successionem in Comitatu Tyrolensi in Rudolphum Austriae Ducem ejusque Fratres Diplomate suo probaret: quod R. P. Steyererius in Commentariis pro Historia Alberti II. Ducis Austriae scriptis p. 381. edidit: vide Verba huc spectantia, quæ ad Tab. II. no. II. recitavimus.

An. 1373. IV. Kal. Februarii Diplomati in Mülberg subscriptis, quo CAROLUS IV. Rom. Imp. & Boh. Rex Monasterium Dobrlucense donabat: hæc illius circa finem verba sunt: „Testes hujus rei sunt: Illustres Wenceslaus Saxonicus & Lunenburg Dux, Sacri Imperii Archimarescallus: Venerabiles Johannes Pragensis Archi-Episcopus, Apostol. sedis Legatus: Lampertus Argentinensis Episcopus: Illustres „HENRICUS BREGENSIS & Przemcko Tessinensis Duces; extat Tom. I. Ludewig. in Diplomata. Dobrlucensi No. CCLXXX.

An. 1381. X. Kal. Febr. in Castro Burgelehs testem egit, cum ANNA, CAROLI IV. Filia, WENCESLAI Rom. Imp. & Boh. Regis Soror, Richardi I. Angliae Regi elocanda Procuratoribus in Angliam ablegandis Mandatum Sigillo Fratris WENCESLAI communictum daret: hæc enim ANNÆ ipsius Verba sunt: „& in presencia Illustrum Principum DMNI HENRICI DUCIS SLEZIE ET DMNI BREGENSIS: Dmni Procopii Marchionis Moravie, Consanguineorum dilectorum nostrorum.”

Edidit illud Cariß. Dn. Lunigius in des deutschen Reichs-Archivs Partis Special. Continuat. I. p. 571.

Thebesius l. c. P. I. Cap. XLVI. §. 4. Diploma LUDOVICI I. Ducis Bregensis habet Bitschinii die Mercurii post S. S. Petri & Pauli editum, quo Nepoti suo Urbes Cruciburgum, Bitzinum & Lunzenstadt cum Terra ad illas pertinente tradidit, cuius sequentia Verba HENRICUM VII. Filium Primogenitum, HENRICUM vero IX. Nepotem LUDOVICI I. fuisse affirmant: „In GOTTEIS Nahmen Amen. Wir „LUDWIG von GOTTES Gnaden Herzog in Schlesien, Herr zum Brieg. beken- „nen öffentlich in diesem Briefe allen denen, die ihn sehen und hören lesen, dass wir „durch sunderliche Gunst und väterlicher Liebe, die wir tragen zu dem Irlauchten „Fürsten, Herzog HEINRICH, unserm Enenckel, des Irlauchten Fürstens, Herzog „HEINRICH, unsers Erstgebohrnen Sohnes, Sohne, Erblinge zu Brieg, mit Gunst „und Willen desselben unsers lieben erstgebohrnen Sohnes, Herzog HEINRICH.”

Idem l. & c. c. §. 5. aliud ejusdem LUDOVICI I. Ducis Bregensis Diploma habet an. 1396. Bregæ die S. Michaëlis confectum, quo ANNÆ, Conjugi HENRICI IX. Domini Lubensis, Dotalitium in Urbibus illis constitui concedit, quod ita incipit: „In GOTTES Nahmen Amen. Wir LUDWIG von GOTTES Gnaden Herzog „in Schlesien, und Herr zum Brieg: und wir HEINRICH der Elteste sein Suhn: „und HEINRICH der Jüngste. „ De Litteris, quas HENRICUS hic VII. Stigmatias dictus, cuius ego Nominis Originem indagare non potui, post Patris mortem in Ducatu Bregensi edidit, idem Autor l. c. C. c. §. 10. agit: qui & Cap. XLII. §. 3. an. 1400. inchoante eum obiisse affirmat.

(18.) Dlugofius lib. X. ad an. 1381. „Decima septima Junii Semovitus totius „tunc Masoviæ unicus Dux, Troydeni Filius, in castro Plocensi mortuus patribus suis „appositus est & in Ecclesia Plocensi tumulatus: tres Filios, quorum duos ex prima „Uxore, Filia Nicolai Ducis Opaviæ, videlicet Janussem & Semovitum, tertium Hen- „ricum ex Filia Wladislai Ducis Zambicensis: item duas Filias, quarum unam Wla- „dislao Opoliensi, Wielunensi & Dobrzinensi, alteram Casimiro Stetinensi, quo absunto „HENRICO, LUDOVICI FILIO, BREGENSI Ducibus in Conjuges tradiderat, „relinquens.”

Mart. Cromerus lib. XIII. ad an. 1381. „Ziemovitus Masoviæ Dux ex altero Matrimonio Zambicensium Ducis Filiaæ Henricum Filiuni & duas Filias suscepereat: „Atque ex his alteram Wladislao Opoliensi, alteram vero Cazimiro Stettinensi ac „deinde Viduam HENRICO BREGENSI, LUDOVICI FILIO in matrimonium collocarat.“

Salomeam dicunt Pohlius in Annal. Wrat. MSt. ad an. 1436. quem loc. ad no. 22. Tab. hujus integrum exhibemus: Dan. Czepkius in Gynecæo Silesiaco, quod Tabula huic nostræ recusum addimus, Tab. LXIX. imprimis vero Thebesius l. c. P.I. C. XLIV. §. I.

(19.) Primus eam invenit & ab Interitu vindicavit Thebesius, qui l. c. P. I. Cap. XLIV. §. I. Diploma habet; cuius hoc breve Excerptum est:

„Wir MARGARETHA von GOTTES Gnaden Herzogin in Schlesien, Fraw „czum Brieg, bekennen mit unserm Briefe allen denen, die en sehen odir hören le- „sen, dass wir unsren guten Willen und volle Macht geben haben, und geben dem „hochgeborenen Fürsten und Herrn, Herzoge HEINRICH, Herrn vom Brieg, un- „serm lieben Herrn und Gemahl, dass her em zu gutt verzezen mag auf einen VVie- „derkauff 20. Marck jährlichen Gulde uff den Zoll zu Lüben in der Stadt, die uns be- „nimbt ist zu einem Leibgeding - - - - - „und wir PRZEMISLAVV von GOTTES Gnaden Herzog und Herr zu Teschen, „desselben Leibgedings ein Vornünd - - - - - wollen das stett und „gantz halten, und darinn kein Hindernuss thun, in guttem Trewen ohn alle Arglist. „Des haben wir zu einem Bekänntnuß unsrer beyden Innsiegel uff diesen Brief lassen „hengen: Nach CHRISTI Geburth dreyczehn hundert Jahr, dornach im acht und „achtzigsten Jahre. Gegeben zu Brege am nechsten Donnerstage vor Pfingsten..“ Colligit inde; cum Dotalitii Cura gerenda proximo semper agnato fuerit, Tessinensium Ducum Sanguine oriundam & quod Synchronismus prodit, non aliud quam CASIMIRI III. Filiam, itaque PRZEMISLAI Sororem fuisse MARGARETHAM habec: add. Tab. nostram Genealogic. VI. quæ Duces Tessinenses habet.

(20.) Ante Patrem juvenem obiisse refert coævus Autor Chron. Ducum Polon. hoc Volum. extans: accedit Dlugoss. lib. IX. ad an. 1369. quem locum ad no. 15. anteced. dedimus integrum.

(21.) Uno hoc omnes Ore affirmant, inter quos Agmen dicit, idem coævus Autor Chron. Ducum Poloniæ: excipiat hunc Joann. Gerbrandus a Leydis Carmelitanus in Chron. Belgic. Lib. XXI. cap. 2. „Hujus Illustrissimi Ducis ALBERTI (Ducis in Bavaria, Comitis Palatini circa Rhenum, Domini de Cunbinghen, tutoris Hannoniæ, Hollandiæ, Zeelandiæ & Frisiæ, Filii Ludovici quondam Imperatoris Romanorum & Margaretha Imperatricis, Comitissæ Hollandiæ, Hannoniæ, Zeelandiæ & Frisiæ,) prima Uxor fuit MARGARETHA, FILIA ILLUSTRISSIMI DUCIS DE BRIGA habitantis inter Polonus, de qua genuit tres Filios & quatuor Filias. Primus Filius fuit Dux Wilhelmus, Comes de Westerwant, sibi succedens in Principatibus suis prædictis: & hic natus est in anno Domini 1365. Sabbatho ante Dominicam Palmarum. Secundus Filius fuit Dux Albertus, Dmnus de Cunbinghen, qui in adolescentia obiit. Tertius erat Dux Joannes, electus Episcopus Leodiensis: hic natus est in anno Domini 1374. & baptizatus est in Haga Comitis, cuius Patrini fuerunt Johannes de Arczel, Episcopus Leodiensis: Dominus Landgravius: Joannes Hillegom, Regalis Abbas Monasterii Egmondensis: Domina de Lecka & Domina de Putta & Streven. Prima Filia fuit Catharina, quæ primo habuit in maritum Edvardum Ducem Gelriæ Comitem Zuetphaniæ, & eo mortuo statim duxit in maritum, cum adhuc virgo & viua esset, Wilhelnum Ducem Juliaæ, Gelriæ, Comitemque Zuetphaniæ, sed non genuit. Secunda Filia dicta est Joanna, quam in Uxorem duxit anno Domini 1370. VVENCESLAUS F. CAROLI Imper. Romanorum, & Regis Boëmiæ, qui Wenzeslaus Successor Patris fuit, tam in Imperio, quam in Regno, sed non accepit liberos de Johanna Uxore. Tertia Filia nuncupata fuit Margaretha Uxor Johannis Ducis Burgundiæ Comitisque Flandriæ, Filii Philippi Audacis Burgundiæ: Hæc autem Joanni Duci marito suo peperit Philippum Ducem Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantia, Limburgiæ, Comitemque Flandriæ, Artesiæ, Burgundiæ, Hannoniæ, Hollandiæ & Zuetphaniæ: Etiam Margaretham Delphinam, Franciæ postmodum Comitissam de Rurzemont: Catharinam juvenculam Virginem: Mariam Uxorem Adolphi primi Dueis Clivensis;

„vensis: Jolentam Comitissam de Betvoert: & Agnem Uxorem Caroli Duci Borboniæ.  
 „Quarta vero Filia Ducis Alberti Joanna nomine habuit in maritum Albertum Ducem  
 „Austriæ, cui peperit Filium Albertum nomine. Hic Albertus Filius Alberti fuit in Im-  
 „perio Romano Successor Sigismundi Imperatoris & habuit in Uxorem Filiam ejusdem  
 „Sigismundi, cum qua & obtinuit Regna Ungariæ, Bohemiæ, Dalmaciæ, Croatiæ, Styriæ,  
 „Lodomeriæ, Bulgariæ, Wallachiæ, Rasciæ & Comanæ.

Jo. Crafft Prædicator Cambensis in Continuatione Chronici Andreæ Ratisbonensis  
 (in Corpore Histor. med. Ævi Celeberrimi ECCARDI Tom. I. p. 2018.) „Albertus Fi-  
 „lius Ludwici Imp. qui possedit Straubingam, duxit MARGARETHAM, Filiam DUCIS  
 „LUDVVICI POLONIÆ ET BRIGÆ, quæ genuit tres Filios: Wilhelmum, qui tenuit  
 „Hollandiam & mortuus est superflite tantum una Filia nomine Jacoba: & Albertum,  
 „qui tenuit Principatum in Straubing, Virum benignum, qui mortuus est sine liberis,  
 „non enim duxerat Uxorem, & sepultus est in Straubing in Monasterio Fratrum Carme-  
 „litarum: Johannem quoque Electum Episcopatus Leodiensis, qui tamen mortuo Fra-  
 „tre suo Wilhelmo resignavit, & jam tenet Principatum in Straubing, quem regit per  
 „suum Vice-Dominum: ipse vero dominatur per Hollandiam, Seelandiam, &c.

Andreas Presbyter Ratisbonensis in Cron. Bavariae ad an. 1405. „Anno DOMINI  
 „MCCCCV. circa Festum Nativitatis DOMINI Albertus F. Ludovici Imp. Princeps pius  
 „& mansuetus est defunctus & in Hollandia tumulatus. Hujus Alberti talis fuit titulus:  
 „Albertus DEI gracia Comes Palatinus Rheni: Dux Bavariae: Comes Hennegoviæ:  
 „Holandiæ & Seelandiæ, ac Dominus Dominii Frisoniæ. Hic de Uxore sua MARGA-  
 „RETHA, FILIA LUDOVICI DUCIS POLONIÆ DE BRIGA, tres genuit Filios, scilicet  
 „Wilhelmum, Albertum & Johannem. - - - - - Habuit etiam præfatus Al-  
 „bertus Filias duas (reliqui autores omnes, quatuor ipsi Filias fuisse testantur,) quarum una  
 „fuit Uxor Johannis Duci Burgundiæ: alia vero nomine Johanna duxit in Virum Al-  
 „bertum Ducem Austriæ, qui in obsidione Oppidi in Snoym obiit relinquens Filium no-  
 „mine Albertum.”

Magnum Chron. Belgicum: „Albertus Dux Bavariae, Comes Hollandie, Zeelan-  
 „diæ, occidental. Frisiæ, nec non & Hannoniæ habuit in Uxorem MARGARETHAM,  
 „LUDVVICI SILESIAE DUCIS DE BRIGA FILIAM, ex qua genuit Comitem Oster-  
 „wandie succedentem: Comitem Albertum Ducem in Bavaria: Joannem de Bavaria  
 „electum Leodiensem & Johannam Reginam Bohemiæ, quæ obiit sine liberis, & Catha-  
 „rinam Ducissam Gelriæ & Juliæ, quæ etiam obiit sine liberis, & Margaretham Ducissam  
 „Burgundiæ Uxorem Joannis Duci Burgundiæ, ex qua genuit Philippum cognomento  
 „Magnum Filium unigenitum, patrem moderni Principis Caroli, Duci Burgundiæ &  
 „Brabantie: Ultima F. fuit Ida, alias Johanna Ducissa Austriæ.”

Reynerus Snodus Goudanus Rer. Batav. Lib. IX. ad an. 1368. „Albertus cum ha-  
 „ctenus tutorio nomine Provinciam administrasset, in defuncti Fratris (Wilhelmi) lo-  
 „cum Comes successit: Uxorem duxit MARGARETHAM, DUCIS BRIGÆ gnatam, e-  
 „qua suscepit proles septem, Filios tres, ac quatuor Filias. Filiorum natu primus Gui-  
 „lielmus Comes Ostervandie, idemque Patris successor: Alter Albertus Dux Chunbin-  
 „gensis primis Adolescentiæ annis moriens: Tertius Johannes Dux Bavariae, electus Epi-  
 „scopus Leodiensis, quippe Arnoldo fatis concedente, quum suffragatione accepta Theo-  
 „dericus a Marcha nollet Pontificatus munere fungi, illum Autoritate Urbani P. P. adole-  
 „scentem annos natum sexdecem in ejus locum sufficiunt. Filiarum natu maximæ Ca-  
 „tharina primum Edvardo Duci Gelriæ, dein Guilielmo Juliæ nupsit: Johanna Uxor  
 „Wenceslai, Filii Caroli IV. Imper. Regisque Bohemiæ: Margaretha Johannem Bur-  
 „gundiæ Ducem Virum accepere: Margaretha junior Albertum Ducem Austriæ, cui  
 „peperit Albertum Successorem Sigismundi in Romano Imperio, atque Ernestum Proa-  
 „vum Maximiliani Imperatoriis: quæ propagatio sobolis merito Duci pergrata & glorio-  
 „sa esse debuisset, nisi plurimas suas Jucunditates MARGARETHAE Uxoris Mors per-  
 „turbasset.”

Horum Autorum Fide præsentem Tabulam Genealogicam, quæ Posteros MAR-  
 „GARETHÆ BREGENSIS exhibet, confecimus: obiter vero notarius errasse Reyne-  
 „rum Snodus Godanum, quando Ernestum Archiducem Austriæ Proavum Maximilia-  
 „ni Imperatoris Alberti IV. Archiducis Filium fuisse tradit, qui Leopoldi III. ad Sem-  
 „pacum occisi erat: quod Reruni Austriac. Scriptores insigni studio & labore a Plur. Rev.  
 D. P. HIERONYMO PEZ Tom. II. editi coavis passim Testimonüs affirmant:

Albertus,  
Dux Bavariae, Comes Hollandiae, † 1405.

I. MARGARETHA,

LUDOVICI I. DUCIS BREGENSIS F. † 1385.

Catharina, Johanna, Wilhelmus, Albertus, Johannes, Elef. Epif. Leodiumis, Johanna f. Ittha, Reynero Snoyo Goudano  
nupta 1370. Comes Hollandiae, † 1365. Dux Dux Straubingensis, & Comes Holland. nupta Johanni Ducii  
† 1374. † 1409. & Com. Burgundiæ, Margaretha Junior, nupta 1320.  
I. Edwardo, WENESLAO Duci Gelriae, Rom. Imp. & Philippi Andacis, Elisabeth, Alberto IV. Archid. Austr.  
Duci Gelriae, Rom. Imp. & 2. Wilhelmo, Boh. Regi, Ducis Burgundiæ F. + 1404.  
Duci Juliæ & + 1387. † Jan. Gelriae, sterili, sep. in Aula Jacobæ, Reg. quæ maritos quatuor, nullos vero liberos habuit, tandem Philippo Bono Duci Burgundiæ omni Belgio cœsif, + 1436.

CAROLI IV. Rom. Imp. & Boh. Regis  
& Duci Gærlicensis F.  
Nebris,  
Vidua Antonii Burgundi Ducis  
Brabantiae, + ...

Margaretha, Johanna, Maria, Jolanta, Agnes,  
nupta 1370. † virgo. nupta nupta nupta Carolus  
Comes Flandriæ, Artesiac, Burgundiæ, Hannoniæ, I. Ludovico, Comiti de Bedford. Duci Borboniæ, + 1422.  
Hollandiae & Zuerphaniæ, nat. 1396. † 1467. Clivenſi, + ... + 1443.

CAROLUS Audax, Dux Burgundiæ, Domitus torius Belgii, + ... nat. 1433. † in prælio ad Naucejum gesto 1477.

¶. Januar.

MARIA, nat. 1457. 12. Febr. nupta 1477. 19. Aug. MAXIMILIANO I. Rom. Imp. † 1483. 25. Martii.

Nov.

PHILIPPUS, Franciscus, nat. 2. Sept. † 23. Dec. 1481.

REX CASTILIAE, Pater CAROLI V. & FERDINANDI I. a quo GEN AUGUSTISSIMA AUSTRIACA, quæ superest, & quam DEUS T. O. M. ad orbis usque interitum superesse jubeat, descendit, nat. 1478. 23. Junii. † 1506. 25. Sept.

(22)

IV.

Regi

Archidux

Austr.

Poloniæ, nat. 1440.

† 1505. nat. 1422. Febr. † 1457. 22.

Nov.

(22.) Vid. quæ ad Tab. Genealog. VI. no. 41. diximus.

(23.) Affirmat hoc coævus Autor Chron. Dueum Polon. hoc Volumine extantis: vid. loca Dlugossi & Pohlii, quæ ad no. 13. anteced. integra dedimus: Imprimis vero Sententiam nostram Ruperti Ducis Lignicensis Diploma firmat an. 1393. Dominica proxima post festum S. Hedwigis Lignici editum, quo „CATHARINE DUCIS „SE BREGENSI ac ABBATISSE MONASTERII TREBNICENSIS„, „allodium Sanckow vendidit: est illud Diplomatar. nostri Bohemo - Siles. CXXVI.

Obiit ipsa an. 1403. uti habet Index Abbatissarum hujus Monasterii in Clariss. Sinapii Olsnographia P. II: p. 631.

(24.) An. 1402. die Lunæ ante S. Mar. Magdalena Wratislaviæ Dux Bregensis Fœderi subscripsit, quo de pace Patriæ conservanda Silesiæ Principes cogitabant: vid. Diplomatar. nostri Bohemo-Siles. Dipl. CXXVII.

In Terram Sanctam circa an. 1404. abiit, sed in captivitatem incidit, quod Thebesius l. c. P. I. Cap. XLII. §. 4. curatus refert: eadem fere Pohlius in Annal. Wratislav. MStis, sed ad an. 1423. habet: „Als LUDWIG II. Herzog von Brieg, von seinem Vetter, Bischoff WENZELN, Liegnitz und Goldberg bekommen, jedoch des Bescheids, das gemeldte Städte nicht allein ihm, sondern auch seinem Halb-Bruder, „Herzog HEINRICHEN zu Lüben, die Erbhuldunge also thun sollten, wo einer „ohne Leibes-Erben abgienge, das Land und Leute dem andern und seinen Erben „heimfallen sollten: hat er aus sonderlicher Andacht und wie damahls breuchlich, „eine Ritterschafft ins H. Land gethan, vvard aber auf dem Rückzuge von den Feinden gefangen, in ein hart stinckend Gefängniß gevrorffen, und übel unterhalten. „Im Gefängniß sass mit ihm einer seiner Dienér, Herr Stibitz ein Ritter, die vverden „miteinander genau abgespeiset, dass vvas man beyden auftrug, vwohl einer möchte „aufessen: Da der Stibitz des Fürsten Hunger vermerckt, hat er sich mit seinem bestechidnem Theil Brodt allein beholfen, und die andre Speise dem Fürsten gelassen. „Die Unterthanen, da sie ihres Fürstens Gefängniß vernommen, haben sie alsbald „Gelt aufgebracht, und ihn gelöst: der denn nach seiner Heimkunft zu Lobe GOTT „dein Allmächtigen, und Ehre des Leidens CHRISTI, in diesem Jahre das Closter „der Cartheuser vor der Stadt Liegnitz hinter dem Glogauischen Hage mit grossem „Unkosten und schweren Hülff-Gelde der Unterthanen gestiftet, und den 30. Aug. „den ersten Stein selber geleget, fünff Gulden in die Ehre der fünff Wunden CHRISTI, und zu Erhaltung desselben Dörffer und andre Güter zugeeignet: vvard An. 1548. zu Hülffe der Stadt-Mauer von Herzog Fridrichen eingerissen.“

An. 1411. die Veneris post S. Luciæ Illustri Czedliziorum Genti villam Kazendorff Feudi nomine concescit: vid. Schiekfus. in MSt. de Feidis Siles. C. III.

E. a. die S. Andreæ Pragæ WENCESLAUS Rom. Imp. & Boh. Rex WENCESLAUM Ducem Lignensem, Episcopum Wratislaviensem egregio Diplomate donabat, quo ipsi Terram Lignensem in LUDOVICUM II. Ducem Bregensem transferendi facultas concessa: extat integrum apud Thebesi l. c. P. I. Cap. XLIII. §. 4.

Hujus inde Diplonatis vi circa annum 1418. ab Episcopo WENCESLAO Ducatum Lignensem accepit, cum ab an. 1412. ejus Curiam Custos Gubernatorque gesisset: varias inde LUDOVICI II. ceu Ducis Lignensis Litteras l. c. P. I. Cap. XLVI. produxit Thebesius, ex quibus & an. 1419. Nicolaum de Stibitz, illum forte, qui in Captivitate socius ejus fuerat, Lignensem & Goldbergensem Capitaneum suisse elucefecit:

An. 1417. die Martis proxima ante Hedwigis Goldbergæ Diploma dedit: quo C. nostri D. est CLI.

An. 1421. die Solis ante Agnetes Dotalitium Conjugi Elisabethæ in Urbibus & Terris Lignensi & Goldbergensi constituit: quod Diploma egregium extat integrum apud Thebesium l. c. P. I. Cap. XLVII. §. 1.

An. 1423. die Martis post S. Luciæ Urbis Lignensis Privilegia, Jura & Immunitates confirmabat: vid. Thebesi l. c. Cap. c. §. 4.

An. 1425. die Conversionis S. Pauli Urbi Lignensi accepta D. Marcarum summa monetæ partem: alteram vero an. 1429. XVI. Kal. Nov. vendidit: vid. l. c. §. 6. & Cap. XLVIII. §. 10.

An. 1412. die S. Martini. Lignicci Henrico ab Alzenau Jus Venationis in Sältu Kozenavensi concessit: vid. Diplomatarii nostri Bohemo-Siles. Dipl. CXXXVII.

**E**ximius Heros hic BOLESLAUS fuit MIESLAI & Dambronicae Filius sedem regiani, quæ primum Gnesnæ deinde Posnaniæ fuerat, Cracoviam transtulit postquam Diademata regio ab Ottone III. Imp. Gnesnæ circiter annum CHRISTI 1001. coronatus fuisset. Tantum in eo studium Justitiae exstitit, ut dicitur se tenuiculo apparatu mensæ justitiam colendo contentum malle vivere quam summis Deliciis connivendo ad flagitia potentiorum frui. Quid in Rege pulerior? quid utilius? quidve optabilius tali animo excogitari potest?

Bella cum Bohemis & Moschis magna & periculosa gessit eaque feliciter confecit. A Moschis propter insignem Virtutem Chrobry i. e. acer appellatus est, ita apud hostes etiam fortitudo laudem habet. Fines Regni longe lateque propagavit, qui feruntur suis ad Ortum Kiovia priscorum Polonorum patria, ad occidentem Sala fluvius, in quo ferreum palum termini loco fixisse scribitur, ad meridiem Danubius, ad septentrionem Oceanus. Penetravit cum Exercitu in Lusatiam & Misniam: Misenam & Budissinam Oppida occupavit.

Primus vicit Borussos, laudibus bellicis & togatis abundavit & cum heroibus pri-mariis merito conferendus.

Historici Germanici Poloniæ Regnum tributarium Romano Imperio sub hoc Rege factum scribunt; sed Poloni negant.

Præfigit Boleslaus futuras post suam mortem Regni Perturbationes & pericula, deque iis filium Mieslaum, quem hæredem & successorem in regno reliquit, sedulo præmonuit. Regnavit annos XXV. obiit mortem an. MXXV. ætatis suæ LVIII. Posnaniæ sepultus.

## VII.

## MIESLAUS II.

**G**ubernatores Rerumpubl. alii heroicæ, alii mediocres, alii pravi & infelices sunt, ad primum genus recte Boleslaus, ad secundum ipsius Filius Mieslaus refertur, qui ad patrem nec Ingenio nec sapientia nec Virtute & felicitate comparari potest; sed tamen minime malus fuit. Tales cum obtingunt, siquidem heroicæ perrari sunt, habent subditi non exiguum a DEO beneficium pro quo gratias agant: nam pravi atque infelices graviter Respubl. affligunt sæpe etiam prorsus evertunt.

Mieslaus mortuo Patre regno inauguratus est per Coronationem Gnesnæ Anno 1025. Uxorem duxit Richsam (quæ vel ad Industria vel a Divitiis nomen sortita est) Ehrenfridi Comitis Palatini ad Rhenum & Mechtildis, quæ ante Ottonis III. Imp. Uxor fuerat, filiam, optimam & sanctam (quod encomium ipsi etiam Poloni tribuunt) fœ-

minam. Ex ea Casimirum genuit. Regina cum se Polonis fortassis ob Babylonicum, quod inter nationes est odium, sentiret esse invisam ultro Polonia tanquam in voluntarium Exilium ad Conradum Cæsarem profecta excessit. Secutus est matrem CASIMIRUS, qui studiorum gratia in Galliam missus tandem Cluniaci Monachus Ord. S. Benedicti est factus & mutato nomine Carolus appellatus. Mieslaus vixit annos XLIV. regnavit. fere IX. mortuus est anno MXXXIV. Romanæ apud Patrem sepultus.

## VIII.

CASIMIRUS REX  
E MONACHO.

**E**MIESLAU secundo & Richsa natus est CASIMIRUS an. MXV. is procerum suæ gentis contumaciam fugiens in Gallia in monasterium se abdidit & monachus esse cœpit, sed cum Poloni & domesticis seditionibus & hostium incursionibus exagitarentur, malo & periculo suo sibi Rege opus esse didicerunt. Magno itaque studio & sumtu Casimirum Regni legitimini hæredem quæsitum tandem Cluniaci monachorum numero cooptatum repererunt, inde permisso Papæ ad Regnum an MXLI. reductus est.

Papa, ut istius dispensationis memoria ad posteros extaret, voluit ut singuli in Polonia Homines quotannis numulum Templo D. Petri, quod Romæ est penderent, qui adhuc exigitur & Petrinus numulus appellatur, deinde ut nobilitas capita ex parte raderet, fasciis lineis de collo pendentibus in Templis uteretur & quadragesimale jejuniunum a septuagesima apud ipsos Initium haberet.

CASIMIRUS ab Imperatore Henrico nomen regium & coronam deprecante Richsa facile obtinuit. De procerum Regni consilio uxorem duxit Mariam sororem Jaroslai Ducis Russiæ filiam Wladimiri ex Anna Sorore Basillii & Constantini Imperatorum Græcorum, ea ritu Romano Cracoviæ baptisata nominata est Dobrogena Gnesnæ post coronata. Bohemi, qui post Richsa abitum e Polonia incursions in Silesiam & Poloniæ cum magno regni detimento fecerant, Richsa deprecante sunt revocati in Bohemiæ ab Imperatore Conrado. Imperator Silesiam Bohemiæ scribitur attribuisse ut singulis annis tributi nomine XXX. Marcas Auri, argenti vero CL. Imperio Romano exolveret; sed brevi certis conditionibus Poloniæ est restituta.

Bohemi hoc Tempore (alii sub Boleslao id accidisse scribunt) cum Poloniano popularerentur corpus S. Alberti se in Bohemiæ avexisse gloriantur, Poloni reclamant & S. Gaudentii corpus, nescio cuius, pro S. Alberti abreptum asseverant. Ita ut pro uno Alberti Corpore duo habentur, quorum alterum in Bohemia alterum in Polonia ostenditur & colitur, utrum autem verum sit non satis constat.

Rutenos grassatores repressit. Maslaum quendam qui Masoviam invaserat & occupaverat adjutus suppetiis e Germania missis subegit & interfecit, locum ubi cum Masoviis atrox prælium commisit Posnaniam nomine Polonio ab agnoscendo appellavit, quod sui milites vix se mutuo e sermone cognoverint postquam in se ipsos errore fævissent.

Wratislavia Templo D. Joanni dicatum ligneum ædificavit atque eo collegium & Episcopatum Anno MLII. Bicinia transtulit. Ibi primus Episcopus Hieronymus fuit Romanus.

In Leibus ubi in vetusto Templo Idola culta fuerunt Monachos Benedictinos collocavit. Regnavit cum laude virtutibus Regiis præditus annos XVIII. vixit XLIII. mortuus anno DOMINI MLVIII. Posnania sepultus.

## IX.

BOLESLAUS II.  
POLONIAE REX.

**C**AESIMIRUS e Dobrogena filios quatuor & unam filiam genuit, filia nomine Suatoch-na Duci Bohemiæ Wratislao nupsit. Filii fuerunt, BOLESLAUS, WLADISLAUS, MIESLAUS & OTTO. Otto natu minimus patre adhuc vivente mortuus est. Pater ante obitum suum successorem in Regno BOLESLAUM filium natu maximus designavit. Is Gnesnæ coronatus est anno MLVIII. Uxorem duxit anno DOMINI

MINI

**MINI MLXV.** Wieseslavam unicum Principis Ruthenorum Filiam, ea anno MXXXIX. V. Id. Martii mortua est filium unicum MIESLAUM peperit, qui Regno post P. trem non est potitus sed Veneno, ut quidam scribunt, e medio sublatus. Boleslaus vivente Pare ut modestum filium decet fuit quietus, sed cum regnum occupasset continuo ad bella animum adjecit, & feliciter res præclaras gessit. Bohemos primum, qui Silesiam vastaverant, deinde Borussos & Rhutenos bello vicit: Kioviam expugnavit in qua Urbe ipsius Exercitus quemadmodum Hannibal Capuæ voluptatibus enervatus est.

Cum hostes diuturno bello premeret & persequeretur Uxores militum nobilium absentibus maritis in septimum usque annum cum servis concubuerunt, ea fama cum in casta pervenisset mariti in patriam inscio Rege contenderunt. Rex confectus & in eos, quod siue commeatu & castris excessissent, & in Uxores quod matrimonii Jura violassent acerbius animadvertisse fertur. Pomeranos præterea & Hungaros subegit. Liberalitas ejus & Municientia ab Historicis celebratur.

Illud vero imprimis memorabile est: Cum Rhuteni magnam Vim auri & argenti attingerent & coram Rege exposuissent sacrificus quidam pauper ubi hæc conspexisset alte suspiria dicens ingemuit. Rex cum gemitus causam percontaretur, Sacrificus tuam o Rex, inquit, felicitatem qui divitiis abundas considero & meam tenuitatem, cui propemodum iniunx nihilo est, deploro.

Ibi Rex, age sane fortunatum te & voti compotem reddam, tantum auri & argenti, quantum portare potes, tibi hinc auferre licet; ac cum sacrificus lacernam attritam haberet vestis nova ei injecta est in cuius lacinia optatas opes domum asportaret, adeo vero se onerasse scribitur, ut inter Vias Oneri succubuerit & extinctus sit. Ita ex infelici non modo non felix sed propter avaritiam infelicissimus evasit, satius fuerat eum pie pauperem, vivere quam cum sua splendida supellestile miserabiliter extingui.

Rex iste suas multas atque egregias Virtutes, quibus a DEO ornatus fuit, cæde S. Stanislai Episcopi, quem ad aram cum rei divinam faceret interfecit, conspurcavit.

Pontifex Hildebrandus hunc Stanislaum in Catalogum Divorum ascripsit Assisi. Perpetrato isto scelere & hominum benivolentiam & successum in rebus gerendis Boleslaus amisit. Papa Titulo Regio eum privavit, & sacerdotes coronam & alia ornamenta regia ipsi ademerunt. Quare stimulis conscientia & dolore animi motus in voluntarium exilium ad Wladislaum Hungariæ Regem assumto Filio Mieslao concescit. Cum etiam ibi se fabulam vulgi ob admissum homicidium esse intelligeret a Wladislao, cui filium commendavit abjecto splendidiore vestitu ut homio privatus uno tantum famulo comitatus, se subduxit & in exilio misere mortuus est. Narravit mihi quidam se in finibus, ni fallor, Carinthia sepulcrum ipsius vidisse, cui hæc verba inscripta sunt. Hic jacet Boleslaus Rex Poloniae occisor S. Stanislai: Regnavit annos XXIII.

## X.

## W L A D I S L A U S I.

Cognom. Hermannus.

**H**IC WLADISLAUS filius Casimiri & frater Boleslai I. post fratrem in Polonia regnabit sed absque regio Titulo, itaque a Polonis non Rex verum Polonia Monarcha (vocabulo parum apto) appellatur, sicut alii etiam successores usque ad Primislaum secundum qui solemni more vix tandem coronatus est anno salutis MCCXCV.

WLADISLAUS regnare occcepit postquam frater se regno abdicasset an. MLXXXII. Uxorem duxit Juditham, quam alii contracto nomine Juttam appellant, filiam Wratislai Ducis Bohemiæ ex Adelheidi, filia Andreæ Regis Hungariæ prognatam. Is Wratislaus primus Regio Diadema ornatus & cum conjugé Suatochna Pragæ XVII. Kal. Jan. An. MLXXXVII. coronatus est ut Michovius refert. Alii Regem Bohemiæ declaratum memorant Anno CHRISTI MLXXXIX. ab Henrico IV. Imperatore. Nec illud silentio prætereundum est, quod Imperator Wratislao Moraviam attribuerit & potestate fecerit ut sibi Silesiam & Lusatiam subjiceret.

Juditha quæ Boleslaum peperit XX. die Aug. circiter An. MLXXXIV. ex partu debilitata mortua est IX. Kalend. Jan. in Vigiliis Natalis CHRISTI, matrona in egenos beneficia & omni laude cumulata. Post ejus obitum duxit in matrimonium aliani Conjugem SOPHIAM Henrici III. Imp. filiam, & Henrici IV. penes quem tum Temporis Romanum Imperium erat, sororem, eam non duxit Virginem sed viduam, nam ante Uxor fuerat

fuerat Salomonis Regis Hungariae. Nuptiae cum Sophia splendide peractae sunt Cracoviae MLXXXVIII.

Cum sedatus esset natura & tranquillitatis amans ipse præliis non interfuit sed bella per suos præfectos & Duces gessit DEO victoriam largiente. Primum Borussos seu Prutenos & Pomeranos, deinde etiam mortua priore Conjuge Juditha Bohemos & Moravos devicit.

Præter legitimum filium BOLESLAUM habuit notium nomine Sbigneum, eum in Germania curavit in quodam monasterio educari.

Fuit eo Tempore Secechus, alii Ccthegum item Sethegium nominant, Palatinus Cracoviensis, qui propter operam in bello strenue navatam & scientiam rei militaris gratius erat WLADISLAO, tali gratia Sechecus fatus pro libidine multa in Silesia insolenter proterve & violenter agebat ita ut plurimi tam nobiles quam ignobiles ejus Vim fugientes in Bohemiam se recipercunt. Isti exules ulturi Injurias Secechi Bohemorum Instinctu & auxilio adjuti Sbigneum e Monasterio elicuerunt atque eo Duce Wratislaviam admitteente ipsos Magno (hoc Gubernatori Vratislaviensi nomen fuit) occuparunt. Eam rem indigne admodum Wratislaus tulit atque in Silesiam cum exercitu propere advenit ut Wratislaviam, quam a se descivisse suspicabatur, reciperet ac Sbigneum propter Iniprobitatem coerceret. Sbigneus Iram comitoti Patris metuen cum suis copiis in Pomeraniam secessit, Wratislavenses, qui non perfidia sed ut a Violentia Secechi tutiores essent Sbigneum in civitatem admiserant, facile Veniam impetrarunt.

WLADISLAUS Sbigneum infuscatus in Pomerania imbellem vicit & cepit, sed non multo post pater clemens & facilis deprecante culpam Archi-Episcopo Gnesnensi Sbigneo reconciliatus est, atque insuper ei Masoviam & majorem Poloniam ac si legitimus filius esset post suam mortem possidendam assignavit. Hanc primam Polonia partitionem fuisse Historici tradunt. Secechus propter truculentiam omnibus invisus rogatu filiorum Wladislai ab officio publico & autoritate motus in Russiam ad hostes Polonorum transiit. Wladislaus e morbo decessit & in Templo Plocensi honorifice regio more sepultus est. Anno DOMINI MCII. Regnavit XX. annos. Vixit fere LIX. sub hoc WLADISLAO Silesia a Bohemis populata atque vexata est.

## XI.

### BOLESLAUS III. WLADISLAI Filius.

**O**Si ex morbo in pueritia non nihil viciatum & retortum fuit, eam ob causam a Polonis cognomento appellatur Crziwousti, quod quidam improprie reddiderunt curvus. Uxorem habuit Sbislavam Kiovensis Principis Filiam, ad Regnum pervenit An. MCIII. Non dici potest quantus heros fuerit justitia fortitudine & felicitate præcellens, præliis XLVII. cum hostibus conflixit & semper Victoria potitus, sed tamen prope exacta ætate infelior atque exemplo fuit fortunam nunquam perpetuo esse bonam. Vixit LIII. annos, regnavit XXXVI. Mortuus est An. CHRISTI MCXXXIX. apud Patris Tumulum in Templo Plocensi sepultus.

## XII.

### WLADISLAUS II. BOLESLAI III. Filius.

**A**D regna Gubernacula accessit post patris obitum Anno DOMINI MCXL. Laude quidem dignus sed patri non æqualis. Scribitur impulsu Uxoris CHRISTINÆ, quæ fuit filia Henrici \* Quinti Imperatoris fuisse iniquior fratribus quos Posnaniæ anno 1145. obsedit, verum ab obsidione repulsus & profligatus in Germaniam ad Imperatorem Conradum consugit, qui non potuit impeditus aliis bellis eum in Regnum restituere, nam Boleslao Crispo post ejus abitum traditum fuit Anno 1146. Deinde Poloni suam reginam una cum liberis nec sexui nec ætati parcentes Polonia expulerunt. Postquam WLADISLAUS in Germania exul fuisset Annos XIII. mortuus est Anno 1159. IV. Non. Junii, sepultus in Oppido Altenburg.

## XIII

\* Quarti.

XIII.

# BOLESLAUS Altus.

Wладислав F.

Dux Silesia Wratislav. Legnicens. tandem Glogoviensis.

**S**UB Boleslao Alto Wladislai & \* Christinæ F. Silesia, quæ a Regibus Poloniæ immedia-  
te gubernata fuit, peculiares Duces sortita est, atque hic e Regia stirpe ramus Illustriss.  
Ducum Silesiæ Legnic. & Bregens. processit. **WLADISLAUS** reliquit tres filios: **BO-**  
**LESLAUM AL'TUM, MIESL.AUM & CONRADUM.** His Boleslaus Crispus  
Monarcha Poloniæ, urgente id Imperatore Friderico Barbarossa, Silesiam attribuit quam hoc  
modo inter se sunt partiti: **BOLESLAO ALTO** assignata est Wratislavia, Legnicia &  
Silesiæ meditullium; **MIESLAO** Pars superior utpote Ratiboria & Opavia; **CON-**  
**RADO** inferior, Glogovia, Crotina &c. Mieslaus Opaviam mulieri quam perditæ ama-  
verat scribitur donasse. Conradus non diu vixit, post ejus mortem Glogovia & inferior  
Silesia Boleslao Alto accessit. Quanta Boleslai Virtus fuerit vel inde liquet: Cum apud  
Fridericum Imperatorem qui Mediolanum obsederat in castris esset adhuc juvenis, & qui-  
dam militum Mediolanensem vasto & immani Corpore tanquam Goliath e Caesaris Exer-  
citu Antagonistam provocaret atque ad monomachiam deposceret, Boleslaus impavidus ani-  
mo cum eo congressus fortiterque confligens victum interfecit.

Conjunx prior fuit Wenceslava Ruthenica, Liberi { Jaroslaus, Episcopus.  
Boleslaus.  
Ottilia.

Altera fuit Adelheidis, Soror Conradi Svevi Imperatoris, Liberi Henricus Barbatus.  
Conradus, } mortui impubes.  
Johannes, } res.  
Adelheidis, Theobaldi,  
March. Moraviae Uxor.

Légniam & Luben oppida capaciora fieri & firmari curavit. Mortuus est Anno Servatoris MCCI. VIII. Id. Dec. \*\* in Monasterio Leubensi, in quod pro Benedictinis Monachis, qui a Casimiro inducti fuerunt, Cistercienses e Porta Misnensi Cœnobio adductos substituit An. 1157. ut gratificaretur ei Monasterio ubi mater sepulta quiescit. Silesia Partem sibi attributam gubernavit annos XXX.

Epitaphium ipsius in Monasterio Leubensi hoc est:

Dux Boleslaus honor Patriæ, Virtute deinceps  
Cui par nullus erit per regna Polonica Princeps  
Conditur hoc loculo locus a quo conditus iste.  
Dæmonis ara prius Tua transit in atria CHRISTE!

XIV.

# HENRICUS BARBATUS, Boleslai Altij F.

Dux Silesiæ etiam aliquandiu Monarcha Poloniæ.

**I**Neunte Anno Domini MCCII. Henricus Barbatus omnem Silesiam præter supremam Oram, quam filii Mieslai possidebant, a Patre hæreditario Jure in suam Potestatem suscepit eamque præclare gubernavit. Junxit sibi conjugio S. HEDWIGIN, Bertholdi Ducis Meraniæ Cariñthiæ & Istriæ filiam, cuius hortatu adfieavit magnis Impensis cœnobium Virginum Trebnitz. Vocatus quidem in Poloniam fuerat contra Lescum Album, ut eo rejeclto fieret Monarcha, sed cum venisset Cracoviam nec videret justam causam submoveudi Lesci cum eo amice hoc negotium composuit atque ipsi in rebus difficultinis cum summo periculo suo adfuit. Nam cum se conjunxit eum eo ut Suantopulcum, qui Pomeraniam occupaverat, reprimerent Suantopuleus ex Insidiis & Lescum & Henricum in balneis oppressit. Lescum in fuga fortiter repugnantein trucidavit, Henricum objectu

\* Adelheidis.

<sup>\*\*</sup> in Villa Lesnitz prope Wratislaviam, vid. Dipl. CXXVIII. Spec. C. nostri D,

sui Corporis fervavit quidam Germanus, Peregrinus a Wisenberg, cuius liberos & posteros Henricus ornavit & ditavit. Post cædem Lesci Agasia vidua ipsius & nobilitas Polonica Henricum Cracoviam ut pupillorum tutor & regni Gubernator esset accersiverunt. Id Conradus frater Lesci indignissime tulit & conscripto exercitu Henricum, qui aliquan- diu Monarcha cum laude fuit Rempubl. optime correxit, e Polonia ejicere conatus est. Sed bis ab Henrico Acie vicit & profligatus est.

Quod vero hic aperto Marte efficere non potuit id Conradus Masoviæ Dux prodictione perfecit. Cracoviæ enim insidiose per proditores Henricum in Templo, dum rei Divinæ daret operam, opprescit & captum in Masoviam abduxit.

S. HEDWIGIS profecta ad Conradum precibus impetravit ut Maritum dimitteret, ac firmandæ pacis causâ duas filias HENRICI PII duobus filiis Conradi in matrimonium addixit. Calimirus Conradi filius nuptias cum Constantia Henrici Filia celebravit Anno MCCXXXVI. Boleslaus vero frater cum Gertrude Henrici Filia Anno MCCXXXVII. Wratislaviæ.

HENRICO Barbato e S. Hedwige tres fuere filii, BOLESLAUS, CONRADUS & HENRICUS Pius. Parentes cum e Persuasione ejus Seculi a Consuetudine conjugali volentes abstinerent & se totos Vitæ religiosæ dedidissent, ut commodius rebus divinis vacarent, & ut filii mature in politiæ gubernatione exercentur inter eos Silesham partiti sunt hoc modo.

BOLESLAO attributum est Lebusium & illa infima Silesiæ pars, quæ nunc ad Marchiam pertinet.

CONRADO Crosha Saganum & Lusatia superior.

HENRICO Wratislavia Legnicia & reliqua Silesia.

BOLESLAUS suam provinciam Marchionibus Brandenburgensibus vendidit & prodige dissipavit & cœlebs mortuus est.

CONRADO iniquissima per patrem facta partitio visâ est, & cum natura ferox & protervus esset concepit erga fratrem HENRICUM capitale odium atque adeo Paren- tibus frustra reclamantibus bellum ei indixit. Collatis igitur signis duo isti fratres inter pagos Rothkirch & Strudnycz in agro Legnicensi fitos confixerunt. Conradus Exercitum satis numerosum e Polonis: Henricus vero e Germanis multitudine inferiorem sed firmiorem coegerat. Post acrem Dimicationem Conradus vicit & confudit ad Patrem Glogoviam, ibi non ita multo post suæ in parentes & fratrem impietatis poenas dedit. Nam in Venatione prope pagum Tarnau de equo præceps delapsus cervice fracta periit.

De Henrico sic Mechovius scribit, Henricus cum Barba Rempubl. Poloniae provide rexit, audaces coercuit, malevolos & calumniatores exterminavit, Leges concussionis Pomoczne Virginale & viduale elisit & libertatem Ecclesiæ confirmavit.

Decessit anno MCCXXVIII. Croshæ XIX. die Mart. sepultus in Monasterio Trebnicensi.

## XV.

### HENRICU S Pius, Henrici Barbatii F.

Dux Silesiæ Wratislaviæ. Legnicensi. Glogov. Croshensis &c. Princeps majoris Poloniae.

**D**ebebat hic Princeps heroicis Virtutibus insignis tum Germanorum tum Polonorum monumentis cum summa gratitudine celebrari. Nam pro eorum Salute suum corpus objecit eosque suo sanguine contra immanissimos Hostes protexit. Cum Tartaris, qui Duce Peta an. 1241. infusi in Poloniæ eam Igni & ferro vastaverant, coacto exercitu XXX. M. hominum fortiter confixit & pro Patria suisque imo pro Religione Christiana pugnando IX. die Febr. honestissime occubuit & sua Virtute quamvis vicit Petam cum suis Tartaris ita attrivit & fregit ut pedem referrent & per Poloniæ ac Moraviæ in Hungariam ad Balbi & Caidani Copias recederent, quod ni factum fuisset in Germaniam irruissent isti barbari eamque sicut Poloniæ crudelissime vexassent. Historia Prælii a D. Peucero & Curao descripta extat. In loco ubi prælium commissum fuit oppidum est ædificatum quod ex re ipsa Walstad appellatur, & quo in loco Princeps occubuit ejus Oppidi Templum extractum fertur. Præfuit Ducatu saltem Triennium dignus Vita longiore; sed vitæ ipsius cum summa laude actæ brevitas multorum Regum & Principum longævitati merito antecerenda est. Conjugem habuit Annam Ottocari I. Bohemorum Regis Filiam. Ea inter Cadavera Truncum mariti (caput enim a Tartaris præcisum & abla-

tum

tum fuit) agnovit & Wratislaviæ in Templo D. Jacobi sepultura astecit, ipsa etiam Anna post suum obitum Wratislaviæ ad S. Claram est humata, quod Monasterium ipsa extruxit. S. HEDWIGIS Tempore Pugnæ cum nuru & filiabus Croñæ se tenuit, biennio post videlicet Anno MCCXLIII. XV. die Octobr. in magnis Arumnis angore confecta pie decessit in Monasterio Trebnicensi sepulta.

Ducis HENRICI e Conjuge Anna liberi.

Boleslaus Calvus, Dux Legnicensis.

Henricus III. Wratislavienfis.

Fili⁹ IV. Wladislaus, Archi-Episcopus Salisburgenfis & post gubernator Wratislavienfis.

Conradus Glogov. Sagan. & Croñ.

Constantia, Casimiri Mazoviæ Ducis Uxor.

Gertrudis, Boleslai Masovii Uxor.

Agnes, Trebnicensis Abbatissa.

Elisabeth, Przemislai Ducis Gnesnen. Uxor.

Filia⁹ IV.

## XVI.

### B O L E S L A U S Calvus.

Dux Silesiæ Legnicensis.

**H**erorum filios noxas esse in Boleslao Calvo videre est. Optimi enim Patris degener filius ab Historicis valde vituperatur. Silesiam quæ post cladem a Tartaris acceptam respire & se recolligere dæbebat graviter affixit atque afflictæ foedam afflictionem addidit.

In partitione Silesiæ primum Ducatum Wratislavienfem sibi depoposcerat quem etiam obtinuit, mox sententia mutata pro Wratislavienf Legnicensem & Glogoviensem arripuit; deinde rursus a fratre HENRICO III. Wratislaviam appetivit, quod cum non posset impetrare fratri bellum fecit, quod & diuturnum & Silesiæ perniciosum fuit.

Wratislaviam tripartito Exercitu tres mensæ obsedit, eam cum expugnare non posset undique etiam ex aliis Regionibus prædones ad se vocavit eosque fovit, quibus agrium Wratislavienfem diripuit atque incendit atque Silesiam excursionibus & latrociniis infestam reddidit. Oppidum Neumarekt diripuit & in Templo ad 500. homines combussit. Thomam Episcopum VVratislavienfem cum duobus præcipuis Canonicis insidiose interceptum in Vincula conjectit.

Cum exhaustus esset bello pecunia, ut suis militibus stipendia exolvere non posset, Marchionibus Brandenburgensibus Johanni, Ottoni & Archi-Episcopo Magdenburgensi Lebus & finitima in Silesia infirma oppida oppignoravit. Zittaviam vero & Gorlicium quibusdam suis civibus ditioribus oppignoravit.

Ad summam Inopiam tandem fertur redactus esse. Ita, cum nollet sua forte contentus vivere & fortunis fratrum inhiaret, suas ipse amisit. Uxorem duxit HEDVIGEN Anhaltinam, ea obiit mortem Anno DOMINI MCCLXXV. & sepulta est Legnicii apud maritum in Templo S. Crucis. Mortua priore Uxore duxit aliam Samtborii Pomeraniz Ducis filiam, sed a Venefica fascinatus Uxorem neglexit & pellicem perdite amavit. Uxor dolore & moerore mota in Pomeraniam ad suos pedes rediit. Mortuus est iste Boleslaus Anno DOMINI MCCLXXVIII. sepultus apud uxorem cum duobus Liberis Bernhardo & Catharina in Monasterio a se condito. Superstites ipsi fuerunt ex HEDVIGE tres filii.

1. HENRICUS Pinguis, Dux Legnic. post etiam VVratislavienf.

2. Boleslaus (Bolco) Dux Sucidnicen. & in Vürstenberch.

3. Bernhardus agilis, qui sine liberis decessit Anno MCCLXXX.

## XVII.

### H E N R I C U S V. Cognomento Pingius.

Dux Silesiæ Legnicensis. & post mortem HENRICI VVratislavienfis.

**H**enricus Pinguis Patri suo in Ducatu successit, clemens, justus & multa Virtute præclarus princeps fuit eam ob rei omnibus carus. Conjugem habuit Ducis Cälisticen.

Filiam. Mortuo Henrico Quarto Duce Wratislav. sine liberis an. 1290. d. XXII. Augusti, Wratislavienses in ejus locum accersiverunt & hæredem substituerunt Henricum Pinguem. Id vero Conradus Glogoviensis, qui jam spe Wratislaviam sibi desponderat, ægerrime tulit, & Henricum fratris sui Filium ira & cupiditate vindictæ percitus bello adortus est, sed cum eum bello evertere non posset per sceleratum quendam Proditorem Leuconem, cui Henricus ut fideli Ministro & satelliti suo multum fidebat, nefarie in balneis Wratislaviæ, quæ appellantur auf dem Kaltenstein, nudum oppressit & Glogoviæ subito abruptum in foedum Carcerem conjectit, an. 1293. die 9. Octobr.

Captum HENRICUM Conradus non humaniter ut Patruus sed ut barbarus Tyrannus crudelissime habuit. Quare coactus tetri Carceris Cruciatibus, ut liberaretur Conrado hæc oppida cessit, Namslaviam, Bernstadium, Creutzbergam, Bicinam, Olsnam, Cunstadium, Rosenbergam, Haynoviam & Boleslaviam, insuper XXXM. marcarum se redemit. Carceris pedore & squallore confessus brevi post è Vita cessit, an. MCCXCVIII. Imo Martii, sepultus Wratislaviæ in Templo S. Claræ.

Tres filios Henricus reliquit:

Boleslaum,  
HENRICUM VI.  
Wladislauum.

### XVIII.

## WLADISLAUS, HENRICI PINGUIS F.

Dux Silesia Legnicensis.

HENRICUS cognomento Pinguis seu obesus cum metueret suis filiis, ne à Conrado Glogoviensi è suo Ducatu exigerentur ante mortem ipsis Tutorem constituit Boleslaum s. BOLCONEM Ducem Sveidnicensem, & ut majore Diligentia & fide tutelam administraret aliquot oppida præmii loco ei attribuit, Javoriam, Stregoviam, Franckenstein, Reychenbach & Zobten. Fuere Henrico tres filii superstites, Boleslaus, Henricus ac Wladislauus, his Tutor optime præfuit, eorumque bona servavit & auxit.

Extorsit Conrado Glogoviensi Boleslaviam & Hainoviam: In agro Boleslaviensi castellum Klitschdorff, in Haynovensi Kozen condidit: Ante pupillorum pubertatem mortuus est Anno DOMINI MCCCI. & in monasterio Grissoviensi, quod ipse extruxerat sepultus est.

Cum nondum adolevissent filii HENRICI quæsitus & datus est eis alias Tutor Henricus Episcopus Wratislaviensis, qui Thesaurum Pupillorum à priore Tute acquisitum luxu perdere & dilapidare cœpit, huic malo ut in Tempore Remedium inventiretur, Nobilitas Legnicensis à Wenceslao Rege Bohemæ impetravit, ut è pupillis natu maximo Boleslao filiam suam Margaretham desponderet, detinuit apud se generum aliquot annos, sed cum è Vita Rex excessisset Boleslaus cum sua Uxore, quæ pia & honestissima Domina fuit, in Silesiam rediit, ibi Ducatus in tres partes divisus est in Wratislaviensem, Legnicensem & Bregensem ea Conditione, ut qui Wratislaviam assumisset XVIII. florenorum millia Bregæ adjiceret, qui Legniciam XXXII. Boleslaus appetebat præsentem Pecuniam quare Bregam elegit, HENRICO VI. Wratislavia, Wladislao vero Legnicia obvenit, Henricus, quod ad ipsum rediit, Boleslao brevi à suis adjutus exolvit, Wladislauus cum solvendo non esset Boleslauni ad se, ut medianam Partem Legnicæ hypothecæ nomine haberet, recepit: Non fuit inter fratres diurna Concordia. Nam ut Poëta cecinit:

Nulla fides Regni Sociis omnisque Potestas  
Impatiens confortis erit.

Orto Diffidio Wladislauus Boleslaum armis adortus est, sed cum Boleslaus potentior & superior esset, semel atque iterum Wladislauus vicit & in custodiam conjectus, ibique longo Tempore detenus mœrore cœpit mente & corpore errare, nunquam uno in loco diu substitut. Tandem ad agnatum suum Ducem Masovia profectus ejus filiam Uxorem duxit, inde Boleslai Injurias ulturus in Bohemiam venit & Johanni Regi de fratre

tre questus, & sua Jura in Dueatu Legnicensi. atque Diplomata ostendens perfecit, ut Boleslaus quamvis invitus se regno Bohemiæ subderet anno DOMINI MCCCXXXI.

Quando Wladislaus mortuus & quo in loco sepultus sit, nondum indagare potui.

## XIX.

**BOLESLAUS**, Henrici Pinguis F. & Frater Wladislai,  
Dux Silesia Bregensis & Legnicensis.

**H**ic Princeps ab Historicis Boleslaus Bregensis appellari solet, quod in herescunda familia Bregensem Ducatum pro sua Parte ultiro sibi elegit. Quamvis autem Legnicensem adeptus fuit, tamen ante suam mortem Ducatu Legnicensi cessit, suisque filiis possidendum tradidit, ac se Bregæ tenuit.

Poterat in tranquillitate suo Ducatu frui & Wratislavia tandem potiri, sed dominandi & habendi nimia atque injusta cupiditas effecit, ut vitam inquietam & acerbam duceret, ac suis posteris plurimum obstareret & officeret. Wladislaus quidem è fratribus natu minimus initio Ducatum Legnicensem habuit, verum Boleslaus postea ipsum adeptus est. Auctus igitur hoc Ducatu Conrado Olsnicensi bellum intulit, qui Civitates eas possidebat, quas Conradus Glogoviensis Patri hujus Boleslai eripuerat: Vicit Olsnicensem & recuperatis Civitatibus paternis Conrado, ne egeret, Wolaviam concessit. Appetebat Wratislavia jam incipienti florere, & egit cum fratre Henrico, ut pro Legnicia sibi eam permutatione traderet, id cum non obtineret gravi Ira exarsit & acerbissime ipsum quibusunque modis potuit persecutus est. Cum finem itaque lacesendi & nocendi non faceret, Henricus Princeps bonus & à bellis abhorrens, ut à fratribus violentia tutus esset, de suorum consilio in Tutelam & patrocinium Regis Bohemiae Johannis sese commisit, eumque hæredem scripsit. Rex ut Henrico contra benigne faceret Comitatum Glacensem ipsi dum viveret attribuit, & Wratislaviam multis beneficiis affecit. Accedit istud anno DOMINI MCCCXXVII. Decennio post cum Henricus sine liberis dececessisset Johannes Rex Wratislaviam occupavit, ita discordia fratrum Wratislavia à Dueatu Legnicensi avulsa est.

Prior BOLESLAI Uxor fuit MARGARETHA, filia Regis Bohemiæ Wenceslai, ex ea præter filias duos filios habuit, Wenceslaum & Ludovicum. Mortua Margaretha aliam duxit Conjugem Croatam, quæ sterilis fuit, cujus dote Olaviam & Bregam redemit. Ingraveſcente ætate cum pecunia propter continua bella exhaustus, & in suos milites nimium beneficus esset egere cœpit. Duobus filiis Wenceslao & Ludovico cessit de Ducatu Legnicensi, ipse vero Bregam se contulit.

Cum excessisset annum sexagesimum & post quadragesimalem inediā Festis diebus paschalibus intemperantius se cibo potuque explevisset, in morbum incedit, ex quo mortem obiit XXII. die Aprilis anno MCCCLIII. sepultus est in Monasterio Leubensi in Sacello D. Mariæ, quod condiderat, & monasterium auxerat duobus magnis pagis Olfa & Heidelsdorff in Agro Nimzensi. Hic Boleslaus etiam fundator fuit Cœnobii prædicatorum Bregæ.

Exemplo Henrici VI. Wratislav. Regi Bohemiæ Johanni sese subdiderunt, etiam alii Silesia Principes

Dux	{ Boleslaus Opoliensis, Wladislaus Coslensis, Johannes Ausvicensis, Casimirus Teschnensis, Boleko Falckenbergensis, Johannes Stinavienis, Conradus Olsnensis.
-----	---

## XX.

**LUDOVICUS**, Boleslai F.  
Dux Silesia Lignicensis.

**M**ortuo BOLESLAO Bregensi, vidua Catharina Bregam & Olaviam pro dotalicio (vor ihr Leib-Gedinge) retinuit, Filii, qui permissu patris etiam ipso vivente

Eee eee ee

Legni-

Legnicia habitabant & eo Ducatu siniū fruebantur, postquam Uxores duxissent, hæreditatem diviserunt. Wenceslaus natu major matrimonio sibi junxit filiam Dueis Teschinensis, Ludovicus filiam Henrici Duci Saganensis & Glogoviensis, Wenceslao in divisione hæreditatis Goldberga, Hanovia & Lubena obvenit, Ludovico Legniecia.

In agro Legnicensi, ubi nunc oppidulum Nickelstad situm est, sub Ludovico sunt inventa Venæ Auri & ex aurifodinis multum Auri collectum est, ita ut singulis septimanis Princepi CX X. nonnunquam supra CL. libræ Auri penderentur. Invidit cam fortunam fratri Wenceslaus atque varias Rationes iniit, ut Legnicia potiretur. Tandem pollicitationibus & minis Ludovicum perpulit, ut eam ipsi traderet. Consiliarii Ludovici pecunia corrupti istis Vocibus principis sui animum demuleebant, quod dictabant, Wenceslaum admodum imbecilli Valetudine esse, nec liberos habere, fore ut brevi non solum Legnicia, sed alia etiam Civitates, quæ in Potestate Wenceslai essent, vel ad ipsum vel ad filios suos reciderent.

Pacti & conventi ea fuit formula, Ludovicus unica arce & certa pecunia annua contentus viveret mortuo Wenceslao absque liberis tota hæreditas ad Ludovicum, aut ejus filios redirent. Si Wenceslaus liberos relinqueret post Wenceslai obitum principatus penes solum Ludovicum esset, ipso autem Vita functo, utriusque filii ex æquo hæreditatem dividerent. Cum Wenceslao res ex sententia cessisset, atque ita ditatus esset rebus secundis elatus luxu & prodigalitate æs alienum contraxit, cumque Venæ Auri exaruisserent, & ære alieno laboraret ecepit oppida oppignorare. Ludovicus sua pecunia Lubenam redemit & domicilium ibi suum constituit. Cum Wenceslaus pergeret oppida creditoribus oppignorare nec audiret fratrem vehementer reclamantem & dissidium inter eos ingrauesceret Ludovicus apud Carolum Quartum Cæarem de Inuria questus est. Interea mortua est Noverca & duæ Civitates Brega & Olavia ad duos istos fratres hæreditatem redierunt.

Carolus Imperator, qui intelligebat Ludovieo injuriam fieri, ita causam compo-  
suit, ut Ludovicus Bregani haberet, atque ibi se contineret, VVenceslaus vero Legnicia,  
ne sic quidem per fratrem quietus esse poruit. Nam VVenceslaus, quid à Noverca ac-  
ceperat Boleslao seu Bolkoni Duei Swidnicensi vendidit, eumque contra Ludovicum  
invitavit, effecit etiam ut Boleslaus & Bolko Duces Opolienses contra Ludovicum arma-  
sumerent, sed Ludovicus comparato exercitu prope Kreutzbergam eos profligavit. Post  
mortem VVenceslai recepit Legniciam & pupillis fratris fidus & utilissimus Tutor  
fuit. Beati mites, (inquit Servator noster) quoniam ipsi hæreditatem accipient Terræ:  
ejus rei præclarum in Ludovico exemplum propositum est. Fuit natura mitis multum  
de suo Jure concessit fratri, nullam tamen gratiam promeruit: A fratre & suis propin-  
quis, ut Duce Suidnicensi & Ducibus Opoliensibus graviter exagitatus est, cum nullum  
ex iis læsisset, Consiliarios habuit non fideles, potuit paucis æquo animo contentus vi-  
vere. Ob has Virtutes DEUS eum protexit & ornavit, ut ne egeret, & tandem suorum  
Inimicorum interitum ipse salvus videret. Mansuetudinem suam vel in eo maxime  
probavit, quod post fratris mortem pupillis ipsius nihil vindictæ cupidus plus profuit,  
quam Pater dum viveret, quin etiam posteri ejus, cum VVeneslai Progenies in filio Ru-  
perto intercidisset, hæreditatem Dueatus Legnicensis acceperunt. Ab Historicis LU-  
DOVICUS Bregensis appellatur, quod aliquandiu Bregæ habitavit eamque instauravit &  
exornavit, condidit ibi Templum Cathedral & collegium Canonicorum instituit. Lu-  
benam etiam cultiorem reddidit ac Templum in Aree extruxit.

Tandem optimus Princeps Bregæ placide obdormivit, cui pietas maxime fuit cor-  
di & in Templo cathedrali ab se condito sepultus est. Superstites ipsi fuerunt duo filii &  
tres filiæ,

Filiæ { Henricus Stigmatias (mit der Schramme) Dux Bregensis,  
VVenceslaus, qui cœlebs permanxit.

Filiæ { Margarita, Conjux Alberti Duci Bavariae,  
Hedwigis, Ducissa in Osswiczin,  
Catharina, Trebnicensis Abbatisa.

## XXI.

**WENCESLAUS, F. Boleslai Bregensis,**  
**Dux Silesia Legnicensis.**

**A**nte Wenceslaum Ducatum Legnicensem habuit **LUDOVICUS** frater minor **na-**  
**tu**, quo pacto autem ad Wenceslaum translatus fuerit supra indicatum est. Con-  
jux **Wenceslai** quæ fuit Teschinensis totos octodecim annos non peperit post id Tem-  
pus fœcunda evasit & filios quatuor ac unam filiam enixa est.

Postquam **VVenceslaus** Legnicia potitus esset aurifodinæ, quæ magnam Auri co-  
piam effuderant, per annos octo deficere cœperunt & tandem exaruerunt. **DEUS** sine  
dubio injuriam **LUDOVICO** factam præterea prodigalitatem ita punivit & principem  
luxuria diffuentem retudit. Non enim vult **DEUS** cum divitiæ affluunt ut Cor appo-  
namus. Non putasset **VVenceslaus** nec facile quisquam alias, e tantis Opibus & copia  
ad Inopiam ipsum redigi aut Ducatum Legnicensem a filiis & nepotibus alio devolvi  
posse: utrumque tamen **DEO** ita res digerente post evenit. Cum enim Auri Venæ es-  
sent suppressæ ipse Princeps grande Æs alienum conflavit pleraque oppida oppignoravit,  
atque adeo res rediit, ut sæpe in aula Victus defuerit. Tandem mortuus est **VVENCES-**  
**LAUS** anno **DOMINI MCCCXLVII.** & siquidem fuit fundator Collegii Canonico-  
rum Legnicii ibi in Templo Cathedrali sepultus est.

Reliquit moriens filios quatuor, Wenceslaum, Rupertum, Henricum & Boleslaum, Fi-  
liam unam **HEDWIGEN**, quæ data est in Conjugium Henrico Seniori Duci Saganensi.

**WENCESLAUS** primum Episcopus Libussensis in Marchia, quæ ante Pars fuit  
Silesia, factus est, deinde Wratislavensis.

**RUPERTUS** Patri in Ducatu successit & solus principatu potitus est Legnicia.

**HENRICUS** fuit Decanus VVratislavensis, & post Episcopatum VVladislavensem  
in Cojavie nactus est.

**BOLESLAUS** in ludo equestri (vulgo hastiludium vocant) Legnicia Bachanali-  
bus hasta transfixus interiit.

## XXII.

**R U P E R T U S, Wenceslai F.**  
**Dux Silesia Legnicensis.**

**W**Enceslai filii cum post mortem Patris grandi ære alieno laborarent & multis difficul-  
tatibus intricati rerum suarum fatagerent ad Patruī sui Ludovici Auxilium & Tute-  
lam confugerunt. Hic oblata fuit Ludovico magna Occasio ulciscendi Injurias & quidem  
non leves a fratre acceptas, ac potuisset ad se Ducatum specioso prætextu exclusis nepoti-  
bus transferre, sed plus apud optimum principem pietas & Justitia quam Vindictæ Cupi-  
ditas valuit, non modo nepotibus nihil nocuit verum etiam multum profuit. Cum enim  
in fidem & Patrocinium suum eos recepisset, Ducatum eis conservavit, Civitates oppigno-  
ratas redemit & ducati restituit, & alienum egregia solertia dissolvit & statum rerum per-  
turbatum pulcre composuit. Hujus sitæ Virtutis & Integritatis dignum Illustri Principe  
etiam fructum tulit, nam Ducatus, quem ad se Technis pertrahere noluit, DEI beneficio  
ad nepotes ipsius hereditario Jure devolutus est.

Tutor Pupillorum fuit annos sex, deinde Ruperto Ducatum Legnicensem tradidit  
circiter annum **DOMINI MCCCLIII.** qui patruī laudati Principis Virtutes imitatus Pie-  
tatem Justitiam clementiam & pacem coluit.

Uxorem duxit **HEDWIGEN** Ducis Saganensis Filiam (quidam Casimiri Regis Po-  
loniae Viduam fuisse scribunt) ea sterilis nullos liberos peperit. De rebus gestis Ruperti  
pauca ob scriptorum oscitantiam memoria prodata sunt quamvis multos Annos Ducatum  
cum summa laude tenuerit. Acciderunt Temporibus hujus Dueis multa memorabilia,  
quorum quædam breviter perstringam. Anno 1368. Boleslaus seu Bolko postremus Dux  
Schweidnicen obiit mortem & Wratislavia sepultus est. Dicatus ille qui prius ad Le-  
gnicensem pertinuit in potestatem Caroli Regis Bohemiae ex pacto pervenit.

Anno **DOMINI MCCCLXX.** mortuus est **CASIMIRUS** Rex Poloniae postre-  
mus V. die Nov. cum eo stirps vetus Regia intercedit & translatum est Regnum (post-  
quam Ludovicus Rex Hungariae & Poloniae Casimiri ex fôrore nepos vita funclus esset)

ad Jagellonum familiam Lithuanicam, quæ fuit quidem amplissima sed etiam tota hoc Tempore DEI arcano Judicio defecit.

Anno MCCCLXXVIII. mortuus est CAROLUS IV. Imper. & Rex Bohemiæ, Author bullæ (ut vocant) aureæ de electione Cæsarum, sapiens & doctus Dominus.

Anno salutis MCCCLXXX. a quodam Monacho Bertoldo Schwartz horrendum illud tormentum bellicum inventum est, quod bombardam vocamus. Eheu perpetuo debet illa tegi.

Anno MCCCLXXXI. Dux Legnicens. ad dies festos Natalis Servatoris fratri suo Henrico Decano Wratislav. cados aliquot cerevisia Schweidnicens. quæ tum in deliciis erat, VVratislaviam loco muneric transportari curavit. Sed cum publico Senatus Edicto prohibitum esset, ne quis peregrinam Cerevisiam importaret, Cerevisia intercepta & vector in Vincula conjectus fuit. Tulerunt hoc Canonici indigne & civitatem VVratislaviensem suo more excommunicarunt. Rex Bohemiæ VVenceslaus cum dissidiis tollendi gratia VVratislaviam venisset nec pertinaciam Canonicorum sua Autoritate quicquam fletere posset, eos omnes e Ducatu VVratislaviensi ejicit die D. Petri & Pauli non sine eorum magno malo, verum Anno MCCCLXXXII. inter Regem Collegium Canonicorum & VVratislavienses Pax & concordia conciliata est, cum VVenceslaus frater Ruperti Episcopus VVratislav. declaratus esset.

Hedwigis conjux Ruperti decepsit Anno DOMINI MCCCXC. die Palmarum, quidam annotarunt etiam ipsum Ducem Rupertum eodem Anno e vivis excessisse; sed alii An. MCCCC. obiisse scribunt. Sepultus Legniciaæ cum Conjuge in Templo Cathedrali;

### XXIII.

## LUDOVICUS I. Patruelis Ruperti, Dux Silesiae Legnicensis.

**T**ertio loco a VVenceslao Ducatus Legnicensis ab ipsius filiis ad Ludovici fratribus ipsius Progeniem rediit. Generationi enim rectorum (ut scriptum est Psal. CXII.) benedicitur. Post mortem Ruperti cum Henricus Decanus VVratislaviensis ante quoque decepsisset e fratribus solus VVenceslaus Episcopus fuit superites, in ejus igitur Potestatem universus Ducatus Legnicensis venit.

Circiter annum DOMINI MCC. Jaroslau Episcopus VVratislaviensis, F. Ducis Boleslai Altii Nissam cum finitimis oppidis, quæ ad Ducatum Legnicensem pertinuerant, Episcopatui attribuit. Hoc exemplum sequi Episcopus VVenceslaus nec voluit nec potuit, ut Legniciam a patruelibus abalienaret & ad Episcopatum transferret. Nam diplomate Regis Bohemiæ stabilitum fuit ut extincta progenie VVenceslai Ducis Legnicensis Filii Ludovici hujus VVenceslai fratribus, aut nepotes jure hereditario succederent & ducatu Legnicensi potirentur.

Ludovico duo fuerunt filii, Henricus qui a Cicatrice cognomen accepit & VVenceslaus, is cœlebs permansit.

Henricus etiam duos genuit filios, Ludovicum I. cuius nunc Principatum describimus & Henricum Lubensem sed non ex eadem matre.

Ludovicus I. Patri successit Bregæ atque oppida Pitschen & Creutzberg possedit, VVenceslaus Episcopus ad eum etiam Ducatum Legnicensem transtulit quod ejus annum heroicum & virtutem amaret & magnifaceret. Henricus e Divisione Lubenam (hinc ad differentiam patris Lubensis appellatur) Hanoviam Olaviam & oppidum Nimptsch tenuit. VVenceslaus Legniciam & Goldbergam, dum adhuc superites esset, dedit & concessit Ludovico approbante & confirmante id VVenceslao Rege Bohemiæ Diplomate, quod etiamnum extat.

Deinde Ludovicus ad Cæsarem Sigismundum, qui Anno DOMINI MCCCCXIV. Imperator Romanorum esse cœpit, se contulit & ipsius Aulicus factus est. Cum ob virtutem Sigismundo carus esset, ut ipse Imperator Ludovicus Commodis consuleret dedit ei Uxorem Hungaram, quæ magnam Vim auri dotis nomine ad ipsum attulit, unde Strelia empta est, quæ ante ad Ducatum Monsterbergensem pertinebat. Non diu vixit hæc Hungara & sine prole decessit, ea mortua Ludovicus ad Imperatorem in Aulam rediit eumque in Germaniam comitatus Moguntiam venit ubi Imperator Conventum Electorum Imperii & Principum Germaniaæ agebat.

Ludo-

Ludovicus ut Principibus Imperii innotesceret eorumque benivolentiam contraheret Imperatorem Electores & alios Principes ad convivium invitavit. Imperator hanc Ludovici Magnificentiam sibi displicere ostendit nec tantos sumptus fieri voluit, nihilominus in sententia Ludovicus perficit & Imperatorem ut sibi liceret id, quod cooperat, pertendere exoravit. Verum enim vero Imperator quod aperte inhibere honeste non potuit, clam impedire animum induxit, interdixit enim ne in tota Urbe Moguntia vel privatim vel publice Aulicis Ludovici Ligna venderentur. Ibi in re subita excellens Principis Ingenium emicuit & astu astum vicit. Cum nulla lignorum ad culinæ usum copia suppeteret, aliquot plaustra juglandium, quæ venales in foro erant, coëmi inde Ignem succendi focum instrui & cibos coqui jussit, eo Igne cibus fertur admodum sapidus & suavis factus esse, eaque solertia & convivis Voluptati & convivatori laudi fuit. Cum ex aula Imperatoria in Silesiam rediisset cognovit & sibi & Episcopo Wenceslao graviter succensere Heinricum Lubensem fratrem suum, quod Legnicia & Goldberga soli Ludovico esset attributa ab Episcopo cum æque junctus esset sanguine Episcopo ac Ludovicus. Erant enim Ludovicus & Heinricus fratres sed non ex eadem Matre.

Episcopus ne prorsus videretur ab Henrico alienus utque eum placaret Goldbergam inter ipsos fratres divisi hoc pacto, uter alteri 6000. florenorum exolveret Goldbergam solus haberet, ea tamen conditione ut alter a Jure hereditatis non excluderetur. (Dass die Stete Liegnitz und Goldberg beiden Brüdern sollten die Erb-Holdung thun, auf dass wo einer one Leibes-Erben abgienge so sollten Land und Leute demnach aukern und seinen Erben heimfallen.) Post hanc transactionem Ludovicus magni Animi Princeps Palestinam more ejus Seculi adire & Terram (ut vocant) sanctam religionis ergo vivere decrevit; sed non bene ea profectio cessit. Nam cum inde reverteretur ab Hostiis raptus atque in teturum carcerem conjectus fuit, ibi cum parcus pasceretur & quidam Eques amatus N. Stibitz cum eo in Vinculis esset, ne princeps fame laboraret, Stibitz pane secundo & sale contentus reliquum cibum principi reliquit. Redemitus fuit Princeps suorum subditorum argento, qui fidem quam suo Principi debuerant cum animi summa Alacritate praestiterunt. E vinculis hostium liberatus primum Pragam divertit, ibi cum intellexisset in ducatu suo omnia esse salva ad suos Legniciam se recepit

Post redditum Henrico fratri 6000. florenorum dedit & Goldbergam totam retinuit ea tamen conditione ut Henrico etiam Jus hereditatis cum suis liberis & nepotibus salvum permaneret, (der gesämpften Hand und Erb-Huldung one Schaden.) Deinde Ludovicus alteram duxit Uxorem Elisabetham filiam Marchionis primi Elect. Brandenburgici, ex ea nullum filium sed tres filias suscepit.

Prima in ætate puerili obiit mortem.

II. Magdalena nupsit Duci Opoliensi.

III. Hedwigis data est in Conjugium Duci Johanni Lubensi ex his parentibus natus est Fridericus I. Dux Legnicensis.

Anno Salutis MCCCCXXIII. Ludovicus cœpit ædificare in suburbanis Legnicæ Carthusam & magnis Impensis ædificium absolvit.

Anno MCCCCXXXVI. optimus Princeps vita præclare peracta die ult. Aprilis Legnicæ in balneis Marianis mortuus est atque in sua Carthusia sepultus.

#### XXIV.

### H E N R I C U S Lubensis, Frater Ludovici, Dux Silesiæ Legnicensis.

Ludovicus moriens nullam sobolem masculam reliquit: Hæreditas itaque Ducatus Legnicensis ad Heinrichum Lubensem fratrem Ludovici rediit. Habuit hic Heinrichus duos filios, Ludovicum, quem apud se Lubensi tenuit unde Lubensis appellatur, & Heinrichum Goldbergensem, qui Uxorem non duxit & juvenis mortuus Hanoviæ in Templo parochiali sepultus est. Heinrichus indulgens fuit erga fratris Viduam permisit ut Legnicia dum viveret frueretur; quin etiam ut secundas nuptias cum Wenceslao Duce Tessinensi formoso Principe celebraret concessit. Verum inauspicatum fuit conjugium: Nam in tantam Discordiam conjuges inciderunt ut gratia inter eos reconciliari nullo modo potuerit.

Wenceslaus magnam pecuniæ summam a Legnicensibus dotis nomine extorsit & relicta conjugi in Ducatum Tessinensem se recepit. Elisabetha deinde filiam suam Hedwigem natu minimam Johanni filio Henrici Lubensis despondit & ex Papa dispensatione in matrimonium dedit, alioqui non potuisset matrimonium contrahere siquidem tertio gradu consanguinitatis linea inæquali juncti erant.

Henricus Stigmatias (mit der Schramme) Pater.

- |                           |                        |
|---------------------------|------------------------|
| 1. Ludovicus Legnicensis. | 1. Henricus Lubensis.  |
| 2. Hedwigis Filia.        | 2. Ludovicus Lubensis. |
|                           | 3. Johannes.           |

Conjugium hoc initum est ut Ducatus Legnicensis penes Johannem & Uxorem suam permaneret.

Cum Henricus Lubensis excessisset e Vita, noluit etiam ipsius Filius Ludovicus matri sua nurus incommodare ac permisit eam Legniciae dominari. Habitavit apud matrem Legniciae Hedwigis, quae marito suo Duci Johanni filium pepererat Fridericum ejus nominis I. eum Avia Elisabetha ut legitimum & certum hæredem Ducatus Legnicensis apud se fovebat. Mortua est Elisabetha Annò DOMINI MCCCCXLVIII. & in Carthusia juxta Ducem Ludovicum maritum suum sepulta. Post ejus obitum vixit & Legniciae dominata est annos XII.

#### XXV.

### JOHANNES LUBENSIS, Henrici ex Filio Ludovico Nepos,

Dux Silesiae Legnicensis.

**D**ucatus Legnicensis legitimus hæres erat Dux Johannes Lubensis, quem Avus, Pater præterea Elisabetha Socrus dum viverent successorem designaverant in Ducatu, sed fuit parum felix Princeps. Nam proceres in Ducatu Legnicensi mortua Elisabetha continuo Legniciam præsidio munierunt ac Duce Johanne Principe & Domino suo excluso atque ejecta ejus Conjuge Hedwige una cum filio Fridrico in potestatem Regis Bohemiae Ladislai se tradiderunt. Quæ causa ad tam atrox facinus eos impulerit quise-  
re tantæ perfidiae præcipuus autor fuerit non satis liquet.

Credibile est ipsos liberius vivendi potestatei affectasse, quam in vicinis Ducatis Wratislav. & Schwidi. iam florere incipientibus sub regibus Bohemicis esse vide-  
bant. Goldbergenses non assenserunt isti perfidiæ sed in fide constantes permanerunt & Ducissam Hedwigen cum filio Fridrico ad se receperunt & ut fideles subditi aluerunt & coluerunt, ob eam rem in magna gratia apud suos Principes postea fuerunt & laudem constantiae adepti sunt.

Dux Johannes ut subditorum contumaciam & Injuriam coërceret contracto exercitu obsedit Legniciam & prope pagum Waldaw castra locavit, Anno DOMINI MCCCCLII. & cum eis in die XXVII. Aug. conflixit, verum penes Lignicenses Vi-  
ctoria stetit. Deinde Dux Johannes fortasse e mœrore in morbum incidit & Wratis-  
laviam delatus ibi mortuus est Anno DOMINI MCCCCLIII. Olaviæ autem sepultus. Nam Margarita mater ipsius filia Ducis Opoliensis Olaviam & oppidum Nimptsch pro  
dotalitio suo tenebat, ea duobus suis filiis Johanne & Henrico Goldbergensi superstes  
fuit, post ejus obitum Olavia & Nimptsch in potestatem Friderici I. Ducis Legnicensis  
redierunt.

#### XXVI.

### F R I D E R I C U S I. Johannis F.

Dux Silesiae Legn. & Bregensis.

**N**atus est Dux Fridericus Anno salutis MCCCCXLVI. sed cum ageret Annum  
quartum cum matre Legnicia ejectus est, præstiterunt Homagium tam Nobiles quam  
Cives Legnicenses Ladislao Regi Bohemiae Anno MCCCCLI. die Veneris, quæ præces-  
serat Dominicam Jubilate.

Anno DOMINI MCCCCLIV. Legnicenses sui facti quod legitimum hæredem  
ejecissent pœnituit, Cives itaque concitata seditione in curiam effracta Janua irripue-  
runt, & Præfectum Regium Protzky urbe exceedere coegerunt. In eo tumultu quidam  
Eques auratus Hermannus Zetteritz occubuit. Postea de Ambrosio Pitzin Cons. qui  
antea scriba Civitatis fuerat capitulum supplicium sumptum est sine dubio, quod unus ex Auto-  
ribus defectionis fuerat. Eodem anno d. 4. Julii Cives Lignicenses missa ad Ducissam & Do-  
minam suam legatione Goldbergam admissi sui Veniam petentes culpam deprecando  
eam cum filio revocarunt & se imperata facturos (quamvis e nobilitate quidam id val-  
de inprobarent & reclamarent) permiserunt. Redeunti totius Civitatis Ordines solemnni  
more obviam processerunt atque in arcem deduxerunt.

Postquam Fridricus adolevisset ad suos cognatos Marchiones Brandenburgenses se  
contu-

contulit; quorum consilio & suas ad Regem Bohemiæ Georgium Podiebracum profectus ejus aulicus factus est, ipsum Regem summa Observantia coluit, ut conciliata ejus gratia subditis suis cotumacibus resistere posset.

Cum bellum impulsu Papæ adversus Bohemos motum esset, Rex Georgius Fridricum jussit redire in suum Ducatum, ne ab hostium militibus vastaretur: Reversus est Fridricus Legniciam postridie D. Lucæ Anno MCCCCLXXI. natus annos XXV. Eum comitati fuerunt, Dux Johannes Pribusiensis, Comes à Pösingen & præterea alii Domini. Ex eorum adventu mater Fridrici ingentem lætitiam accepit, sed ea mox in tristitiam commutata fuit, nam nocte, quæ secuta est XX. diem Octobris, ipsa Ducissa Hedwigis apoplexia extincta est, sepulta in Carthusia apud Patrem Ludovicum fundatorem ejus Monasterii. Anno MCCCCLXIX. cum Mathias Huniades renunciatus esset Rex Bohemiæ venissetque Wratislaviam XXVI. Maji, qui fuit Dies Veneris proximus post pentecosten, omnes status & ordines Silesiæ, in his etiam Fridricus jurarunt in verba Mathiæ Regis. Annotatum est Duces Silesiæ, tum simul fuisse Wratislaviæ, advenerat etiam Albertus Marchio Brandenburgensis, quem Mathias magni faciebat. Is impetravit, ut Rex Fridrico Ducatum Legnicensem integre ea potestate, qua majores ipsius habuissent, possidendum traderet. Quamobrem Marchio cum Duce Fredrico Legniciam profectus jussu Regis in possessionem Ducatus Fridricum restituit, & homagium (ut vocarunt) ei factum est: Haben Herzog Fridrichen eine rechte Erbholdung gehan, als einen natürlichen Erb-Herrn.

FRIDRICUS deinde ad Mathiam rediit, atque cum eo in Hungariam profectus biennium in Aula permanxit, inde cum in suum Ducatum rediisset Rex Lusatia ipsum præfecit. Arcem Legnicensem, quæ magna ex parte collapsa fuerat Fridricus instauravit: Arcem Græciam magnis impensis extruxit: oppidum Nimtsch munire cœpit: pisanas amplas fieri curavit. Bregam, quæ Ducibus Opoliensibus oppignorata fuerat 20000. Florenorum redemit, item oppida Kreutzberg & Pitschen.

Uxorem duxit LUDOMILLAM, Georgii Regis Bohemiæ Filiam, cum ea in coniugio XIII. annos vixit, atque ex ea tres filios suscepit, JOHANNEM, FRIDRICUM & GEORGIUM. JOHANNES cum e Gallia rediisset, nam ibi in Aula aliquandiu fuit anno ætatis suæ XVIII. mortuus est Bregæ anno MCCCCXCV. die sexta ante dominicam Invocavit in Templo cathedrali sepultus.

Anno MCCCCLXXXVIII. FRIDRICUS I. in morbum incidit initio belli Glogoviensis, cumque prope Legniciam in Glogoviensi nemore (im Glogischen Hack) equitum delectus, quos ad bellum Glogoviense mittebat, haberetur, ex hac mortali Vita feria VI. post Dom. Cantate excessit, cum multorum non levi dolore. Nam in eo magna spes erat ipsum sua sapientia & solertia motus Glogovienses facillime sedaturum. Dum viveret Capitaneus utriusque Silesiæ nomine Mathiæ fuerat, Rex ejus fidem atque industrias operam in multis rebus perspexit.

Vixit anno XLII. in Carthusia sepultus. Ludomilla post mortem Mariti Legniciæ dominata est annos XV. decepsit anno MDIII. die Fab. & Sebastiani, sepulta ad maritum. Laudatur quod optima multisque Virtutibus prædita fuerit Domina.

## XXVII.

### FRIDRICUS II. I. F.

Dux Silesiæ, Legnicensis, Bregensis & Goldbergensis.

Ludomilla post mariti obitum annos XV. præfuit Ducatu, interea filius FRIDRICUS SECUNDUS in Aula Wladislai Regis Hung. vixit, ante matris mortem tamen domum rediit, ea mortua duo filii FRIDRICUS II. & GEORGIUS ita hæreditatem divisorunt, ut Fridricus Legniciam, Goldbergam, Hanoviam & arcem Græciam possideret: Georgius vero Bregam, Lubenam, Olaviam, Oppidum Nimptsch, Strelen, Creutzberg & Pitschen.

Anno MDVII. Sabbatho ante Dominicam Judica Fridricus profectus est Religionis ergo in Palæstinam, ut loca in quibus natus esset, vixisset, docuisset, miracula edidisset, & sua Voce Vitam nobis recuperasset DOMINUS & Salvator noster, ea ergo ut peragraret atque lustraret, quod non sine difficultatibus & periculis factum est, exacto anno, ex illa peregrinatione domum salvus & incolmis reversus est. Post redditum cum ob æratus Rerum suarum satageret, atque res eo rediisset, ut prope in perpetuum vendere suum Ducatum cogeretur subditi tantum argenti publica exactione indicta contulerunt, ut Princeps eo debitum exolveret, atque Ducatum integrum servaret.

Anno MDXV. alii 1516. circiter diem festum Elisabethæ in matrimonium duxit ELISABETHEN, Casimiri Regis Polon. F. Sororem Wladislai Hungariæ & Bohemiæ Regis, Johannis Alberti, Alexandri & Sigismundi Regum Poloniae: Alberti autem Caesaris e Filia & Ladislai Regis e Sorore neptem, verum optatum hoc conjugium non fuit diuturnum, quod optimum Principem ingenti Tristitia affecit, nam Domina Elisabetha post decimum mensem ab Initio Conjugii peperit filiolam Hedwigen, quæ mox mortua est: Mater ex partu & nœrore animi debilitata decimo die post etiam decessit anno MDXVII. die XVI. April. Cum viduus fuisset annum unum & menses tres secundas nuptias celebravit cum SOPHIA, Fridrici Marchionis Brandenburgensis Filia, ex ea duos filios FRIDRICUM III. & GEORGIUM suscepit, ac filiam SOPHIAM, ea data est nuptum Johanni Georgio March. Brandenb. qui hoc Tempore Dignitate Electoris sumitur. Hæc unum saltim annum in conjugio vixit, decessit ex partu cum peperisset Marchionem Johannem Fridricum, qui nunc Archi-Episcopatus Magdeburgensis administrator est.

Anno DOMINI MDXXI. die felicis & Audacti cum Dux Bregensis Georgius es-  
set mortuus ejus morte Ducatus Bregensis ad Fridricum II. rediit. Viduæ Georgii Au-  
næ, Duciis Pomeraniæ Filiaæ pro dotalitio Lubena est concessa. Tum temporis Fridri-  
cus II. qui principio egebatur, cœpit in lauta & bene aucta parte esse. Redemit ad suum  
Ducatum XLIVM. florenorum Wolaviam, Steinaviam, Raudenam, Ritzenam, Vinci-  
gum & Hermstadium.

Altera Uxor Ducissa SOPHIA mortua est anno MDXXXVII. d. XIV. Maji, ab  
inito matrimonio XIX. anno, sepulta Legnicia in communi Principum Conditorio.

Postquam DEI beneficio doctrina Evangelii per Doctorem Mart. Lutherum in  
lucem edita fuit, cupide & quidem mature eam Dux Fridricus amplexus & confessus  
est, atque in toto suo Ducatu propagari curavit: Sub annum DOMINI MDVIII. aliquid  
irarum inter Principem & Wratislavienses exortum est, ubi vero Controversia sublata  
fuit, Wratislavienses eum summa observantia coluerunt, & Seuem tanquam Patronum  
Patriæ venerati sunt.

Anno MDXXI. Schweidnicensis Populus per seditionem propter Monetam Se-  
natum suum cum Uxoribus & liberis e Civitate ejecerunt: Jussu Regis Bohemiæ Ludo-  
vici, Marchio Brandenburgensis & Dux Fridricus auctores Seditionis circiter LXXII.  
cives Schweidnicenses evocavit Wratislaviam ad dicendam causam, de tribus capitis  
sumptum est supplicium, cæteri dimissi; sed cum in contumacia Schweidnicenses perse-  
verarent acceptis a Rege mandatis Fridricus & Marchio Exercitum, cui Wratislaviens-  
es Copiæ accesserant, ad Sweidniciam duxerunt & castra juxta pagum VVisserode po-  
suerunt, non tam lœdendi, quam terrendi pertinaces causa. Tandem composita caufa, pax  
conciliata fuit.

Omnino hic Princeps inter præstantes principes merito numeratur: Nam doctri-  
nam Evangelii reverenter amplexus est, pie vixit, tutum hospitium Ecclesiæ CHRISTI &  
piis scholis præbuit, non sicut Sanguinarius, a consiliis Tyrannicis abhorruit, sobrietatem &  
parsimoniam amavit. Itaque DEUS tum ipsius tum subditorum fortunas & Res  
auxit. Ducatum Glogoviensem & Monsterbergensem, aliquandiu oppignoratum habuit.

Tandem anno DOMINI MDXLVII. die Petri & Pauli cum Filio Georgio profe-  
cturus Bregam se in Viam dedit, sed cum venisset in Pagum Ronæ grotare cœpit bi-  
duumque propter invaletudinem ibi commoratus inde Legniciam relatus est. Eodem  
anno Sabbatho post diem exaltatæ S. Crucis in professione Invocatione & fide Filii DEI  
placide in DOMINO obdormivit, ac die Lunæ post in æde Divi Johannis in Sepulcro,  
quod vivus sibi suæque familia fieri fecerat, humatus est: Vixit annos LXX.

### XXVIII.

#### FRIDRICUS III. Fridrici Filius,

Dux Silesia Lignicensis, Bregensis & Goldbergensis.

Natus est FRIDRICUS III. anno salutis MDXX. Cineralibus. Ab ineunte ætate cum  
fratre suo Georgio ad veram pietatem institutus ingenuis litteris & linguis latine  
cognitione excultus fuit, a nobili pio & doctissimo Viro Johanni Wenzky, atque in  
studiis litterarum tantos progressus fecit, ut pene par fuerit in utriusque linguis facultate.  
Ferdinando Regi Hungariæ & Bohemiæ in Ducatum Legnicensem adventanti Of-  
ficii causa Schweidniciam cum Patre & Fratre obviam progressus eum oratione latina  
eleganti salutavit, qua se Ferdinandum admodum delectatum ferunt.

Anno

Anno MDXXXVIII. Uxorem duxit Catharinam Henrici Ducis Megapolensis & Suerinensis Filiam, quam pater ei multo ante desponderat. Ex ea progenuit sex liberos, Fridicum, qui aetate puerili mortuus est; Sophiam, ea decepsit anno DOMINI MDXLII. die Lunæ post Vincula Petri cum vixisset annos XVI. Henricum, qui nunc Ducatum tenet; Catharinam Ducis Fridrici Casimiri Teschnensis conjugem, quæ obiit relicta unica Filia; Helenam, ea nupsit Sigismundo Krutzbachio Baroni in Trachenberg & Miltisch, & Fridicum.

Mortuo Patre Torga, quo animi gratia exspaciatus fuerat, in suum Ducatum revo-  
catus rediit, ac eum fratre Duce Georgio sine discordia ex praescripto patris Ducatum  
divisit. Fridrico obvenit Legnicia, Goldberga, Hanovia, Arx Graeceja, Lubena &  
Monsterberga oppignorata; Duci autem Georgio Brega, Olavia, Stinavia, Nymtsch,  
Ströna, Pitschen, Kreutzberg, VVolavia, VVintzig, Rauden, Ritzen & Herrnstadt.

Hic Dux Georgius ex quo suum Ducatum gubernandum accepit toto Tempore  
usque in hunc diem tanto amore & studio erga sinceram religionem, ea Justitia Indu-  
stria & moderatione rexit, ut fama de ipsius Virtutibus longe lateque percrebuerit &  
apud omnes optime audiat, ac ut præstantissimus Princeps prædicetur. Fuit in Fridri-  
co excellens Ingenium, natura optima, insignis facundia non tantum in Germanico, ve-  
ruin etiam in latino sermone. Puram Evangelii doctrinam amavit & fovit, ministros  
Verbi DEI sinceros & homines doctos singulari benevolentia prosequebatur, adeo ut  
Centauri & profani homines probri loco id ei objicerent & eum vocitarent lingua Ger-  
manica ehenen Pfaffen - Fürsten.

Miratus est Rex Ferdinandus, miratus est Pater ipsius raram eloquentiam & tota  
Silesia ingentem de eo Spem conceperat, quam tamen sata ratam esse noluerunt, Mens.  
Dec. die XVI. inter horam 8. & 9. majoris Horologii pie in filii DEI invocatione, cum  
ante SS. Cœna Dominica usus esset, ex hac mortali Vita decepsit, ac paulo post XVII. die  
Januarii anni MDLXXI. a filio HENRICO magnifica & Principe digna sepultura af-  
fectus est, & ad Patrem appositus.

## XXIX.

## HENRICUS, Fridrici III. F.

Dux Silesiae, Lignicensis, Bregensis & Goldbergensis.

**A**nno DOMINI MDXXXIX. natus est Dux HENRICUS Dominica Invocavit. Fuit in Aula  
Imp. Ferdinandi ubi re ipsa declaravit, quanti veram Religionem faciat. Cum enim ad Pom-  
pam Circumgestationis Consecrati Panis opera ipsius expeteretur, maluit Homines quam DEUM  
& Conscientiam offendere. Vivente Patre coactus fuit ex Mandato Imper. Ferdinandi Ducatus  
Legnicensis gubernationem suscipere. Is Ducatus jam tum propter nimiam patris largitatem ære  
alieno & Usuris obrutus erat, quæ in immensum excreverunt & Principem ita exhauserunt, ut nec  
Ducatum ære alieno liberare, nec ad fortunam meliorem emergere facile possit.

Anno MDLXVI. cum suis copiis in Hungariam profectus est, militatum contra Turcas cum  
exercitu Imp. Maximiliani II. Quali Animo ibi se præstiterit, milites, qui tum adfuere atque eum  
novere, etiam hodie prædicant. In bello Gothano ejus arcis & oppidi obsidione & expugnatione  
Illustriss. Electori Augusto Duci Saxonie adfuit. Qui hunc Ducem probe norunt ejusque animum  
perspectuni habent omni asleveratione absque assestante affirmare possunt, eum esse pius bonum  
elementem & justum Principem. Siquidem vero adhuc in rivis est, mos historicus de ipso plu-  
ra scribere prohibet. Cum vero omnes Duces Legnicenses hujus nominis præstantes Principes  
fuerint utpote

- I. Henricus Barbatus,
- II. Henricus Pius,
- III. Henricus Wratislaviensis,
- IV. Henricus Probus,
- V. Henricus Pinguis,
- VI. Henricus Bregensis,
- VII. Henricus Stigmatias,
- VIII. Henricus Lubensis,
- IX. Henricus Goldbergensis.

Optamus precamur & confidimus hunc quoque HENRICUM X. haud degenerem, sed ma-  
jorum suorum similem futurum.

Acternus igitur & verus DEUS faxit, ut sincera Religionis constans assertor permaneat, do-  
ctrinam Evangelii incorruptam soveat ac promoveat, utque ipsius Consilia & actiones ad DEI vo-  
luntatem & gloriam, ad Domus Legnicensis & Bregensis stabilitatem & subditorum incolumita-  
tem ac felicitatem provehantur, quo Ducatum, quem a Majoribus per manus accepit,

hæredibus & posteris suis florentem tradere possit. Amen.

F I N I S.

Ggg ggg gg

TAB. VI.

TAB. VI. GE  
Quæ ex Monum  
**SUPERIORIS SILESIÆ DUCES TESSINEI**  
PIASTI Sang.

(1) MIESCO,  
Dux Zlesie de Ratib.  
(2) Ludmilla, ...

(3) KA  
Dux de Opol. na  
(4) VIOLA,

(5) MIECISLAUS,  
Dux Opoliensis, † 1246.

(6) Judith,

Conradi Ducis Masovia & Cujaviæ F. † ...

(9) MIESCO,  
Dux de Opol. † ...

(11) KAZLMIRI  
Dux Opoliensis & J  
in Prithum  
† 1306.

(10) Viola,  
nupta

(12) N. ...

1. Wenceslao V. Regi Bohem.  
an. 1305. 4. Octobr.  
2. Petro de Rosenberg,  
† 1317. 21. Sept.

(20) VVLADIZLAUS,  
Dux Koslenfis & Bithumien.  
sis, † ...  
N. ...

(19) ZIEMOVITUS,  
Dux Cylivicensis.  
an. 1342. † ...

(13) BOLEZLAUS,  
† ...  
(14) JOHANNES,  
Dux Offwiczmensis,  
Scholasticus Cracoviensis, † ...

(15) VVLADISLAUS,  
Dux de Tschin.

† 1355. Pisis.

(16) KAZIMIRUS III.,  
Dux Teschinenfis, /  
Crucifer. † ...  
Teschinenfis, /  
† 1358.

N. ...

(21) KAZIMIRUS,  
Dux Bithumienfis,  
† ...  
(22) LUCKAR-  
DIS ...  
† ...

(23) BOLCKO,  
Dux Kozlenfis,  
† 1355. nupta  
(24) EUFEMIA,  
Duci Olsnentfis,  
RETHA, † ...

(25) AGNES,  
Abbatissa IX.  
Contrado I. Trebnicensis, † 1362.

(26) KATHA-  
RINA, nupta  
Abbatissa XI. Berchtholdo  
Trebnicensis, † 1382. Burggravio  
† 1382. Magdeburg.  
† 136 ...

(31) PRZEMISLAUS,  
Dux Tessinenfis &  
Maj. Glogovic,  
† 1410. 23. Maji,  
(33) Catharina,  
Boleslai III. Ducas  
Lygio - Breg. F. † ...

(29) EUFEMIA,  
nupta  
Bolconi III.  
Duci Monterbergenfis,  
† circa an. 1410.

(30) Elisabeth,  
† ...

(31) BOLCKA,  
Abbatissa XIII.  
Trebnicensis,  
† 1429. 20. Maij.

(37) Przemislaus,  
Dux Tessinenfis & Maj. Glogovia,  
† 1401. 1. Jan.  
(40) HEDWIG,  
Ludovici I. Ducas Breg. F.  
† ...

(38) BOLESLAUS,  
Dux Tessinenfis & Naj. Glogov.  
† 1426. 6. Maij.  
I. (59) Margaretha,  
Janussii f. Johannis Ducas Ratib. F. † ...  
II. (60) Olfka,  
Ollgardi M. Ducas Lithuan. F. † ...

\*  
(58) ANNA,  
DUCISSA OSSVVEN-  
TIMENSIS,  
nupta  
... de Czaftalowitz,  
† ...

(41) CASIMIRUS,  
Dux Offwiczmensis,  
† 1433. 7. April.  
(42) ANNA,  
Henrici VIII. Passeris,  
Duc. Glogov. & Zaganenf. F.  
† ...

(43) JOHANNES,  
Dux Offwiczmensis,  
† ...

(128) JOH  
Dux Opo

† ...  
(119) Ba  
Frid. I. Elec  
denb.  
† ...

(139) ...  
Dux ...  
Ran  
† 153

A

B

LOGICA,  
dignis  
OPOLIENSES ET RATIBORIENSES  
fist.

Maji.  
Septembr.

Maji.  
† 1251.

(7) WLADISLAUS,  
Dux de Opol. † 1288.  
ZUSANNA, . . . . . † . . .

(102) BOLEZLAUS I. Dux Opoliensis, † 1313. N. . . . .	(103) PRZEMISLAUS, Dux Opoliensis, Dominus in Rathibor, † 1295. N. . . . .			
(107) BOLCKO II. Dux Falckenbergensis, † . . . N. . . . .	(111) BOLCKO III. f. II. Dux Opoliensis, † 1368. 31. Dec. (112) Elisabeth, Bernhardi Ducis Suidnicensis F.	(113) ALBERTUS, Dux Strehlizenensis, † 1361. (114) Agnes . . . .	(104) LESKO, Dux de Rathibor. Nicolao II. Duci Opavie, † . . . nupta . . .	(105) Anna, Nicolao II. Duci Opavie, † . . . Monialis Rathiburiensis, † . . .
(108) Hearicus, Dux Falckobergensis, † 1382. 14. Sept. Dec.	(109) Bernhardus, Dux Falckoberg. † 1396.	(110) Margaretha, nupra Ultrico Landgravio in Leuchtenberg. † 1378.	(115) VVLADIZLAUS, Dux Opoliensis, Palatinus Ungariae, † 1401. d. 8. Maji. (116) BOLEZLAUS III. f. IV. Dux Opoliensis & Falckobergensis, † 1382. 21. Septembr.	(117) EUPHEMIA, Hentici VI. Duci VVratislaviae F. † . . .
(35) ANN A, nupta 1334. Venceslao Duci Lignicensi, † 1367.	(36) MARGARETHA, nupta Henrico VII. Duci Bregensi, † . . .	(36) AGNES, nupta Conrado II. Duci Olsnensi, † 1371. 15. Aug.	(118) Hedwig, nupta Alexandro Ducis Lithuanie, qui † 1392.	Przemislaus, † . . .
(119) BOLEZLAUS IV. f. V. Dux Opoliensis, † 1437. 6. Maji.	(120) BERNHARDUS, Dux Falckobergensis, † 1455.	(121) JOHANNES, Dux Opoliensis, Episcopus Camioensis XVII. & Spiekonis a Melstein F. † 1449. 1. Febr.	(122) HENRICUS, Dux Falckobergensis, † 1394. 21. Dec.	
(136) Margaretha, Comes Gorizia, † 1437. 6. Dec.	(124) Catharina, † . . .	(125) Agnes, † . . .	(126) HEDWIG, Abbarissa IX. ad S. Claram Wratisl. † 1413. 6. Febr.	(117) Anna, † 1413. in Cœnobio S. Clare Wratisl.
(131) Henricus, Dux Opoliensis, † 1460. 20. Maii.	(134) NICOLAUS I. Dux Opoliensis, † 1436.	(135) Anna, Abbatissa XI V. Trebnicensis, † 1456.	(137) MARGARETHA, nupta 1418. Ludovico III. Duci Silesie, Domino Lübenensi, † . . .	(138) Elisabeth, nupta Leopoldo Landgravio in Leuchtenberg, † . . .
(132) Elisabeth de Pilcza, in die Pasch.	(134) MAGDALENA, Ludovici II. Ducis Lign. & Breg. F. † . . .	(143) Nernardus, capite plexus Nissæ 1497. 26. Junii.	(144) N. . . . . N. . . N. . .	(145) Elisabeth, Abbatissa XVI. ad S. Claram VVratisl. † 1507. 28. Aug.
(133) Wenceslaus, † . . .	(140) Ludovicus, † . . .	(141) Bolezlaus, † . . .	(146) Catharina, † 1507. in octava S. Ludovici, in Monast. S. Clare Wratislav.	

Задумайся

Desai was interviewed at his residence at 11 a.m.  
by Mr. S. V. Patel.

1938, 10, 22, 23, 24 (1939) 1938, 10, 22, 23, 24 (1939)



## A

(44) WENCESLAUS,	(45) PRZEMISLAUS,	(46) JANUSSIUS	(47) Sophia,
Dux Toszecensis,	Zatoriensis, † 1484.	f. JOHANNES II.	nuptia Victorino Duci Monsterbergenſi, † ..
(48) MARGARETHA		Offwiczenſi, † ..	
de Nowyna, † ..		(57) BARBARA,	
Nicolai Duci Car- nov. F. † ..		nov. F. † ..	
(49) Casimirus, (50) WENCES- (51) JANUSSIUS (52) WLADIS- (53) Zophia, (54) Catba- (55) Agnes,	LAUS, † ..	III. † 1513.	LAUS, † ..
		17. Septemb.	

(56) MARGARETHA,  
Ducissa Toszecensis,  
Abbatissa XVII. ad S. Claram  
Wratislav.  
† 1531. in oœtava omnium  
Sanctorum.

I. (87) Anna, (88) Sophia, (89) FRIDRICUS CASIMIRUS,  
† .. nuptia † .. Dux Tessin. & Maj. Glogoviz,  
† 1571. 4. Maij.  
(90) CATHARINA,  
Fridrici III. Duci Lignicensi F.  
ducta 1563. d. 28. Dec. † 1566.  
Mens. Sept.

(91) Barbara,  
nat. 1564. † 1571.

II. (91) Christianus Augustus, (93) SIDONIA MARIA, (94) ADAMUS WENCESLAUS, (95) Johaones Albertus,  
nat. 1570. 30. Apr. nat. 1572. 10. Maij, nuptia 1586. nat. 1574. 13. Dec. † 1617. 13. Julii.  
† 1571. 9. Febr. nuptia 1586. Fridricus IV. (96) ELISABETH,  
Duci Lign. & Breg. Gotthardi Duc. Curlandiz F.  
† c. a. in partu. ducta 1595. 17. Sept. † 1601. 19. Nov.

(97) Adamus Gotthadus, (98) ANNA SIDONIA, (99) ELISABETH LUCRETIA, (100) Christianus Adams, (101) FRIDRICUS VVILHELMUS,  
nat. 1596. d. 15. Dec. nat. 1598. 1. Martii, nat. 1599. 1. Junii, nat. 1600. † 1601. 11. Maij,  
† 1597. 25. Maij. nuptia 1616. 1. Nov. nuptia GUNDACKARO  
Jacobus Hannibalis, Comiti S. R. I. PRINCIPPI  
de Hohenembs, LICHENSTEINIO,  
† .. † 1653. 19. Maij.

## B

II. (51) Wenceslaus, Dux Tessin. & Maj. Glogoviz, † 1474.	(66) Bolezlaus, Dux Tessinensis. I. (62) Offka, Ziemovitii Duci Masoviz F.	(68) Wladizlaus, Dux Tessinensis. & Maj. Glogoviz, † 1460. 8. Octobr.	(70) Przemislaus, Dux Tessin. & Maj. Glogov. † 1463.	(36) Veronica, nuptia Fridrico Com. Cylensi, † 1454.	(74) Magdalena, nuptia Johannif. Janusffio Duci Ratibonensi, † ..	(75) Alexandra, nuptia Ladisla de Gora, Palatino Hungarii, † ..
II. (63) ELIZABETH, Fridrici I. Elec. Brandenb. F.	(67) Anna, Johannis Duci Rus- siz de Byelsko F.	(69) Margaretha, Wladislai Com. Cylensi F.	(71) Anna, Boleslai Duci War- sovieni, F.			
Vidua Ludowici II. Duci Lygio. Bregens. nuptia 1439. † 1449. 31. Octobr.	nuptia 1448. † ..	† 1480. 22. Jul.	† ..			
				(72) HEDWIG, nuptia Stephano Com. Scepusieni, qui † 1489. 25. Decembre. Ipsa † 1515.		
I. (64) Wences- laus, † 1462.	(65) Przemislaus, Dux Tessinensis. Canon. Glogov. † 1477.	(76) CASIMIRUS IV. Dux Tessinensis. & Maj. Glogov. † 1518. 18. Octobr.	(77) SOPHIA, nuptia Victorino Balbasari Victoriai Duci Monsteb. & Sophie Duciſſa Offwiczi- menſi F.	(78) Anna, nuptia Duci Zagancosi, † ..	(79) Barbara, nuptia † ..	
			† ..			

(81) WENCESLAUS,  
Dux Tessinensis. & Maj. Glogoviz,  
† 1526. ante Patrem.  
(82) FRIDRICUS,  
Dux Tess. & Maj. Glog.  
† 1567. Mens. Junio Bononiæ.

(83) Anna,  
Fridrici March. Brandenb. Onolsbacensi F.  
nuptia 1518. † ..

(84) WENCESLAUS ADAMUS Posthumus,  
Dux Tessinensis. & Maj. Glogoviz,  
nat. 1516. † 1579. 4. Nov. (alii Dec.)  
I. (85) MARIA,  
Joannis de Bernsteia F.  
nuptia an. 1540. † ..

II. (86) SIDONIA CATHARINA,  
Francisci I. Duci Saxo - Lauenburg. F.

nuptia 1567. 25. Nov.  
altera vice Vidua an. 1586. 16. Febr.  
Emerico Forgaschelio, Com. Trentschinensi,  
† 1594. Mens. Junio.

(94) ADAMUS WENCESLAUS, (95) Johaones Albertus,  
Dux Tessin. & Maj. Glogoviz, † ..

(96) ELISABETH,  
Gotthardi Duc. Curlandiz F.  
ducta 1595. 17. Sept. † 1601. 19. Nov.

(97) Adamus Gotthadus, (98) ANNA SIDONIA, (99) ELISABETH LUCRETIA, (100) Christianus Adams, (101) FRIDRICUS VVILHELMUS,  
nat. 1596. d. 15. Dec. nat. 1598. 1. Martii, nat. 1599. 1. Junii, nat. 1600. † 1601. 11. Maij,  
† 1597. 25. Maij. nuptia 1616. 1. Nov. nuptia GUNDACKARO  
Jacobus Hannibalis, Comiti S. R. I. PRINCIPPI  
de Hohenembs, LICHENSTEINIO,  
† .. † 1653. 19. Maij.

Hhh hhh hhi

ASSER.

## ASSERTIONES TAB. VI.

(1.) **A**nno 1178. Lignicii Testis Diplomati subscriptis, quo frater Boleslaus Altus Silesia Dux Leubusinum Monasterium donabat, cuius haec in fine Verba sunt:

„Testium nomina sunt haec: MIESLAUS DUX DE RATIBOR, & Conradus „Frater ejus Dux de Glogow.

vid. C. nostri D. Dipl. CXXVII.

Adde Scriptorum Testimonia, quibus tres Wladislao II. Duci Silesia, Cracov. Sirad. & Lancic. filios fuisse ad Tab. I. no. i. probavimus. Unde facta inter ipsos Silesia divisione superiorem Provinciarum partem Mieczlaum adeptum fuisse constat. Accidit tamen moriente an. 1179. Conrado fratre Duce Glogoviensi cum Boleslaus Altus Terram ejus sibi vendicaret, ut exorto inter fratres Bello Mieczlaus Wratislaviam Obsidione cingeret imo expugnaret, quod tamen scepsum cum Ossentimense Territorium Casimirus Poloniae Monarcha Mieczlaus superioris Silesia Duci adderet.

Dlugossius Lib. VI. ad an. 1179. „Casimirus Monarcha maturitatis suae Industria pacificatis concordatisque fratribus eam (Silesiam) ad sui Obedientiam reduxit, Mieczlaus, unque de Wratislavien Duxatu, cuius eum tenebat Ambitio, Boleslao cui sorte obtigerat, cedere coegerit, quod ut aequanimius ferret & ordinatio tunc confecta de cetero rata foret duos MIECISLAO districtus a Cracoviensi Provincia abstractos Bitomiensem vivi, delicit & Ossieczimensem de novo largitus est. Cujus Filio noviter nato ad baptisteriorum solemnitatem invitatus nomen suum CAZIMIRUS indiderat.

Cromerus Lib. VI. ad an. 1180. „Obtinebant Silesia Dominatum certis ac distinctis finibus Wladislai Filii, ex his MIECISLAUS forte sua non contentus Wratislaviam Boleslao ademerat, verum Casimirus inter eos Pacem fecit & Boleslao quidem Wratislaviam restituit MIECISLAO vero, quo aquiori animo conquiesceret, Ossentimense territorium de suo largitus est, filiumque tunc ei natum e sacro fonte suscepit ac de suo nomine Casimirum appellavit. Nam quod Dlugossus etiam Bythomiense territorium MIECISLAO tunc a Casimiro donatum esse scribit non placet.

Ita Scriptores Poloni, quibus tamen fides non habenda quando „de suo Casimirum MIECISLAO Ossentimense territorium addidisse tradunt, etenim Fridrici I. Imp. Virtus in regiones omnes paternas filios Wladislai II. Ducis exulis restituit, & Poloniae Duces se imperata facturos promiserunt, non tamen nisi Silesiam & hanc quoque Vrbibus aliquot exceptis acceperunt fratres reduces, hinc Cracoviensis Siradiensis & Lanciciensis Ducatus jacturam duro temporum fato patiebantur, uti cumulatius ad Tab. I. no. i. explicavi. Cum itaque minimam Cracoviensis Ducatus Partem Ossentimensem Terram Casimirus redderet, majorem vero Partem imo Siradiensem & Lancensem Ducatus integros rerineret, an illam de suo addidit MIECISLAO? Accedit & hoc quod Casimirum hunc fratrum natu minimum suo olim aere educaverat Wladislau II. uti ad Tab. I. no. i. probavimus, quare beneficiorum in se collatorum memor Terram illam Ossentimensem, ut restitueret filio Wladislai grave argumentum habuit.

Sed ad bellicam quia inclinavit MIECISLAUS Virtutem redeundum: Mortuo anno 1194. Polonorum Duce Casimiro cum Proceres Cracoviæ de alio Principe eligendo cogitarent, & Lesconem Album sufficerent, unum ex Baronibus in Concione exitisse, qui vel Mieczlaum senem Majoris Poloniae Ducem, vel MIECISLAUM OPOLIENSEM ET RATIBORIENSEM DUCEM dignum isto loco argumentis optimis dixerit, Dlugossus lib. VI. testatur.

„Unus ex Baronibus negavit rem boni moris & exempli existere, ut ad gubernandum magnas nationes & populos puer surrogaretur & infantilis atque inexperta Aetas forsitan vel processu temporis deliratura vel in Regimine Principatus erratura maturis & prudentibus imperet illiusque imprudenti Regimine statum Patriæ & ea quæ a Casimiro parta sunt eversum iri, & regiones, quæ tributa pendant, ad rebellionem reverti opportunitye naœta contingat; placere sibi, ut patriæ magis consulat quam pueris & pro bene regendis rebus patrial ejusque quieti & stabilimento aut Mieczlaus senex majoris Poloniae Dux, qui & ipse obtinendi Monarchiam potior Jure quam Casimirus nuper mortuus censebatur, aut MIECISLAUS OPOLIENSIS ET RATIBORIENSIS DUX sufficiatur, cum sub alterius ex his Principatu & Regimine sperandum sit patriam meliores quam sub Puer effectus habituram.

Itaque Lescone Albo ad Poloniæ Principatum evecto uterque Miecislaus Cracoviensis bellum intulit, quod idem ad an. 1195. Dlugossius.

„Miecislaus senex majoris Poloniæ Dux contra Cracovienses milites arma sumit „habens in suo Comitatu MIECISLAUM OPOLIENSEM & RATIBORIENSEM & Jas- „roslaum filium nepotis sibi germani ( melius nepotem fratris sibi germani ) Boleslai Altii, „Wratislavensem & Msczugium Pomeraniæ Duces & filium suum Boleslaumi copias „que tam equestres quam pedestres versus Cracoviam Monarchiam resumpturus alaci & „ingenti spe plenus procedit auxiliaribus Ducibus gradu tardiori agmen suum in sequen- „tibus. — — — — — MIECISLAUS OPOLIENSIS ET RATIBORIENSIS „DUX prælio non interfuerat cum nepote suo Jaroslao Boleslai Altii filio Wratislavi- „ensis Ducis & suis copiis advenit eosque, qui de Miecislaui senis exercitu diffugerant, re- „scolligens in certaminis loco confedit ac signis erectis quasi Victoris in morem consti- „tit. Cui & eam ipsam exultationem Govoritius Palatinus Sandomiriensis, ad quem re- „liqui disturbati Cracoviensis Exercitus se applicaverant, erupturus nulla suorum pauci- „tate & recenti Clade perculsus inita ratione occurrrens acerrime pugnat & potioribus „de suis amissis cæteris diffugientibus numerositate hostium superatus in hostiles manus „fugere turpe ratus vivus venit & longam captivitatem apud hostes antequam manu mit- „teretur pertulit. OPOLIENSIS DUX MIECISLAUS cum nepote suo Jaroslao ne ite- „rum a Cracoviensis Militibus infectaretur veritus ex prælii loco Govoritium Palati- „num Sandomiriensem & nonnullos alias Cracovienses milites captivos spoliaque relati „triumphi secum ferens discedit. Et ab exploratoribus & nunciis doctus Miecislaum „senem graviter vulneratum lectica in Posnaniam deferri Exercitum suum & nepotis in „Silesiam reducit.

Math. de Michovia lib. III. Cap. XXVIII. „Omnibus ( ex Miecislaui senis exerci- „tu ) pro victis abeuntibus MIECZLAUS PRINCEPS RATHIBORIENSIS ET OPPO- „LIENSIS cum nepote suo Jaroslao filio Boleslai Wratislav. supervenit, in quem Govo- „ricius Palatinus Sandomiriensis irruit & facta cæde, cum impar fuisse numero hosti- „um, captus est. Discedenteque præfato Duce Rathiboriensi ex prælii loco, quoniam au- „dierat Myczlaum senem vulneratum lectica in Poloniæ reverti, abduxit in Silesiam se- „cum Govericium Palatinum apud quæm longo tempore captivitatem cum aliis militi- „bus perpessus est.

Cromerus Lib. VII. „Nec multo post Lescianis casos recognoscetibus & spolia „legentibus supervenire MIECISLAUS OPOLIENSIMUM ET RATIBORIENSIMUM „DUX & Jaroslau Boleslai Altii Wratislavensem Ducis filius cum recentibus Copiis, „ad quos se recollegere dispersi exercitus majorum Polonorum & Pomeranorum reli- „quia, fixisque signis quasi victores haud longe a loco certaminis confedere, cum ii qui ex „adverso erant perterriti atque diffugientes pugnandi Copiam facturi non esse videren- „tur. Sed non tulerunt ii intempestivam Silesiorum Exultationem cum ignominia sua „conjunctionem, verum celeriter a Govercio Gente Ravita Palatio Sandomiriensi, cuius „agmen in subsidiis superiori prælio collocatum erat, integrus collecti & in ordines „redacti in Aciem processere. Nec Silesii feroce pugnam detrectarunt: Certatum est „collatis signis ab his quidem, ut rem sua mora perditam restituerent, ab illis vero, ut vi- „ctoriam partam retinuerent. Cum ingens utrinque cædes fieret Govoricius ab hoste cap- „tus est, quo facto minores Poloni perturbati terga vertere, sed nox tamen fugientes „exit. Postero die Silesii cum Miecislaum senem saucium lectica domum referri cog- „novissent & a majoribus Polonis atque Pomeranis Ducem suum sequentibus deseriri se vi- „derent nec usque adeo fractos profligatosque minores Polonus esse animadverterent, „quin ii collectis Animis atque Viribus prælium instaurare aut alioqui negocium face- „sere Victoribus paucis & non incruenta Victoria usis domi præsertim possent, Trophæ- „is erectis & abductis captivis non paucis ex nobilitate domum reverterunt.

Tandem an. 1211. vita functum esse uno Ore testantur Dlugossius & Math. de Michovia, quorum ille Conjugem ejus LUDOMILLAM dicit, qua vero gente oriunda fu- erit filiet.

Dlugossius Lib. VI. ad an. 1211. „MIECISLAUS DUX PRIMUS RATIBORIENSIS „& OPOLIENSIS filius olim Wladislai Exulis & circa Posnaniain a fratribus conflicti „XIII. Maji moritur. Agilis multum & procerus statura peritus Artis gladiatoriaæ multas „pugnas duelli & torneamentorum in Almannia non sine multorum admiratione animo- „, se

„se exercens. Cui filius ejus unicus CASIMIRUS succedit in Principatibus. Fundavit autem præfatus MIECISLAUS DUX monasterium Sanctimonialium Ordinis Præmonstratensis in Ribniki & sufficientem illi dotem præstítit, quod postea filius suus CASIMIRUS in Czarnowanz ad fluente fluvii Malpadensis, qui illic de prope Odræ miscetur, transtulit: Consors autem ejus LUDMILLA obiit XIII. Kalend. Octobr.,,

(2.) Eadem sere Verba habet Math. de Michovia Lib. III. Cap. XXXIII.

(3.) Testatur de eo C. nostri D. Dipl. CIV. quo filius ejus an. 1258. d. 21. Octobr. Cœnobium Raudense donabat his ab Initio Verbis.

„Wladislaus Filius KAZIMIRI DEI gracia Dux de Opole.,,

Circa an. 1179. natum, a Casimiro Poloniae Monarcha e sacro fonte suscepsum ejusque nomine insignitum fuisse Dlugoss. VI. & Cromerus lib. VI. testantur, quorum verba ad no. 1. anteced. recitavimus, quas vero Res Patris Successor gesserit nec scriptores hi, nec nostri Annales tradunt, id una omnium Voce constat an 1236. eum diem suum obiisse.

Dlugossius lib. VI. ad an. 1236. „Sexta Maji CASIMIRUS OPOLIENSIS ET RATIBORIENSIS DUX, FILIUS MIESKONIS, FILII VVLADISLAI Ottonis SLESIAE DUCIS, frater patruelis germanus Henrici cum Barba, in Opole moritur & in Ecclesia sui Monasterii Czarnowans Ordinis Præmonstratensis a te illic ex Rybniki propter loci commoditatem translato una *cum filia sua ejusdem loci & Ordinis Sanctimoniali Virginem ne pluribus Virtutibus & mira devotione insigni sepelitur*: Qui duos filios videlicet MIECISLAUM & VVLADISLAUM reliquit. MIECISLAUS itaque major natu existens Virginem JUDITAM filiam Conradi Masoviæ & Cujaviæ Ducis in sponsam acceptip sed sterilitatis Opprobrium passa nullam prolem reliquit. Suscepit autem præfatos Filios CASIMIRUS ex VVENCESLAVA DUCISSA quæ & ipsa III. Id. Martii diem obiit.,,

Math. de Michovia lib. III. Cap. XXXVII. „Eodem anno (nempe 1236.) VI. die mensis Maji in Opole KAZIMIRUS DUX OPOLIENSIS ET RATIBORIENSIS mortuus est, Filius Myeschonis, Henrici cum barba frater patruelis & in monasterio Czarnowans Ordinis Præmonstratens. a se illic ex Ribniki translato sepultus, qui duos filios MIECISLAUM natu majorem & VVLADISLAUM minorem reliquit.,,

Mart. Cromerus lib. VIII. ad an. 1236. „Hoc Tempore CAZIMIRUS DUX OPOLIENSIS ET RATIBORIENSIS MIECISLAI FILIUS vita excessit & MIECISLAUM atque VVLADISLAUM filios ex VVENCESLAVA Uxore susceptos reliquit. Quorum MIECISLAUS cum Conradi Masoviæ Ducis filiam JUDITHAM uxorem duxisset sine liberis decedens fratrem habuit successorem.,,

(4.) Silet de ea Tileius in Tabula Genealogica Ducum Tessinensis. Dlugossius & Cromerus uti ex locis jam citatis appetet, VVENCESLAVAM appellant; ego VIOLAM dixi, Diplomatis Autoritate nixus cuius hoc in Adversariis Hist. Silef. MStis Excerptum dedit Henelius.

„MIESCO DEI gracia Dux de Opole Filius KAZIMIRI ultimus Patris Voluntati obtemperaturus de consensu & præcepto matris suæ VIOLÆ & fratris junioris Ducis VVLADISLAI Hospitali S. Spiritus in Wratislavia perpetuo possidendam contulit villam, quæ Croschina vulgariter Wigandorf prope Schurgast dicitur. Ratiboriae anno DOMINI MCCCXXXIX. VIII. Cal. Octobr.,,

Unde marito CASIMIRO, conjugem fuisse superstitem, non uno eodemque anno obiisse elucescit, immo Dlugossus hæc ad an. 1251. Lib. VII.

„VIOLA genere & natione Bulgara Ducissa de Opole moritur.,,

Filiam itaque ipsum cum matre confundere, eum WENCESLAVAM CASIMIRI Conjugem an. 1236. III. Id. Martii defunctam scribit, opinor. Patrem enim Casimirum una cum filia Sanctimoniali hoc anno in Monasterio Czarnowaucz sepultum fuisse eodem loco refert, unde & candem eodem anno duorum ante Patrem Mensium Spatio diem suum obiisse verosimillimum est.

(5.) Testatur de eo Diploma cuius ex Henelii Adversar. Hist. Silef. MStis ad no. præced. excerptum dedimus. Eum Tartaris an. 1241. in Silesiam irridentibus & Viadrum trajicientibus optime restitisse sed numero hostium perterritum ad Henricum Pitem Du-

cem Wratislav. prælioque cruentissimo prope Lignicum V. Id. Apr. gesto interfuisse sed fugæ Autorem Dlugoff. lib. VII. tradit. „Unam autem turmam Tartarorum Odram, transgressam & discursiones prædandi gratia incautius agentem MIECZLAUS KAZI-MIRIDES (i.e. CASIMIRI FILIUS) OPOLIENSIS DUX initio certanine super-ravit, & usque ad Internectionem delevit. Sed cum universum Tartarorum Agmen necem suorum vindicaturum celerrime supervenisset DUX OPOLIENSIS MIECIS-LAUS multitudine eorum conterritus ad fratrem suum Henricum Wratislavensem Du-cem filium Ducis Henricum barba, quem & ex propriis & ex auxiliariis contra Tartaros parare exercitum cognoverat, in Legniczam, ubi Henricus cogebat Exercitum, diffusus fatus unitus Henrico contra Tartaros quam propriis Viribus dimicaturus.,,

Idem pag. m. 678. „Tertium Agmen (contra Tartaros) milites Opolenses & Pom-po de Hostern Magister Prusiarum cum fratribus & militia sua tenebant hos MECZLAUS DUX OPOLIENSIS ducebat. - - - - - Duo deinde Agmina Polonorum sub Sulislai Militis & MECZLAI OPOLIENSIS PRINCIPIS consti-tuta Ducatu succedunt in pugnam quam cum tribus Agminibus Tartarorum incolumes pro fauciis subire facientium feliciter & constanter gessissent stragemque ingenitem in Tar-taros cum a Tartarorum sagittis Polonorum balistariis ea defendantibus tuta essent edi-dissent. Tartarorum Acies primum pedem referre & Polonis acrius contra percussos instantibus mox etiam verti in fugam coactæ sunt. Quidam interea de Tartarorum Agminibus & an Ruthenica vel Tartarica nationis esset incertum habetur celerrimo & vago passu hinc inde citraque acies discurrens terribilem utrumque exercitum diffusa ad-hortans lingua edebat Clamorem & Polonica quidem lingua vociferabat: Biegaycie, biegaycie, i.e. fugite, fugite, Polonis ingerens formidinem & pavorem, Tartarica vero Lingua Tartaros ad pugnam & perseverantiam hortabatur. Ad hanc vocem DUX OPO-LIENSIS MIECISLAUS non hostem sed proprium & amicum ex compassione non vafricie ista credens esse vociferatum deferto prælio fugit magnamque militum, eorum præcipue, qui sibi in tertio Agmine parebant, catervam in similem fugam traxit.,,

Pag. inde 681. „MIECZLAUS vero DUX DE OPOL cum paucis evadens in Castrum configuit Lignicensem indignus cui Laurea martyrii cum tot militibus pro fide CHRISTI contigisset.,,

Iisdem fere verbis fugæ Autorem suisse MIECISLAUM hunc refert Math. de Michovia lib. III. Cap. XXXIX. imo Dubravius hæc lib. XVI. „Ortus hinc in castris Hen-rici Clamor occurrite, occurrite! quem MESCO OPOLIENSIS aliter accipiens, quasi claimaretur currite, ad cursum & fugam cum bona Parte Equitum se dedit.,,

Anno inde 1243. in Polonia Stipendia fecit cum Conradus Masoviæ Dux Bolesla-um Pudicum Cracoviensi Ducatu pellere vellet, in quo bello Conradi Partes securus sed in prælio VIII. Calend. Jun. in Suchodolgesto vietus inque fugam conjectus est, quæ curatius idem ad an. hunc lib. VII. Dlugofsius. „Conradus Dux Masoviæ vocato DU-CE OPOLIENSI MIECZSLAO, qui Henricum Wratislavensem Duce in prælio Tartarico defruerat, vocato Przemislawo Posnaniensi Duce, vocatis Lithuanis & Jazwin-gis in sui auxilium & filius sius Casimirus Terram Sandomiriensem hostiliter ingre-diuntur. Quibus Boleslaus Pudicus Cracoviensis Dux cum suis militibus Cracoviensi-bus & Sandomiriensibus & signanter Clemente Palatino Cracoviensi jam ex Hungaria reverso & Floriano Palatino Sandomiriensi & nonnullis Hungarorum militibus in Su-chodol occurrit & VIII. Calend. Junii prælium committit. In quo et si Conradus Ma-soviæ Dux tam numero quam robore militum superior esset Boleslaus tamen Pudicus, qui justius arna induerat, & pro quo sine intermissione sacrificia & supplicationes fie-bant ad DEUM, Conradum Duce & suum Exercitum Divinitate propitia confregit & debellavit & pluribus occisis pluribusque vulneratis ipsum etiam Duce Conradum Ecclesiæ Cracoviensi & suo Antistiti Prandothæ, quod ejus Consilio & Industria Duca-tum Cracoviensem sibi querebatur, ademptum severa & crudelia minitante & filium su-um Casimirum item MIECISLAUM DUCEM OPOLIENSEM, Przemislaum Posnaniensem Duce in turpem fugam egit.,,

Triennio abhinc exacto diem suum obiit, testantur id Dlugofsius lib. VII. ad an. 1246. „Conradus Masoviæ Dux tertium contra Cracoviensem Arcem & Civitatem cas-trum in Lelow ædificat & illud MIECISLAO DUCI OPOLIENSI Genero suo dat in temutam. - - - Contigit non longe post MIECISLAUM OPOLIENSEM DUCEM Generum Conradi liberis non relictis mori.,,

Et

Et iisdem fere Verbis Mart. Cromerus lib. VIII. ad an. 1246. qui & hæc lib. IX. ad an. 1252. „Wenceslaus Bohemiæ Rex post MIECESLAI RATIBORIENSIUM ET OPPOLIENSIUM DUCIS mortem, cum is nullos liberos reliquisset, Opaviam occuparat, & filio suo Notho Nicolao tradiderat.“

Adde quæ ad Tab. VII. Genealog. no. 1. diximus.

(6.) Ita Dlugossius lib. VI. ad an. 1236. Mart. Cromerus lib. VIII. quæ loca ad no. 3. anteced. edidimus, Math. de Michovia lib. III. Cap. LIII. „Anno DOMINI 1251. VVLADISLAUS OPOLIENSIS DUX volens glotem suam JUDITHAM CONRADI DUCIS MAZOVIAE FILIAM ET MIECZLAI RATHIBORIENSIS DUCIS FRANCIS SUI RELICTAM pro dote quingentarum marcarum argeſti in possessionibus Rathiborien. inscriptam redimere terram Rudensem, quæ nunc Vielunensis dicitur, de consensu Casimiri Ducis Cujaviæ & Lanciciæ germani ipsius JUDITHÆ ei assignavit. Sed antequam Gentes Casimiri præfati Cujaviæ & Lanciciæ Ducis ex condicto castrum Viculum acceptare venissent, Przemislaus Dux Posnaniensis tanquam hæres legitimus prævenit & castrum Rudensem comprehendit nobilibus Rudensibus sponte & unanimiter ei adhærentibus. Quo cognito Casimiri Ducis Gentes retrorsum abierunt. Vladislau etiam Opoliensis æquo tulit animo sciens districtum Rudensem violenter de consensu Henrici Ducis cum barba sub Vladislao Othonis patre Przemislawi Ducis majoris Poloniæ occupasse. In signumque & fœdus majoris Amicitia VVLADISLAUS DUX OPOLIENSIS Euphemiam Sororem Przemislawi Ducis Posnaniensis & Calissiensis in Conjugem desponsavit, & JUDITHÆ GLOTI SUÆ summam argentè parato exolvit. Quæ Henrico Wratislav. Duci nubens Henricum filium & Hedwigam Filiam peperit.“

(7.) An. 1258. d. 21. Octobr. Cœnobium Raudensem egregio Diplomate donabat quod C. nostri D. est CIV. & ita incipit:

„WLADISLAUS filius Kazimiri DEI gracia DUX DE OPOL..“

An. 1267. in Slaventicz Cives Ratiborienses facultate ad utrumque Ripam Oderæ ligna incidendi donat. vid. Spec. C. nostri D. Dipl. CXLVIII.

An. 1280. XII. Cal. Apr. Rathiboram de marca quadam Auri in festo B. Galli singulis annis solvenda liberam reddit.

vid. C. nostri D. Dipl. CXLIX.

An. 1289. IV. Id. Januarii filius ejus Casimirus Dux Opoliensis Bohemiæ Regis Regnique se Vasallum professus hisce de eo in C. nostri D. Dipl. CVII. Verbis testatur:

„Imitans equidem & premissa & attendens subsequentia quod ex favore quodam Donini Ottogari Regis Boëmie memorie recolende PATER MEUS RECORDACIÖNIS FELICIS QUONDAM WLADISLAUS DUX OPOLIENSIS..“

Hæc ex Diplomatibus. Scriptorum Polonorum Autoritate constat eum Anno 1249. cùm Brunone Episcopo Olomucensi bellum gessisse, quod hisce Verbis Dlugoss. lib. VII. ad an. hunc descripsit:

„Bruno Olomucensis Episcopus Dignitate Sacerdotii neglecta oppidum Ratiborense ob quasdam similitates & Inimicitias cum VVLADISLAO DUCE RATIBORIENSIS susceptra obsidione cingens expugnat & tam Ecclesiæ quam monasteria & oppidum Incendio absunt. Ad castrum etiam Ratiborense machinas admovet sed inde repulsus turpiter abiit. Post Tractatus autem variis pro pace componenda hinc inde habitos VVLADISLAUS DUX oppidum Ratiborense tribus milibus marcarum a Brunone redemit..“

Eadē Verba habet Math. de Michovia lib. III. Cap. LI.

An. 1251. Przemislaum Posnaniensem & Calissiensem Ducem hōstein expertus est, Ducatumque Rudensem sive Wielunensem amisit, quod ad no. anteced. 6. ejusdem Math. de Michovia Verbis ex lib. III. Cap. LIII. probavimus, quæ & Dlugossi Verba sunt ad an. hunc lib. VII.

Ad Concordiam tamen cum Polonis redit eodemque adhuc an. 1251. Przemislaw ejusdem Sororem Euphemiam duxit Dlugosso l.c. Teste. „VVLADISLAUS DUX OPOLIENSIS cum Przemislawo Posnaniensi & Calissiensi Duco affinitatem junxit & sororem ejus EUFEMIAM accepit in consortem nuptiis cum magna subditorum hilaritate in Posnania celebratis.

An. 1254. Cracoviæ præsentem fuisse cùm Stanislai Martyris ossa Tumulo eruta in Kkk kkk kk Ves.

Venerationem exponerentur idem Dlugossius l. c. perhibet. „Convenerant & ad hujus „modi solennitatem elevationis ossium Sanctorum explendain - - - Boleslaus Pu- „dicus Cracoviensis & Sandomiriensis Dux, qui tunc velut Monarcha Polonorum habe- „batur; Przemislaus Majoris Poloniae & Pofianensis; Casimirus Cujaviae & Lancicensis; „Semovitus Masoviæ & VVLADISLAUS OPOLIENSIS DUCES.“

Redux Opaviensem Terram adorabatur ægre ferens eam Bohemis subesse in qua expeditione socium Boleslaum Pudicum Cracoviensem & Sandomiriensem Ducem ha- buit. Idem Autor l. c.

„Boleslaus Pudicus Cracoviensis & Sandomiriensis & VVLADISLAUS OPOLI- „ENSIS ET RATIBORIENSIS Duces moleste ferentes Opaviense oppidum & distri- „ctum a Bohemis & Rege eorum Wenceslao mortuo occupatum esse exercitu & de- „proprio & externo Milite collecto Ruthenorum etiam Principibus Boleslao Pudico fe- „rentibus Auxilia terram Opaviensem hostiliter ingressi eam totam spoliis flammis & „cædibus vastaverunt, & omnibus oppidis atque Villis exustis cum præda tam homi- „num utriusque sexus quam Pecorum & variarum Rerum ad propria incolumes re- „vertuntur.“

An. tamen 1260. ipse Bohemorum Regis Przemislai Partes in bello quod inter il- lum & Belam Hungariae Regem incanduit tuebatur, eodem Dlugosso l. c. Teste. „Be- „lam siquidem Hungariae Regem Boleslaus Pudicus Cracoviensis & Sandomiriensis Dux „Casimiri Cujaviensis & Lancitiensis Ducis filius, quem secum una Boleslaus Pudicus in „sociis Auxiliu adduxerat, item Daniel Russiæ Rex & filii ejus Leo & Romanus, Bul- „gari insuper, Raczones & Bosnenses: Przemislaum vero Bohemiam Ducem Henricus „Wratislaviensis, VVLADISLAUS OPOLIENSIS, Ulricus Dux Carinthia, Otho Mar- „chio Brandenburgensis adjuvabant.“

An. 1273. a subditis Boleslai Pudici Cracoviensis & Sandomiriensis Ducis, qui Lesko- nem nigrum Ducem Siradiensem sibi destinari ægre ferebant, rebellibus ad Ducatum Crâ- coviensem s. Regnum Poloniae vocabatur, quod tamen non adiit, & res eventu caruit cum Boleslaus ipse non subditos modo in Ordinem redigeret sed & quod civile illud Bellum aluisse VVLADISLAUM OPOLIENSEM cognosceret Ducatum ejus pervaftaret. Cu- ratius hæc l. c. Dlugossus. „Rebellatur Boleslao suo Duci (milites & subditi) & seditio- „nem adversus illum atque belluni excitatur VVLADISLAUM OPOLIENSEM DU- „CEM per nuncios secrete primum convenient & suis gravaminibus illi expositis & co- „præfertim, quod illis inconsultis & dissentientibus Boleslaus Pudicus Cracoviensis & Se- „domiriensis Dux sibi successorem Leszkonem nigrum Ducem Siradiensem Principem „eis ingratum destinavit, deditiōnem illi terrarum Cracoviensis & Sandomiriensis offerunt „precantes ut illam non abnuat suscipere, gratius ipsum quam Leszkonem nigrum in Du- „cem & Dominum propter multos respectus & vicinitatem connexionemque Terrarum „& commoda inde sequentia habitudi. Elatus hac deditiōne & oblatione VVLADIS- „LAUS OPOLIENSIS DUX eam parum deliberatus acceptat sperans se Cracoviensis „& Sandomiriensis Ducatum Dominium & propter Boleslai Ducis orbitatem & seniūnij, „quo propediem moriturus destinabatur facili negotio asseturam. Mandat quoque „Cracoviensibus & Sandomiriensibus militibus, ut ad se personaliter pro die certo in Opo- „liam veniant deditiōnem ipsam jurejurando & litteris firmaturi. Ad rem itaque hujus- „modi componendam de consilio & suauis prædicti Pauli Cracoviensis Episcopi in nume- „ro frequenti & fere omni sua & suorum potentia (invasionem enim a Duce Boleslao „Pudico re plurimum vulgata verebantur) progressi usque in Bogehim Villam Monachorum „pervenerant, ubi illos Boleslai Pudici Ducis Exercitus ex Curiensibus Militibus nobilibus- „que, qui fidem Duci suo promissam temerare impium & nefas ducebant, collectus die Vene- „ris IV. Non. Junii consequitur. Fit itaque durum Certamen inter utrosque & tam atroci pu- „gna certatimi est ut fere nemo loco cesserit, propter quod multi mortales ab utraque par- „te cæsi, omnes pectore adverso loca, quæ ceperant mortui, occupabant. Inter desideratos „Swantoslaus filius Wladimiri, Rathiborius Castellanus de Lukow & alii plures numera- „ti sunt. Cessit tamen militibus Boleslai Victoria licet non incruenta. Pauci qui eva- „serant ad VVLADISLAUM DUCEM OPOLIENSEM se recipiunt fuga. - - -

Boleslaus Pudicus Cracoviensis & Sandomiriensis Dux in VVLADISLAUM „OPOLIENSEM DUCEM, quod militibus Cracoviensibus rebellionem & novas res mo- „llientibus faverat & rebellionis eorum acceptator exiterat, omnem iram velut suorum „Principatuum Ambitorem vertit, contractisque ex omnibus suis Provinciis Copiis feren- „tibus

„tibus illi personalia Boleslao Pio Califfensi majorisque Poloniae & Leskone nigro Sira-  
 „dieni Ducibus, terram Opoliensem in die Sanctorum Simonis & Judae Apostolorum  
 „ingreditur, & vastationem latius quo potest vicos & oppida urendo extendit. Ad ipsam  
 „quoque Civitatem Opoliensem accedit & omnia suburbana ejus pervastat & inflamat, de  
 „expugnatione & obsidione abstinet, urere tantummodo tecta & depopulari Agros con-  
 „tentus. Non poterant multiplices sumi & flammarantes ædes VVLADISLAUM OPO-  
 „LIENSEM DUCEM elicere ad pugnam, evidens enim periculum cum tribus simul Du-  
 „cibus expeditos & probatos milites habentibus si ipse cum paucis decertare statuisset me-  
 „tuebat, in pabulatorum tamen & milites; qui longius a castris progressi agebant prædas, sa-  
 „pius irruens & pallantes passim per agros milites devincens multis incommodis cædibusque  
 „Boleslai exercitum & cæterorum Ducum secum una militantium afficerat; ut multos  
 „aut obriterat aut cœperat. Ab Opoliensi Oppido continuato Itinere versus Kozle &  
 „Ratiboriam itum est nec ante Vastatione finis datus, donec omnes terra VVLADISLAI  
 „OPOLIENSIS DUCIS dominio parentes pervastatae sunt. „

An. tandem 1274. Pax inter utrumque fæcita, eodem Autore l. c. Teste. „Cum  
 „VVLADISLAUM OPOLIENSEM DUCEM exusti spoliati Præcipatus & recentes  
 „cineres atque favillæ in sua & Baronum Ora residentes, Duce vero Cracoviensem  
 „Boleslaum Pudicum Indignitas facti, quod VVLADISLAUS OPOLIENSIS DUX in  
 „suarum terrarum Occupationem aspiraverat & a nonnullis Cracoviensibus militibus in-  
 „justam deditiōnem acceperat ad inferendum bellum stimularent, Boleslaus interim Pi-  
 „us Califfensis Dux, quamvis partium Boleslai Pudici Cracoviensis & Sandomiriensis  
 „Ducis esset, dissidentes Duces cœpit ad Pacis & Æquitatis Viā reducere & utriusque pa-  
 „cem persuadere: Quorum per plures tractatus & fatigas flamma tandem restricta  
 „æquis conditionibus, quod apud nonnullos vix possibile videbatur, redditis hinc inde  
 „captivis & damnis compensatis pacem composuit. „

Anno 1277. Wratislavensibus Auxilia misit, cum Duce suum Henricum Probum  
 a Boleslao Calvo Legnicensi Duce captum liberare vellent, sed has uti alias omnes auxiliaries copias Boleslai filius natu major Henricus vicit & dissipavit in Prælio S. Georgii die  
 inter Skorolcz & Proczanum gesto, eodem Dlugosso l. c. Autore constat. „De propriis  
 „autem Viribus diffisi (Barones & milites Wratislavenses) a Boleslao Pudico Cracovi-  
 „ensi & Sandomiriensi, Boleslao Pio Califfensi, Przemislao Posnanensi & Gnesneni. Con-  
 „rado Glogovensi & WLADISLAO OPOLIENSI Duce variis supplicationibus inter-  
 „positis obtincent se juvari. - - - - Filius (Boleslai Ducus Legnicensis) major natu  
 „Henricus & Ducus & militis Officium gerens pugnam in locis pluribus vel destitutam  
 „vel labante restituit: Aninio deinde pertinaci constantem se exhibens Wratislavien-  
 „ses & eorum auxiliaries Cracovienses Sandomirienses Califfenses Posnanenses Glogo-  
 „vienses & OPOLIENSES milites pervicit & debellavit atque plures de militibus auxili-  
 „ariibus turpe fugere ratis capit. „

Eadem de bello hoc Silefiorum intestino & auxiliis a WLADISLAO OPOLIEN-  
 SI DUCE Wratislavensibus præstitis tradunt Math. de Michovia Lib. III. Cap. LVIII. &  
 Cromerus lib. IX.

An. 1287. Henrici Probi Duci Wratislavensis hostilem experiebatur Impetum,  
 cum Thomam Episcopum Vratislav. ab Henrico in exilium actum Ratiboram confuge-  
 re permetteret, quare & illam dura Obsidione cincti, expugnare tamen non potuit Hen-  
 ricus. Cumulatius ea ad annum hunc l. c. memoriaz prodidit Dlugossus. „Statum suum  
 „Pontificalem Thomas Episcopus Wratislavensis & Virorum Ecclesiasticorum, qui secum  
 „una acti erant in exilium de censibus introitibus & decimis in aliorum Duceum Po-  
 „loniæ Terris & ditione consistentibus, quos Henricus Wratislavensis Dux occupare non  
 „poterat, sustentans & in oppido Ratiboriensi suæ Wratislavensis Diœcesis Domicilium  
 „agens, quod tunc a WLADISLAO OPOLIENSI DUCE tenebatur, exilio sui & suorum  
 „molestias æquanimus perferebat. Conatus illum Henricus Quartus Dux Wratislavien-  
 „sis etiam de sede illa dejicere multis nunciis & litteris WLADISLAUM DUCEM folli-  
 „citat, ne hostem & adversarium suum Thomam Episcopum cum Clero Wratislavensi in  
 „oppido suo manere sinat, hostem infestum si secus agendum duxerit ex se habiturus. Ve-  
 „rum cum a WLADISLAO DUCE OPOLIENSI denunciationes suos & terrores con-  
 „temptum & irrisum iri videret, grandi exercitu tam de proprio Milite, quam donativo  
 „ex pecunia, qua Ecclesiam Vratislavensem multaverat conducto terram WLADIS-  
 „LAI DUCIS OPOLIENSIS hostiliter ingressus Oppidum Ratiboriense propter præsen-

„tiam Thomæ Episcopi & sui Cleri Wratislaviensis Obsidione vallavit.  
 „Induit deinde Thomas Vestes sacras nonnullos quoque ex Clero jubet a inici  
 „eisdem ac sic Tiara & Pontificalibus Insigniis cum Clero suo universo exulante oppi  
 „do egressus ad castra pergit Tyranni Iras suas supremo humilitatis genere placaturis.  
 „Cujus Tyrannus viso a longe adventu tanto metu divinitus percusus est ut de taberna  
 „culo suo exiliens in occursum Pontificis ocyus procurceret & corruens pronus in Ter  
 „ram, quasi Divinum aliquod numen in Episcopo videns, & in Spem illius æternum  
 „Pontificem venerans, transgressionum suorum veniam precaretur. - - - Ea  
 „reconciliatione secuta - - - Thomas Episcopus Wratislaviensis beneficii & ho  
 „spitalitatis a WLADISLAO DUCE OPOLIENSI exiliationis Tempore sibi & Clero suo  
 „præstitorum memor Ecclesiam Collegiatam sub Titulo S. Thomæ Cantuariensis in Ca  
 „stro Ratiboriensi a WLADISLAO rogatus fundat eamque decimis mensæ Episcopalis  
 „Wratislaviensis clata. Quæ processu temporis ex Arce in Oppidum transvecta est & plu  
 „res Præbendæ largitione Ducum Ratiboriensium in ea circa translationem fundatae.,,

Tilesius, Fischerus, aliæque Tabulæ Genealogicæ MStæ eum an. 1272. obisse tra  
 dunt, imo Pohlius hæc in Annal. Wratislav. MStis ad an. 1272.

„In diesem Jahr starb WLADISLAUS Herzog zu Oppeln, Ratibor, Teschen und  
 „Beuten Mieclslai Bruder, Euphemia Königs Przemislai in Pohlen Schwester Ehe-Ge  
 „mahl, Casimiri, Jacobi und Wladislai Vater.,,

Sed obstat huic sententiæ Diplomia C. nostri D. CXLIX. quod ipse WLADISLAUS  
 an. 1280. XII. Kal. Apr. edidit, & Scriptorum Polonorum Autoritas locis antea citatis. Nos  
 eum an. demum 1288. Vita decepsisse colligimus, quod an. 1287. quo Henricus Probus  
 Dux Wratislaviensis Ratiboram Obsidione cinxit Dlugosso Teste adhuc superstes fuerit;  
 an. vero 1289. IV. Id. Januarii filius Casimirus Dux Opolensis affirmante id Diplomate  
 C. nostri D. CVII. Se Wenceslai Bohemiæ Regis Vasallum professus, hæc de eo Ver  
 ba faciat.

„PATER MEUS RECORDACIONIS FELICIS QUONDAM WLADISLAUS  
 „DUX OPOLIENSIS.,,

Præterea Tileshii Errorem miramur, qui no. 14. & 15. in Tabula sua Genealogica Du  
 cum Tessinensium ex uno duos effecit Wladislaos, alium qui ad Cracoviensem Ducatum  
 s. Regnum Poloniae an. 1272. vocatus fuit ab illo, qui an. 1272. diem suum obierit, quam  
 Sententiam nullo arguento firmavit, nostris tamen antea allatis destrui manifestum est.

(8.) Testatur de ea Diplomia C. nostri D. CIV. quo Maritus an. 1258 d. 21. Octobr.  
 Cœnobium Raudense donabat, hisce ab Initio Verbis.

„WLADISLAUS FILIUS KAZIMIRI DEI Gracia DUX DE OPOL, una cum ve  
 „nerabili Conjuge nostra ZVSANNA & filiis nostris Miescone, Kazimiro & Boleslao.,,

Hinc cum Dlugossius ad an. 1251. Wladislaum Ducem Opolensem EUPHEMIAM  
 Przemislai Posnaniensis & Califfiensis Ducis Sororem Conjugem duxisse tradat, dubium  
 remanet an una eademque duobus nominibus fuerit insignis an vero ad secunda Vota  
 transfierit VVladislaus.

(9.) Quem Tabulæ suæ Genealogicæ Tilesius non intulit, ab Interitu & ab Oblivi  
 one idem Diploma a Patre VVLADISLAO a. 1258. d. 21. Octobr. Cœnobio Raudensi da  
 tum hisce Verbis vindicat.

„VVladislaus filius Kazimiri DEI gracia Dux de Opoluna cuin venerabili Conjuge  
 „nostra Zufanna & filiis nostris MIESKONE Kazimiro & Boleslao.,,

Fratrem vocat Przemislauus Dux Ratiboriensis in Diplomate au. 1290. in Vigilia B.  
 Martini edito, quod in Specimine C. nostri D. est CL. cuius hæc Verba huc pertinent.

„Postmodum etiam Tempore FRATRIS NOSTRI KARISSIMI ILLUSTRISSI  
 „MI DUCIS MIESCONIS simul & nostro venientes adversarii nostri noctis sub silentio.,,

An. 1294. die S. Johannis Evangelista Henricus V. Dux VVratislav. ex captivitate  
 Glogoviensi redux, testante id Dipl. CXXI. in Specimine C. nostri D. Indicias cum eo &  
 fratribus in quinquennium inibat, Verba sunt.

„VVir geloben auch daz wir und unser Helffer den Herczogen Cunraden vor dem  
 „Sagan und den Hertzogen von Oppel und SEINE BRUDER HERTZOG KASIMIR  
 „UND HERTZOG MESKEN und ir Helffer mit nicht binnen fünff Jahren sollen an  
 „rechten, - - - irholen sie ez aber an Uns so sollen VVir iz kundigen unserm Ver  
 „ter

„ter von Glogow der soll Uns helfsen nach Czimen und nach Rechte und dieselben „Herrn Hertzog Cunrad und HERTZOG BOLKE VON OPUL UND SEINE VOR- „GENANNTEN BRUDER fullen sie in derselben Sune und Ebenung gleicherweise als „Unser Vetter von Glogow.“

An. 1295. Exequis ejusdem Przemislai Rathiboriæ interfuit Dlugosso Teste, qui hæc lib. VIII. ad an. hunc: „Przemislaus Ratiboriensis Dux in Vigilia B. Stanislai moritur nulla prole relicta & in die suo festo, quamvis & DUO GERMANI SUI videlicet CASIMIRUS BITHOMIENSIS ET MIECZLAUS THESSINENSIS Duces & Ratiborienses Barones diutius in adversum niterentur corpusque in alium diem sepeliendum servari vellent, in monasterio Prædicatorum in Ratibor Ducibus & Baronibus sententias mutantibus sepelitur, festum Beatissimi Stanislai non annue, sed continue de cætro celebraturus.“

Quam vero Conjugem habuerit, quo Anno defunctus sit MIECISLAUS hic DUX TESSINENSIS, nesciunt Dlugosius, & Henelius

(10.) Nec de nomine ejus nec de Parente convenienter Autores: Neplacho Abbas Opatowicensis in Chron. Bohemiæ, CAROLO IV. imperante scripto ( Tom. II. Scriptor. Rerum Austriacarum R. D. P. Hieronymi Pezii ) hæc ad an. 1307.

„Hic Rex ( Bohemiæ ) VVenceslaus juvenis in Olomutz occiditur & in Aulam Regiam translatus ibidem sepelitur, cuius conjux vocabatur ELIZABETH FILIA DUCIS DE TYESSYN, Regina VII.“

Alii plures VIOLÆ nomen habuisse affirmant: Franciscus Canon. Pragensis coævus in Hist. Bohem. MSt. P. II. lib. I, Cap. 18. „Anno MCCCIV. IIII. Non. Octobr. contraxit Rex matrimonium cum PHIOLA FILIA DUCIS DE TESSIN.“

Dlugosius lib. IX. ad an. 1305. „Erectus est in Bohemiæ Regem atque in solio locatus paterno, morte VVenceslai Bohemiæ & Poloniæ Regis secuta & funebribus suis iusto honore celebratis, filius suus unicus VVENCESLAUS & consensu unanimi Prælatorum & Baronum Bohemiæ in Regem Bohemiæ coronatur. Qui etiam expletis hujusmodi coronationis Insigniis, cum tunc esset Adolescens Annorum decem & septem, uxorem accipit Virginem FIOLAM NOMINE NATAM DUCIS MIECISLAI DUCIS TESCHINENSIS & vinculo matrimonii contracto III. Non. Octobr. nuptiæ ex more celebrantur.“

Chronicon Claustro - Neoburgense ( quod an. 1348. definit Tom. I. Scriptor. Rerum Austriacarum R. D. P. Hieronymi Pezii ) ad an. 1305. „Hic ( VVenceslaus junior Rex Bohemiæ VII. ) insignia Regni Ungariæ Ottoni Duci VVabariæ resignavit, simulque regno Ungariae abrenuntiavit, Regno Bohemiæ contentus ducta in uxorem ipso anno FILIA CUJUSDAM DE POLONIA DICTI DE THESSIN.“

Dubravius lib. XIX. „Consultatum hinc de Uxore juveni danda ex ea Domo, quæ Regiæ Majestati responderet: At ille forma captus FILIÆ DUCIS SUI TESCHINENSIS fine longa deliberatione & pompa nuptias cum VIOLA, id puellæ Vocabulum erat, peragit.“

Dlugossum & Henelium in Tabula sua Genealogica Ducum Tessinensium secutus sum, quando VIOLAM hanc MIECISLAO DUCI TESCHINENSI FILIAM dedi, quam Tilesius & Pohlius l. antea c. Casimiro tribuunt. De obitu ejus hæc Necrologium Cœnobii Altovadensis ( Hohenfurth ) in D. Pragensi ad an. 1317.

„An. MCCCXVII. Mens. Septembr. XXI. pie obiit DOMINA FIOLA DUCISSA TESCHINENSIS, CONTHORALIS GENEROSI ac MAGNIFICI DN. PETRI DE ROSENBERG pro cuius anima dictus Dn. Petrus donavit huic Monasterio bona in Eybenstein cum Villis ad hæc pertinentibus, quæ fuerunt in Valore octingentiarum librarum, sed postea propter debita Bartholomæi Abbatis fuerunt vendita & alienata, in quibus debitum dictus Dn. Petrus etiam quam plurima pia Juvamina huic Monasterio portexit.“

Excerpta hæc Jogelinus in Notitia Abbat. Ord. Cisterciens. edidit lib. V. p. m. 12.

Anonymous Leobiensis in Chron. lib. III. ( Tom. I. Script. Rerum Austriac. R. D. P. Hieronymi Pezii ) hæc secunda, ad quæ transiit Vota tangit, sed cum VVenceslai junioris, Regis occisi, VIOLÆ mariti, Noverca Elisabeth Przemislai Polon. Regis Filia, quæ adhuc superat, eam confundit: Verba ejus ad an. 1305. hæc sunt: „VVenteslaus junior, voluptuosis insistens Operibus juxta Salomonem: Adolescentia & Voluptas vana sunt,

„primo anno a duobus filiis Belial procuratione Nobilium Terræ cultro sicut dicitur est „perfoſſus relinquens JUVENEM VIDUAM Ruthenorum Regis Filiam, quæ expleto lu- „ctus Tempore DE ROSENBERG IPSIUS REGNI NOBILEM AC POTENTEM VI- „RUM duxit..”

Eundem Errorum VVenceslaum juniorem Bohemiæ Regem Ruthenorum Regis Filiam habuisse committit Thomas Ebendorferus de Haselbach Chron. Austriac. lib. V. (Tom. II. Script. Rer. Austriac. R. P. D. Hieronym. Pczii)

(11.) An. 1258. d. 21. Octobr. Testis aderat cum Pater VVLADISLAUS citato ſæpius Diplomate Cœnobium Raudeneſe donaret, Verba ſunt:

„VVladislaus filius Kazimiri DEI gracia Dux de Opol una cum venerabili Con- „juge noſtra Zufanna & filiis noſtri videlicet Mieskone KAZIMIRO & Bolezlao..”

An. 1289. IV. Id. Januarii testante id Diplomate CVII. in Specim. C. noſtri D. ſe Vasallum Ducatumque ſuum feudum Bohemiæ profitebatur. Idem affirmant Dubravius lib. XVIII. „PRINCIPATUS insuper OPOLIENSIS Regi acceſſit PRINCIPE OPOLIÆ ſua ſpōnte „in Verba Regis Bohemiæ jurante cum antea Reges Poloniæ respiceret..”

Et quem ægre hoc habet Dlugoffus lib. VII. ad an. 1289. „Quam pluribus largi- „tionibus donis & promiſſis CASIMIRUS OPOLIENSIS ET BITHUMIENSIS DUX, „VVladislai quondam Opoliensis Ducis Filius, a VVenceslao Bohemiæ Duce pellectus „& ſuꝝ Regiæ stirpis & proſapiæ nobilifimꝝ, quam a Regibus Poloniæ ducebat, oblitus „non bello victus, non eruptionibus hostilibus fractus, non denique aliqua probabili aut „evidenti neceſſitate proſtratus, fed temerariam & avaram ſecutus mentem ſe dominio „& diſtioni præfati VVenceslai Ducis Bohemiæ, nec dum enim in Regnum evectus erat, „ſubjicit, ſe illius & Bohemiæ Regni non in ſui ſolum fed & stirpis ſuꝝ & Ducum Polo- „niæ Dedeſus Regnique Poloniæ enorſem injuriā & offenſam vasallum & ſubjectum „profefſus..”

An. 1295. Exequiis Przemislai Ducis Ratiboriensſ fratri germani iñterfuit, ut idem Autor perhibet, cuius Verba ad no. anteced. 9. recitavimus.

An. 1294. die S. Joh. Evangelistæ Henricus V. Dux. VVRatislav. cum ipſo & fratribus Inducias iniit, quod ex Diplomate CXXI. Speciminis noſtri C. Sileſiæ D. ad eundem no. præced. 9. expoſuimus.

An. 1295. apud Slaventicz in Vigilia Vigiliæ Nativitatis CHRISTI Franzkoni & ſuꝝ posteritati ſub cenu annuo quinque marcarum argenti molendinum in Jaworonicze con- fert, quod Diplomatarii noſtri Bohemo-Silesiaci Dipl. LXXV. affirmat.

Eum an. 1306. diem ſuum obiiffe Illuſtr. Scholiaſtes in Henelii Sileſiograph. Renov. Cap. VII. p. 270. tradit, de quo tamen, quod fontem unde Sententiam hanc ſuam hauiſit non indicaverit, doleo.

(12.) Tileſius & Henelius Ottonis March. Brandenb. Filiam fuiffe tradunt, imo hic Beatricen nominat, unde Error natus eſt, mortuo Casimiro Bolconeim I. Svidnicensem Ducem eam viduam duxiſſe, de quo cumulatius ad Tab. IV Genealog. no. 2. diximus, eamque Sententiam ibidem Argumentis optimis infregimus. Ignoratur ergo vera Caſimiri II. Ducis Teſſinenſis Uxor, donec largior Diplomatū de rebus superioris Sileſiæ Segeſ prodierit.

(13.) Quem Tileſius Tabula ſuꝝ Ducum Teſſinenſium Genealogicæ non intulit nos ex Diplomate, quod in Specim. C. noſtri D. eſt CVII. ab Interitu & ab Oblivione vindicamus, quo Pater ejus Casimirus an. 1289. IV. Id. Januarii Pragæ in caſtro Palatioque Regio Ducatum Opoliensem Regi Regnoque Bohemiæ in feudum ſubjecit hæcque ſe facere ait.:

„Conſilio deliberato ac bona Voluntate ac Consensu FILIORUM meorum BOLEZ- „LAI & VVLADIZLAI ac propinquorum..”

Cæterum nulla ejus nec apud Polonicarum nec apud noſtrarum Rerum Scripto- res Mentio.

(14.) Non Fratrem ſed Fratruelen CASIMIRI III. Ducis Teſſinenſis fuiffe diſerte affirmat Johannis ipſius Regis Bohemiæ Diploma, quod in Specimine C. noſtri D. eſt. XXVII anno MCCXXVII. VI. Kal. Martii in Böntung editum, quo hiſce Verbiſ Casimi- ro Duci Exſpectativam in Ducatum Oſſwieczimensem Rex confeſſit.

„Ad

„Ad majoris, quoque expressionem gracie nostre prefato Kazimiro concedimus & favemus, ut si ILLUSTREM JOHANNEM DUCEM OSSWIENCZIMENSEM FRATERELEM SUUM PRINCIPEM NOSTRUM DILECTUM, sive in futurum quos eunque Principes & Dominos Osswienczimenses absque liberis legitimis ex se genitis decedere contigerit, quod ex tunc ipsius vel ipsorum terra & Ducatus Osswieczimensis ad eundem KAZIMIRUM ac heredes ipsius in perpetuum plene devolvatur & habeatur.“

VVladislao autem Filium non dedimus JOHANNEM, cum Patre adhuc vivente vel Ducatum istum Osswentimensem vix habuerit, vel in Feudo oblato & mere hereditario & Pater Successor esse possit, ( vid. Strykii Examen Juris Feudalis Cap. XVI. D. 4.) itaque Patruus excludendus fuisset: BOLESLAO ergo Filium tribuimus donec certiora, quis attulerit. Ipse vero JOHANNES DUX OSSWICENSIS SCHOLASTICUS CRA-COVIENSIS an. 1327. VI. Kal. Martii in Böntung se Regis Bohemiae Vasallum professus est. Vid. Diploma XXXIII. in Specimine C. nostri D.

An. adhuc 1335. eum fuisse superstitem Dipl. I. l. c. afferit, quo Procuratores Casimi-ri Regis Poloniae nihil ipsi in Duees Silesiae Juris supereesse affirmant: Imo anno adhuc 1339. eum vixisse Diploma II. l. c. testatur, quo ipse Casimirus Rex Poloniae Silesia cedit

Atque hic Ducum Osswentimensium Seriem, qualem nullis tamen Scriptorum vel Diplomaticum Testimoniis suffultam Tileius, eoque Duee Henelius in Adversar. Hist. Silef. MStis exhibuit, necessario abrumpere cogimur, & Johannem hunc absque liberis & fratribus obiisse, vique illius exspectativae Ducatum Osswentimensem ad Casimi-ri Patrui ejus posteros devolutum fuisse probabimus. CASIMIRUM enim Ducem Osswentimensem, qui Sec. XV. inchoante Ducatum habuit, non Conradi cuiusdam, sed Przemislai junioris Ducis Tessinensis Kal. Jan. an. 1400. occisi filium fuisse coævi Dlugoffi Testimonium ex lib. XI. ad an. 1433. affirmat, quod vide ad no. sequ. 42 Hinc aberrasse in Annal. Wratislav. MSt. Pohlium cognoscimus, dum hæc ad an. 1427. tradit.

„In diesem Jahre starb Casimirus Herzog zu Auschwitz und Tost. Hertzogs Conradi Sohn, Hertzogs Wenceslai zu Rubnick und Johannis zu Auschwitz Vater, Hedwigis Hertzogin von Brieg Gemahle.,“

Ex Dlugoffi enim l. c. Casimirum hunc Ducem Osswentimensem an. demum 1433. 7. Apr. obiisse, filiosque Wenceslaum, Przemislaum & Johannem Ducem Osswentimensem reliquisse patet, nec Hedwigis Bregensis maritum sed filium no. 41. Seet. hujus affir- mat. Imo nullus unquam Conradus Dux Osswentimensis Johannis frater vel filius extitit. Tileius ejus saltim in Tabula Genealogica nomen & posteros recenset, quos Przemislao juniori l. c. Testimonio coævo Dlugossus vindicat. Henelius vero Diplomate quodam eum in Adversar. Hist. Silef. MSt. probare videtur, hissee Verbis:

„An. 1359. wird ein Vertrag zwischen Herzog CONRADEN ZU TESCHEN UND AUSCHWITZ und Herzog Przemislao zu Teschen wegen etlicher strittigen Gräntze aufgerichtet durch die von Kayser CARL d. 8. Januarii hierzu verordnete Commissarien, nemlich Herrn Otten von Wolaw: Item Wentzel von Tarnowitz, Herrn Petern von Luba und Herrn Strelen von Slawentz..“

Qui vero Diploma XXXI. Spec. C. nostri D. evolvere & legere non dignabitur, quod olim jam Balbinus P. III. Epist. Public. Epist. LXIV. edidit & nunc iterum nos ex Cod. egregio MSto, qui Tabularii Carlsteinensis magnam partem absolvit, in lucem protraximus, judicium hoc delegatum & causam sive controversiam de finibus inter Przemislaum Tessinensem & Conradum I. Olshensem Ducem agitata in eo inveniet, mortuo quippe Bolcone Duee Koslensi, Agnato Przemislai, Conradum non Osswentimensem quendam sed Olshensem Ducem in terras ejus successionem multis nominibus fibi vindicasse Dissertat. I. §. 8. & Tab. Genealog. III. n. 1. egregia Diplomaticum Vi affirma- viimus, quare nullum Ducem Osswentemensem Conradum nomine hic admittimus, nec Filiam ejus Sophiam, de qua Pohlius in Annal. Wratislav. MStis ad an. 1500.

„Den 30. Augusti ist auff dem Schlosse zu Teschen gestorben Herzog Victorinus zu Münsterberg König Georgens in Böhmen Sohn, liegt bey den Minor-Brüdern von der Observanz im Chor begraben. Bey seinem Begräbnisse waren Aebte: Andreas zu Leibus, Johannes zu S. Vineenz, und Benedictus auf dem Sande zu Breslaw, er hatte drey Eh-Geinahel: Erstlich FRAW SOPHIAM CONRADI TOCHTER, CASIMIRI SCHWESTER DER HERTZOGE ZU TESCHEN AUSCHWITZ UND TOST mit der er gezeuget eine einige Tochter JOHAN-

„NAM die er mit Casimiro dem Hertzoge zu Teschen verheyrathet so ihm Hertzog „Fridrichen und Hertzog Wentzel gebohren.“

Cum enim ipse Georgius Bohemiæ Rex an. denum 1420. Mense Aprili & anno denum 1443. Victorinus filius ejus natus fuerit, vix ante an. 1460. Sophiam hic ducere potuit, septendecim tunc annos natus, quæ si Conradi illius quem Osswentimensem Ducem fingunt filia & vel an. denum 1399. in lucem edita fuisset sexagenaria tamen majorem an. 1460. extitisse elucescit, quod si itaque ex Monumentis fide dignis hoc primum Victorini Connubium Annalibus suis uti nulli dubitamus intulit Pohlius, Casimiri Ducis Osswentimensis Filiam Wenceslai Przemislai & Januissii Sororem fuisse necesse est, qua unica ratione fieri potuit ut natam ex ea Johannam Casimirus Dux Tessinensis duceret cuius inde Sororem Sophiam alteram sibi uxorem esse voluit Victorinus Dux Monsterbergensis. Vid. Tab. nostram Genealog. Ducum Monsterbergensium.

(15.) CASIMIRI Filium fuisse Diploma CVII. in Specim. C. nostri D. afferit quo dum Pater an. 1289. IV. Id. Januarii Ducatum Opoliensem Bohemiæ Regi submisit hæc verba continentur:

„confilio deliberato ac bona Voluntate ac Consensu *filiorum* meorum Bolezlai „& WLADIZLAI ac propinquorum.“

Eum ab omni nexu Poloniæ liberum reddunt Regis Poloniæ Casimiri Procuratores Trincinii an. 1335. in festo B. Bartholomæi Apostoli. Vid. Dipl. I. in Spec. C. nostri D.

„Dominii autem Duces & Ducatus prædicti sunt hi, (qui se Bohemiæ submiserunt) „Dominii Boleslaus Legnicensis & Bregensis, - - - - - Johannes Osswenti- „mensis & WLADIZLAUS DE TESCHIN.“

An. 1339. cum Casimirus Polon. Rex Transactionem istam Trencinensem Cracoviæ in octava purificationis B. M. V. ratam haberet, ipse inter Silesiæ Duces ea Tempestate viuentes refert:

„WLADIZLAUM TESCHINENSEM DUCEM.“

vid. Dipl. II. in Spec. C. nostri D.

An. 1351. Wratislavia feria IV. proxima ante festum B. Martini Episcopi Testis aderat cum Nicolaus Dux Monsterbergensis civitatem Francosteinensem cum Districtu Camencensi CAROLO Bohemiæ Regi venderet.

vid. Dipl. LXXVII. Spec. C. nostri D.

An. 1352. IV. Id. Maji Pragæ Testis egit cum Regis Ottokari Diploma singulare Episcopo Pragensi Andreæ an. 1221. d. 9. Julii datum CAROLUS IV. Imp. & Boh. Rex confirmaret.

vid. Clariss. Dn. Lüningius im deutschen Reichs-Archiv P. Spec. Contin. I. Append. I. p. 29.

An. 1354. ipso Die Paschæ Vindobona Constitutioni Bohemiæ feudali subscriptis quam CAROLUS IV. Imp. & Boh. Rex. edidit, verba sunt:

„Desind geczeugen die Hochgeborenen Marggraf zu Montferia, Heinrich zu „Sagan, WLADISLAW ZU TESCHEN die Herzoge.“

vid. l. c. p. 35.

Eum jam an. 1355. & Pisæ quidem in Italia decepsisse Scholia in Henelii Silesiogr. renov. Cap. VIII. p. 270. tradit. Henelius in Tabula Genealogica, quam in Adversariis Hist. Siles. MStis exhibuit id. ad. an. 1356. Mensem Aprilem refert, quod & Pohlius in Annal. Wratislav. MStis ad an. hunc 1356. habet:

„In April starb zu Pisæ in Welschland WLADIZLAUS, Hertzog zu Teschen, „liegt in der obersten Kirche begraben. Dessen Epitaphium Hertzog WLADIZLAUS „als er Fraw Eleonoram Kaysers Fridrici Gemahli in Italien begleitet renoviret hat (quod. „an. 1452. IV. Id. Febr. aecidit.)

Nos eum an. 1355. obiisse credimus eum Alberto Argentinensi Auctore, hoc anno CAROLUS ipso resurrectionis Festo coronatus Imperator Mensibus Januario & Februario Pisæ commoratus fuerit ubi adversa Valetudine usus qui eum comitabatur (quod paulo ante duobus Dipl. de an. 1352. & an. 1354. probavimus) WLADIZLAUS, forte decumbens, substitit primum, inde Vita functus est.

(16.) An. 1327. XII. Kal. Martii Opaviæ agens se Regis Bohemiæ Vasallum Ducatumque Tessinensem Regni ejusdem Feudum professus est, vid. Dipl. XXVIII. & XXVII. Specim. C. nostri D.

An. 1337. in die S. Stanislai Martyris in Urbe Coslensi Vladislao Duci Bythumensi & Coslensi facultatem Castrum Sevor cum ejus toto districtu redimendi concessit, vid. Dipl. XXIX. Specim. C. nostri D.

An. 1347. Kal. Sept. Pragæ Testis Diplomati subscrispsit, quo CAROLUS IV. Rom. Imp. & Bohemiæ Rex Reges Bohemiæ inungendi & coronandi potestaten a Moguntino in Pragensem Archi-Episcopum contulit, verba ab Initio hæc sunt:

„Vor unsrer Hoheit sind erschienen der Hochwürdigste Ertz-Bischoff zu Prage und „die hochwürdigen Bischofße zu Olmütz Breslaw und Leitomitse, so wohl die durchlauch- „tigen Joannes Hertzog in Kärnten und Graf in Tyrol unsrer liebster Bruder, Nicolaus „der Hertzogk von Troppaw und Ratiborz, Bolek der Hertzog von Oppeln, Wenees- „law der Herzogk in Schlesien, Bolek der Herzogk in Schlesien, CASIMIR DER „HERTZOG VON TESCHEN.,,

Produxit Diploma hoc in Supplemento Actorum publicorum ad Meleh. Goldasti ab Haemansfeld Commentar. de Regno Bohemiæ no. XXXIII. Celeberr. Sehminekius lingua latina; vernacula illud edidit Clariss. Dr. Lünigius I. antea e.

An. eum 1358. diem suum obiisse tradit Ill. Scholiaestes in Henelii Silesiograph. Renovat. Cap. VIII. p. 270.

(17.) Ab Oblivione noinen ejus vindicat Diplomatarii nostri Bohemo-Silesiaci Diploma LXXVIII. an. 1322. XI. Kal. Febr. apud Coslam a Duee Bithumiensi & Coslensi Vladislao editum, cuius hæc circa finem Verba sunt:

„Presentibus iis Germano Karissimo nostro DOMINO DUCE MEZCHCONE „CRUCIFERO, Domino Samborio Protho Judice nostro.,,

(18.) Thomas Ebendorferus ab Hafelbach Chron. Austriae. l. III. (p. 768. Tom. I. Script. Rer. Austr. R. P. D. Hieron. Pezii) „Recedente Ottone Duee Bavariae omnes in „campum Ræus apud Veterem Budam convenientes CAROLUM cum latitia coronave- „runt, qui & sociam thori suscepit MARIAM FILIAM KAZIMIRI DUCIS POLON.,,

Miehas Madius in Historia de Barbazanis, Spaletto, Gestis Rom. Imp. & sumini. Pontificum, Cap. XIII. De D. CAROLO REGE UNGARIAE.

„Tempore D. Joannis PP. Anno DOMINI MCCCXVIII. D. R. Carolus Ung. „MORTUA UXORE SUA FILIA DUCIS POLONIE, accepit sibi in Uxorem filiam Henrici Imp. Rom. & fororem Regis Boemiarum, quam fecit coronari in Alba Regali, quæ mortua est de Anno DOMINI MCCCXX. & accepit tertiam Uxorem filiam R. Poloniae.,,

(Definit Autor an. 1330. Extat in Joh. Lucii Dalmatini libris VI. de Regno Dalmatia & Croatia, Amstelod. 1666. fol.

Joh. de Throwz Chron. Hungar. Cap. XCI. „Anno DOMINI 1315. Domina MARIA, prima consors Domini Regis NATIONE POLONA FILIA DUCIS KAZIMIRI, tertio die post festum Beatae Luciae Virginis & Martyris in Temeswar „Vita Cursum feliciter terminavit, & in Alba Regali in Ecclesia Beatae Virginis terre gremio commendata est.,,

Eadem habet Mich. Ritius de Regibus Ungariæ lib. II. & Bonfinius Decad. II. lib. IX. „Plures Carolus Uxores duxit, imprimis MARIAM POLONA GENTE NATAM CASIMIRI DUCIS FILIAM, non minus pudicitia, quam pulchritudine præstantem, quæ ad Demes Oppidum postridie Divæ Luciae solennium Vita excescit.,,

Dlugossus lib. IX. ad an. 1306. „Hie etiam (Carolus nempe Robertus) pro sui status ampliori Robore MARIAM virginem speciosam, FILIAM CASIMIRI DUCIS TESCHINENSIS accepit in Uxorem.,,

Idem ad an. 1317. „Quindecima die mensis Decembris MARIA Consors CAROLI HUNGARIÆ REGIS, ET FILIA CASIMIRI POLONIÆ DUCIS THESZNENSIS ET BITOMIENSIS IN THEMESWAR moritur, & in Alba Regali sumptu Regio tumulatur. Cujus morte secuta CAROLUS Hungariæ Rex, Beatricem filiam Henriei Romanorum Imperatoris & germanam Johannis Bohemiæ Regis in secundum matrimonium superduxit. Quæ & ipsa vix uno anno vitam producens fatis intercepta apud Varadinum sepelitur.,,

(19.) Nomen ejus in Diplomate XIII. Specim. C. nostri D. occurrit, quo Prezlaus Mmm mmm mm Epis-

Episcopus Wratislavensis se Duces Silesiae & Civitatem Wratislavensem Regi Regnoque Bohemiae submisso testatur an. 1342. in octava S. Johannis Baptistae in domo habitationis Cruciferorum Ord. S. Joannis Hierosolymitani prope Wratislaviam, nomina Ducum sunt:

„Magnifici Principes Domini Boleslaus Bregensis: Bolko Falckenbergensis & „Bolko Opolensis: Wladislaus Kozlenensis: Casimirus Teschinensis: Nicolaus Oppaviaensis & Ratiboriensis: SEMOVITUS GLIVICENSES Duces, nostre Wratislav. „Dioeces. „

An vero idem, an aliis a Ziemovito Casimiri Dueis Tessinensis Filio sit, de quo ad no. 34. Tab. hujus Genealogicæ dixinus silentibus Tilecio & Henelio vix tutò afficerere possum.

(20.) An. 1316. VI. Id. Decembr. Wladislaus Locticus Hæres Regni Poloniae WLA-DISLAUM hunc KOZLENSEM ET BITHUMIENSEM Duceum, quem filium suum appellat Craeoviæ egregio Diplomate donabat, quod Diplomatarii nostri Bohemo-Sileiaci est LXXVII.

Hoc inter κειμήλια Historiæ Sileiacæ numerarem, si, dum de Patre Ducis WLA-DIZLAI in eo loquitur, Wladislaus Locticus nomen ejus addidisset, unde certo Argumento, quis ille fuerit, constaret: Si Conjecturæ Locus duæ imprimis Rationes illum CASIMIRI II. Ducis Tessinensis filium suisse monent.

(a) Eleasar Tilesius Boleonem Duceum Bithomiensem, quem Tab. hujus Genealog. n. 21. WLADISLAU hujus DUCIS KOZLENSIS ET BITHOMIENSIS Filium suisse Diplomatatum fide probamus, CASIMIRI II. Ducis Tessinensis Nepotem facit, in eo saltim erravit, quod Johannis Osswentimensis Ducis Scholastici Cracoviensis filium crediderit Diplomatibus, quæ ad aliam ipsum Sententiam commovere poterant, destitutus, quod si ergo Bolconeum Duceum Coslensem & Bithumiensem Tessinensium Principum familiae adscriperit, nos certe Wladislaum Patrem ejus ab ea haud sejungere possumus.

(b) Constat ex pluribus, quæ in Specimine C. nostri D. & Diplomatario Bohemo-Sileiaeo adduximus, Diplomatibus, mortuo absque prole mascula Bolcone Duce Coslensi & Bithumiensi an. 1355. Przemislaum Duceum Tessinensi cum Conrado I. Duce Olsnensti, qui Uxor & Sororum ejus, filiarum imo & sororum defuncti Bolconis nomine, quarum Jura eessa habuit, de successione in Terris Coslensi & Bithumiensi Lites coram Judicio a CAROLO IV. Rom. Imp. & Boh. Rege ad id delegato exercuisse, unde Przemislaum Dueum Tessinensem proximum defuncti Bolconis Agnatum sive Consobrinum suisse merito colligimus.

An. 1322. XI. Kal. Febr. apud Koslam „WLADISLAUS PRINCEPS BITHUMIENSIS & KOSLENSIS fideli Viro Hermanno & fratribus suis bona quædam Theschnovii uncupata in feudum dedit: „vid. Diplomatarii nostri Bohemo-Sileiaci Dipl. LXXVIII.

An. 1327. XI. Kal. Martii ipse Coslensem Terram a Rege Bohemiæ Johanne feudi nomine suscepit Opaviae: vid. Speciminis C. nostri D. Dipl. CX.

Quam vero Leskonem Duceum Ratiboriensem pignoris inde nomine habuisse, Dipl. CXII. l. e. probat.

An. 1331. Pragæ Testis in die B. Lucia aderat, cum Duees Lygio Bregenses terras suas Johanni Bohemiæ Regi offerrent: vid. Dipl. CXXV. Spec. C. nostri D. in quo „WLADISLAUS BITHUMIENSIS DUX“, audit.

An. 1335. in festo B. Bartholomæi Apostoli Procuratores Casimiri Regis Polon. cum omnes Silesiae Duees a nexus Regni Poloniae liberos pronunciarent, WLADISLAUM quoque appellant COZLENSEM ET BITHUMIENSEM PRINCIPEM: vid. Specim. C. nostri D. Dipl. I.

An. 1339. cum Casimirus Pol. Rex Transactionem istam Trencinensem in octava purificationis B. M. V. Cracoviæ ratam haberet, inter Silesiae Duees ea Tempestate viventes, resert quoque „WLADISLAUM KOZLENSEM ET BITHUMIENSEM „PRINCIPEM: „vid. Dipl. II. in Specim. C. nostri D.

An. 1342. eorum Episcopo Wratislavensi Preczla se Regis Regnique Bohemiæ Vasallum in octava S. Johannis Baptista Wratislavia professus est: vid. Dipl. XIII. Spec. C. nostri D.

An. 1347. VI. Non. Martii cum Jaroslao de Sternberg pactum iniit, quo hujus filia MARGARETHA Bolconi Filio VVLADISLAI despontata: vid. Dipl. CXIII. Spec. C. nostri D.

Hæc ex Diplomatibus colligere licuit, Scriptorum de eo Testimonia supersunt nulla, nec quam Conjugem habuerit, quove Anno defunctus sit compertum est, cum ipsum plane in Tabulis suis Genealogicis Dueum Tessinensium omiserint Tileius & Henelius.

(21.) . . Ab Oblivione & ab Interitu primogenitum hunc VVladislai Filium vindicat Dipl. XXIX. Spec. C. nostri D. quo Casimirus III. Dux Tessinensis an. 1337. in die S. Stanislai Martyris Coslæ VVladislao castrum & territorium Severiense reliuendi facultatem concedit. Verba ejus hoc spectant sequentia :

„dilectis nostris VVladislao fratri nostro Duci Bythumiensi & Kozleni FILIO que „,EIUS KAZIMIRO PRIMOGENITO nec non & aliis pueris ejus. „

An. 1340. adhuc suisse superstitem, ipsius Diploma testatur, h. a. in crastino Cathedræ S. Petri in Bythom editum, quo Dominium suum seu Jus Ducale in Villa Mechnitz nobili Viro Straloni antiquo de Otlmud pro XX. Marc. polonical. summa obligavit: vid. Diplomatarii nostri Bohemo-Siles. Dipl. LXXX.

(22.) Hanc sicuti omnes Wladislai Ducis Bithumiensis & Coslensis posteros, qui cum Euphenia Boleonis III. Ducis Monsterbergensis Conjuge desinunt, ignota hactenus Nox oppressit, nos eam ex Dipl. CXV. Specim. C. nostri D. quod ipsa an. 1358. in crastino B. Martyris Laurentii in Bithom edidit, & Advoeatiam provincialem Bitomiensem in Conradum I. Duce Olsensem transfert, vindicamus. Dubium tamen cui nupta fuerit renianet, verum cum Margaretham de Sternberg relictam Ducis Coslensis suisse Uxorem ad no. 28. sequ. probabimus, ipsa etiam LUCKARDIS in Dipl. citato de Conrado I. Duce Olsensi loquens, qui Euphemiam Wladislai Ducis Coslensis Filiam, affirmante id Diplomatum fide ad no. sequ. 24. duxit, eum non generum sed „fratrem Karissimum „, appelle, indeque Euphemiam illius non matrem nec Wladislai Conjugem suisse elucefacat, Cazimiri primogeniti Wladislai Viduam colliginus, nisi forte alius adhuc Wladislao Filius præter Kazimirum & Boleonem fuerit, quod fere Verba Casimiri III. Ducis ad no. anteced. 21. ex Diplomate allata innuunt, nobis nondum ex Monumentis fide dignis cognitus.

(23.) Habet BOLCONEM hunc DUCEM BITOMIENSEM ET KOZLENSEM Tileii & Henelii Tabula Ducum Tessinensium Genealogica, sed utraque Johannis cuiusdam Osswentimensis filium, quam tamen sententiam iufringit Dipl. CXIII. Spec. C. nostri D. quo an. 1347. VI. Non. Martii Jaroslau de Sternberk in Urbe Coslensi testatur, se

„cum ILLUSTRI PRINCIPE DOMINO VVLADISLAO DUCE BITHUMENSI ET KOZLENSI amicabilem iniisse & contraxisse unionem tali ratione, „quod FILIUM SUUM ILLUSTREM PRINCIPEM DOMINUM BOLCONEM „ex speciali Amicitia FILIE SUE MARGARETHE IN VIRUM LEGITIMUM „copulaverit. „

En cum Wladislai Ducis Coslensis & Bithumiensis, non Johannis Osswentimensis Filium.

An. 1352. in die nativitatis S. Mariae in Urbe Coslensi constitutus Petrisio in Weeschiez dominium Ducatus Coslensis tam diu tenendum concessit, donec ipsi de aliis bonis provideret: vid. Dipl. LXXXIII. Diplomatarii nostri Bohemo-Siles.

Anno 1355. obiit, non *āπαις* uti Henelius & Tileius perhibent, sed filias tres relinquent. Lites vero de successione in ejus Terras inter Przemislaum Tessinensem & Conradum I. Olsensem Duce exortas curatius Dissertar. I. §. 7. & 8. explicavimus.

(24.) Vide Tab. Genealog anteced. II. no. 3.

(25.26.) Diploma CXVII. Spec. C. nostri D. an. 1355. in die B. Mathæi Apostoli & Evangelistæ in Monasterio Trebnicensi editum, ita incipit :

„AGNES DEI pacientia Abbatis Sanctimonialium Monasterii Trebnicensis „Wratislav. Dyoceſ. & KATHARINA SOROR GERMANA IPSIUS Sanctimo- „  
M m m m m m 2 „nialis

„nialis professa ejusdem Monasterii Trebnicensis FILIE ET HEREDES DIVE ME-  
„MORIE DOMINI VVLADIZLAI OLIM DUCIS ET DOMINI KOZLENSIS.“

Tutorem Curatorem & Mandatarium sibi SORORIUM SUUM CONRA-  
DUM I. Duecm Olshensem esse eodem Diplomate profitentur. Clariss. Dn. Sinapius  
P. II. Olsnograph. p. 629. seqq. Seriem Abbatissarum Trebnicensium exhibens AGNE-  
TEN IX. in ordine & an. 1362. denatam, sed filiam filia Henrici Pii fuisse tradit, idem  
KATHARINAM hanc Ducissam Coslensem XI. in Ord. Abbatissam & an. 1383. vita  
functam l. c. affirmat.

(27.) Testatur de ea Dipl. CXVIII. Specim. C. nostri D. quo an. 1358. in octava B.  
Joannis Baptista

„Advocatus Consules jurati nec non Universitas Civitatis Bythumienis in Civitate  
Bythumensi presencialiter constitutam SERENISSIMAM PRINCIPEM DOMI-  
NAM BEATRICEM MAGNIFICI PRINCIPIS DOMINI WLADIZLAI CLA-  
RE MEMORIE DUCIS COZLENSIS FILIAM partem Civitatis Bythumienis eam  
quoquomodo contingentem Conrado Duci Olshensi & suis heredibus,“

legitime vendidisse profitentur. Bertholdi Burggravii Magdeburgici Comitis Hardec-  
cii Conjugem, sed an. 1374. iam defunctam fuisse Dipl. LXXII. Diplomatarii nostri Bo-  
hemo-Silesiaci affirmat. Verba sunt:

„Wir Graf Bertholt Purggraf zu Maidburg und Graf zu Hardeke - - - umb  
dy dreytawsent Mark Silbers Polnisches Gewichts - - - die Uns der Hoch-  
gebohrne Fürst UNSER LIEBER SCHVVAGER HERZOG CONRAD SEE-  
LIGER VON DER OELSE mit beraitem Gelt bezahlet und gegeben hat zu UN-  
SER ELICHEN VVIRTIN VROVN BEATICA SEGELIGER HERC-  
ZOG FLOTIGES (i. e. Wladislai) TOCHTER VON DER PEUTUM zu rech-  
ter Haymsteuer.“

Adde l. c. Dipl. LXXIII. & LXXIV.

(28.) Vid. Dipl. CXIII. Spec. C. nostri D. quo Pater ejus Jaroslau de Sternbergk  
an. 1347. Non. Martii in Urbe Coslensi se filiam suam MARGARETHAM DOMINO  
BOLCONI VVLADISLAI DUCIS BYTHUMIENSIS ET KOSLENSIS Filio  
uxorem dedisse confitetur.

Marito ipsam fuisse superstitem sequens Dipl. CXIV. asserit, quo idem Jaroslau  
à Sternberg an. 1358. die Dominica, qua cantatur, Oculi: in Mugilicz cum Duce Olshen-  
si Conrado convenit, ut

„MARGARETHAM FILIAM SUAM RELICTAM OLIM ILLISTRIS  
PRINCIPIS DOMINI BOLCONIS DUCIS COSLENSIS FELICIS MEMORIE  
in villa Seckravv allodioque Banckovv ad unum annum per se vel per suos non impe-  
dire promiserit.“

(29.) Vid. Tab. præced. Genealog. IV. no. 23.

(30. 31.) Tres BOLCONI Duci Koslensi liberos fuisse Dipl. XXX. Specim. C.  
nostri D. indicat, quo in Urbe Glocensi an. 1357. Przemislaus Dux Tessinensis de suc-  
cessione in terras defuncti Bolconis cum Conrado I. Duce Olshensi agens se & hæredes  
suos in alteram hæreditatis istius partem immittendos esse ait

„von der DRIER KINDER weyn (i. e. wegen) DES SEELIGEN HER-  
ZOGS POLCKEN.“

Has vero foeminas fuisse lis arguit de successione Bolconis orta, qua earere poterat  
Ducatus Coslensis, si masculini sexus hæres quidam extitisset. Ex his itaque filiabus Du-  
cis Bolconis EUPHEMIAM Bolconi III. Duci Monterbergensi nuptam fuisse egregio  
Diplomate Caroli IV. Rom. Imp. & Bohem. Regis ad Tab. Genealog. IV. no.  
23. affirmavimus, nunc quæ reliquæ duæ fuerint anquirendum. Tilefius cui,  
quanquam Ducibus Tessinensis a secretis fuerit, Diplomata tamen ad expli-  
candam curiosius eorum gentem defuisse videntur in Tabula, quam exhibuit Ducum  
Tessinensis, Genealogica Bolconem Ducem Coslensem absque liberis obiisse, forores  
tamen duas habuisse tradit, ELISABETHEN & BOLCKAM. Henelius in Adver-  
sar. Hist. Siles. MStis, dum eandem Tabulam sicut hæc subjungit, quæ Tilefius ad an-

1363. habet, CAROLUM neinpe IV. ex Polonia reducem Tessinum appulisse & Sororibus Bolconis Ducis Bitomiensis ELISABETHÆ & POLCKÆ annos pubertatis addidisse, ut Terram Bitomiensem in Przemislaum Ducem Tessinensem agnatum transferre potuissent, quæ & Pohlius iisdem Verbis in Annal. Wratislav. MStis ad an. 1363. refert. Nos inde conjecturæ locum dedimus, non sorores has sed filias fuisse Bolconis an. 1363. adhuc minores, cum Diplomatibus hoc loco destituti Tileius, Henelius & Pohlius Boconeum absque liberis obiisse falso crediderint. Accedit Index Abbatissarum Monasterii Trebnicenlis, qui BOLCKAM Ducissam Koslensem ordine XIII. Abbatissam an. demum 1420. 20. Maji denatam tradit, ( in Clariss. Dn. Sinapii Olsnographia P. II. p. 631.) quæ Ætas eo usque prælata omnino Bolconis Ducis Coslensis Filiam, Euphemiam Conjugis Boconeum III. Ducis Monsterbergensis circa an. 1410. defunctæ Sororem, arguere videtur. Vid. BOLCKÆ ipsius Diploma, quod est CXX. Diplomatarii nostri Bohemo-Silesiaci.

(32.) An. 1357. Glocii cum Conrado I. Duce Olsnensi de Successione in Terras defuncti Boconeum Ducis Coslensis & Bithuniensis primum convenit. Vid. Dipl. XXX. in Specim. C. nostri D.

a. e. cum IV. Id. Apr. Carolus IV. Rom. Imp. & Bohem. Rex Pragæ Cartusia Maurbacensis secundo ab Urbe Vindobonenso milliari sito Privilegia & Immunitates suo Diplomate sub aurea Bulla confirmaret, Testis aderat. Vid. Leopoldi Brenneri Historia Cartusia Maurbacensis Tom. II. Script. Rer. Austr. apud. R. D. P. Hieronymum Pez p. 356.

An. 1358. Kal. Januarii CAROLUS IV. Rom. Imp. & Boh. Rex Wratislavia agens. Judicium delegatum constituit ad componenda, quæ inter PRZEMISLAUM hunc & Conradum I. Olsnensem Ducem erant dissidia. Vid. Dipl. XXXI. Spec. C. nostri D.

An. 1355. VI. Kal. Sept. Pragæ Fœderi Testis subscriptis, quod Carolus IV. Rom. Imp. & Boh. Rex cum Rege Franciæ Johanne iniit, Diplomatis in fine verba sunt:

„Testes hujus sunt, Venerabiles Ernestus Pragensis Archi-Episcopus, Johannes Olomucensis, Johannes Luthomiensis. Theodericus Mindensis, Ecclesiarum Episcopi, nec non Illustres BOLKO Swinicensis, Conradus Olsnensis, Bolko Falckenbergensis, Bolko Opoliensis & PRZIMSEL TESSINENSIS Duces, Principes Regni nostri Boemie. „

Vid. Tom. V. Ludewig. p. 451. seqq.

An. 1357. II. Id. Nov. Pragæ adhuc commorabatur & Testis aderat cum Ernestus Archi-Episcopus Pragensis factam a Theoderico Mindensi Episcopo Cœnobii Schalitzensis foundationem confirmaret. Vid. Diplomatarii nostri Bohemo-Silesiaci Dipl. LX.

An. 1358. IV. Id. Januarii ibidem Diplomati Testis subscriptis, quo Carolus IV. Rom. Imp. & Boh. Rex Fundationem ejusdem Monasterii in Dicæc. Pragensi confirmabat, quod Diplomatarii nostri Bohemo-Silesiaci est LVI.

e. a. Id. Decembr. Wratislavia Diplomati Testis subscriptis, quo CAROLUS IV. Rom. Imp. & Boh. Rex Terram Grotoviensem, quam Episcopus Wratislaviensis Preczlaus a Boleslao Duce Bregensi emerat Ecclesiæ Wratislaviensi in perpetuum addidit. Vid. Dipl. X. Spec. C. nostri D.

An. 1359. VII. Id. Januarii, cum Carolus IV. Imp. & Boh. Rex factam a Rege Bohemiæ Wenceslao Olomucii X. Kal. Septembris an. 1289. Cœnobio Grisoviensi Oppidi Schönenberg in Provincia Regni Bohemiæ Gretensi Donationem Wratislavia confirmaret, Testem adfuisse PRZEMISLAUM Dipl. VII. Diplomatarii Grisov. ( quod Tom. VI. Ludewig. extat) probat, cūjus hæc in fine Verba :

„Testes hujus rei sunt venerabiles Ernestus S. Pragensis Ecclesie Archi-Episcopus: „Joannes Olomueens. Albertus Swerinensis & Theodorus Mindensis Ecclesiarum Episcopi: Illustres Conradus Olsnitenis Wenceslaus & Ludowicus Lignicensis: Bolko Falckenbergensis Bolko Opulensis & PRZEMISLAUS TESCHINENSES Duces „spectabiles. „

An. 1360. Testis aderat cum Carolus IV. Rom. Imp. & Boh. Rex S. R. I. Electorum Consensu loca quædam Bohemiæ cum aliis S. R. I. permutaret. Diploma Norimbergæ editum est & Testes citantur:

„PRZEMISLAUS TESSINENSIS & Joannes Oppaviæ Duces spectabiles. „ Vid. Dn. Lünigius in des deutschen Reichs-Archivs Part. Spec. Contin. I. Appendice I. p. 51.

An. 1364. In d. II. VI. Id. Febr. Brunnae Diplomati subscriptis Testis, quo Carolus IV. Rom. Imp. & Boh. Rex translatum a Margaretha Ludovici Brandenburgensis Marchionis

Nan nnn nn

nis Vidua in Archiduces Austriae fratres ipsius Comitatum Tyrolensem adprobaret, Ejus circa finem Verba haec sunt:

„Testes hujus rei sunt Illustris Rudolphus Dux Saxonie S.R.I. Archimareschalchus „Princeps Elector, Venerabilis Ernestus Sancte Pragensis Ecclesie Archi-Episcopus, Jo- „annes Olmucensis, Theodericus VVormatiensis, Petrus Curiensis, Petrus Florentiensis, „Guido Aquensis, Jacobus Veltrensis, Albertus Suerinensis, & Joannes Gurcensis Ecclesi- „arum Episcopi, Illustres Balthasar Brunswicensis, Bolcko Svidnicensis, Bolcko Opolien- „sis, PRZEMISLAUS TESSINENSIS, Henricus Lignicensis, & Casimirus Stetinensis „Duees.“

Vid. R. P. Steyrerii Commentar. pro Historia Alberti II. Duci Austriae, Cognomento Sapientis, p. 381.

An. 1373. Kal. Januarii Ludovicus Bregensis & Bolcko Monasterbergensis Dux sese Arbitros inter PRZEMISLAUM TESSINENSEM, & Conradum II. Olsnensem Ducem egisse Dipl. CXXIV. Diplomatarii nostri Bohemo-Siles. testatur.

e. a. IV. Kal. Februarii cum CAROLUS IV. Rom. Imp. & Boh. Rex Mülbergae egre- gium Monasterio Dobirlucensi daret, (quod Tom. I. Ludewig. est CCLXX.) Testis adest PRZEMISLAUS noster) Verba sunt:

„Testis hujus rei sunt, Illustris Wenceslaus Saxonie & Lüneburg Dux, S.R.I. Archi- marecallus, Venerabiles Johannes Pragensis Archi-Episcopus, Apostolice sedis legatus, „Lampertus Argentinensis Episcopus, Illustres Henricus Bregensis & PRZEMKO TE- SCHINENSIS Duces.“

An. 1376. die Lunæ post Oculi iussu CAROLI IV. Rom. Imp. & Boh. Regis Hertwi- gium seniorem cognomine Kuchlerum publice proscriptit. Extat publicatio proscripti- onis Tom. IV. Ludewig. p. 302. seqq. cuius hoc Initium:

„Wir PRZEMISLAW Herzog von Teschen, des Römischen Kaisers CARLS und „Kunigs zu Behem Hoferichter, entbieten allen Fürsten Geistlichen und Weltlichen „allen Grafen Freyen Dienst-Leuten Rittern und Knechten allen Städten des Reichs und „andern Städten Schultheissen Ambtleuten Herrn von der Stett unsern Gruss und alls gutt „und thun auch allen kund.“

In fine vero haec Verba leguntur:

„Des zu Uhrkund geben Wir ihm mit Urtheil diesen Brief besiegt mit dem Hoff- „Gerichts anhangenden Innseigel, am Montage nach dem Sonntage Oculi in der Fasten „nach CHRISTUS Geburth dreyczehn hundert Jahr und im sechsten und siebenzig- „sten Jahr.“

An. 1381. a Wenceslao Romanorum & Bohemiae Rege ad Richardum II. Angliae Re- gemit mittebatur Legatus ad Fœdus inter utrumque pangendum & VVenceslai sororem Annam Richardo elocandam. Extant Fœderis Tabulæ (imo Mandatum S. Procuratori- um a Rege VVenceslao Duci PRZEMISLAO in Nuremberg a. e. Kal. Febr. datum, quo eum „illustris Principis & sororii earissimi“ Titulo maectet,

Apud Clarii. Dn. Lünigium in des deutschen Reichs-Archivs Partis Spec. Contin. I. p. 561. & seqq.

An. 1383. d. 25. Febr. die Sabbathi post Reminiscere Pars altera Civitatis Glogovien- sis ipse, Fratri & filiis ejus duobus Homagium præstítit, quod vid. in Diplomat. nostro Bohemo-Siles. no. CXCIII.

An. 1402. Vratislaviae die Lunæ ante S. Mar. Magdal. Fœderi subscrípsit, quod inter se Silesiarum Principes pro pace publica conservanda inibant. Vid. Diplomat. nostri Bo- hemo-Siles. Dipl. CXXVII.

Dlugoffus lib. XI. pr. haec de Obitu ejus ad an. 1410. „Trigesima (lege Vigesi- „ma) tertia die mensis Maji PRZEMISLAUS Senior DUX THESCHNENSIS, qui quo- „niā propter podagrīam Infirmitatē annis trīginta illū vexantē bajulabatur affi- „due in sella cognomē Noschach fortitus fuerat, post multas defatigationes, quas pertu- „lit, ut Cruciferos ad pacem cum VVladislao Rege reduceret, ex Prussia reversus apud „Theschin moritur & in monasterio fratrū Prædicatorum in Theschin Sepelitur Vir pru- „dens industrius & sensatus. Qui ex CATHARINA FILIA DUCIS LEGNICENSIS BO- „LES LAI DUOBUS FILIIS BOLESLAO & PRZEMISLAO suscepit Principatus suos „fuerat partitus. Nam BOLESLAO NATU MAJORI contulerat Theschin Glogovi- „am majorem Goram Sziewior & medietatem Bithom; NATU VERO MINORI PRZE- „MIS-

„MISLAO a Chrzan Bohemo occiso Osswiaczim Strzelini Thosczek Zator Kothi & „Zwiecz.“

Hoc addi meretur in Diplomate illo an. 1402. VVratislaviæ edito, quod Diplomaticar. nostri Bohemo-Siles. est CXXVII: hæc extare Verba: „PRZEMISLAVV ZU TESHEN „MIT SEINEN SOEHNEN,“ Unde cum filium ejus Przemislaus jam an. 1400. Calend. Januarii occisum fuisse Dlugossus testetur, cujus verba ad no. sequ. 37. recitamus, appetet inde plures duobus filios fuisse PRZEMISLAO, quorum tamen nomina nos latent in tantâ Scriptorum de Rebus super. Silesiæ Penuria.

(34.) Annales veteres Zittavienses MSti, (ad quos Nobiliss. Dn. Joh. Bened. Carpzovius in Analectis Fastorum Zittaviensium P. III. C. 1. p. 14. provocat) „Pictantia in „Zittavia est instituta a SEMOVITO DUCE IN TESCHIN PRIORE ORDINIS & ad „hanc enta est Domus quædam circa Valvam Domus Cruciferorum Gedlero Com- „mendatore in Zittavia in die Epiphanie An. 1373.

Fratrem Ducis Tessinensis Przemislai Homagium afferit, quod Urbis & Terræ Glogoviensis pars ipfis an. 1383. d. 25. Febr. præstít & in Diplomaticar. nostro Bohemo-Siles. no. CXCIII. occurrit:

„Semovitus DEI gracia Dux Teschinens. Prior Boëmie Ord. sc. Johannis Hospitalis „Jerusalem, quod Michaël de VVotha pro octo marcis Campum Nywa Boreck di- „ctum a fratre Martholdo Commendatore in Straconitz emisset ratum habet. In Mene- „ten an. 1382. in die Brigide Virginis. „ (Ex authentico)

ZEMOVIT von GOTIS Gnaden Herzog zu Teschen, und Meyster S. Johannis Ordens von Jerusalem zu Böhaimb, Meeren, Polen, Ostrich &c. giebt Erlaubniß dem lieben in GOTT Brudir Niclos Stengel Compt zu Brieg und dem gantzen Convent daßelbst abzulösen achzehn Marck jährlichen Zinses zu einem VViderkauffe vor achtzig und hundert Marg Prag. Groschen Pohlñischer Zahl, die er versetzt hatte sechs den Domb-Herrnen und dem Capitel zu Breslaw, und die andern zwölff Marg deni irbarn Herrn Johannes Ozkin und Anne Ozkin und ihren nechsten Freunden zu Brieg. An. 1390. am nechsten Sonntage nach S. Michels des lieben Erz-Engels. (Ex authentico)

(35.) Vid. Tab. Genealog. V. no. 5.

(36.) Vid. Tab. Genealog. V. no. 19. & Tab. II. Genealog. no. 6.

(37.) Dlugossus lib. X. ad an. 1401. „Prima die Januarii PRZEMISLAUS OSS- „VVYECZIMENSIS DUX junior filius Przemislai senioris vocati Noszak filii Ducis Tesch- „nenensis, dum vehiculo vectus ex Gliwicze in Thèczin procederet, sub ordinatione Joannis „Rathiboriensis Dueis per Martinum Bohemum dictum Chrzan & suos complices occi- „sus est & in Theschin apud Monasterium fratrum Prædicatorum sepultus. Tantus au- „tem Przemisla seniori Duci Theschnensi Sanguinis filialis injuste effusi fuit ulciscendi „ardor, ut apud Bohemos & Moravos & signanter apud Baronem Moraviae de castro Zani- „pach, in quorum obsequiis morabatur, presatum Martinum Chrzan mille sexingentis „millibus latorum grossorum, Pragensium sexagenis coëmeret, & per terrigenas Thesch- „nenenses & Osswiecimenses numerum sexingentorum Equorum explentes in Theschin „deductum se, & magna populi multitudine inspectante, in Equo æneo vivos Carbones „intus habente per singulos vicos plateas & circum Theschin vectum, tribus carnifici- „bus igneis forcipibus corpus ejus per pecias frangentibus & ad extremum Viscera ejus „effundentibus, vario & raro mortis genere excarnificaret. Reliquit idem PRZEMISLA- „US junior UNICUM FILIUM CASIMIRUM. Simili damnationis genere complices „præfati Chrzan videlicet Petrus VVatrobka Joannes Trzeczen & alii quatuor oc- „cisi sunt.“

Tilesius ergo in Tab. Genealog. Dueum Tessinensis, non de Filio sed Patre PRZEMISLAO affirmare debuit, quodeum WENCESLAUS REX an. 1494. Stinaviensi & Guraviensi Terra, sub feudi titulo donaverit.

(38.) ROLESLAUM hunc juniores Przemislai Dueum Filium fuisse Diplomate probat Barth. Pabroczkius in Originibus Familiarum Bohemicæ Illustrum p. 201. quo Anno 1394. Nobili Domino Mixoni dicto Kolowrat de Mischy curiam curiam sive Domum suam donavit hereditarie possidendam, sitam in minori Civitate Pragensi sub castro, cum omni Jure quo, ipse usus est & heredibus ejus.

Eum an. 1424. Mensē Februariō Cracoviā Coronationi Reginā Sophiā Conjugis Wladislai V. Pol. Regis interfūsse Dlugossus lib. XI. testatur. „Aderant coronatiō p̄fatae varii Principes videlicet Ludovicus Bavariā Dux frater germanus Reginā Franciā. Item Semovitus, Wladislaus, Casimirus, Troydenus germani „Masoviā Duces, item Bernardus Opoliensis, BOLESLAUS TESCHNENSIS, Januarius Rathiboriensis, Casimirus Osswiaczimensis, Wenceslaus Opavensis, Conradus, „Niger & Conradus albus Coslenensis, Wenceslaus Saganiensis Duces, item Lithuaniae & Russiæ Principes pluriimi..”

Eadem testantur Mart. Cromerus lib. XIX. Math. de Michovia Lib. IV. cap. 46. Itē Dlugossus lib. XI. ad an. 1426. „Sextadiē mensis Maji BOLESLAUS THESCHENENSIS DUX FILIUS PRZEMISLAI SENIORIS in Theschin diem obiit in sepulchris fratrum suorum apud monasterium Theschnense fratrum Prædicatorum tumulatus relinquens quatuor filios raræ pulcritudinis & formæ Viros videlicet WENCESLAUM, WLADISLAUM, PRZEMISLAUM & DOBESLAUM, ex quibus duo videlicet WENCESLAUS & WLADISLAUS sine prole obierunt, & unam filiam ALEXANDRAM Ladislao de Gola Palatino Hungariae despontatam, quos ex secunda Uxore muliere suæ ætatis pulcherrima OFFKA FILIA SEMOVITI DUCIS MASOVIAE & nepte germana ex sorore Wladislai Poloniæ Regis suscepserat. Nam prima Uxor MARGARETHA FILIA JANUSSII RATHIBORIENSIS DUCIS, quam Patre nec quicquam prohibente duxerat, fuerat infœcunda.”

(39.) vid. Tab. Genealog. V. no. 28.

(40.) Ludovici I. Ducis Bregensis Filiam Ducissam Osswicensem fuisse coævo Testimonio affirmat Autor Chron. Principum Poloniæ cum eorum gestis hoc Volum. edit. Eadem habet Dlugossus ad an. 1369. Mariti vero nomen haud memoriae prodidit. Nos, cum Przemislauni juniores Ducem Osswentimensem fuisse ex Dlugosfi l. X. ad an. 1401. constet, (quem locum ad no. 37. præcedentem recitavimus) filiumque ejus Casimirum Annam Ducissam Zaganensem Henrici Passeris Filiam duxisse idem Autor l. XI. ad. an. 1433. affirmet, (vid. no. sequ. 42.) merito eam Przemislaao junximus.

(41.) An. 1423. die Martis ante festum Pentecostes Bregæ aderat Casimirus Dux Osswicensis & Strahlenfis cum Ludovicus II. Dux Lygio-Bregensis Judæum quendam Salomonem Privilegio donaret, cuius excerpta vid. apud Thebesium de Vitis & Gestis Ducum Lygio-Bregensium P. I. Cap. XLVII. §. 5.

An. 1424. Mensē Februariō Cracoviā egit, cum Wladislaus V. Pol. Rex solemnia coronationis Sophiae Conjugis adornaret, testantur id Dlugossus lib. XI. (quem locum ad no. 38. anteced. recitavimus) iisdemque fere Verbis Mart. Cromerus lib. XIX. & Math. de Michovia lib. IV. Cap. XLVI.

An. 1427. die Jovis ante S. Margerethæ Lignicæ Ludovico II. Duci Lygio-Bregensi Terram Strehensem vendidit, vide Diploma apud Thebesium l. c. P. I. Cap. XLVIII. §. 2. cuius hæc Verba huc spectant:

„Wir Ludwig von GOTTS Gnaden Herzog in Schlesien zum Briēge und zu Liegnicz bekennen - - - - daß unsre lieben getrewen Bürgermeister Rathinanne Eldsten geschworne und die gantze Gemeine unsrer Stadt Liegnitz uns vornemlich unsres Kauwes des Landes und Stadt Strelyn mit tausend Marck Groschen an gereytem gutten Gelde ganz wohl zu dancke zu Hülffe und Steuer kommen sind, die sie vor uns dem Hochgebohrnen Fürsten HERTZOG KAZIMIRO VON AUSVVITZIN und seinen Rehten zum Briēge am nächsten Sonnabend vor S. Walpurgis nach Datum dis Brives gancz güttlich entricht und bezahlet haben &c.,”

Diem suum obiit eodem Dlugosso lib. XI. Teste an. 1433. d. 7. Aprilis. „Septima Aprilis CASIMIRUS OSSVVICZIMENSIS DUX FILIUS PRZEMISLAI Junioris a Bohemo Chrzan occisi in castro suo Osswiaczim diem obiit in monasterioque fratrum Prædicatorum in Osswiaczim sepultus est, tres filios relinquens, VVENCESLAUM, PRZEMISLAUM & JANUSSIUM ex ANNA FILIA RUPFRTI (f. Henrici) DICTI SPERLINGK ZAGANENSIS DUCIS suscepserat. Inter quos divisione celebrata cessit PRZEMISLAO Zathor, VVENCESLAO Toschock, &

(42.) „JANUSSIO Osswiaczim. Strzelno enim Casimirus præfatus Dux CASIMIRUS vi-

„vens

- (45.) „vens Boleslaō Opolensi. Duci (Ludovico II. Duci Lygio - Bregensi quod Diplomaticis  
 (46.) „fide diximus) vēndiderat. Primogenitus autem ejus WENCESLAUS amore  
 „MARGARETHÆ filia Urbani Kopczowsky dicti Swirczina (terrigena hic de Severi-  
 „ensi Ducatu erat nobilis de Domino Nowyna) captus quatuor filios ex ea genuit, videlicet  
 (48.49.50.) „CASIMIRUM, WENCESLAUM, JANNUSSUM & WLADISLAUM, ac  
 (51.52.53.) „tres filias ZOPHIAM CATHARINAM & AGNETHAM. Duabus autem peste epi-  
 (54. 55.) „miz absumptis sola AGNES relicta est superstes.“

(47.) vide quæ ad no. 14. diximus.

(43.) Duceim hunc Johannem Osswentimensem Wratislaviæ Anno 1402. die Lungæ ante S. Mar. Magdalena foederi subscriptissime, quo Silesia Principes Patriam contra hostium quoruvis Insultus defendere conabantur, Diploma CXXVII. Diplomatarii nostri Bohemo - Silesiaci testatur, quippe inter alios Duces & præsens aderat: „HANS CZU USVVI-  
 „CZIN, jan⁹ quis ille fuerit anquirendum? Casimiri Osswentimensis Ducis, qui an. 1433. 7.  
 April. die obiit, filium natu tertium fuisse infringit Synchronismus, quippe ea Tempesta-  
 te is vix natus vel tenerrimæ adhuc ætatis erat. Przemislai ergo Kal. Jan. an. 1401. occisi  
 filium fuisse colligimus, cum is teste Dlugosso ad no. 37. Tab. hujus Conditor Lineæ Osswenti-  
 mensis fuerit, quo defuncto non alii Duces Osswentienses quam filii ejus superesse pote-  
 rant. Accedit Argumento utili quod idem Diploma in pr. Przemislai Ducis Tessinensis  
 & filiorum nomina ferat, itaque hos ab Osswentiensi Duce distinguat.

(44.) Dlugosso quod de eo Testimonium lib. XI. ad an. 1433. perhibet ad no. anteced.  
 41. recitavimus.

An. 1435. cum Wratislaviæ die Mercurii post S. Mathæi universæ Silesia Principes de Pace Patriæ publica conservanda cogitarent, ipsum quoque adfuisse hisce Verbis Dipl. CXL. Diplomatarii nostri Bohemo - Silesiaci testatur:

„VVENCZLAVV UND SEINE BRUDER VON AUSCHVVITZ FURSTEN  
 „IN SCHLESIEN..”

Quo anno diem suum obierit haud constat.

(45.) An. 1447. Sabbatho die proximo ante Dominicam Carnisprivii Cracoviæ cum Rege Regnoque Poloniae pacem iniit.

vid. Dipl. CXXXI. Diplomat. nostri Bohem. Siles.

An. 1450. Ducatum Severiensem a Sbigneo Episcopo Cracoviensi frustra recipere conatus fuisse Dlugosso. habet lib. XIII. ad an. hunc, adde quæ Tileius ad an. 1443.

An. 1479. Olomucii die Jovis ante Ascension. Maria cum aliis superioris Silesia Ducibus Mathiæ Corvino Bohemiae Hungariaque Regis submisit.

vid. Dipl. CLXXVI. Diplomat. nostri Bohemo - Siles.

Diem suum obiit an. 1484. quod affirmat Tabula vetus Monasterii ad S. Claram Wratislav. Tab. huic Genealog. a nobis addita.

(46.) An. 1447. cum fratre PRZEMKONE Cracoviæ egit Pacemque cum Rege Regnoque Poloniae iniit, quod Dipl. CXXXI. Diplomat. nostri Bohemo - Siles. testatur.

An. 1479. Olomucii die Jovis ante Ascensionis Mariæ se Mathiæ Corvini Bohemiae Ungaritæque Regis Vasallum professus est, Titulo usus. „HANS ZU AUSCHVVITZ  
 „UND GLEIBUTZ..”

vid. Dipl. CLXXVI. Diplomat. nostri Bohemo - Silesiaci.

An. 1457. ipsum Ducatum Osswendensem Pol. Regi Casimiro IV. vendidisse Diplomata XXXIV. & XXXV. Spec. nostri C. Silesia D. probant, *an vero Bohemie Rex Feudi Dominus consenserit haud inde cognoscimus*, imo turbata erat ea Tempestate Bohemia Morte præmatura Ladislai Regis & adversis inde Georgii Regis Fatis.

Dlugosso lib. XIII. tanquam coœvus JANUSSUM OSSWENTIMENSEM DUCEM ad vendendum Ducatum Vi adactum aperte confiteretur. Ansam Rei præbuit bellum an. 1452. Cracoviensibus a Przemislawo Toscencensi & Janusio Osswendensi Ducibus fratribus illatum, de quo hæc Memoria prodidit:

„Subortum antea est eo Autumno contra Terram Cracoviensem bellum quod a PRZEMISLAO TOSHECensi & JANUSSIO OSSWVENTIMENSI Ducibus gestum est.  
 „Qui licet cum Regno Poloniae alter pacem perpetuam, alter Indicias haberent, indignati  
 „tamen quod Petro Schaffraniecz Succamerario Cracoviensi coacti fuissent ut ex eorum

O o o o o

„finibus

„inibus bellum inter præfatum Schaffraniecz & Wlodkonem de Berwald motum pelle-  
 „retur ad duorum millium florenorum solutionem se obligasse Regno Poloniae diffidant.  
 „Et vocatis stipendiariis noningentis tam equestribus quam pedestribus multa spolia in Re-  
 „gno committunt existimantes per hujusmodi bellum solvi se a præmissa Obligatione. Et  
 „quoniam de universa Terra Cracoviensi nobiles & terrigenæ metu pestis aufugerant ca-  
 „strum quoque Cracoviensi pluribus morbo percussis pene vacuum erat hostes libere in  
 „omnes Villas & oppida agendo spolia grassabantur. Unde opportunitatem hujusmodi  
 „& licentiam naesti oram illam Terræ Cracoviensis versus Osswiaczim situatam expone-  
 „bant quotidie in prædam. Et licet Casimiro Poloniae Regi tanta mala a levibus hostibus  
 „illata fuissent per multiplices tamen Nuncios rogatus distulit illis remediare. Schaffraniecz  
 „ipse, cuius Occasione haec ipsa mala provenerant, fortalitium Malecz adeptus centrum E-  
 „quites & totidem pedites illic & castro Badzin tenebat, quibus universam terram Osswi-  
 „czimensem & Toschecensem cogebat ad Tributum. Duces ipsi eti magnas prædas  
 „e Regno agerent tredecimque curtus mercatorum Cracoviensium Wratislavia transeun-  
 „tes cepissent, in quibus non levi præda potiti sunt, magno tamen dolore de bello moto  
 „torquebantur cum quod intelligebant vicissitudinem sibi a Regno Poloniae debere repen-  
 „di, tum quod omnibus bonis tam ipsi quam eorum terrigenæ erant privati, tum quod sti-  
 „pendium quotidie velut quædam Vorago, & usura augebatur, quod unde solverent non  
 „extabat. Proprio itaque confossi gladio de pace agendum duxerunt, & per duos Arbi-  
 „tors videlicet Nicolaum Ducem Rathiboriensem & Nicolaum Slop Marschalcum Te-  
 „schinensem pacem duntaxat cum Schaffraniecz tam sibi quam domui suæ turpem inie-  
 „runt. Coacti enim sunt & omnes captivos restituere & summam duorum millium flo-  
 „renorum obligatam dare & pro damnis octingentos florenos ipsi Schaffranyecz solvere.  
 „Coacti insuper sunt per conditionem pacis per publicas & patentes literas profiteri bellum  
 „se inuste tam Regno quam Schaffranyecz movisse. Quibus sic compositis & executioni  
 „mandatis Castellum Malecz ipsis restitutum est & tributa relaxata.“

Nondum vero hac ratione pro damnis illatis Rei Polonorum publicæ factum satis esse  
 ratus Casimirus Rex an. insequ. 1453. Castrum Osswentimense dura obsidione cinxit, imo  
 expugnavit, quod curatius iterum Dlugossus l. c. ad an. hunc exposuit:

„Ad reddendam vicissitudinem hujus belli, quod Duces JANUSSIUS OSSVIA-  
 „CZIMENSIS ET PRZEMISLAUS THOSZECENSIS peste premente Regnum intule-  
 „rant, consilio & deliberatione Baronum Poloniae, qui Conventionem in Lublin tenebant,  
 „Joannes Sczeczkocki Capitaneus & Joannes Kuropathroa Succamerarius Lublinensis  
 „pro Capitanis electi cum gentibus Precio conductis transmittuntur, qui illico Castrum  
 „Osswiaczim obsidione cingunt. Et obsidione continuata facile ad ditionem obsecros  
 „coegerint nisi Dux JANUSSIUS OSVVIACZIMENSIS, qui obsidionem veritus  
 „ex castro discesserat, Cracoviam pro festo Purificationis S. Mariæ Virginis, &  
 „plures Barones (pestis enim jani cessaverat) illic reperiens scelus suum confessus  
 „veniam humillime postulasset. Cum quo per alias Conditiones aquas sufferentia pa-  
 „cis factæ sunt. Castro tamen Osswiaczimensi in Potestatem Regis & Regni Poloniae tra-  
 „dito, quod Joannes Czizowsky Castellanus & Capitaneus Cracoviensis accepit in tenu-  
 „tam non aliter de illo cessurus, donec certæ pecuniarum summæ pro stipendiariis Regii  
 „expositæ cum damnis per eum Regno illatis per Ducem Osswiaczimensem solverentur,  
 „aut ipse Dux cum terra sua feudum & homagium Regi & Regno præstaret. Rexque a-  
 „teram ex his conditionem eligeret. Ad quem placandum Dux ipse personaliter se in Li-  
 „thuaniam contulit.“

Neque tamen prius cum eo in gratiam rediit Rex donec Osswentimensem Ducatum  
 Silesia avulsum Poloniae addidisset, quod qua demum ratione factum fuerit l. c. ad an. eun-  
 „dem 1453. his Verbis idem retulit Autor: „JANUSSIUS DUX OSSWIACZIMENSIS  
 „considerans Barones Regni Poloniae per plura loca distractos esse, congregata aliquali po-  
 „tentia Castrum Osswiaczimense quod tunc per Joannem Kuropathwa, Succamerarium  
 „Lublinensem pro Rege Casimiro & Regno Poloniae tenebatur, obsidione cingit Monaste-  
 „rio Fratrum Prædicatorum incastellato. Verum cum ab hujusmodi obsidione cum i-  
 „gnominia & jactura suorum repulsus fuisset, castrum antiquum & per olim patrem suum  
 „vocatum Voleck ruinatum reformat & reficit in eoque ponit præsidium, quod non so-  
 „lum Terram Osswiaczimensem sed & confinia Regni spoliat & infestat. Barones itaque  
 „Regni tarde tamen postquam hostium est firmatum præsidium Cracoviam convenient &  
 „per Aulicos Regis atque familiares bellum gerere instituunt. Summa itaque totius belli  
 „Jo-

„Joanni de Thaczin Palatino Cracoviensi commissa, obsidetur castrum Voleck mensibus aliquot & per notabiles Regni Barones & adolescentes videlicet praefatum Palatinum „Cracoviensem, Joannem Tarnovvsky, Joannem Rythvianski, Capitaneum Sandomiriensem, Creslaum de Kurozvacki Lublinensem, Joannem de Bobreck Byecensem Ca- „stellanos, Joannem Kuropathvva, Petrum Schaffraniecz Succammerarium Cracoviensem, Andream de Syenno, Joannem Melschinski & alios. Et poterat intra dies aliquot „faciliter conquiri sed parva vel nulla diligentia interponebatur pro conquirendo, pericu- „losum existimante Duce belli Cracoviensi Palatino tot insignes Juvenes pro Conquisitio- „ne castri natura loci plurimum muniti morti exponere. Intra itaque Tempus osidionis „tractatus de pace habiti sunt & pax eo respectu conclusa, quoniam indignum judicabant „Poloni eo castro conquisito DUCEM JANUSSIUM patrimonio suo violenter spoliari, „dantur ergo JANUSSIO DUCI OSSWIACZIMENSI ex pacto viginti millia latorum „grossorum (quinquaginta millia habent Diplomata duo antea citata) pro Terra Ossvia- „czimensi & cessio per eum fit Terræ perpetua & ad Regni Poloniae Corpus, unde olim „exciderat, revertitur. Litteræ publicæ de Contractu venditionis & empcionis conficiuntur „& in Thesaurum Regium Cracoviæ reponuntur.“

Eadem fere Verba habent Math. de Michovia Lib. IV. Cap. LXV. & Mart. Cro- merus lib. XXII. Pohlius in Annal. Wratislav. MStis ad An. 1453. „HERTZOG JO- „HANN ZU AUSCHWITZ UND ZATOR gab das gantze Fürstenthumb Auschvvitz „den Polacken vvieder.,,

Idem ad an. 1459. eum in Exercitu Georgii Regis Bohemiæ Wratislaviam obsiden- tis adfuisse testatur: „Im andern Heer, so zzwischen Hünern und Prosch an der Weide „lag, vwaren persönlich die zvvey Conradi Fürsten von Oels mit aller ihrer Macht, Her- „tzog Wlodcko von Teschen ; HERTZOG HANS VON AUSCHWITZ, und „Hertzog Heinrichs Volk.,,

(De Eventu Obsidionis hujus Dissertatione I. §. 23. curatus diximus)

Illustr. Scholiaestes in Henelii Silesiogr. renov. ad Cap. VIII. p. 301. JANUSSIUM Ducem BARBARÆ CARNOVIENSIS MARITUM an. 1473. in conflictu quodam cum Polonis occisum tradit, aliam tamen sententiam tuetur Diploma XXXVII. spec. C. nostri D. quod an. adhuc 1494. JANUSSIUM superstitem fuisse & Ducatum Zatoriensem Joanni Alberto Regi Regnoque Poloniae „pro octuaginta millibus florenorum „Hungaricalium Auri veri, puri & justi Ponderis.,, Cracoviæ feria III. S. Petri ad Vincula vendidisse testatur, quem jam antea VVENCESLAUS frater Dux Ossviaezimensis Toschecensis & Zathoriensis feudum Casimiro IV. Regi Regnoque Poloniae obtulerat, quod Dipl. XXXVI. l. c. affirmat. Si conjecturæ locus est, inter an. 1494. & 1498. JA- NUSSIUM diem suum obiisse arbitror, an. enim 1498. sola BARBARA edito Carno- vii Kalend. Januarii Diplomate, quod Diplomatarii nostri Bohemo - Silesiaci est CLXXVIII. se Wladislao Regi Bohemiæ ac Ungariæ Wratislaviam adventanti Homagiūm præstare velle confitetur, eam vero an. 1506. jam ad secunda Vota transfuisse & Georgio Schellenbergio Terram Carnoviensem attulisse Eiusdem Wladislai Regis litteræ, quæ Investituram de Ducatu hoc continent &l. c. no. CLXVI. extant, testantur. Addet a- tamen quæ ad Tab. Genealog. VII. no. 22. diximus.

(51.) Pohlius in Annal. Wratislav. MStis ad an. 1513. „Den 17. Septembr. ward „JOHANNES HERTZOG ZU GLEIBITZ UND ZATOR erschlagen auf „der Jagd von Laurentio Mscovio einem Polen von Adel der weder durch Bitten „noch des Königs Sigismundi Befehl bey dem Herzoge erhalten können dass er ihm „nicht das Wasser benemen und anderswohin leiten wollte : weil sich Laurentius im Mo- „scowitischen Kriege vwohl verhalten kam der zu Gnaden.,,

Eadem Verba sunt Stanislai Sarnicci Annal. Polon. I. VII. ad. 1513.

(56.) Testatur de ea Tabula vetus Monasterii ad S. Claram Wratislav. huic nostræ Genealogicæ addita. Polius in Annal. Wratislav. DUCIS JANUSSII (II. vero an. III. non addit) filiam fuisse tradit his ad an. 1531. Mens. Novemb. Verbis :

„Auch starb FRAU MARGARETHA HERTZOGIN VON TOST „HERTZOG HANSENS ZU GLEIBITZ TOCHTER, die XVII. Ebtissin zu „S. Clara so dem Kloster XXV. Jahr vorgestanden.,,

(57.) Vide quæ ad no. anteced. 46. in fine diximus, adde Tab. VII. Genealog. no. 22.

(58.) Conntubii istius Vestigia Diploma Bohemicum nobis exhibuit, quod ex authenticō in vernaculum Sermonem versum addimus, unde ANNAM DUCISSAM OS-SWENTIMENSEM Urbem Czaftalowitz Dotalitii Jure habuisse elucescit.

„Wir ANNA HERTZOGIN VON OSCHWETIN, Anna von Kolditz ehmahls Ge-mahlin des Wohlgebohrnen Herrn Pnotho von Czaftalowitz und Thymo von Kolditz „gewollmächtige Vormünde der Waysen und aller Güter des obbeschriebnen Herrn „Pnotho, und ich Anngen von Czaftalowitz der Fraw Puthovvin älteste Tochter uhr-kunden durch diesen Brief öffentlich vor allen die ihm sehen oder lesen hören vverden, „dass Wir in Betrachtung der grossen und übermachten Schulden und unvvierderbring-lichen Schaden des obbeschriebnen Herrn Putovvens, welche auf diese Waysen seine „Kinder koinnen und noch beständig kommen, vweil vvir erkannt haben, dass diese „Waysen und ihre Bedienten und Schuldner dadurch zu Grunde gehen müsten, die „Freunde dieser Waysen und viel andre redliche Leuthe darüber zu Rath gezogen und „haben kein besser Mittel erfiunden können als hernach folget: Dafs Wir die Erb-Güt-ter Glatz, Münsterberg, Neuschloß, Richenberg, ohne mein nemlich obbemeldter Hertzoz-“gin Heuraths-Gutt Tschafalowitz, Potschstein, Albrechtitz, und Chotsche, nebst allen an-dren Gütern die der Fravv Purovvin und diesen vervwäseten Kindern erblich zuge-hören, vvie auch die Kayserliche, Königliche und andre drauf lautende Verschrei-bungen verkauft haben und Kräfft dieses Briefes verkauffen sambt allem Recht und „Herrschafft nichts davon vor uns vorbehalten oder ausgenommen, dem Wohlgebohr-nen Herrn Herrn Hinconi Kruschina von Lichemburg, Sassen auf Kumbuetsch zu ei-nem vvirklichen Erb-Eigenthum so dass Er alle diese Güter die obbeschrieben stehen „kräftig besitzen sie nutzen und damit als mit seinen eignen Erb-Gütern handeln mag „vvie es ihm gutt dincket; Wofür Er zuförderst mir der obbeschriebnen Anna von „Kolditz meinem Brautschatz geben soll und die Waysen der Fravv Puthovvin Kinder „und die Meinigen abstatten und einem ieden zu tausend Schock Groschen geben. Und „vweil ich die obgenannte Anngen von Czaftalovvitz nebst meinen Schwesterl ihm dar-„gegen unser Recht vvas vvir zu diesen oberwehter Gütern und Verschreibungen ge-habt haben den Land-Taffeln einverleiben lassen und ihn derselben wie es der Brauch „und die Gewohuheit des Landes Böhmen mit sich bringet zu versichern gehalten seyn „soll der Herr Hinco alle ervveisliche Schulden des obbenannten Herrn Pnothes und „dieser Waysen über sich nehmen und die Gläubiger befriedigen auch alles laut dieser „Verschreibung erfüllen vwas er auf sich genommen und uns in unsre Macht gege-ben hat. So uhrkunden auch vvir Johann von Tositsche Hauptmann in Glatz und „Paul von Chotetschiitz Rath der obbeschriebnen Vormünde gleichfalls durch diesen „Brieff dass wir allen diesen Beredungen und Vergleichen unsren Willen ertheilet ha-ben und sie solches auf unser Einrathen gethan sollte auch iemand von diesem Briefe „mit freyer Bevvilligung des obgedachten Herrn Hinconis Innhaber seyn der soll auch „die Macht und das völlige Recht haben und hat sie vvürcklich zu alle dem vvorüber „dieser Brief lautet eben so vvie sie obbeschriebener Herr Hinco gehabt hat. Zu des-sen mehrerer Bestättigung und Gevisheit haben vvir alle obbeschriebne unsre eigne „Siegel guttvwillig dielēm Briefe angehangen: Der gegeben vvorden zu Glatz Anno „CHRISTI MCCCCXL. am Dienstage vor der Geburth der MUTTER GOTTES.“

Add. Dipl. CXLV. Diplomatar. nostri Bohemo - Silesiaci, quod ipsam Matrem Pot-thonis de Czaftalovvitz, qui Annam de Colditz uxorem habuit, fuisle probat.

(59.) De ea curatus ad Tab. Genealog. VII. no. 31. diximus.

(60.) Testimonium quod de ea Dlugossus lib. XI. ad an. 1426. perhibet ad no. 38. anteced. Tab. hujus recitavimus, Fischerus vero in Tab. Genealog. Ducum Silesiac Mstis Olgardi Magni Lithuaniæ non Semoviti Masoviæ Ducis filiam fuisse tradit, quæ & mihi arridet Sententia cum Dlugossus paulo post hæc, quæ l. c. retuli Verba, ad An. eundem 1426. de Morte Semoviti agens hæc habet. „Secunda filiarum OFFKA quæ cæteris forma „anteibat nupsit Wenceslao Duci Tessinensi.“

Unde mihi de hac Semoviti Filia an Patri Bolezlao an Filio Wenceslao Duci Tessi-nensi jungenda sit ipse dubius videatur: Imo Mart. Cromerus lib. XIX. hæc refert: „De filiabus Zemoviti Ducis Masoviorum Cymbarca Ernesto Austriorum Duci nupsit, de „qua Fridricus Tertius Cæsar natus est, EUFEMIA (S. Offka) WENCESLAO TESSI-NEN-

„NENSIUM, Æmilia Boguslao Stolpensium Duci, quarta \* Offka, quæ eadem Agathia „est Michaëli Duci, qui Sigismundi Vitaudi fratrī filius fuit; quinta innupta obiit.,,

Maneo itaque in Fischeri Sententia, quam & Pohlius in Annal. Wratislav. MStis ad an. 1433. hisce Verbis tuerit: „BOLESLAUSI. Herzog zu Teschen, Gros-Glogaw und „Beuten, Herzogs Przemislai Sohn, der Herzoge WENCESLAI, WLADISLAI, PRZE- „MISLAI und BOLESLAI II. Vater war Frauen SOPHIAE aus Littawen Gemahli.,,

(61. 62. 63.) An. 1447. Cracoviæ Sabbatho die proxima ante Dominicam Carnisbri- vii cum fratribus BOLEZLAO & PRZEMCKONE cum Rege Regnoque Poloniae pacem perpetuam iniit.

Vid. Diploma CXXXI. Diplomatarii nostri Bohemo-Silesiaci.

An. 1435. Wratislaviae die Mercurii post S. Mathæi egit, cum universæ Silesiæ Prin- cipes de Pace Patriæ ac Tranquillitate conservanda cogitarent. Vid. Diploma CXL. Di- plomatarii nostri Bohem-Silesiæ cujus hæc inter alia sunt.

„WENCZLAW UND SEINE BRUDER VON TESCHEN.,,

Dlugosius lib. XIII. hæc ad an. 1474. „WENCZESLAUS DUX THESCHEN: „SIS homo devotus & religiosus nulla prole relicta (Ludovici enim Ducis Lignicensis „relictam & filiam Fridrici Marchionis Brandenburgensis annosam matronam duxerat „in Uxorem) in Byesko moritur & in Thesczin apud Prædicatores sepelitur, anxietate „nimia afflictus, quod Germanum suum PRZEMISLAUM THESCHNENSEM DU- „CEM ne cum Mathia Hungariae Rege contra Casimirum Poloniae & Vladislauum Bohe- „miae Reges Consanguineos suos propinquos sentirent, ne quoque donativum tria vi- „delicet millia & quingentos florenos ab ipso Mathia Hungariae Rege acciperet Genus „suum fœdatus magnis studiis laborans revocare non poterat.,,

Elucescit ex hoc Dlugossi loco WENCESLAUM, qui eodem Autore Teste, (in quo & domestici Scriptores Tilesius, Fischerus, & Pohlius consentiunt vid. no. anteced. 60.) Offkam Semoviti Masoviæ Ducis filiani circa an. 1426. duxerat, ea defuncta ad se- cunda Vota transisse & Elisabethen Fridrici I. Elect. Brandenb. Filiam, Ludovici II. Ducis Lignicensis Viduam duxisse, quod & Diplomatuni fide curatus ad Tab. anteced. V. no. 26. affirmamus. Ex priore Connubio, (de quo Pohlius in Annal. Wratislav. MStis ad an. 1426.

„An. 1426. iit gestorben Semovitus Herzog ezu Plocen in der Masaw. Scin Ge- „mahl vvar Alexandra, Jagellonis Schvvester, Olgerdi Hertzogs in Littauen Tochter. „Seine Tochter EUPHEMIA (i. e. Offka) HERCZOOGS WENCESLAI ZU TESCHEN „EHGEMAHLIN iò in diesem Jahre zusammen geheyrathet.,,

Liberos natos suisse nos assurerem jubent, Fischerus & Tilesius. Alterum sterile imo infelix expertus est, quippe Maritum deseruit, Lignicum rediit, ibidemque anno 1449. in nocte Vigilia omnium Sanctorum obiit ELISABETH, uti cumulatius explicavimus ad Tab. anteced. V. no. 26.

(64.) Ita Tilesius, Fischerus & Henelius.

(65.) Canonicus primum, inde Scholaisticus Glogoviensis, Curæo P. II. Tilesius in Ge- stis Ducum Tessinensis & Pohlio in Annal. Wratislav. MStis Testibus an. 1477. defun- ctus. Pohlii Verba hæc sunt: „Auch verschied HERTZOG PRZIMISLAU VON TE- „SCHEN, HERTZOG VVENZELS SOHN, Thum-Herr zu Groß-Glogaw und der „Hertzogin Margrethen von Cilien Seines Vettern Vladislai nachgelassner VVitt- „ben Stadthalter daselbst. Dessen Amt Herzog Hanns vom Sagan zugeschanzet, seinem „licben getrevven Opicio Colo einem unruhigen Kopfe, der viel übels gestiftet und „den Glogauischen Krieg erregt.,,

(66. 67.) Eum an. 1435. VVratislaviae ad Silesiæ restituendam, an. vero 1447. Craco- viæ ad ineundam cum Rege Regnoque Poloniae Pacem egisse Diplomatum fide ad no. anteced. 61. diximus.

P p p p p p

An.

\* Dlugosius lib. XI. ad an. hunc 1426. rectius ANNAM vocat; nam unum idemque esset Eu- phemix, Offka ac Agathia Nomen. Verba ejus sunt: „'l'ertia Æmilia nupsit Boguslao „Stolpensiū Duci. Quarta Anna nupsit Michaëli Duci Lithuanicæ, nepoti Alexandri „Withaudi germano & filio Sigismundi Magni Ducis Lithuanicæ. Quinta Catharina in „Virginitate permanens usque ad mortem.

An. 1442. in Vigilia Andreæ Apostoli fratres Duxes Tessinenses de Terrarum suarum partitione convenisse, refert Tileius.

An. 1447. bona materna dividebant, eodem Autore Teste, quo & anno Coronationi Casimiri Pol. Regis adfuit Boleslaus, uti Dlugossus lib. XIII. memoriam prodidit. „Ad-„erant autem huic Coronationi Zophia, Regina Poloniæ mater sua, VVladislaus & Bo-„leslaus Masoviæ, VVladislaus & BOLESLAUS TESCHNENSES, VVenceslaus Ratibori-„ensis, & VVenceslaus Offvviaczimensis Duces.„

An. insequ. 1448. Annam Conjugem duxit ; Dlugossus l. c. ad an. hunc. „Sub idem „Tempus BOLESLAUS DUX TESCHNENSIS neptem germanam ex Sorore Sophiæ „Reginæ Poloniæ Virginem ANNAM, DUCISSAM RUSSIÆ, die Dominico ante festum „Visitationis S. Mariæ Virginis accepit in Uxorem. Cui Casimirus Poloniæ Rex ex Mu-„nificentia Regali pro dote duo millia florenorum assignavit de Thesauro Regni Polo-„niæ, Obligans eum affinitate hujusmodi ad amicitiam Regno Poloniæ præstandam austi-„torem, qui & ipse sua sponte in Regni Poloniæ amplitudinem fervidum habebat & præ-„properum ante eam Affinitatem Ingenium.„

An. 1450. iterum Cracoviam profectus est ; Dlugoss. l. c. ad an. hunc. „Mansit au-„tem Casimirus Rex Cracoviæ cum Zophia, Regina genitrice sua, non solum per Carnis-„privii dies subsequentes, sed etiam per Tempus medium Quadragesimæ negotia Regni „publica dirigendo, intra quod tempus plures Principes cometanei & signanter Bolesla-„us Dux Masoviæ, Nicolaus & VVenceslaus Duxes Ratiborienses & BOLESLAUS „TESCHNENSIS ad suam Seruitatem convenerant, Propter quorum præsentiam am-„plius honorandam ludi hastarum mandante Casimiro Rege per milites Poloniæ per „dies omnes Carnisprivii fuerunt instaurati cum aliis spectaculis.„

An. eum 1452. diem suum obiisse, idem Autor habet. „Octava die mensis Octobris „BOLESLAUS DUX TESCHNENSIS FILIUS BOLESLAI FILII PRZEMISLAI in Te-„schin moritur & ibidem in Monasterio fratrum Prædicatorum sepelitur. Regno Po-„loniæ amicissimus, petens sibi a DEO optimo eam Vitam eamque Felicitatem concedi, „ut non videret prius mortem, donec universam Slesiæ Regionem videret ad Integrita-„tem subjectionem & obedientiam Regis & Regni Poloniæ rediisse. Reliquit unum „Filium CASIMIRUM & DUAS FILIAS ZOPHIAM & ANNAM, ex ANNA DUCISSA „RUSSIÆ filia, Joannis, alias Iwan Ducis de Byelsko susceptas. Quarum una nupsit Sa-„ganensi Duci Joanni, & altera Victorino filio Georgii Podiebrazki Duci Monster-„bergensi.„

Verum nostrates, Tileius, Pohlius & Henelius uno id Ore an. demum 1460. ac-cidisse & tres ipsi filias fuisse, affirmant. Pohlii in Annal. VVratisl. MStis Verba ad an. 1460. sunt hæc: „Auch verschied in diesem Jahre BOLESLAUS HERTZOG zu TESCHEN, „Gross-Glogaw und Benten. Verließ nach ihm sein Gemahl Frau Annam Semoviti „Hertzogs in der Masaw Tochter mit einem Sohne, Herzog CASIMIRO und dreyen „Töchtern, JOHANNAM, SOPHIAM und BARBARAM.„

Itaque quod numerum liberorum & obitus annum attinet, nostrates; quod Conju-geum vero, Dlugossum sumus secuti. Plura de eo Tileius in Rebus gestis Ducum Tes- sinensium, quem libellum recusum huic Tabulæ Genealog. addidi.

(68. 69.) An. 1444. Guiæ die Veneris proxima ante Diem Solis, qua in Ecclesia DEI cantatur: Vocem Jucunditatis; Gurenfi Terræ Diploma concessit, quo si extra Pro-vinciam Vasallos hosce ad Expeditionem vocaret Ducis sumtibus proficiisci debcant, qui & si in Captivitatem inciderent redimere illos pollicitus est; Titulo usus: „VVir VVlod-ko von GOTES Gnaden, Herzog zu Teschen, Herr zu Grossen-Glogaw und Gor. „Vid. Glogauischen Lands-Privilegia aus den Originalien an Tag gegeben, von Andrea „Gryphio, des Glog. Fürstenthums Lands-Syndico, no. LXVI.

An. 1452. Ducem Tessinensem FRIDRICI III. Imp. ad Sponsam ejus LEONORAM in Italiam adventantem Legatum fuisse Testis *αυτόντης* Nicolaus Lanckmann de Valkenstein Cappellanus & nuncius Imper. in Histor. desponsationis & Coronat. FRIDRI- CI III. & Conjugis ipsius Eleonoræ perhibet.

„Die VII. mensis Februarii Serenissimus Dominus Imperator ex Florentia misit su-„am solemnem Ambasiam & Legationem ad suscipiendam suam sponsam Dominam „Leonoram Virginem in Pisana Civitate scilicet DUCEM DE TESCHYN, Comitem de „Magdburg, de Schauenburg &c. quamplures generosus.„

(Vid.

(Vid. Tom. II. Script. Rer. Austr. R. D. P. Hieronym. Pezii p. 594.)

Jam quis fratum fuerit anquirendum, cum Nomen ejus omiserit Lanckmannus, Gerardus de Roo Annal. Austr. Edit. Oenipont. lib. V. p. 203. ad an. 1452. RUDOLPHUM vocat.

„Inter hæc Sponsa ipsius (FRITRICI CÆSARIS) post longam maris Jactationem „ex Hispania advecta ad Liburnum Hetruriæ Portum appulerat. Unde Nicolaum Lanck- „mannum de Valckenstain Sacerdotem, qui cum Jacobo Mezio legatus ad ipsam venerat „Cæsari obviam mittit. Is in Itinere ubi Cæsar esset percontatus ad Nonas Februarii Flo- „rentiam venit, ad Cæsarem intromissus, quo in loco Reginam reliquisset narrat, a qua „missum se uti rogaret, quo eam portu navem egredi jubeat. Cæsar vehementer conun- „cio gavisus litteras ad Sponsam dat, utque Pisces se conserat jubet. Mox ad excipiemad „illam mittuntur Michaël Magdenburgici ac RUDOLPHUS Silesiæ Principes, Udalri- „cus Sternbergicus, Albertus Ebersdorfius, Comes quidam Schauenburgicus, Joannes „Ungnadius & Udalricus Sunpergerus Proto-Notarius cum aliis multis.“

Verum nullus ea Tempestate nec inter Tessinensis nec inter alios Silesiæ duces erat RUDOLPHUS nomine, & Rudolphus Saganensis jam an. 1444. in bello Borussico interierat, sed litem hanc omnem Inscriptio sequens dirimit, Pisces obvia, qua Dux Tessinensis VVLADISLAUS, ibidem an. 1355. defuncti Ducis Tessinensis VVladislai, Casimiri III. fratris Tumulum inventum exornabat:

IMPER. FRIDRICI III. LEONORAM PORTUS GALLIÆ REGIS  
FILIAM CONJUGEM EXCIPIENTE WLADIZLAO DUCE SLEZIE  
AC DMNO TESSINENSI COMITANTE INVENTO HOC SUO ANTIQUITATIS  
TUMULO INNOVATA SUNT HÆC INSIGNIA: ANNO DMNI  
MCCCCLII. III. Id. Febr.

Ipsum an. 1442. Constantiæ cum FRIDRICO III. Imp. egisse idem Gerardus de Roo I. V. 193. refert, sed eodem Rudolphi nomine appellat.

An. 1459. Georgii Bohemiæ Regis Partes secutum sed Obsidioni irritæ, qua VVratislaviæ Obsequium sibi recusantem cinxerat adfuisse sed vulnere accepto fuga sibi consulu- isse, ex eo vero exacto, quatuor Annorum spatio vita decepsisse, Curæus tradit P. II. ad an. hunc. Cumulatius in Annal. VVratislav. MStis Pohlius ad an. 1459. „Hertzog VVLODKO (i. e. VVladislaus) zu Gross-Glogaw, war der Erste der umb Gersiks (Georgii Regis) willen denen zu Breslaw unbevvaret bey Haynaro auff der Straffen merckliche Gütter auffhielt.“

Inde de prælio Kal. Octobr. prope Urbem gesto & Bohemorum fuga loquens hæc superaddit: „Da die Fürsten solche Flucht sahen, erschracken sie, und meinten: die „Bresler vvären viel stärcker denn sie, und huben an sehr zu fliehen, dass auch unter „Hertzog VVLOTKO sein Pferd fiel, davon ihm vveh geschach dass Er davon un- „längst sterben müssen.“

Victoriam hanc a VVratislavensibus partam affirmant præter alios Dlugossus lib. XIII. & Dubravius lib. XXX. Illius Verba hæc sunt:

„Georgii & Ducum Silesiæ milites ex præsidiiis glomerati triumphalem Gloriam, „quæsturi ad occupandum Monasterium S. Vincentii extra VVratislaviam situm descen- „dunt occupato Monasterio ex loci propinquitate amplius VVratislavenses oppresuri. „VVratislavenses de corum adventu non ignari positis in locis plerisque Insidiis obvi- „am illis eunt. Et congressu inito dum hi, qui in Insidiis latébant profiliissent & Geor- „gii Gentes & à tergo & a fronte urgerentur pari negocio vincuntur. Cæsi plures sunt. „Alii vivi venere in Manus VVratislavensium, nonnulli in flumine Odra suffocati, pauci „fuga elapsi. Hac clade Exercitus Georgii, qui residuus in Psypole fuerat perculsus „concito gradu in Bohemiam diffugit.“

Plura de VVLADISLAI hujus Rebus gestis Tilesius, quæ repetere nolumus, Pohlius in Annal. VVratislav. MStis hæc ad an. 1480. „Den 22. Julii starb Fravv MARGA- „RETHA Gräfin zu Cilly aus Oesterreich, Hertzogs VVLADISLAI zu Gross-Glogaw „VVittib, zu Guhr vor grossem Bekümmernisse und Trübsal, ward zu Glogaw in die „Thum-Kirche gelegt, dahin sie cilff Jahr vorher ihr Begräbniss bestellt.“

(70. 71. 72.) PRZEMISLAUM an. 1447. Cracoviæ cum fratribus egisse Pacemque cum Rege Regnoque Poloniæ sabbatho die proximo ante Dominicam Carnis privii per-

petuam iniisse affirmat Dipl. CXXXI. Diplomatar. nostri Bohemo-Silesiaci. Plura de eo Diplomatū Fide refert Tilesius. Dlugosius lib. XIII. ad an. 1465. „Die Solis in festum „S. TRINITATIS cadente nona die mensis Maji sub Missa majori Elisabeth Poloniæ Regina in Castro Cracoviensi filiam partu septimo effudit, quæ in altero die Solis sedecima Maji, in Ecclesia Cracoviensi per Joannem Cracoviensem & Jacobum Vladislaviensemi Episcopos in præsentia Przemislai Toschecensis, Janussii Rathiboriensis, PRZEMKONIS TESCHNENSIS, VVenceslai Zathoriensis, Janussii Glivicensis & Joan-nis Ribnicensis Ducum baptizata Elisabeth vocata est.

An. 1473. ad compescendum Wenceslaum Ducem Ribnicensem Mathiæ Regis Jussu collegit Exercitum & Ribnicium expugnavit. Dlugos. l. c. ad an. hunc. „Jussione „infuper ejus (Mathiæ Regis) Victorinus Monsterbergensis, PRZEMISLAUS „TESCHNENSIS, Joannes Ratiboriensis personaliter cæterique Silesiæ Duces videlicet, Nicolaus Opoliensis & alii, item Episcopus Wratislavensis Rudolphus, item Civitas, Wratislavensis Suidnicensisque & alia, exercitu collecto Wenceslai Ribnicensis Du-cis ob ejus fera facta & insolentias quæ in vicinos sibi Principes velut demens & furiosus diffundebat circumcidens castra & omni illa Vi expugnare per tres menses contendunt. Sed uno tantummodo Ribniki expugnato.“

An. 1477. vita decepsit, eodem Dlugosso tanquam coævo l. c. ad an. hunc Teste. „Un-decima mensis Martii PRZEMISLAUS TESCHNENSIS DUX tristitia & moe-rore ut ajunt confectus magis quam morbo in arce Thesznensi diem obiit, quod Mathias Hungariæ Rex cum quo sentiebat & contra Casimirum Poloniæ & contra Vladislauum Boheiæ Reges (quamvis illis stricta consanguinitate utpote ex Sorore amitati germana Offka Casimiri Regis Poloniæ genitus conjunctus) illum de dimittenda Arce & civitate Thesznensi aut de solvendis sumptibus in bellum Slesiticum & ejus liberationem expensis & tribus millibus florenorum quingentisque florenis eidem Duci gratus tuito donatis gravi molestatione requirebat. In monasterio autem fratrum Prædicato-rum in Theszin sepultus est, unam tantummodo filiam HEDWIGIM ex ANNA BOLESLAI DUCIS WARSCHOVIENSIS filia suscepitam relinquens superstitem. „Qui moriens nepotem suum germanum Casimirum filium Boleslai germani testamen-to reliquit omnium Principatum suorum hæredem quos Principatus Praga adveniens (in obsequiis enim Vladislai Boheiæ Regis agebat) Mathia Hungariæ Rege necquicquam obstante & ad suam trahente jure feudali ditionem est consecutus.“

Math. de Michovia lib. IV. Cap. LXXII. „Anno DOMINI 1477. PRZEMIS-LAUS TESSINENSIS DUX tristitia & moerore (ut ajunt confectus) quod Mathias Hungariæ Rex illum de dimittenda Arce & civitate Tessinensi aut de solvendis sumptibus in bellum Slesiticum in ejus liberationem impensis gravi molestatione requiebat in Arce Tessinensi undecima Martii die obiit in Monasterio Prædicatorum in Tes-sin sepultus, unicam tantummodo filiam HEDWIGIM relinquens superstitem. Non tamen illam sed nepotem suum Germanum KAZIMIRUM filium Boleslai germani Ducis Fristatenis Testamento omnium Principatum suorum hæredem reliquit. HEDWIGIS vero postea STEPHANO TRENCINENSI PALATINO ET GUBERNATORI HUNGARIÆ COMITIQUE SCEPUSIENSI nupsit;“

Pohlius in Annal. Wratislav. MStis. ad an. 1477. „Den ii. Mertz starb Herzog PRZIMISLAUS ZU TESCHEN der vorhergehendes Jahr seinen Theil an Gross-glogaw aus dringender Nöth dem Könige Mathiæ gelassen, verließ eine einige Tochter FR. HEDWIGIN, eine freudige und fromme Heldin, die nachmals Graf STEPHAN ZU TRENTSCHIN und Zips Palatinum Transylvaniæ Obristen Hauptmann in Ungern geheyrathet, mit deme sie zweene Söhne, und eine Tochter erzeuget. Georgen, der in der Schlacht mit König Ludwigen umbkommen. Johann Stephan, König in Ungern und Fr. Barbaram Königs Sigismundi I. Königes in Pohlen Gemahlin. Das Land aber und alle Fürstenthümer hat gedachter Herzog PRZEMISLAUS seines Brudern Sohne Herzog Casimiro zu Teschen im Testament vermaehet.“

Eadem Tilesius ad An. hunc. HEDWIGIS litteras has exhibere possum ex auth. bohemico in vernaculum Sermonem versas:

„Dem Durchl. Fürsten und Herrn, Herrn Bartholomæo von GOTTES Gnaden, Hertzogen von Münsterberg und auf Kumberg, &c. &c. Unserm geliebten Herrn Bruder. Wann wir Eur Ld. Durchl. Hertzog geliebter Herr Bruder zuförderst in unserm Gebete gedencken, und so dann Eur. Ld. alle Gesundheit und alles Wohlseyn „auf-

„aufrichtig wüntſchen ſo thun wir zu wissen daß wir aus dem Schreiben ſo ſie an uns „abgehen laſſen ſatthan erſehen indem auch Eur. Ld. die Copey des von Ihr. Maj. dem „Könige geſchriebnen Briefes ſamt denen Acten und Extracten, daß es zwischen Eur. „Ld. und denen Breslauern, wie es denen Rechten und der Billigkeit gemäß zu einem „Ende kommen ſey, beygelegt wobey es auch Eur. Ld. beliebet die geſchriebnen Acten „des Lignitziſchen Fürſtens Hertzog Fridrichs mit zu ſenden. Und weil uns Eur. Ld. „erſuchen daß wir dieſe Schriften an unſerm Hofe öffentlich wollten verleſen laſſen ſo „haben wir uns dem Verlangen Eur. Ld. als unsers Bruders gemäß bezeuget und alle „dieſe Schriften an unſerm Hofe allen bekannt gemacht und ſie abzuleſen befohlen. „Indem wir nicht allein dieſes ſondern auch alles was uns möglich ſeyn möchte Eur. Ld. „in billigen Dingen gern zu Gefallen thun vvollen. GOT'T laſſe Eur. Ld. lange Zeit „gefünd bleiben. Geben auf unſerm Schloſſe d. 6. Tag vor dem H. Oſter- Feste An. „CHRISTI 1513.

„HEDWIG von GOTS Gnaden  
„Hertzogin von Teschen, und Gräfin des  
„Zipfer Landes &c. &c.

De Monumento ſumtuofiffimo Stéphani de Zapolya in Arce Scopusiensi vid. P. Rev. & Celeberr. Dn. MATHIAE BELII Pannonii Hung. antiquæ & novæ Prodromiū p. 101.

(73. 74. 75.) De Alexandra teitatur Dlugoffus XI. ad an. 1426. quem locum ad no. 38. anteced. recitavimus, Magdalena & Veronica nomen in Tab. MStis Fischeri & Henelii occurrit.

(76.) Glogoviensis Terræ Ducatusque Partem a Majoribus hæreditario Jure accep-tam Mathia Ung. Bohemiæque Regi vendidit quod qua ratione factum fuerit curati-us in Annal. Wratislav. MStis Pohlius ad An. 1479. refert:

„Den 10. Octobr. ward zwischen Johansen Bischoffen zu Waradein und Graſen „zu Sbihani an statt und von wegen K. Mathia und H. Casimiri zu Teschen ein Ver- „trag aufgerichtet, in welchem H. Casimirus verwilliget den Berg, das ist Tarnowitz „mit aller Zugehör, halb Gross-Glogaw zusamt der Ritterschafft Städte, Flecken und „aller Appertinentien Ihr K. M. abzutreten: Da gegen Ihr K. M. Hertzoge Casimi- „ro zu Teschen eingeräumet das Schloß und gantze Fürstenthum Köſel mit ſamt der „Mann- und Ritterschafft Stadt und Flecken erblich und ewig und hat ihm zuvor hier- „über ehe dann er abtratt zvvey taufend Fl. erleget.

Iisdem Verbis utitur Tileſius de rebus gestis & Genealogia Ducum Teſſinen- ſium ad an. hunc. An. (uti colligere licet, inſequ.) 1480. jubente Mathia Hung. Bohe- miæque Rege cum Johannne Epo Wratislav. & Johannne Duce Ratiboriensi Judicium delegatum conſtituit, coram quo Johannes de Hazmburg qui de defuncti Ducis Opa- viens. & Hlubczensis Johannis Sororem Annam duxerat, de Domino Johanne Bie- lik de Kornitz conqueſtus est quod Civitates ad filios suos Gentemque Hazmburgianar- pertinentes occupaſſet, vid. Dipl. CCVII. Diplomat. nostri Bohemo-Sileſ. & Tab. VII. Genealog. no. 45. Præterea cum hoc an. 1480. bello Guhroviensi interſuiſſe Tileſius l. c. perhibet.

An. 1469. die Jovis ante Ascensionem B. M. V. Olomucii Conventionem ipſe quoque ſubſcripsit quam cum Mathia Ungar. Bohemiæque Rege ſuperioris Silesiæ Du- ces inibant: vid. Dipl. CLXXVI. Diplomat. nostri Bohemo-Sileſiaci.

An. 1491. Glogoviæ die Veneris ante Triburtii Glogoviensis Ducatus Privilegia utri- usque Silesiæ Capitaneus conſirmabat, vid. „Glogauischen Fürſtenthums Landes-Pri- vilegia aus den Originalien an Tag gegeben von Andrea Gryphio des Glogauischen „Fürſtenthums Land - Syndico no. IV. p. 4. & 5.

Quibus eum hoc an. 1491. d. 30. Nov. & an. 1493. d. 13. Junii Diplomatibus Rex Wladislaus auxerit vid. Tileſium l. c.

An. 1497. Comitiis Nissæ intererat quibus Nicolaus Dux Opoliensis Capite Plexus, vid. Tileſ. l. c.

An. 1498. die Mercurii post Epiphany Wratislav. litteris ſubſcripsit quibus Silesiæ Principes ſe Homagium Boh. Regi Wladislaο preſtarē velle promiferunt, vid. Dipl. CLXXX. Diplomat. nostri Bohemo-Sileſ.

Hujus Beneficio CASIMIRUM Ducatus oppaviensis Usumfructum habuisse Dipl. CLXXXIII. Diplomat. nostri Bohemo-Siles. an. 1515. in festo Epiphan. DOMINI Budæ editum testatur.

Idem CASIMIRO LUDOVICUS Rex ad vitæ dies an. 1523. Polonii in festo conceptionis S. M. V. Diplomate suo concessit, quod l. c. est CLXXXVII. excipiunt id Regis ad Ducem Litteræ an. 1524. Budæ feria V. proxima post omnium Sanctorum exarataæ quæ hanc Regis Gratiam denuo confirmant, l. c. Dipl. CLXXXVIII.

An. deum 1528. d. 13. Dec. cum diem suum obiisse in Annal. Wratislav. MStis Pohlius iisdem ac Tilesius l. ante a c. Verbis testatur.

(77.) Eam CASIMIRI DUCIS TESSINENSIS Sororem: Victorini Monsterbergensis DUCIS Conjugem fuisse Dipl. ipsius an. 1474. Oppavia die Martis ante festum Resurrectionis CHRISTI editum, ex Slavico in vernaculum Sermonem versum quod est CLXV. Diplomat. nostri Bohemo-Siles. testatur, in quo plus una Vice illum Fratrem germanum, hunc vero circa finem, Maritum lectissimum appellat.

(78.) Dlugossi hoc Testimonio colligere licuit, qui lib. XIII. quando ad an. 1452. de Obitu Patris ipsius BOLEZLAI DUCIS TESSINENSIS agit: ZOPHIAM Duci Saganensi Joanni nuptam fuisse tradit. Verum in nomine errorem & Balthasaris Conjugem esse inde elucefecit quod Johannes non Sophiam sed Catharinam Oppaviensem Uxorem habuerit uti Tab. II. Genealog. no. 56. & Tab. VII. no. 53. apparet, Dlugossi Verba ad no. anteced. 66. recitavimus:

(79.) Ita Henelius in adversariis Hist. Siles. MStis & Pohlius in Annal. Wratisl. MStis ad an. 1460. quem locum ad no. 66. anteced. dedimus.

(80.) Ita Tilesius & Pohlius l. c. ad an. 1528.

(81.) Filium CASIMIRI fuisse Dipl. CLXXXIII. Diplomat. nostri Bohemo-Siles. probat quo WLADISLAUS Ungariae Bohemiaque Rex Casimiro Ducatum Oppaviensem an. 1515. in festo Epiphan. DOMINI Budæ concessit, hisce Verbis:

„Quodsi Divino volente Judicio cui nulla humana resistere valet potentia, præfatum Casimirum Ducem ex hac Vita decedere contigerit ex tunc memoratus WENZEL CESLAUS FILIUS ejusdem DUCIS infra unum Mensem post Diem obitus ejusdem Domini Genitoris sui ad nostram Majestatem vel præfatum Dominum Ludovicum, Regem & Dnos hujus Regni Ungarie personaliter debet accedere.

Pohlius in Annal. Wratislav. MStis ad an. 1524. „Auch starb Hertzog WENZEL Casimiri Hertzogs zu Teschen Sohn: verließ seine Gemahlin Fraw ANNAM Marggrat Friedrichs zu Anspach Tochter, die er An. 1518. geehlichet schwangeres Leibes die gebahr Vier Wochen nach seinem Tode Hertzog WENTZEL ADAM.

Iisdem fere verbis utitur Tilesius l. c.

(82.) Henelius in Siles. Togata MSta Lib. I. hoc ejus Elogium edidit:

„Ne Silesia quidem Principes a litterarum studiis abhorruisse multa sunt exempla: In paucis vero ex Illustrissima Ducum Familia ceu fidus illustre effulgere cœpit FRIDERICUS: Casimiri Silesie Pro-Regis laudissimi Filius, dignus Princeps cujus nomen etiam post obitum & suprema funera vivat, & vigeat donec litteræ erunt & qui litteras amant. Vivido fuit & præstanti Ingenio: nec Musis ipse tantum in celeberrimo Gymnasio Viennensi strenue operatus, sed & ejusdem Magistratu illo ipso anno, quo FERDINANDUS I. Imperator Gloriosissimus in lucem editus est præclare defunctus, id quod cum a Georgio Edero JCto in Catalogo Rectorum Viennensium tum & Daniele Rapoldo in historia de Silesia Ducatu annotatum invenio. Ad sacrum sive Ecclesiasticum Vitæ genus cum a Patre Celsissimo destinatus esset Decanatum in Ecclesia VRATISLAV. ad S. Joannis primariam illam Prælaturam facile impetravit, jamque in eo Reserat, ut Joannes IV. Episcopus, qui capitales tunc Capitulo experiebatur Inimicitias Coadjutorum illum sibi, quamvis tunc absentem ac Bononiae triennialis studii causa juxta leges ac mores Ecclesiarum VRATISLAVIENSIS subsistentem adsciceret imo Successoreni destinaret, nisi Collegii Sodales ea de Re apud VRATISLAUM Regem missis in ejus Aulam Doctorem Oswaldo Strubingerem, Sigismundo Gossingerem Canonicis conquesti effecissent, ut resignatio illa Episcopatus pronunciaretur irrita. Factum hoc attestante Mechovio Kal.

„Kal. Sept. anno sup. seculi primo. In Italia porro rem omni ex parte prospere gessit; „sed cum in patriam redire jam constitueret ea secum asportaturus ornamenta, quæ re- „bus gerendis quotidie magis ac magis accommodatum majoribusque adhuc dignitatibus „dignum reddere possent in ipso ætatis flore luctuoso suorum Fato procul patria oblit „Senis Hetruscorum in æde S. Clerici funerattis.“

Pohlius in Annal. Wratislav. MStis, ad an. 1507. „Im Júnio starb Herzog FRID- „RICH Casimiri Hertzogs zu Teschen Sohn, Dechant der Thum-Kirchen zu Bres- „lavv, der auch hätte Coadjutor seyn sollen, auf dem Heimwege von Rom in Schlesien; „liegt zu Senis in Welschland begraben.“

(84) An. 1546. FERDINANDUM I. comitabatur cum tertia vice Wratislaviam ingredetur Teste Pohlio in Annal. Wratislav. MStis. „Den 12. Aprilis gleich vñ „Schlag 21. kam König FERDINAND zum dritten und letztemahl gen Breslavv, „brachte mit sich Fr. ANNAM sein Gemahl, den Ertz-Hertzog MAXIMILIAN sei- „nen Sohn, Fr. Annam und Fr. Catharinam seine Töchter. Weil Fr. Elizabeth Königin „in Pohlén nevlich gestorben, zog man dem Könige entgegen in schwarzter Kleidung „und vweiseen Federn auf den Hütten. Im Königl. Einzuge war Augustus Herzog zu Sach- „sen, HERZOG VVENTZEL ADAM ZU TESCHEN, der Venediger Botschaff- „ter, etliche Böhmishe Herren und andre, die dem Hofe täglich nachfolgten.“

An. 1560. d. 30. Julii in Arce Pohnisch Ostrow Jus Provinciale Tessinense edidit, quod in Fasciculo diversorum Jurium integrum Dn. a Weingarten exhibuit, qui ta- minen an. habet 1590. quod Typographi Errorem esse conjicio cum an. ut Tileius me- moriaz prodidit 1579. vita jam decesserit.

An. 1563. Polonii egit cum MAXIMILIANUM II. Rom. & Bohemiæ Regem Archi-Ducem Austriæ sibi quoque Regem constituerent Hungari: Pöhlius hæc in Annal. Wratislav. MSt. ad an. hunc. „Den 8. Sept. ward MAXIMILIANUS Römischer und Böhmischer König, und folgenden Tag seine Gemahlin FRAW MARIA zu Presburg in Ungarn in Gegenwart seines Herrn Vatens Kaisers FERDINANDI, der beyden Brüder und Ertz-Hertzoge Ferdinandi und Caroli, beyder Söhne und Ertz- Hertzoge Rudolphi und Ernesti, Bischof Caspars von Breslavv, Hertzogs Georgii von Brieg, Herzog Heinrichs zu Liegnitz, HERZOG WENZEL ADAMS zu Teschen, zvveyer Herzoge von Münsterberg aus Schlesien und vieler andern Fürsten, Graven und Herren mit herrlicher Pracht zum Könige in Ungarn ge- krönet.“

An. 1565. Exequiis D. FERDINANDO I. CÆSARI Vindobonæ habitis interfuit. Pohlius in Annal. Wratislav. MStis ad an. 1564. „Den 6. Augusti folgenden Jahres hielt Kayser MAXIMILIAN seinem Herrn Vater in Beyseyn der Ertz-Her- tzoge und der Chur- und Fürsten des Reichs Gesandten zu Wien herrliche Begang- nüfs. Die Kayserliche Leiche trugen ohn Abwechseln über eine gemachte hölzerne Brücke von der Kayserl. Burgk bis in S. Stephans Kirche zvanzig Personen, und unter andern Herzog Fridrich zur Liegnitz, Herzog George zum Brieg, Herzog Carl Christoph zu Münsterberg und Oels, HERZOG WENZEL ZU TE- SCHEN.“

Idem autor ad an. 1571. „Den 4. Novembr. starb Herzog WENZEL ADAM ZU TESCHEN im LV. Jahre seines Alters vom Schilage getroffen: Ein frommer, standhaftiger, und gegen Arme barmhertziger Herr: Ein guter erfahrner Wund- Artzt, der gern arme schadhafe Leute curaret und geheylet. Ist in Kayserlichen Ge- sandtschafften öfters nach Pohlen geschickt, und an statt der Kays. Maj. bey der Könige Krönung Hochzeit und Begräbnüfs gevvesen.“

Tileius vero, qui l. c. curatus de rebus ab eo gestis agit, id an. demum 1579. accidisse affirmat, cuius & nos Testimonio tanquam coævi accedimus, in primis, cum an. 1572. in Urbe Tessinensi die Luna ante Visitationis MARIE, singulari Ordinem Eques- strem Ducatus Tessinensis Diplomate donaverit, quod l. c. lib. II. p. 309. Dn. a Weingar- ten exhibuit & ita incipit: „Wir WENZESLAUS von GOTTS Gnaden in Schle- sien Fürst zu Teschen & Grossen-Glogavv.“

imo P. R. Dn. Devverdeck in Silesia Numismatica ad p. 514. numum ab eo an. demum 1574. cusum exhibeat.

(85. 87. 88.) Pohlius l.c. ad an. 1540. „HERTZOG WENZEL ADAM ZU TESCHEN, als er lange Zeit ans Kaysers Hofe bey Diensten gevvesen, hielt Hochzeit mit Fr. MARIA VON BERNSTEIN; hat mit ihr gezeuget Fr. ANNAM, „Hertzog Fridrich Casimirum, Fr. SOPHIAM, die er überlebet.“  
Eadem habet Tileius l. c. ad an. 1540. & 1545.

(86.) Pohlius l. c. ad an. 1567. „Den 25. Novembr. hat sich zum andernmahl verheyrathet HERTZOG WENTZEL ADAM ZU TESCHEN mit Fr. SIDONIA CATHARINA, Hertzogs Frantzen zu Sachsen, Engern und Westphalen und Fr. Sibyllæ beyder Chur - Fürsten zu Sachsen Mauritii und Augusti Schvvester Tochter, Brachte mit sich ihr Heyrath-Gut zehntavvsend Gülden Reinisch, hingegen vvard ihr erblich verschrieben zum Leib - Gedinge Teschen und beneben die Herrschaft Jablonck.“

Idem l. c. ad an. 1586. „Den 16. Februarii hielt zu Teschen ehliches Beylager Emericus Forgatsch Freyherr von und auf Gimel, Graf zu Trentschin, und desselben Comitats Oberster Gespann, Herr auf Commenthi und Maross, mit Fr. SIDONIA CATHARINA Herzogin zu Sachsen, Engern und Westphalen, Hertzog Wentzel Adams zu Teschen Wittib.“

An. 1590. d. 20. Octobr. in Arce Trentschinensi Juri Provinciali Declarationem quandam necessariam addidit, uti litteræ ejus apud Dn. a Wenigarten l. c. p. 337. seqq. testantur, quarum Initium: „Wir SIDONIA CATHARINA von GOTES Gnaden gebohrne zu Sachsen, Engern und Westphalen, auch Herzogin in Schlesien zu Teschen und Gross-Glogavv, Gräfin zu Trentschin, bekennen hiermit diesem Unsern Brief vor iedermänniglich: nachdem sich zvvischen dem Durchlauchten Hochgebohrnen Fürsten und Herrn WENCESLAO Hertzogen in Schlesien zu Teschen und Gross-Glogavv, unserm vveyland hertzliebsten Herrn und Gemahl feel. und löbl. Gedächtniis, &c.“

Pohlius ad an. 1594. Mens. Junium. „Auch starb FRAU SIDONIA CATHARINA Hertzog Frantzen zu Sachsen, Engern und Westphalen Tochter, Hertzog Wentzel Adams Posthumus Wittib, ADAM WENTZELS Hertzogs zu Teschen Mutter.“

(89. 90. 91.) Curatius de FRIDRICO CASIMIRO Duce Tileius l. c. qui Patre vivente eum Dynastias quasdam habuisse asserit, quod & de Jure Monetæ probat P. R. Dn. Devverdeck in Silef. Numisnat. p. 525. seqq.

Nuptias ipsius Lignicci an. 1563. 28. Dec. MAXIMILIANO II. Rom. Ung. Bohemiæque Rege præsente peractas fuisse ex Thebesii Vitis & Gestis Ducum Sil. Lygio-Bregensium MSt. P. II. constat, nec prætereunda nobis Patris ipsius Verba, quæ in Privilegio an. 1572. ordini Ducatus Equestri concessa (vid. quæ ad no. 84. anteced. diximus) de Filio ita testantur:

„Wir VVENZESLAUS von GOTTES Gnaden in Schlesien Fürst zu Teschen und Grossen-Glogavv sambt unserm künftigen Erben, Herrn und Besitzern des Fürstensthumbes Teschen uhrkunden hiermit vor iedermänniglich, so gegenwärtigen Brief zu sehen und zu lesen oder gelesener zu hören vorkommen möchte, vvie dass die gesamte Herreui und Ritter ervvehnten Fürstenthumbes Teschen gebürliech Ihr Ld. Fürsten FRIDRICUM CASIMIRUM LOBSEELIGEN ANDENCKENS UNSERN GELIEBTEN SOHN, und nach dessen Ableiben Uns vor ihren Erb-Herrn hinwiederum freyvwillig angenommen.“

De Obitu ejus hæc ad an. 1571. l. c. Pohlius. „Den 4. May starb Hertzog FRIDRICH CASIMIR ZU TESCHEN. Desgleichen in diesem Jahr Fr. CATHARINA im siebenden Jahr ihres Alters seine Tochter die er mit Fr. CATHARINEN Hertzogin zu Liegnitz gezeuget. Ein freymüttiger, milder Fürst und ansehnliche Person, der von den benachbarten Fürsten Pohlischen Herren und sonstigen in großsem Wert gehalten: Hat die Herrschaften Freystadt, da er gemeinlich Hoff gehalten, Bilicz, Sgotschavv, Schvarzvasser und andre besessen, damit ihn sein Herr Vater Hertzog VVENTZEL ADAM abgestattet, wurd zu Bardubitz, da er auch gebohren, in der Frau Mutter Fr. MARIÆ von Bernstein Begräbniß behalten.“

Idem ad an. 1566. „Im Monath Septembr. verschied in GOTTFR. CATHARINA,

, RINA, HERTZOG FRIDRICH'S ZUR LIGNITZ Tochter, Fridrich Casimirs „Hertzogs zu Teschen Gemahlin.,,

(92.) Ita Tilesius coævus l. c.

(93.) Vid. Tab. Genealog. anteced. V. no. 61.

(94.) Pohlius in Annal. Wratisl. MSt. ad an. 1574. „Den 13. Decembris ist gebohren HERTZOG ADAM VVENTZEL ZU TESCHEN, Hertzog Wentzel „Adams und Fr. Sidoniæ Catharinæ Sohn.,” Idem affirmant Tilesius & Henelius l. c.

Pohlius l. c. ad an. 1595. „Den 17. Septembr. hielt Fürstliches Beylager zu Teschen ADAM VVENTZEL, Hertzog in Schlesien zu Teschen und Gross-Glogavv, „mit Fr. ELISABETH, Hertzogs Gothardi in Lieffland zu Churland und Semigallien Tochter.,”

Idem ad an. 1602. „Den 28. Junii hat Herr George Basta mit dem Zeckler Moyses, vvelchen etliche von Adel, so in dem Articulirten Frieden, den Sigmund Baithory mit Herrn Basta, vvegen des zum andernmal übergebenen Siebenbürgen, zuschliessen vorhabens, keinesvveges nicht vwilligen vvollen, zu ihrem Haupt verordnet, „ein ernstes Treffen gehalten, bey vvelchem auch Hertzog ADAM VVENTZEL „mit den Schlesischen Reutern gevvesen. Der Zeckler Türcken und Tartern vvurden in die 3000. erlegt, und die übrigen mit ihrem Obersten in die Flucht gejagt.,”

An. 1611. d. 18. Sept. MATHIAÆ HUNG. BOHEMIÆque Regi Wratislaviam ingredienti Comitem fuisse, Henelius in Breslographia & Pohlius l. c. testantur.

Idem Pohlius l. c. ad an. 1617. „Den 6. Februarii vvard ADAM VVENTZEL „Hertzog zu Teschen von der Röm. Kayf. Maj. zu einem Administratore und Vervvalter der Hauptmannschaft im Schlesischen Fürstenthunib verordnet.,”

Ad an. eundem: „Den 13. Julii starb ADAM WENTZEL Hertzog zu Teschen und Gross-Glogavv, Kayf. Maj. Ober-Amits-Vervvalter in Ober- und Nieder-Schlesien, Hertzog Fridrichs Wilhelms Vater.,”

Numum ab eo cusum l. c. p. 531. P. R. Dn. Devverdeck exhibuit.

(95.) Ita Tilesius l. c. in Tabula Genealog. & Henclius l. c.

(96.) Pohlius l. c. ad an. 1601. „Den 19. Novembr. verschied Fravv ELYZABETH Hertzogin in Lieffland zu Churland und Semigallien, Hertzogs Gothardi I. „und Fr. Aunæ Hertzogin zu Mecklenburg Tochter, Hertzog ADAM WENTZELS zu Teschen Gemahlin, nachdem sie Hertzog FRIDRICH WILHELMEN „d. 9. Novembr. auf die Welt gebohren.,”

(97. 98. 99. 100. 101.) Hos Ducis Adami Wenceslai Tessinensis liberos Fischeri, Heneliique Tabulæ MStæ edunt. Pohlius l. c. ad an. 1598. „Den 2. Martii ist gebohren ANNA SIDONIA, Hertzog Adam VVenzels zu Teschen und Fr. Elisabeth Hertzogin in Lieffland Tochter.,”

Idem ad an. 1616. „Den 2. Nov. hielt Hochzeit Fr. ANNA SIDONIA, Hertzog „Adam VVenzels zu Teschen Tochter, mit Herrn Jacob Hannibal, Grafen zu Hohenems, Gallera und Vadutz, Herrn auf Schellenberg.,”

ELISABETHÆ LUCRETIÆ & FR'DRICI VVILHELMI Monachi in Bavaria educati memoriam numis argenteis l. c. P. R. Dn. Devverdeck vindicavit. Illa ad vitæ dies Ducatus Usumfructum habuit, quem postea D. FERDINANDUS III. CAESAR Feudi vacui Titulo occupavit. Sepulta fuit in Cœnobio B. V. MARIAE Nascentis in Nova Civitate Tessinensi.

(102.) Wladislai Ducis Opoliensis Filium fuisse illius Diploma Monasterio Raudensfi an. 1258. d. 21. Octobr. concessum affirmat, quod Spec. C. nostri D. est CIV. & hoc Initio gaudet:

„Wladizlaus filius Kazimiræ DEI gracia Dux de Opol. una cum venerabili Conjugæ nostra Zusanna & filiis nostris Mieskone, Kazimiro & BOLEZLAO.,”

An. 1290. Henrico IV. Probo Duci VVratislaviensi, cum Cracoviæ Ducatum occupare vellet, eum tulisse suppetias, sed a Wladislawo Loctico, in prælio IV. Kalend. Martii circa oppidum Sziewior, viætum captumque fuisse l. VII. Dlugossus refert: „In eo Rrr rrr rr „prælio

„prælio Przemislaus Sprottaviensis Dux, filius Conradi Glogoviensis Ducis vix adole-  
„scientiam pertingens occiditur, & in Silesiam relatus in Monasterio Lubensi, cui ad id,  
„in quo concidit, Bellum iturus duas Villas videlicet Liososkowicze & Zirkow donave-  
„rat sepelitur: BOLEZLAUS OPOLIENSIS DUX capitulatur vulneratus. „

An. 1294. die S. Johannis Evangelistæ a Duce Wratislav. Henrico V. ex Carcere  
Glogovieni reduce Inducias quinquennales obtinuit, uti testatur Dipl. CXXI. Spec. C.  
nostræ D. in quo Henricus eum appellat:

„Unfern Schvager HERTZOGEN BOLCKEN VON OPPUL. „

An 1310. Kal. Sept. Theloneum Opoliense Civitati Wratislav. vendidit: vid. Dipl.  
XXXIX. Diplomat. nostri Bohemo-Siles. cuius Initium:

„Nos BOLEZLAUS DEI gracia DUX OPOLIENSIS una cum Liberis no-  
„stris Domino BOLCKONE nec non ALBERTO juniore ad omnium tam presen-  
„cium quam futurorum deferre cupimus notionem, &c. „

An. 1312. eum Cracoviam occupasse sed Wladislao Loctico adventante in Silesiam  
rediisse, testatur Dlugossus lib. IX. „Albertus Cracoviensis Advocatus cum Civitatibus  
Cracoviensis Consulatu & magistratibus Regimen & Principatum Ducis Wladislai mo-  
leste ferens, quod & taliis exactiōibusque gravibus pro administrandis bellis, quibus  
imperabatur, eos premeret & furum prædonumque flagitia, per quæ stratæ solitam securi-  
tatem amiserant, non coerceret, cum BOLEZLAO OPOL. DUCE missis nunciis &  
habitibus clandestinis Tractatibus de dedenda Cracoviensi Civitate componunt. Is nam-  
que, quæ secum decocta compositaque erant, executurus congesto notabili Exercitu  
Cracoviæ possessorus advenit & ab Advocato Consulatuque & universa Cracoviensi  
Civitate portis apertis suscepitus est cum omni subjectione & honore. Castrum ta-  
men Cracoviense, quod in fide Ducis Wladislai manebat, quamvis molientibus Civi-  
bus, nulla arte aut Ingenio poterant redigere in suam ditionem. Propter quod in do-  
mo Alberti Advocati prædicti recollectus aliquanto Tempore Cracoviæ mansionem  
firmavit: Wladislaus autem Dux periculi damnique gravitate plurimum angustiatus,  
quid sibi in tam pernicioſa novitate exterminium Status sui redolente acturus esset con-  
fultabat. Omnibus autem quamprimum Periculum rescindendum & congregatis tam  
militarium quam agrestium Copiis Cracoviensis Urbem Obsidione arctandam sua-  
dentibus Dux ipse Wladislaus saluberrimo usus consilio exercitum quidem fortem  
Cracoviæ obsessurus congregare non neglit. Legatos tamen ad BOLESLAUM  
OPOLIENSEM DUCEM Cracoviæ consistentem mittendos de pace tractaturos cum  
certis mandatis, quibus suapte æger in occupanda aliena Urbe Animus sanari posset,  
plurimum censuit, cum notabili exercitu eos subsequens Urbem & occupatorem, nisi  
Civitas redderetur, obsessurus. Hi cum ad præsentiam OPOLIENSIS DUCIS Cra-  
coviam advenissent & mandata Ducis Wladislai, quibus eum ad excedendum de hæ-  
reditate sua requirebat, exponerent - - - - - BOLESLAUS OPO-  
LIENSIS DUX - - submisso ac modeste Nunciis respondet - - - - &  
veritus ne a Duce Wladislao & exercitu suo occupatus Captivitatis aut fugæ dedecus  
exciperet, Alberto Advocato Cracoviensi & aliquibus Civibus Cracoviensibus, qui se  
noverant pro suis fore factis puniendos, metu gravi illos premente, cum se noscent per  
defectionem majora commisissæ, quam quibus posset ignosci, assumptis in Opol regredi-  
tur fremens dolensque, quod ejusdem Advocati & Civium Verbis fide praestita se oc-  
cupationi Cracoviensis Civitatis non sine grandi Obtrectatione & Infamia miscuerat. „

Eadem habet Mart. Cromerus Lib. XI.

An. insequ. 1313. diem suum obiit Dlugosso l. c. Teste: „Boleslaum Masoviæ Du-  
cem BOLEZLAUS DUX OPOLIENSIS (morte) secutus diem & ipse in Opolien-  
si Castro obiit, XII. Maji in Monasterio Minorum sepultus. „

(103.) An. 1290. in Vigilia B. Martini Urbi Ratiboriæ Sylvam quandam dedit, uti te-  
statutur Dipl. CL. Spec. C. nostri D.

Germanum fuisse CASIMIRI & MIECISLAJ Fratrem Dlugossus asserit lib. VII.  
ad an. 1295. quo & ipse PRZEMISLAUS vita deceſſit: „Dux PRZEMISLAUS in vi-  
gilia B. Stanislai moritur nulla prole relictæ & in die suo feſto, quamvis & duo GER-  
MANI SUI videlicet CASIMIRUS Bithomienſis & MIECZISLAUS Theſſinienſis  
Duces & Ratiborienses Barones diutius in aduersum niterentur, corpusque in alium  
„diem

„diem sepeliendum servari vellent, in Monasterio Prædicatorum in Ratibor Ducibus & Baronibus sententias mutantibus sepelitur. „

(104.) Dlugossus eo, quem nunc recitavimus, loco Przemislaum absque liberis obiisse tradit, nos filium duasque filias ei dedimus, quos omnes ortu Ratiborienses fuisse Diplomatū fide probamus. Sic

An. 1334. feria II. post Dominicam Quadragesimalem, qua canitur: Reminiscere Miserationum Tuarum DOMINE, in Urbe Coslensi ipse LESKO DEI GRACIA DUX RATHBORIENSIS se urbem Terramque Coslensem pignoris nomine habere constitutur. Et

In Transactione Trencinensi, qua an. 1335. in festo B. Bartholomæi Apostoli Casimiri Pol. Regis Procuratores nullum Regno Regique Poloniae in Silesia Duces Jus superesse affirmant, inter hos etiam refertur:

„LESKO DE RATHBOR. (Vid. Dipl. I. & CXII. Spec. C. nostri D.

An. eum 1339. adhuc superstitem fuisse ipse Casimirus Pol. Rex testatur, in litteris h. a. in octava purificat. B. M. V. Cracoviæ editis, quibus Silesia Duces ab omni Poloniae nexu immunes reddidit, dum illis anumeravit:

„LESKONEM RATIBORIS DUCEM. (Vid. Dipl. II. in Spec. C. nostri D.

(105.) Curatius de ea ad Tab. VII. Genealog. no. 4. diximus.

(106.) Ipse Dux Ratiboriensis LESKO in Dipl. antea c. an. 1334. in Urbe Coslensi edito hisce Verbis de ea Testimonium perhibet:

„Omnia vero, siue circa percepta de summa principali superfuérint, SORORI NOSTRE DILECTISSIME DOMINE OFFKE CLAUSTRALI RATHBORIENSI leganda duximus ob nostrorum Indulgentiam Peccaminum & efficaciter assignanda. „

(107.) An. 1319. Wratislavia in die Inventionis S. Crucis egit, cum Henricus Dux Javoriensis Urbem Gorlicensem Johanni Bohemiæ Regi venderet. Diplomatici in fine Verba sunt:

„Testes sunt Venerabilis Pater Dominus Witko Episcopus Misnensis, Illustres Principes & Domini Rudolphus Saxonie, Henricus Wratislavie, Boleslaus Lignicensis, BOLCKO FALKENBERGENSIS, Bolko Opolensis, Henricus & Conradus fratres Glogov. Duces per nos rogati. „

Vid. Balbinum P. V. Epist. Public. ad Lusatiam pertinet. Epist. VII.

An. 1329. cum Henrico Duce Glogoviensi inter Conradum I. Olsensem & Henricum VI. Wratislav. Duce Arbitrum egisse Johannes Bohemiæ Rex Dipl. e. a. XIV. Kal. Julii Gorlicii edito testatur, quod est LI. Spec. C. nostri D.

An. 1331. in die B. Luciæ Diplomatici Testis subscriptis, quo Duces Lygio-Bregenses Pragæ terras suas Johanni Bohemiæ Regi in Feudum obtulerunt, est id CXXX. Spec. C. nostri D.

An. 1337. in die S. Stanislai Martyris in Urbe Coslensi Testis egit, cum Kazimirus Dux Tessinensis, qui cum PATRUUM vocat, Wladislaw Duci Bythumensi & Coslensi Jus reliundi Territorium & Castrum Severiensè concederet. Vid. Dipl. XXIX. Spec. C. nostri D.

An. 1335. in festo B. Bartholomæi Apostoli a Procuratoribus Casimiри Pol. Regis in Transactione Trencinensi &

An. 1339. in octava purificationis B. M. V. Cracoviæ in ipsius Casimiри Regis Diplomatici inter Duces Silesia, quos ea Tempestate ab omni Nexus Poloniae dimisit, resertur quoque

„BOLCKO DE FALCKEMBERG. „ (Vid. Dipl. I. & II. Spec. C. nostri D.

An. 1342. in octava B. Johannis Baptiste coram Episcopo Wratislav. cum aliis Silesia Ducibus se Regis Bohemiæ Vasallum profitebatur.

Vid. Dipl. XIII. Spec. C. nostri D.

An. 1354. ipso Resurrectionis Festo Vindobonæ Constitutioni Feudali subscriptis, quam CAROLUS IV. tunc in usum Bohemiæ edidit:

„Des seynd Geczeugen der Ehrwürdige und die Hochgeborenen Johanns Marg-

„graf zu Montferia - - - Wladislaw zu Teschen, Niclas zu Münsterberg, BOLCK zu OPPELN, und BOLCK zu FALCKENBERG die Hertzoge.,, Vid. Clariss. Dn. Lünigius in des deutschēn Reichs-Archivs Part. Spec. Contin. I. in Suppl. pag. 469.

An. 1355. V. die April. Romæ Confirmationem Generalem omnium Regni Bohemiae Privilegiorum, quam CAROLO IV. acceptam refert Bohemia, suo quoque Testimonio corroboravit, Verba Diplomatis sunt:

„Des sind Zeugen - - - die Durchleuchtige Johanns Marggraf von Montferrat, Stephan Pfalzgraf bey Rhein, und Herzogk in Bayern, Niclas der Herzog in Troppaw, Otto von Braunschweig, und BOLCK VON FALCKENBERG „Hertzoge &c.

Vid. Melch. Goldast. ab Haimansfeld in den Beylagen ad. Tom. II. Collect. varior. Confiliorum de Successione & Jure Hæreditario Familia Regia in Hungar. ac Bohemiam no. XXXVII.

An. 1357. cum IV. Id. Apr. CAROLUS IV. Pragæ Cartusia Maurbacensis secundo ab Urbe Vindobonensi milliari Privilegia & Immunitates suo Diplomate sub aurea Bulla confirmaret, Testes aderant:

„Illustres BOLCKO FALCKEMBERGENSIS, BOLCKO OPOLIENSIS, Joannes „Opavie & Przemislaus Teffini Duces spectabiles. ,,

Vid. Leopoldi Brenneri Histor. Cartusia Maurbacensis Tom. II. Script. Rer. Austr. apud R. D. P. Hieronym. Pez p. 356.

An. 1358. IV. Id. Januarii Diplomati, quo CAROLUS IV. Pragæ Fundationem Monasterii Schalitzensis confirmabat subscriptis. Vid. Dipl. LVII. Diplomat. nostro Bohemo-Silesiaco.

An. 1357. II. Id. Nov. Pragæ egit, cum Ernestus Archi-Episcopus Pragensis factam a Theoderico Misnensti Episcopo Schalitzensis Monasterii Fundationem confirmaret. Vid. Diplom. LX. Diplomat. nostro Bohemo-Silesiaco.

An. 1358. Id. Decembr. Wratislaviæ aderat, cum CAROLUS IV. Episcopum VVratislavensem & Capitulum Terram Grotcoviensem in feudum suscepisse & Episcopum Principem Lygium esse egregio Diplomate affirmaret.

Vid. Dipl. X. Spec. C. nostri D.

e. a. d. & l. Diplomati subscriptis, quo CAROLUS IV. Episcopum & Capitulum Ecclesiæ Wratislav. donabat, quod est XVIII. l. c.

An. 1359. VII. Id. Januarii Wratislaviæ Diplomati Testis subscriptis, quo CAROLUS IV. factam an. 1289. a Wenceslao Boh. Rege Bolconi Duci Slezie oppidi Schönenberg in Provincia Bohemiae Greczensti donationem Bolconi II. Duci Suidnicensi & Javoriensi confirmaret. Extat illud Tom. VI. Ludewig. p. 383. seqq. in Diplomatar. Gris. sov. cuius hæc circa finem Verba sunt:

„Testes hujus rei sunt venerabiles, Arnestus S. Pragensis Eccl. Archi-Episcopus, „Johannes Olomucensis, Albertus Swerinensis & Theodericus Mintensis Ecclesiarum „Episcopi: Illustres Conradus Olsniczensti, Wenceslaus & Ludwicus Lignicensis, BOLCKO FALCKEMBERGENSIS, BOLCKO OPOLIENSIS, & Przemislaus Teffinenensis „Duces spectabiles. ,,

e. a. in die S. Thomæ Cantuariensis Episcopi & Martyris gloriose VVratislaviæ litteras edidit, quibus se non alium quam Bohemiae Regem Dominum habere confitetur. Vid. Dipl. CXI. Spec. C. nostri D.

e. a. IV. Id. Maji Pragæ Singulari Diplomati subscriptis, quo CAROLUS IV. fratres Dn. a Stadicz donavit, verba circa finem sunt hæc :

„Testes hujus Rei sunt Venerabiles - - - Illustres Rudolphus Saxonie, „S. I. Archimarschalcus, Joannes Marchio Moravie, BOLCKO FALCKEMBERGENSIS & „Przemisl. Teffinenensis Duces. ,,

Vid. Balbin. P. I. Epist. publ. no. LX.

e. a. In d. XII. Non. Maji Pragæ Testis erat, cum CAROLUS IV. religiosis Fratribus Dominicis sepulchri in Denckendorff Diplomia Henrici VII. Imp. confirmaret, Verba litterarum circa finem sunt:

„Testes hujus Rei sunt Venerabiles Arnestus Pragensis Archi-Episcopus, Johannes „Olomucensis, Johannes Luthomislensti, Imperialis Aulæ Cancellarius, Theodericus „Mindensis, & Maurus Carboniensis Episcopi: Illustres Johannes Marchio Moravie, Ru-

dol-

„dolphus & Fridricus Austriz, Styrie, & Carinthie Wenceslaus Saxonie, BOLCKO  
„FALCKEMBERGENSIS & Johannes Opavie Duces spectabiles.„

Vid. Documenta rediviva Monasteriorum præcipuorum in Ducatu Würtembergico: Tüb. 1636. 4.

An. 1360. In d. XIII. Non. Septembris. in castris apud Ezzlingen Tabulis Pacis Testis subscrispsit, quam inter se CAROLUS IV. Imp. & Joannes Marchio Moraviæ fratres cum Rudolpho Duce Austriz inibant, quarum hæc Verba huc spectant:

„Testes hujus Rei sunt Venerabiles Arnestus Pragensis Episcopus, Johannes Aule „nostre Imperialis Cancellarius Luthomuslensis & Johannes Olmucensis Episcopi, Theodo- „dericus Mindensis Episcopus, Wissgradenensis prepositus Regni nostri Boemie Cancella- „rius, Illustris BOLCKO FALCKENBERGENSIS & Joannes Opavie Duces.„

Edidit illas ex TABULARIO CÆS. VIENNEN R. P. D. Steyerer in Commentariis doctissimis pro Historia Alberti II. Ducis Austriz cognomento Sapientis scriptis pag. 308.

(108.) Dlugossus X. ad an. 1382. „Vigesima prima Septenbris Boleslaus tertius „Opoliensis Dux in Strzelcze moritur & in monasterio fratum minorum apud Opoliam tu- „mulatur: quem HENRICUS DUX FALCKOBERGENSIS in superioris Glogo- „via Ecclesia sepultus & quarta decima ejusdem mensis absumptus præcesserat.„

(109.110.) Ita Fischerus & Henelius in Tab. Genealog. MStis.

(III.) Eadem quæ ad no. antec. 107. de an. 1319. 1335. 1339. 1342. 1354. 1357. IV. Id. Apr. 1358. IV. Id. Jan. & Id. Decembris. & 1359. VII. Id. Jan. citavimus Diplomata de BOLES- LAO nostro Testimonium perhibent, nec defunt alia.

An. 1327. X. I. Kal. Martii Opavie se Regis Bohemiæ Vasallum profitebatur.

Vid. Dipl. CVIII. Spec. C. nostri D.

E. a. in die Palmarum Wratislaviæ Johanni Bohemiæ Regi præsenti litteras homagiales dedit. Vid. Dipl. CIX. Spec. C. nostri D.

Au. 1345. IX. Kal. Decembris. Wratislaviæ in Domo Fratrum minorum Testis aderat, cum Episcopus Wratislav. & Capitulum se oppidum Grotkov a Rege Regnoque Bohemiæ in Feudum recepisse profiterentur.

Vid. Dipl. XVI. in Spec. C. nostri D.

An. 1347. Kal. Sept. Pragæ cum aliis Bohemiæ Silesiæquæ Proceribus CAROLUM IV. eo commovit, ut quam Reges Bohemiæ ungendi & coronandi facultatem Moguntinus habuerat in Archi-Episcopum Pragensem transferret: Verba Imp. sunt hæc:

„Vor unsrer Hochzeit sind erschienen - - - Die Durchleuchtigen Johans „Hertzog in Kärndten und Graf in Tyrol, unser liebster Bruder, Niclas der Hertzog von „Troppau und Rettiborz, BOLCK DER HERTZOG VON OPPELN,„

Vid. Melch. Goldastus ab Haimansfeld l. antea c. no. XXIX.

An. 1349. Fer. VI. infra octavas S. Jacobi in Urbe Coslensi Sententiam inter Mirsanum de Proskov, & Wencezlavam relictam Theoderici de Mozarov de quinque mansis disceptantes tulit. Vid. Dipl. LXXXI. Diplomat. nostro Bohemo-Silesiaco.

An. 1355. ipsum cum fratribus BOLCKONE FALCKENBERGENSI & ALBERTO STREHLIZENSI Ducibus successionem sibi in Terras defuncti Bolconis Ducis Bitumiensis & Coslensis vindicare voluisse, quæ Conrado I. Olsnensi & Przemislaw Teffinensi Ducis competebat, sed repulsam passum ipsius CAROLI IV. Diplomah. a. IV. Non. Octobr. Pragæ confectum testatur, quod Spec. C. nostri D. est LVI.

An. 1356. II. Id. Aug. Wratislav. Testis adfuit cum CAROLUS IV. Urbem hanc egregio Diplonate donaret, quod est CXLVI. Spec. C. nostri D.

An. 1358. Id. Dec. Wratislav. egregio Diplonati Testis subscrispsit, quo CAROLUS IV. Ecclesiam Wratislaviensem donavit.

quod Spec. C. nostri D. est XVIII.

An. 1362. Sabbathio ante Dominicam, qua cantatur: Lætare Hierusalem, Norimbergæ egit, cum Petrus a Michelsberg Castra Ratin & Husck a CAROLO IV. Imp. ceu REGE BOHEMIÆ Feudi nomine susciperet. Vid. Balbin. litter. publica. P. I. Ep. CXVIII.

An. 1364. In d. II. VI. Id. Febr. Brunnæ Testis aderat, cum CAROLUS IV. Rudolphum Austriz Ducem generum Successionis in Tyrolensi Comitatu a Margaretha

Sss sss ss

Lu-

Ludovici Senioris March. Brandenburgensis vidua sibi delata certum esse Diplomate aurea Bulla firmato juberet, cuius haec in fine Verba:

„Testes hujus rei sunt: Illustris Rudolphus Dux Saxoniæ: S. R. I. Archimareschalcus, Princeps Elector, - - - - - Illustres Baltasar Brunsvicensis, „Bolcko Suidnicensis, BOLKO OPOLIENSIS, Przimislaus Tessinensis, Henricus „Lignicensis, & Casimirus Stetinensis Duces.,,

Habet Diploma R. P. D. Steyerer in Commentariis doctissimis pro Historia Alberti II. Duci Austriae cognomento Sapientis scriptis, p. 379. & seqq.

Henricum Dlugossus appellat dum haec lib. IX. ad an. 1368. tradit: „Suidnicensem „Ducem Boleslaum HENRICUS I. (Boleslaus) OPOLIENSIS DUX securus apud „Opoliam ultima Decenbris moritur & apud Monasterium Fratrum minorum sepelitur „duos FILIOS WLADIZLAUM ET BOLESLAUM relinquens ex ELISABETH „FILIA BERNARDI DUCIS SUIDNICENSIS ET NEPTE GERMANA „CASIMIRI REGIS POLONIÆ susceplos.,,

Illustrant hanc Dlugoffi Sententiam, qua ex Elisabetha Filia Bernhardi Ducis Suidnicensis Wladizlaum & Boleslaum Duces Opolienses natos fuisse perhibet, BOLCONIS II. Ducis Suidnicensis Fratris hujus ELISABETHAE Litteræ an. 1354. in prædio Manoro VII. Id. Apr. editæ, quibus Ecclesiæ Wratislaviensem villam Hoendorff districtus Javoriensis ab Ottone de Donyn emisse testatur hisce circa finem Verbis:

„A&um & Datum in Manoro nostro Predio VII. Id. Apr. Anno DMNI „M. CCCLIV. Presentibus ILLUSTRI BOLCONI DUCE OPOLIENSI NE- „POTE NRO (scilicet ex Sorore Elisabetha) CARISSIMO, nobili Viro Dn. Joanne „de Hackinborne Avunculo nro, Nicolao de Seifrida, Nicolao de Sachinkirche, „Oppone de Czedlitz, Cunmanno de Sydlitz, Reintzcone Schoff, Hermanno Curie nre „Notario, qui presentia habuit in commisfis, aliisque quam pluribus nris fidelibus fide „dignis.,, (Ex Cod. Diplomat. MSto.

(113.) Testantur de eo Diplomata quoruin ad no. anteced. III. de an. 1335. 1339. & 1355. mentio facta. Ipse an. 1337. in die S. Stanislai Martyris in Urbe Coslensi litteris Testis subscripsit „quibus Wladislao Duci Bithumensi & Coslensi Casimirus Dux Tessinensis, qui ALBERTUM Patrum vocat, Jus reluendi Castrum & Territorium Severiensē concessit.,,

Vid. Dipl. XXIX. Spec: C. nostri D.

An. 1361. eum diem suum obiisse & liberis caruisse Henelius in adversar. Hist. Sileſ. MStis tradit: Czekpius vero in Gynæco Sileſ. Tab. Genealog. L. IX. Agneten ipsi Conjugem, ejusdemque nominis filiam Agneten tribuit Nicolao Duci Monterbergensi nuptam, quod nos Testimonio fide digno nec refellere possumus, nec affirmare.

(115.) Patre Boleslao defuncto Bellum illud inter Duces Opolienses & Bregenses incanduit, quod curatius Dlugossus lib. IX. ad an. 1369. hisce Verbis exposuit: „Bregensis „Ducatus partem dimidiā per Wenceslaum Ducem Lignensem in livorem fratris „Ludovici Boleslao Duci Suidnicensi venditani Ludovicus præfatus Bregensis Dux juxta „foedus quod Carolus Imperator & Boëmia Rex inter dissidentes Fratres Wenceslaum „Lignensem & Ludovicum Bregensem concordandi pepigerat, liberatus OPOLIEN- „SIBUS DUCIBUS VVLADIZLAO ET BOLEZLAO, quibus partem ipsam Bo- „leslaus Suidnicensis velut consanguineis suis moriturus donaverat, duo millia solvit mar- „carum & Civitatum ejusdem Sortis videlicet Grodkow, Piczen, & Cruczburg principaliū accepit Possessionem. OPOLIENSES autem DUCES VVLADIZLAUS „ET BOLESLAUS ad grandem revocantes Injuriam quod de sorte Ducatus Bregensis „dimidia fuerunt per Ludovicum Ducem Bregensem exclusi & redenti multiplicibus „guerris damnis & Invasionibus Ducatum Bregensem invadunt & afficiunt. Quoruin „Invasionem Ludovicus Bregensis Dux non ferens opponit illis resistentiam & ex parva „Odiorum scintilla in universalem Dimicationem per utramque partem ventum est. „Certamine autem prope Cruczburg inito edita utrinque strage cessit Ludovico Duci Bre- „gensi justius bellum & Arma tractanti Victoria.,,

An. 1372. Olsnæ die Mercurii ante Palmarum Foedus cum Conrado II. Duce Olsnensi iniit, Titulo usus:

„Wir

„Wir VVLADISLAVV von GOTIS Gnaden Herzog und Herr zu Opul und „zu Welun und Grosgraß (i. e. Palatinus) zu Ungirn.“

Vid. Dipl. CXX. Spec. C. nostri D.

An. 1370. Morti & Exequis Casimiri III. Pol. Regis Cracoviz adsuit, quod l. c. Dlugossus habet: Inde qui Casimiro successit ex Sorore nepotis Ludovici M. Hungariae Poloniæque Regis Gratiam aucupatus ejus ad Prælatos & Barones Poloniæ Legatus factam a Casimiro Rege filiis duobus nothis Terrarum quarundam donationem insregit, Regni Hungariae Palatinus Ludovico Regicu[m] e. a. d. 17. Nov. in Cracov. majore Ecclesia Poloniæ Diadema fusciperet una cum Casimiro Duce Stettinensi adstitit, Terramque Wielunensem aliasque Poloniæ Urbes & Arces Olschtin, Krzepicze, & Bobolicze in Terra Cracoviensi & Brzenczam in Terra Siradiensi feudi titulo accepit, uti idein Dlugossus l. X. perhibet. Nec ita substitut Ludovici Regis in Wladislaum favor, sed eum an. 1377. plerisque Russiae Terris, Ducatu Dobrzinensi, ac Gniewkowensi, imo Castris Bidgoscz, Wlatow & Walcz donavit eodem Autore ad an. hunc Teste. An. sequ. 1378. ad Res Poloniæ componendas vocatus Ludovicus Rex ire noluit, sed Regno Wladislaum Gubernatorem misit, quod tamen ægre habuit & eo adegit Polonus, ut Legatis ad Regem missis eum revocandum postularent, cui & omnium Voto accedere Rex coactus est. Neque tamen Polonorum inde fines abhorruit, sed an. 1382. Monasterium in antiqua Czenstochowa fundavit & dotavit, quod his Verbis l. c. Dlugossus refert: „Nonna die Augusti WLADIZLAUS OPOLIENSIS & tunc WIELUNENSIS, OSTRZESCHOVIENSIS, & DOBRZINENSIS DUX de Ecclesia Parochiali SANCTÆ MARIAE in antiqua Czastochowa matre filialis Ecclesiæ in oppido Czastochowa sibi propinquo de consensu Joannis Episcopi Cracoviensis & Henrici Biel de Blezno Cracoviensis & Gnesnensis Canonici de familia Ostoya, Plebani in antiqua Czastochowa sponte illi renunciantis, fundat Monasterium fratrum Heremitarum Ord. S. Pauli primi Heremitæ militantium sub Regula B. Augustini. Cui Monasterio Dux prætatus pro Dote assignavit & donavit donatione perpetua Villas antiquam Czastochowa & Krowordza cum fabrica fertificii, molendino, & prædio eidem adjacentibus, item decimas pecuniales teloneorum in Oppidis Ostrzeschow & Czastochowa, item decimas frumentales in Villis Gajenczycze, Dworzischowicze, Dupiczec, Kruplin & antiqua Brzeznica cōsistentes, item decimas frumentorum & braeorum de molendinis constructis & construendis Oppidorum Czastochovva & Zari, item decimas Mellis Villarum Przemilovicze, Przewodzischovycze, Babrovvniki, Nadalicze, Koschaczin, Biskupicze, in districtu Olstineni, Bobrovvniki & Kamyen in districtu Wielunensi, libertando bona Monasterii prædicti ab omnibus Oneribus Tributis & datiis ordinariis & extraordinariis universis. Dux autem ipse WLADIZLAUS OPOLIENSIS Ducatus præfatos five Terras Regni Poloniæ videlicet Wielunensem, Dobrzinem, Ostrzeschowensem, item castra Olstyn, Krzepicze, Bobolicze in Terra Cracoviensi consistentia, ex donatione perpetua, sibi per Ludovicum Hungariae & Poloniæ Regem facta, consecuta in recompensani & vicissitudinem Terrarum Russiae videlicet Leopoliensis, Przemisliensis, Haliciensis & Podolia ab eo resignatarum, quas sibi idem Ludovicus ut & tanquam Poloniæ Rex etiam perpetuo donaverat, intelligens donationem ipsam Terrarum propter enormem lassionem Regni Poloniæ sibi non posse fore diuturnam, Ludovico etiam Rege instante, qui donationem ipsam vel potius alienationem & Regni Poloniæ mutilationem conscientia illum remordente ferre non potuit.“

Pohlius in Annal. Wratislav. MStis ad an. hunc: „Den 9. Augusti hat VVLA-DISLAUS HERZOGK ZU OPPELN, KÖNIGL. STADTHALTER IN POHLEN das Kloster Zenstochavv gebauet und gefiffstet, und das MARIEN-BILD; das der H. Evangelist Lucas soll gemahlet haben, und er mit sich aus Reussen gebracht, hierin gesetzt, und mit sonderlichen Einkommen begabet.“

An. 1383. Mense Martio in Conventu Siradiensi, cum Poloni Ludovico M. defuncto de alio sibi Rege eligendo cogitarent, omniumque Animi in Semovitum Masoviæ Ducem inclinarent, solus Wladislaus, quamvis Sororem ejus Germanam haberet, contraria Sententiam tuebatur, unde & spe omni Regnum adipiscendi se frustratum vedit Semovitus, quod l. c. cumulatius Dlugossus exposuit.

E. an. Sigismundum Marchionem Brandenburgensem vastata Masovia & Cujavia in Hungariam redeuntem circa Junivladislaviam adortus magna strage affecit, eodem Autore Teste.

Páulatim vero decrescere Fortuna ejus cœpit cum an. 1390. Hedvvigis Polon. Regina Ludovici M. Filia, Wladislai Jagellonis Pol. Regis Conjux, Marito in Expeditione Lithuania absente cum altero Exercitu in Russiani proficisceretur, & omnes Wladislai Ducis Copias Provincia expelleret. Quam Tempestatem mox alia secuta, cum Wenceslaus Rom. & Bohemia Rex in eum & cæteros Duces Opoliensë excandescens missis Nicolo & Wilhelmo Oppaviæ Ducibus ac Procopio Marchione Moravia Terras illorum Igne ferroque pervaftaret.

An. 1395. Regi Wladislao ob VVielenensem Dobrzinensem & Ostrzechovensem Ducatus Homagium præstare recusans Dux VVladislaus bello ansam dedit, quo VVielenensem & Ostrzechovensem Terras amisit, Dobrzinensem vero Magistro Prussiæ Conrado de Jungen pro XL M. florenorum, ne eam Poloni repeterent, obligavit, sic unicum Castrum Boleslaviecz in potestate ejus permanxit, quod continua septem annis Obfitionem patiebatur, non nisi VVladislao mortuo a Vidua ejus Polonis redditum. Nec ita substitit VVladislai Regis fervor, sed in Ducatum quoque Opoliensem versus est duabus imprimis ex causis, tum quod Dobrzimensis Ducatus Alienationem, tum quod Mercatoribus Regni in Ducatu Opoliensi illatas Injurias ulcisceretur: Intercessione tamen Conradi II. Ducis Olsnensis & Bernhardi Falckobergensis Rex placatus; quod Dlugoff. lib. X. ad an. 1396. tradit. Illustrant hoc Ducum Opoliensium litteræ, quæ loc. CXXIX. Diplomatar. nostro Bohemo-Silesiaco occupant, &

### „ILLUSTREM PRINCIPEM DUCEM LADISLAUM

„Patrum Boleslai & Bernhardi Ducum Opoliensium fuisse probant. „

Obiit tandem an. 1401. utramque satis expertus Fortunam VVLADISLAUS, Dlu-  
goffo Teste ad an. hunc, lib. X. „ Octava Maji VVLADIZLAUS OPOLIENSIS  
„DUX nulla prole relictæ apud Opol moritur, & in Monasterio Fratrum minorum O-  
„poliæ in Choro sepelitur, Casimir secundi Polon. Regis Nepos secundum carnem, ex  
„Sorore germana: „

Obiter noto Scholia in Henelii Silesiogr. Renov. Cap. VIII. p. 225. VVladis-  
laum hunc Opoliensem, cum VVladislao Coslensi Duce confundere.

(116.) Fratrem fuisse VVLADISLAI DUCIS OPOLIENSIS ex foedere pater,  
quod hic cum Conrado II. Duce Olsnensi Olsnæ die Mercurii ante Palmarum an. 1372.  
init, & hæc Verba habet huc pertinentia:

„Usgenommen unsfern Erb - Herrn den Kunig czu Beheim und och unsfern Erb-  
„Herrn den Kunig czu Ungirn, des Hof-Gefinde vvir seyn, und och UNSERN BRU-  
„DER HERTZOG BOLCKEN HERRN CZU OPPUL. „  
circum finem.

„VVere aber Sache, daß her mit UNSERM BRUDER HERTZOG BOL-  
„CKEN, HERRN CZU OPUL kriegete. „

An. 1370. Kal. Aug. cum CAROLUS IV. Lusatia Marchionatum Bohemia ad-  
deret, Testis Diplomati Pragæ subscriptus; quod Balbinus edidit P. V. Epist. public. ad  
Lusatiam pertinent. p. 267.

Dlugoff. lib. X. ad an. 1382. „ Vigesima prima Septembbris BOLEZLAUS TER-  
„TIUS OPOLIENSIS DUX in Strelcz moritur, & in monasterio fratrum Minorum  
„apud Opoliam tumulatur. „

(117.) Henrico VI. ultimo Duci VVratislav. ex Gente Piastea Filiam fuisse EUPHE-  
MIAM in Assert. ad Tab. I. Genealog. no. 59. Diplomatis cuiusdam a Ludovico Bavar-  
ro Rom. Imp. Fulda an. 1324. editi Autoritate affirmamus. Eam vero Boleslai Ducis  
Opoliensis & Falckobergensis Conjugem, HENRICI MATREM fuisse Diploma pro-  
bat, quo

„An. 1379. in die S. Mathæi Apostoli HENRICUS DEI gracia Falckobergensis  
„& Strelicensis Dux Dominus super Glogovie in sublevamen Avi & Avic DUCUM  
„VVRA TISLAVIENSIMUM, nec non Illustrissimorum Parentum BOLEZLAI PA-  
„TRIS ET EUPHEMIÆ GENITRICIS, ac etiam Boleslai & VVenceslai (Bernhar-  
„di) Fratrum &c. Ecclesiam Collegiatam in Ducatus Opoliensis Oppido Glogovia fun-  
„davit. „

Excerptum hoc ad Silesiogr. renov. Cap. VIII. §. 47. p. 171. litt. b. produxit Illustr.  
Scholastes, unde Avum & Aviam, imprimis vero MATREM EUPHEMIAM Henri-  
ci Ducis Falckobergensis, Duces VVratislavienses fuisse luculento Testimonio cogno-  
scimus,

scimus; doleo tamen illum Diploma integrum non edidisse, VVenceslai enim illud Fratris Henrici Nomen in authentico extare dubito, cum aliorum Diplomatū fide, quā ad no. 119. 120. 121. 122. citavimus, non nisi Bolezlaum, Bernhardum, & Johannem, Fratres Henrici Ducis Falckobergenſis, Filios Boleslai & EUPHEMIÆ Duc. VVratislav. fuisse constet.

(118.) Dlugossus lib. X. ad an. 1381. „Decima septima Junii Semovitus totius tunc Masoviae unicus Dux Troydeni filius in Castro Plocensi mortuus Patribus suis appositus est „& in Ecclesia Plocensi tumulatus, tres filios, quorum duos ex prima Uxore filia Nicolai „Ducis Opaviae videlicet Janussum & Semovitum, tertium Henricum ex filia Wladislai „Ducis Zambicensis, item duas filias, quam unam VVLADISLAO OPPOLIENSI VVIELUNENSI & DOBRZINENSI, alteram Casimiro Stetinensi, quo absunto, Henrico Filio Bregensi Ducibus in Conjuges tradiderat, relinquens.“

Eadem fere Verba habet Math. de Michovia lib. IV. Cap. 35. Mart. Cromerus lib. XV. p. 643. „Extant etiam VVladislai Oppolienſium Ducis litteræ per hæc Tempora scriptæ; „quibus ille Cujaviæ quoque Ducem se nominat, ita ut eam Dotis nomine in pignus accepisse a Ziemovito videri posset. Habebat enim ejus Filiam AGATHIAM in Matrimonio, nisi forte, quod Inowladislaviense Territorium habebat, in Cujavia Cujaviæ Ducem, „(ut faciunt vulgo Principes) sè vocitabat.“

An. 1402. VVratislavia die Lunæ ante S. Mar. Magdalena cum aliis Silesiæ Ducibus pro Rege WENCESLAO fœdus iniit; quod est Dipl. CXXVII. Diplomatarii nostri Bohemo-Silesi. quod viduam esse indicat, dixit sè:

„OFFKA HERTZOGINNE CZU OPPUL..“

Liberos tres ex ea suscepisse Wladislau l. antea c. ad Henelii Silesiogr. renov. Illustr. Scholiaſtes refert; Dlugossus vero l. antea c. euī nulla prole relictæ obiisse, sui tamen ipse oblitus, eodem enim lib. X. ad an. 1392. sequens de Filia VVladislai, quam Hedwigen Czepkius Tab. XX. Gynecæi Silesiaci dixit, matrimonio Testimonium perhibet.

„In hujus quoque anni Principi Alexander Dux, qui & Vigunth Veneno, quod propriae familiares Lithuani Cibo miscuerant, in corpus grassante extinctus & in Vilnensi Ecclesia sub uno mausoleo cum Corpore Germani sui Casimiri alias Korigal a Witharodo & Cruciferis capite truncati sepultus. - - - - - Matrimonium filiæ VVLA- DISLAI DUCIS OPOLIENSIS & ex donatione VVladislai Poloniæ Regis (qui illum tenerrimo prosequabatur affectu) Bidgostiam & Juniwladislaviam cæterasque possessio- nes & Introitus in Regno Poloniæ sortitus nullam prolem reliquit. Princeps nobilis & inter regios fratres probitate modestiaque conspicuus.“

(119.) Testatur de eo & fratribus Dipl. CXXI. Diplomatari. nostri Bohemo-Silesi. quo ipsis ac Ladislao Oppolensi Duci Patruo & Przemislawo Teſſinensi Duci de summa quadam Pecuniæ Regi credita Urbes quædam fidejubent an. 1389. proxima Jovis die post festum Pentecostes. Verba hoc spectant sequentia:

„Deme Erwürdigen in GOTTE Vater und Herrn Herrn JOHANS Bischofen czu Leslaw, und synen Brüdern Hertzog BOLCKEN, Hertzog HEINRICHEN, und Hertzog BERNHARDEN HERTZOGEN CZU OPOL.“

An. 1396. die dominica in Craftino S. Dominici Confessoris ante Opol cum Rege Poloniæ VVladislao Jagyellone Ducatum Oppolensem pervastante Indicias inibant Duces Oppolenses Fratres. Vid. Dipl. CXXIX. Dipl. nostro Bohemo-Silesi. cuius Initium:

„Nos BOLCKO & BERNHARDUS FRATRES GERMANI DEI GRACIA DUCES ET DOMINI OPOLIENSES nomine nostro & Reverendi in CHRISTO Patris ac Domini Domini JOHANNIS eadem gracia Episcopi Camynensis fratris nostri Károffimi.“

An. 1402. VVratislavia die Lunæ ante S. Mar. Magdal. BOLCKO & BERNHARDUS cum aliis Silesiæ Ducibus pro pace patriæ publica conservanda fœdus inibant. Vid. Dipl. CXXVII. l. c.

An. 1433. Bellum inter Bolconem Oppolensem & Nicolaum Ratiborensem Duce exarsit, in quo tamen ille adversa fortuna usus est. Dlugoff. l. XI. p. 644. „Odiis rixisque ferocibus inter BOLESLAUM OPOLIENSEM ab una & Nicolaum Ratiborensem Duces partibus ab altera exortis, dum BOLESLAUS OPOLIENSIS Dominum hostis sui Nicolai Rathiboriensis invadens illud vastaret, a Nicolao Ratiboriensi Duce ante oppidum

„Rybniki congressu facto vixit, atque prostratus fuga sibi salutem quæsivit, & Nicolaus Ratiboriensis Dux oppidum Bithon cepit.“

An. 1435. VVratislavia die Mercurii post festum S. Mathæi fœderi, quod universæ Silesiæ Duces ad hostium quascunque imprimis Hussitarum Injurias propulsandas inibant, accessit. Vid. Dipl. CXL. Dipl. nostri Bohemo-Silef.

Biennio abhinc exacto an. 1437. diem suum obiit Dlugosso l. XII. Teste:

„Sexta Maji Die BOLESLAUS OPOLIENSIS QUARTUS DUX apud Opolie moritur & in monasterio fratrum minorum in Opolie sepelitur duos filios unum sui nominis BOLEZLAUM relinquens; alter enim suorum filiorum HENRICUS uno anno ante in die Paschæ absymptus præcesserat, & tertium NICOLAUM relinquens, quos ex MARGARETHA Ducis Charvatia (Comitis potius Goritiæ) filia suscepserat, quæ & ipsa anno eodem sexta Decembr. fatis absympta in Monasterio minorum in Capella sepulta est.“

(120.) Eadem de ipso testantur Diplomata, quæ de an. 1389. 1396. 1402. & 1435. ad nos anteced. nro. produximus:

An. 1396. Caduceatorem ad Polon. Regem VVladislaum egit ad pacem inter ipsum & VVladislaum Ducem Opoliensem Patruum Bernhardi restituendam. Dlugos. l. X. „Dum autem VVladislaus Opoliensis Dux VVenceslai Rom. & Bohemiæ Regis & per se ipsum & per Nuncios imploratum defensionis Auxilium intelligeret sibi provenire posse, respondente VVenceslao Rom. & Boh. Rege justissime illi propter prædas & spolia Vexationem præsentem accidisse, Caduceatores ad VVladislaum Polon. Regem Conradum Oleschnicensem & BERNARDUM NIEMODLIENSEM (i. e. Falckobergensem) Duces Silesiæ mittit. Quorum intercessione VVladislaus Poloniæ Rex placatus omnium spoliorum pro suis mercatoribus satisfactione ad plenum percepta Obsidionem quidem (Civitatis Opoliensis) solvit, sed eastra Jure belli quæsita, videlicet Lubienicz, Strelicz, & alia in sua ditione dans illa Spitconi de Melschtin Palatino Cracoviensi in tenutam reliquit. Quorum restitutio non aliter sequi poterat donec BERNARDUS DUX NIEMODLIENSIS nepos VVladislai Opoliensis Ducis germanus castro Boleslawiecz Regi dedito HEDVVIGIM FILIAM SPITCONIS DE MELSTYN PALATINI CRACOVIENSIS sibi matrimonio jungeret. Quæ prodote, quam secum ad Virum latura erat, favore Regio castra conquista Duci Bernardo restituit.“

An. 1414. eum cum VVladislae Pol. Regi Expeditioni Borussicæ interfuisse testantur: Dlugosius lib. XI. „Præter Gentes enim Regias, quæ de universo Regno in apparatu & numero frequenti convenerant, item præter Gentes Alexandri VVithawdi Ducis Magni Lithuaniae aliquot Tartarorum millia ultra gentes proprias secum habentis, item præter Duces Mazoviæ, Semovithum, Januissium, & Boleslaum atque gentes eorum Duces Silesiæ infra scripti, BERNARDUS OPOLIENSIS, Januissius Ratiboriensis, Boleslaus Teschinenensis, Conradus Canthner Oleschnicensis, VVenceslaus Zaganensis, Joannes Lubinensis, Conradus Albus Coslensis, Wenceslaus Opaviensis in Auxilium cum frequentia & insigni Pompa Militum advenerant.“

Mart. Cromerus l. XVIII. „Erat & mercenariorum Militum ex Bohemis atque Silesiis non exiguis numerus. Ad hæc Silesiorum Duces, BERNARDUS OPOLIENSIS, Joannes Ratiboriensis, Boleslaus Tessinensis, Conradus Oleschnicensis, Wenceslaus Zaganensis, Joannes Lubinensis, Conradus Albus Coslensis & Wenceslaus Opaviensis auxerant Exercitum Regium.“

An. 1424. Mense Februario Cracoviæ egit, cum Diadema Sophia Wladislai Regis Pol. Conjux susciperet; affirmant id Dlugos. Lib. XI. „Aderant Coronationi præfatæ variis Principes - - - item BERNARDUS OPOLIENSIS, Boleslaus Tessinensis, Januissius Rathiboriensis, Casimirus Offwencimensis, Wenceslaus Opavensis, Conradus Niger & Conradus Albus Coslensis, Wenceslaus Zaganensis Duces.“

Math. de Michovia lib. IV. Cap. 46. „Aderat & Ludovicus Bavariæ Dux frater germanus Reginæ Franciæ, qui et si invitatus non fuerit sola fama pellectus advenerat: Item Duces Mazoviæ, item BERNARDUS OPOLIENSIS, Boleslaus Tessinensis, Januissius Rathiboriensis, Kazimirus Offwencimensis, Wenceslaus Opav. Conradus Niger & Conradus Albus Coslensis, Wenceslaus Zaganensis Duces.“

An. 1438. Alberti Bohemiæ Regis Partes non Casimiri Polon. Ducis securum fuisse nec ad has nisi vi metuque coactum transiisse ipse confitetur Cromerus lib. XXI. „Wla- dis-“

„dislaus Rex Poloniā omnem ad Bellum Bohemicum excivit, & qua proximus patebat „aditus Cracovia proficisci in Sileiam cum infesto minorum Polonorum exercitu „ingressus longe lateque eam vastavit. Idem ab altera Parte majores Poloni in inferio- „re Silesia fecere. Causæ autem vexandæ Silesiæ hæ fuerunt, quod Silesii partes Al- „berti sequebantur, & quod latrociniis Poloniā infestare non intermittebant, ad hæc „adulterina Moneta cudenda & importanda non parum incommodi Poloniæ afferebant. „Itaque Vi metuque adacti VVenceslaus Opavensis & Ratiboriensis, Boleslaus „Glogoviensis & Opoliensis, BERNHARDUS, item & JOANNES & Nico- „laus Opoliensis Silesiorum Duces & Nobilitas Bregensis fœdus cum Wladislao & „Cazimiro (Regis Fratre) jecerunt Cazimirumque Electum Bohemorum Regem ap- „probarunt pollicentes, tum demum se in Verba ejus juratos esse, ubi is diademate a „Bohemis redimitus esset; de falsa quoque moneta inhibenda receperunt. Offvventi- „mēsium vero Duces VVenceslaus, Przemislaus & Johannes primi omnium spospon- „derunt se contra Cazimirum nemini affuturos esse. „

An. 1455. diem suum obiit, quod Pohlius l. antea c. ad an. hunc memoriaz prodidit: „Am guten Freytag starb BERNHARDUS HERTZOG ZU OPPELN.„

(121.) Ob singularem Eruditionem & Familiæ celebritatem Posnaniensis primo inde Wladislaviensis Episcopus constitutus est Dlugosso l. X. ad an. 1385. Teste: „VVla- „dislaviensis Ecclesiæ ex morte Sibiluti nobilis de domo Bipennium vacantis electione & „confir'matione Canonica de Trojano Præposito Posnaniensi facta Urbanus in sua Obe- „dientia vocatus Papa sextus reprobata JOANNI OLITH FILIO BOLESLAI DU- „CIS OPOLIENSIS ET EPISCOPO POSNANIENSI de illa providet, & de Posna- „niensi in VVladislaviensem transfert. Qui cum undecima Mensis Februarii ad VVla- „dislaviensem Ecclesiæ cum Mandatis Apostolicis accessisset, & ab electo Trojano & a „Capitulo VVladislaviensi in Episcopum acceptus est & castra VVladislavia & Raczi- „ascz illi consignata. „

Add. Dipl. CXXI. Diplomatar. nostri Bohemo-Siles. cuius Verba:

„Dem Ervvürdigen, in GOTT Vater und Herrn, Herrn JOHANS BISCHO- „FEN zu Leslavv: „  
 eum Episcopum VVladislaviensem fuisse testantur. Ea vero Sede non contentus ad Archi-Episcopatum Gnesnensem aspiravit, sed sinistra in hoc negotio fortuna usus est; „quod idem Autor l. c. ad an. 1389. tradit: „Vigesima sexta Decembra Bodzantha de „Schelingi, Archi-Episcopus Gnesnensis cum Annis septem sedisset in villa Archi-Epi- „scopali Chelm moritur, & in Gnesnensi Ecclesia in Capella ab ea murata & dotata se- „pelitur. Ad Ecclesiam autem Gnesnensem cum JOANNES KROPIDLO VVLA- „DISLAVIENSIS EPISCOPUS VVladislai Poloniæ Regis & Capitularium Gnesnen- „sium neglecto favore & consensu in electionis & electi præjudicium procurasset, se de „VVladislaviensi, cui jam sex annis præerat, transferri per Bonifacium IX. Schismate du- „rante ratus translationem & provisionem suam ad Gnesnensem Ecclesiæ juxta ac duas „superiores Posnaniensem, videlicet & VVladislaviensem facilem effectum ob profapiæ „eminentiam & fratrum Ducum Opoliensis auxilia & assistentiam habituram a magna „Spe & alta decidit. Et VVladislao Polon. Rege magno indignationis nubilo contra il- „lum furente a Gnesnensi exclusus etiam VVladislaviensem amisit, & Henricus Ligni- „censis Dux, cui idem Bonifacius per translationem JOANNIS KROPIDLO de illa „providerat, in possessionem ejus in odium JOANNIS KROPIDLO admissus. Et li- „cet præfatus JOANNES KROPIDLO se Archi-Episcopum Gnesnensem gereret & „titularet, Prælatosque & Canonicos Gnesnenses in genere & specie signanter autem Bro- „nislauum Archi-Diaconum & sub omni Vacationis Tempore in Spiritualibus & tem- „poralibus Gnesnensis Ecclesiæ Administratorem nobilem de domo Grabya variis Boni- „facii Papæ censuris percelleret, non parebatur tamen illis. Sed & ipse JOANNES „KROPIDLO per Sbigneum de Brzeszcie Regni Poloniæ Marschalcum captus & omni „substantia sua exutus, a Rege tamen Poloniæ VVladislao dimissus est. Cum autem in „annum septimum Litigium hujusmodi extractum foret JOANNES KROPIDLO „magno ære alieno contracto in magnam etiam devenerat Egestatem. A Cruciferis au- „tem de Prussia succurrebatur illi, apud quos etiam illa Tempestate tute hospitabatur. „

Ad Camyenensem inde Ecclesiæ benigno fato promotum fuisse, idem ad an. 1394. refert Dlugosius: „Animadvertisens JOANNIS KROPIDLO GNESNENSIS ARCHI-

„Testes hujus rei sunt Venerabiles Arnestus Pragensis Archi-Episcopus, Joannes „Aule nostre Imperialis Cancellarius, Luthomuslensis, & Johannes Olomucensis Episco- „pi, Theodericus Mindensis Episcopus, Wissgradensis Prepositus Regni nostri Boëmie „Cancellarius, Illustris Bolcko Falckenbergensis & JOANNES OPAVIE Duces, ac „spectabiles Burghardus Burggravius Magdeburgensis, Magister Curie nostre, nec non „nobiles Jesco de Wartemberg Burggravius Pragensis, Sbinco de Hazmburg, & Hafco de „Zwirczeticz, Magister Curie nostre, Henricus de Nova Domo & Jesco de Rosemburg „principes & fideles nostri dilecti - - - - - Datum in castris apud Ezz- „lingen Anno DMNI MCCCLX. Indict. XIII. Non. Septembr. Regnorum nostrorum „anno XV. Imperii vero VI.,“

An. 1361. die S. Fabiani & Sebastiani in Monasterio Leubusino de jungenda sibi Anna Henrici IV. Ducas Glogoviensis Filia ejusque dotalitio litteras edidit, quarum Initium:

„Wir Herczog HANNS VON GOTIS GNADEN DER ERSTGEBOHR- „NE SOHN DES IRLUCHTEN FURSTEN HERCZOG NICLAS, HERRN „CZU TROPPAW.,“

Vid. Dipl. LXV. Spec. C. nostri D.

An. 1367. Pragæ Arbitri CAROLUS IV. Imp. & Bohem. Rex, Ludovicus inde Bregensis ac Przemcko Tessinensis Dux cœptam inter fratres Ducem. JOHANNEM & NICOLAUM de divisione Terræ Opavensis litem dirimebant & Ducibus Opavensis bus minorenibus WENCESLAO & PRZEMISLAO prospiciebant, quod qua ratione factum fuerit Dipl. LXIV. Spec. C. nostri D. testatur.

An. 1370. Kal. Aug. cum Pragæ Carolus IV. Rom. Imp. & Boh. Rex Lusatia Marchionatum quem emerat Regno Bohemiæ conjungeret, hæc Diplomatis in fine Verba leguntur:

„Testes - - - Illustres, Joannes Marchio Moraviae, Rupertus Ligni- „censis, JOANNES OPAVIENSIS, Bolcko Opoliensis & Henricus Lithuaniae Duces „spectabiles.,“

Vid. Balbinus P. V. Epist. public. ad Lusatiam pertinentium p. 267.

An. 1371. die Solis, Oculi edito Carnovii Diplomate se Fratrum minorenium WENCESLAI & PRZEMISLAI Tutorem, hisque Patrimonii loco Opaviam & Freudenthal Urbes destinatas esse testatur.

Vid. Dipl. LXVI. Spec. C. nostri D.

An. 1372. Ratiboria die Luciæ cum fratre NICOLAOU Opavia Jus Magdeburgicum concepsit. Incipit Diploma: „Wir HANS von GOTS Gnaden Herczog zu „Troppau und Ratibor, und NICLAS, von denselben Gnaden Herczog zu Trop- „paw.,“

Vid. Henelius in Adversar. Hist. Silef. MStis.

Capitulum fuisse Glacensem affirmat Dipl. CCVIII. Diplomatarii nostri Bohemo-Silesiaci an. 1397. die Veneris proxima post S. Martini festum Glacii ab ipso editum: Sed quo anno diem suum obierit nec Autoris coævi nec Diplomatis cuiusdam fide referre licet, non equidem me fugit quod Dlugossius lib. XI. hæc ad an. 1419. tradat.

„Duodecima mensis Augusti JANUSSIUSS (Johannes) RATIBORIENSIS DUX „Filius Ducas Nicolai Rathiboriensis Vir dolosus & callidus in Amentiam versus in Ratibor moritur & in Monasterio Sanctimonialium Ord. Prædicatorum sepelitur: Duos relinquens filios NICOLAUM & WENCESLAUM, & unam filiam Margaretham pri-

„mum Casimiro Oslwieczimensi Ducis deinde Semovito Małovię Ducis iunctam matrimonio, ex HELENA filia Coributhi Ducis Lithuaniae & nepte Vladislai Regis Poloniae suscepitos.“

Illum tamen Johannem non filium sed nepotem Ducis Nicolai II. fuisse afferunt Fischerus in Tab. Genealog. Ducum Silesiarum & Henelius in ea Tabula quam, prout Georgius Polanus a Polansdorff Oppavensis confecrat, & Jacobus Monavius Patricius Wratislav. Sec. XVI. ad Hieronymum Henningem Lutetburgensem transmiserat, Adversarii suis Hist. Siles. MStis inseruit Accedit quod Johannes I. non Helenae feminæ Lithuaniae sed Annæ Glogoviensis Maritus fuerit, & Helena demum an. 1406. nupserrit quod vix in unum eundemque Johannem cadit quippe Annæ Glogoviensi an. jam 1361. de dotalitione cautum est uti antea Diplomatica diximus. Adde Dipl. LXVII. in Specim. C. nostri D. a Wenceslao Rom. & Bohem. Rege Wratislaviae an. 1404. die solis proxima post festum Assumptionis B. M. V. editum de simultanea Ducum Opavensium Investitura, ex quo hæc Verba repeteare operæ pretium reor:

„Wir haben arigefehni gneime Dienste und Trewe, als uns und der Cronen czu Böheimb die Höchgebörnen PRZYMKE, JOHANNS und NICLAS, Herzogen zu Tropaw, unsre liebe Vettern und Fürsten offt und dicke nützlichen und williglichen erzeigt und gethan haben, täglichen thun und fürbaß thun sollen und mögen in künftigen Zeiten, und darumb mit wohlbedachtem Muthe, gutem Rathe unsrer Fürsten, Edeln und Getrewen, so haben wir Inn diese besondere Gnade gethan, und thun Inn die Crafft dieser Briefes von Kuniglicher Macht czu Behem, daß sie alle ire Fürstenthumb, Herrschaffte, Land und Leute in gesambten Lehn haben halden und heficzen sollen, gleicherweis als ob sie mit denselben ihren Landen und Lüten ungesundert und ungetheilt weren, also daß die egnannten JOHANS und NICLAS zuvoran UNGESUNDERTE BRUDER seyn sollen, und anfallen an einander anwartend seyn sollen, und wer es sache, daß sie mit sambt ihren Erben von GOTs Verhängniss wegen ohn Erben stürben und abgiengen, daß denn alle und iegliche ihre Hertzogthum, Fürstenthum, Herrschaffte, Lande und Leute mit allen und ieglichen ihren Zugehörungen die sie hinderliessen an die andern und ihre Erben genczlichen und gar kommen und gefallen sollen &c.„

Hujus Diplomatici Autoritate duo principue capita explicari posse arbitror: (1.) PRZEMISLAUM Ducem Opavensem an. 1404. superstitem non fratrem Ducum JOHANNIS & NICOLAI sed agnatum fuisse, cum enim sub Initium singulorum nomina recenseat & conjugat uno eos Ortu Duces Oppavienses esse indicans Wenceslaus, distinxit inde JOHANNEM & NICOLAUM fratres vocat: „Dasdie egnannten JOHANS UND NICLAS zuvoran UNGESUNDERTE BRUDER sein sollen.“ Itaque a Przemislaeo, quem tanquam Annis majorem primum appellat, distinguit, quod fieri non potuisset vivente adhuc JOHANNI I. quem Nicolai II. filium primogenitum & PRZEMISLAU natu minimi Tutorem fuisse ad an. 1361. & 1371. Diplomatum fide probavimus. (2.) elucesce re inde confido duos sese in Ducatu Ratiboriensi exceperisse Johannes, 1. Nicolai II. filium, 2. vero Johannis I. Filium, Nicolai II. Nepotem, de quo & fratre NICOLAUS illud Wenceslai Roman. & Bohem. Regis Diplomia loquitur. Imo Przemislaum & posteros ejus Agnatos illorum esse iterum in fine diplomatici apparere, quando extincta JOHANNIS & NICOLAII Gente Terras ipsorum ad alteram ex uno eodemque Origine descendentium Principum Seriem transire debere Rex decernit, Verbis sequentibus:

„Wer es Sache daß sie (JOHANS und NICOLAUS) mit sambt ihren Erben von GOTs Verhängniss wegen ohn Erben stürben und abgiengen, daß denn alle und iegliche ihre Hertzogthum AN DIE ANDERN (nempe Przemislaui posteros, de quo sub Initium Diplomatici mentio est) und ihre Erben genczlichen und gar kommen und gefallen sollen.„

Constat ergo ex iis, quæ nunc curatius explicamus JOHANNEN I. Ducem Ratiboriensem an. 1404. jam fuisse defunctum.

(7.) Probant hoc connubium Tabulae matrimoniales in Cœnobio Leubusino a Du-

cc JOHANNE I. an. 1361. dic S. Fabiani & Sebastiani Martyrum editæ, quibus & de Dotalitio cautum. Verba quæ Originem ejus hanc affirmant sequentia sunt:

„Dass wir (JOHANNES I.) mit wohlbedachtem Muthe und mit Rathe unsers Herrn „des Kaysers - - - zwischen dem Hochgeborenen Fürsten unsirn Herrn, unsirn „Swehri Hertzog HEINRICH HERRN CZU GLOGAW und SEINER TOCHTER „JUNCKVROWEN ANNA an cym Theil, und uns an dem andirn Theil ewige Freundschaft gemacht, gelibt und gelobt haben; also daz wir DISELBEN JUNCKVROWEN „ANNA zu einer rechten ehlichen Vrown trewen und nemyn wollen.“

Vid. Dipl. LXV. Specim. C. nostri D.

(8.) Testatur de eo Dipl. LXIV. Spec. C. nostri D. quo an. 1367. Arbitrorum CAROLI IV. Rom. Imp. & Boh. Regis, Ludov. Breg. ac Przenkonis Tessinensis Ducis sententia Pragæ lata quartam Oppaviensis Terræ Partem eamque, quam mater ejus, Patri JOHANNI I. i. e. Nicolao II. artulerat, pecuniæ summam accipit: unde non una eademque sed diversis matribus ortos fuisse elucescit. Præterea meminit ejus Dipl. LXVI. Spec. C. nostri D. quo Johannes I. Dux Oppav. & Ratiboriensis de Patrimonio Fratrum minorennum WENCEZLAI & PRZEMISLAI dispositus, imo Henelius in Adversariis Hist. Silesiac. MStis se litteras illorum an. 1372. Ratiboriæ Die Luciaæ editas, quibus Jus Magdeburgicum Urbi concedunt, legisse confitetur, quarum Initium:

„Wir HANS von GOTES Gnaden Herzog czu Troppaw und czu Ratibor, und „NICLAS von denselben Gnaden Herzog czu Troppaw Gebrüdere.“

Idem l. c. eum an. 1394. diem suum obiisse tradit.

(9.) Dlugossus lib. X. ad an. 1381. „Decima septima Junii Semovitus torius tunc „Masoviæ unicus Dux Troydeni Filius in castro Plocensi mortuus Patribus suis appositus „est & in Ecclesia Plocensi tumulatus, tres filios, quorum duos ex PRIMA UXORE FI- „LIA NICOLAI DUCIS OPPAVIAE videlicet Januissium & Semovitum: tertium Henri- „cum ex filia Wladislai Ducis Zambicensis: item duas filias, quarum unam Wladislao O- „poliensi Wielunensi & Dobrzinensi, alteram Casimiro Stetinensi, quo absunto Henri- „co Ludovici filio Bregenzi Ducibus in conjuges tradiderat, relinquens.“

Eadem fere Verba habent Math. de Michovia Lib. IV. Cap. XXXV. & Cromerus lib. XIII. ad an. 1380. Euphemiaæ nomen geffisse tradit Henelius in adversariis Hist. Siles. MStis.

(10.) Albertus Argentinensis ad an. 1252. „Joannes frater Regis (CAROLI IV.) filiam Ducis POLONIAE, QUAM DE TROPOWE nominant, inscio Rege traduxit Uxor, de quo cum multi sint eorundem Poloniæ Ducum attingentes versus Bohemiam utique Rex perturbatur.“

Benessius a Weitmil Lib. IV. Chron. MSt. quem citat Joan. Pessina de Czechorod in Mart. Moravico IV. 2. & Balbin. lib. VII. Sect. II. in Notis ad Tab. Genealog. Stirpis Lucemburgicæ litt. f. „Johannes Marchio duxit in Conjugem MARGARITHAM FILIAM NI- „COLAI II. DUCIS OPAVIAE ET RATIB. ex qua genuit tres filios Jodocum, Joanneum „Sobieslaweck & Procopium, & filias duas Catharinam & Elisabeth & tunc deletum est „opprobrium ejus, mentitique sunt, qui dicebant ipsum esse impotentem ad generandum, „cum illo Tempore princeps esset Puer & totus Juvenis. Illa mortua duxit Margaritam „Alberti Ducis Austriæ Filiam.“

Brunnæ quoque in Moravia ad D. Thomam in Templo R. R. P. P. Eremitarum Ord. D. Augustini Imago extat, quæ præter SS. Apostolos Joannem & Margaretham exhibet hac Inscriptione addita:

ANNO DMNI MCCCLVI. FERIA SECUNDA

POST DMNICAM INVOCAVIT FUNDATUM EST

MONASTERIUM HOC IN HONOREM GLORIOSE

VIRGINIS MARIE ET SANCTI THOME APOSTOLI

PRO FRATRIBUS EREMITARUM S. AUGUSTINI

PER EXCELLENTISSIMUM PRINCIPEM D. D.

JOANNEM MARCHIONEM MORAVIE AC PER INCLYTAM

DNAM MARGARETAM PRECLARISSIMAM CONSORTEM

SUAM MATREM FILIORUM PROCOPII ET JODOCI

QUORUM MEMORIA MANEAT IN BENEDICTIONE SEMPITERNA, AMEN!

(11. 12. 13.) Ita Henelius in Adversariis Hist. Silef. MStis.

(14.) JOHANNEM hunc fratrem NICOLAI (quem Carnovensem Ducem Fischerus in Tab. Genealog. MSta vocat) fuisse VVenceslai Rom. & Boh. Regis Diploma de simultanea Investitura Ducum Oppavensium an. 1404. die solis proxima post Assumptionis Festum B. M. V. VVratislavia editum testatur his Verbis:

„Dass die egnannten JOHANS und NICLAS zuvoran ungesunderte Brüder  
„seyn.“

Vid. Dipl. LXVII. Spec. C. nostri D.

An. e. 1404. VVenceslai Rom. & Bohem. Regis ad VVladislaum Poloniæ Regem Legatus erat, cum de recipienda Silesia Poloniæ Rex cogitaret, quod cumulatius l. X ad an. hunc Dlugossus memoriam prodidit:

„Frequentibus nunciis & litteris VVenceslai Romanorum & Bohem. Regis de conveniendo secum VVladislaus Poloniæ Rex sollicitatus in nova Civitate Korczin Confligitorum super ea re tenuit Conventum. Ubi ad illum JOANNE DUCE OPPAVIAE nomine præfati Wenceslai Romanorum & Bohemiæ Regis veniente & invitante ad conveniendum conventio apud Wratislaviam pro festo S. Jacobi Apostoli accepta est, quo veniente ambo Reges illic conveniunt - - - - - Causa autem conventionis erat: Instabat Wenceslaus Romanorum & Bohemiæ Rex, instabant & Princes Baronesque Bohemiæ & Silesiæ, instabat & Missnensis Marchio ut foedus perpetuum Reges & Regna jungerent firmarentque - - - - - Offerens se Regi Regnoque Poloniæ universam Terram Silesiam cum illius Ducatibus - - - - - Eam conditionem et si VVladislaus Poloniæ Rex contentus esset accipere, Prælati tamen & Baronibus Regni Poloniæ improbantibus & seminarium bellorum ex ea oriri verentibus repudiata est.“

An. 1412. iudicis eiusdem magna solemnitate Budæ coram Sigismundo Rom. Imp. Hungariaque Rege ac VVladislae Polon. Rege habitis intererat Dlugosso Teste, qui hoc lib. XI. ad an. hunc:

„In crastino Corporis CHRISTI Curia militibus ad hastiludendum indicta est, quæ Arnesti & Alberti Austria, Ludovici Bregensis, Conradi Olechniczensis, JANUS SII RATHIBORIENSIS, Joannis Lubensis, Sendal Bosnenis Ducum, item centum militum in palestra biduo a mane in Vesperam pugnantium frequentia nobilitata est.“

An.

An. 1414. in bello Polonorum cum Cruciferis illorum Castra secutum fuisse Mart.  
Cromerus lib. XVIII. tradit.

„Erat & (Polonis) mercenariorum militum ex Bohemis atque Silesiis non exiguis  
„numeris, ad hæc Silesiorum Duces, Bernhardus Opoliensis, JOANNES RATIBORI-  
„ENSIS, Boleslaus Tessinensis, Conradus Olesnicensis, Wenceslaus Zaganensis, Joannes  
„Lubinensis, Conradus Albus Coslensis & Wenceslaus Opavensis auxerant exercitum  
Regium. „

Eadem habet Dlugossus lib. XI. ad an. hunc.

An. 1416. Ecclesiam Collegiatam Rathiborensem fundavit, quod hisce Verbis Lib. XI. ad an. hunc refert Dlugossius:

„Feria quarta proxima post festum S. Catharinæ JOANNES RATIBORIENSIS  
„ET OPPAVIAE DUX de consensu Wenceslai Episcopi Wratislavensis in Ecclesia  
„S. Mariæ Virginis in Rathiborz, Collegiatam Ecclesiam fundat de duobus Prælatis vi-  
„delicet Præposito & Decano & duodecim Canonicis & totidem Vicariis incorporando in  
„hujusmodi duodecimi Canonias seu Præbendas quas in capella Rathiboriensis Castris sub  
„Titulo S. Thomæ Cantuariensis dicata Thomas secundus Episcopus Wratislavensis, de  
„decimis Mensis Episcopalis consensu Capitulari accedente in memoriam suæ ex captivi-  
„tate & exilio liberationis M CC LXXXVII. fundaverat & dotaverat, Processu vero  
„Temporis Nicolaus Advocatus de Freystad ad Scholaisticam, Cyprianus Plebanus de  
„Kaezor Cantoriam, Joannes Roth de Kaczor Custodiam, Joannes Schefflar Præbendam,  
„Petrus Dudkonis aliam Præbendam de propriis Peccuniis coeniptis censibus apud Duces  
„& Barones Rathiborienses fundaverant. Sicque præfata Ecclesia Rathiboriensis habet  
„quinque Prælatos & quatuordecimi Præbendarios Vicariosque totidem.„

An. 1424. mense Februario Cracoviæ præsentem fuisse, cum Wladislaus Pol. Rex Sophiam Reginam Die Dominica, Esto mihi, quæ fuit duodecima mensis Februarii Dia-de-mate adornaret, uno ore testantur Dlugossius lib. XI. Math. de Michovia lib. IV. Cap. XLVI. & Cromerus lib. XIX. Verba Dlugossi sunt.

„Aderant Coronationi præfatæ varii Principes - - - - - Bernardus Opolensis, Boleslaus Teschnensis, JANUSSIUS RATHIBORIENSIS, Casimirus Osswiaczimensis, Wenceslaus Opavensis, Conradus Niger & Conradus Albus Cosiensis, VVenceslaus Zaganensis Duces.,,

Quo anno diem suum obierit Scriptoris coævi Testimonio haud possumus referre, Fischerus quidem in Tab. Genealog. MSt. id an. 1429. accidisse tradit, sed eum cum Münsterbergensi Duce Johanne, (quippe Johannem II. Ducem Ratiboriensem, Münsterbergensem quoque vocat) qui e. a. in prælio cum Hussitis gesto occubuit, confundit. Dlu-gossus, qui filios ipsi NICOLAUM & WENCESLAUM, dedit, quæ & Henelii & Fischeri Sententia est, an. 1419. defunctum tradit, quem locum ad no. anteced. 6. recitavimus, quod tamen nos affirmare haud possumus, qui an. 1424. Cracoviæ præsentem fuisse probavimus: Henelius in adversariis Hist. Siles. MStis an. 1429. eum superstitem adhuc fuisse scribit.

(15.) Testatur de eo Dipl. LXVII. Spec. C. nostri D. uti ad no. anteced. 14. curatius diximus. Anno eum 1414. obiisse Henelius l. c. affirmat.

(16.) Johannem Ratiborensem Ducem illum, qui filios Nicolaum & VVenceslaum reliquit, HELENAM Coributhi Ducis Lithuaniae filiam, VVladislai Regis Poloniæ neptem Conjugem habuisse Dlogossus lib. XI. ad an. 1419. testatur, quem locum ad no. anteced. 7. editimus. Idem Autor HELENAM, hanc an. 1412. in Poloniam Iter suscepisse tradit, cum Ernestus Archi - Dux Austriae Cymburgim Masoviæ Principem duceret:

„Nuptiis Ducis Austriae Arnesti & gentibus suis quæ illum in Austriae conduce-  
H h h h h h h „rent,

„rent expeditis VVladislaus Poloniae Rex ex Cracoviæ in novam Sandecz cum Anna Regina consorte sua processit, et illic convenientibus ad eum Semovito Duce Masoviæ séniore & Alexandra consorte sua, item Duce Boleslao Masoviæ, item Sigismundo Coributh Duce Lithuanie, item DUCISSA RATHIBORIENSI HELENA, & „Baronum atque militum multitudine magna dies Carnisprivii in Solatiis & Hilaritate „exegit.,,

De Dotalitio ejus in Urbibus Plschzina & Berun constituto loquitur Dipl. XLIX. Diplomatarii nostri Bohemo-Silesiaci, an. 1407. Dnico die post octavas Epiphnii DOMINI in VVilna editum, quo nobiles quidam Silesii, sc̄e fidejussores pr̄bent de litteris VVenceslai Bohem. Regis super Inscriptione Doris Regi Poloniae & Magno Duci Lithuanie intra certum Tempus exhibendis, unde Johannem HELENAM, anno priore 1406. duxisse colligitur. Marito superstitem fuisse Dipl. CXXXI. Diplomatarii nostri Bohemo-Silesiaci probamus, quo Superioris Silciae Duces Cracoviæ an. 1447. Sabbatho die proximo ante Dominicam Carnis brivii cum Rege Regnoque Poloniae Fœdus & Pacem ineunt, inter ea enim quæ sub ejus Initium occurrunt Principum nomina, illud Johannis exulat. Verba sunt:

„Proinde nos HELENA, NICOLAUS & WENCZESLAUS OPAVIE ET „RATIBORIE, VVenceslaus, Bolezlaus, & Przemcko Teschnenses, Przemcko & Ha-nussius Teschnenses & Oswiecenses Duces DEI gratia Duces testamur tenore pra-sentium.,,

(17.) Testantur de eo Pacis Tabulæ, de quibus jam diximus, & Diploma CXL. Dipl. nostri Bohemo-Silesiæ quo Duces utriusque Silesiæ VVratislaviae an. 1435. de Pace Patriæ conservanda & hostium quorumvis Injuria propulsanda cogitabant. Sunt enim ex illis:

„NICLAS und VVENCZLAVV HERCZOGE ZU RATIBOR.,,

Dlugos lib. XIII. ad an. 1452. „Boleslaum Teschnensem Ducem NICOLAUS, qui „& Miklasch appellabatur, DUX RATHIBORIENSIS Filius Janussii (morte) securus, „qui die Veneris XIII. mense Septembr. absumptus in Ribniki in Monasterio Sanctimo-

(18.19.) „nialium, apud Rathibor Ord. Prædicatorum sepultus est, duos filios JOANNEM & „VVENCESLAUM, ex prima Uxore MARGARETHA Clemæ terrigenæ sui relicta, „& unam Filiam BARBARAM, item ex secunda Uxore BARBARA filia Rokemberg

(20.21.22.) „Civis Cracoviensis & VVilhelmi, ac Georgii Orienti Civium Cracoviensium relicta „tertium filium NICOLAUM, qui postea immatura morte diem obiit, in Cracoviensi

(23. 24.) „Ecclesia majori tumulatus & aliam filiam MARGARETHAM relinquens.,,

Idem lib. XI. ad an. 1433. cum Boleslao Duce Opoliensi eum bellum gessisse victoriæ reportasse tradit: „Odiis rixisque ferocibus inter Boleslaum, Opoliensem ab „una & NICOLAUM RATHIBORIENSEM DUCEM partibus ab altera exortis, „dum Boleslaus Opoliensis Dominium hostis sui Nicolai Ratiboriensis invadens illud va- „staret a NICOLAO RATHIBORIENSI ante Oppidum Ribnik congressu facto vi- „ctus atque prostratus fuga sibi salutein quæsivit & NICOLAUS RATHIBORIENSIS „DUX Oppidum Bithom cepit.,,

Pohlius in Annal. VVratislav. MStis ad an. 1452. „Dieses Jahr find auch gestor- „ben Herzog Conrad V. der Weisse von Oelsie, Herzog VVilhelm zu Troppaw, Her- „zog NICLAS zu RATHIBOR.,,

(25.) Diplomatum de eo Testimoniorum quæ ad no. anteced. 17. attulimus, accedit Math. de Michovia, qui lib. IV. Cap. 58. his eum verbis an. 1447. in castrino S. Johannis Baptista Cracoviæ egisse testatur, cum Casimirus IV. Pol. Rex Diadema susciperet:

„Aderant huic coronationi Sophia Regina Poloniae Mater ipsius, Boleslaus & „Wladislaus Mazoviæ, Wladislaus & Boleslaus Tessinenses, VVENCESLAUS RA- „TIBORIENSIS, & Wenceslaus Owiaczimensis Duces.,,

Eadem Dlugoffi Verba sunt lib. XIII. Cromerus vero lib. XXII. ea Tempestate Pacem Polonos inter & Silesiæ Duces fancitam fuisse resert, (cujus Tabulas in Diplomatico nostro Bohemo-Silesiaco Dipl. CXXXI. edidimus.)

„Nec multo post NICOLAUS & VVENCESLAUS RATIBORIENSIA, „& Boleslaus Tessinenium Duces advenientes Cracoviam pacem cum Polonis reddita Sbigneo Episcopo Cracoviensi Severia secerunt.„

Dlugossus hæc de Obitu VVENCESLAI l. c. ad an. 1457. habet: „VVENCESLAUS RATIBORIENSIS DUX ultima die mensis Octobris apud Ratiboram Vita excedens in Monasterio Sanctimonialium in Rathibor Ord. Prædicatorum sepelitur,

(26.) „unum filium JANUSSIUM & tres filias, CATHARINAM, HELENAM & AN-

(27.) „NAM ex MARGARETHA FILIA VINCENTII DE SCHAMOTULI Castell-

(28.29.30.) „lani Myedzirczenis & relicta Casimiri Masoviæ Ducis suscepitos relinquens. Processu

„autem Temporis CATHARINA Wladislao de Damoborz Castellano Naklensi,

„HELENA Johanni de Ostrorog Decretorum Doctori Castellano Myedzirzeni

„nuplit.„

Annam XV. Trebnicensi Cœnobio Abbatissam fuisse an. 1469. Die Ambrosii defunctam Index Abbatissarum probat, quem Olsographia P. II. Sinapius intulit.

Idem Autor l. c. ad an. 1464. „Quinta mensis Novembr. die MARGARETHA filia Vincentii de Schamotuli Castellani Myedzirczenis Casimiri Masoviæ Ducis primum, deinde Vincentii (f. Wenceslai) RATIBORIENSIS DUCIS REUICTA in Rathibor moritur, & in Monasterio Sanctimonialium Ordinis Prædicatorum sepelitur.„

(20.) Henelius hæc de eo in Adversariis Hist. Sileſ. MStis: „Mathias Rex ademit illi Carnoviam, Lobenstein, Freudenthal & Bobernow, quod Polonis favisset, pollicitus BARBARÆ sorori restitutionem post mortem suam. Itaque non nisi Ribnik & Lefselin potestate Ducis permanferunt, qui obiit an 1483.„

Eundem Johannem Seniorem appellat in Tab. Genealog. l. c. Henelius, quo forte referre possint Diplomatis CLXXVI. Diplomat. nosiri Bohemio-Sileſ. Verba, cum an. 1469. die Jovis ante Ascensionis festum B. M. V. Olomucii superioris Sileſiæ Duces se Mathiæ Bohemiæ Ungariæque Regi submitterent:

„Wir von GOTTES Gnaden unten beschriebene Fürsten in Ober-Schlesien „Przemislaus ezu Auschwitz und Tost, HANNS DER AELTE- „RE ZU TROPPAU UND RATIBOR, (respectu nempe Johannis Junioris, de quo no. sequ. 27. loquimur.

Eum an. 1465. decima sexta Maji die in castro Cracoviensi filiam Casimiro IV. Pol. Regi natam Hedwigen ex S. Baptism. fonte suscepisse testantur Dlugossus lib. XIII. „Die Solis in festum S. Trinitatis cadente nona die mensis Maji sub Missa Majori Eli- „sabeth Poloniæ Regina in Castro Cracoviensi per Joannem Cracoviensem & Jacobum „Wladislavensem Episcopos in presentia Przemislai Teschnensis, Janussi Rathiboriensis, Przemkonis Toschcenlis, Wenceslai Zatoriensis, Janussi Glivicensis, & JOANNIS RIBNICENSIS Ducum baptizata Elisabeth vocata est.„

Cromerus lib. XXVI. „Dimissi item Sileſii Principes vicini, Przemislaus Tessinen- „sium, Joannes Ratiboriensium, Przemislaus Toscenium, Wenceslaus Zatoriensium, „Joannes Glivicensium & JOANNES RIBNICENSIMUM, qui in Baptismo Regis filiæ Hedvigis, tunc natae & intra annum vertentem mortuæ suscepentes adsuere.„

(21.) Eum an. 1471. Mense Julio inter Comites Wladiskai electi Bohemiæ Regis, cum ad occupandum Regnum proficeretur, fuisse Dlugossis coævus testatur Lib. XIII. p. m. 1468. „Die Jovis vigesima quinta mensis Julii Wladislaus Bohemiæ Rex electus

„Cracovia egrediens versus Bohemiam ire cœpit, & facto primo nocturno in Skavina „altero die in Osvviaczim conduceente illum Casimiro Poloniæ Rege parente suo per- „venit. Ubi tribus diebus, ut interim sui congregarentur, coimmoratus die lunæ vige- „sima nona Julii Osvviaczim linquens Genitore suo circa villam Charmazi valedicto „aciebus & curribus ordinatis procedens duodecimis Castris in Kloczko pervenit. Erant „autem in Comitatu suo tres Episcopi, Nicolaus Camenecensis, Vincentius Culmensis „& Paulus Laodicensis, item sex Silesiæ Duces, Przemyslaus Thoschecensis, WENCES- „LAUS RIBNICENSIS, Joannes Ratiborensis, Casimirus Teschnensis, Joannes Gli- „vicensis & Joannes Zathorienensis, „

Exacto abhiunc biennio ipsum totius fere Silesiæ arma in se concitasse, idem Autor p. m. 489. tradit, cuius causa princeps, quod Polonis sacerdotem. Verba ejus hæc sunt: „Jussione insuper ejus (Mathia Regis) Victorinus Monsterbergensis, Przemyslaus Tesch- „nenensis, Joannes Ratiborensis personaliter, ceterique Silesiæ Duces videlicet Nicolaus „Opolensis & alii, item Episcopus Wratislaviensis Rudolphus, item Civitates Wratisla- „viensis; Suidnicensisque & aliæ exercitu collecto VVENCESLAU RIBNICENSIS „DUCIS, ob ejus sera facta & insolentias, quæ in vicinos sibi Principes, velut demens & „furiosus diffundebat, circumcidunt castra & omni Vi illa expugnare per tres menses con- „tendunt. Sed uno tantummodo Ribniki expugnato admoto ad Oppidum Zarki Exer- „citum, cum illud Joannes Cresa Polonus egregie defenseret, ac magnam stragem assidue „ageret in obsidentes Jacobus Dabienski Regni Poloniæ Cancellarius & Capitaneus Cra- „coviensis, cui per Casimirum Poloniæ Regem demandata erat oblesorum munitionum „tam defensio quam evictio, in Castra Ducum præfatorum obsidentium descedens ter- „rore plurimo in obsidentes injecto ea ab obsidione pactis in libertatem vendicavit, ita, „ut oppidum Zarki oblessum parte utraque probante in Jacobi Dabienski Ribniki au- „tem expugnatum in junioris Kropacz, qui terrigena & subditus Ducis Ribnicensis erat, „traderetur potestatem. „

Idem Autor ad an. sequ. 1474. „Henricus Podiebratzky Dux Coslensis & Mon- „sterberghensis (Georgii Regis Bohemiæ filius) pluribus spoliis & injuriis a WENCES- „LAO DUCE RIBNICENSI præter desmeritum laetus non valens sua & suorum fer- „re damna Oppidum Plczina obsidione vallat propugnaculis coarctat. At Mathias Hun- „gariæ Rex bellum contra Casimirum Poloniæ & Wladislaui Bohemiæ Reges arte & „ingenio concitaturus a VVENCESLAO RIBNICENSI DUCE ad defendendam se „tanquam Ducem partis sua imploratus Jacobum Byelik Slesitam cum duobus millibus „Gentium sibi in subsidium transmittit. Sed interim VVENCESLAUS RIBNICEN- „SIS DUX pœnitentia acta, quod se infido Regi in Tutelam tradidisset, Bieliconem in „Plczina venientem juxta promissa non suscipit. Sed Plczina locata & provisa in Osv- „wiaczim ad Jacobum Dabiensky, Palatinum Sandomiriensem & Capitaneum Craco- „viensem juxta fidele diverticulum se contulit: Byelik autem se delusum videns „propugnacula tamen a gentibus Ducis Henrici ob metum sui adventus deserta intrat „Plczinamque obsidere non secus quam Hostis cœpit. Cui cum auxiliaretur nemo & „defensores carerent propugnaculis, quibus hostes arcere & propellere possent, Plczina „Byelikonis eo pacto, ut liceret VVENCESLAO DUCI RIBNICENSI adire Mathiam „Hungariæ Regem & obtinere Veniam reconciliationem & Plczinæ restitutionem de- „dita. „

Math. de Michovia lib. IV. cap. 70. ad an. 1474. „Eodem anno Mathias Hun- „gariæ Rex VVENCESLAUM DUCEM RIBNICENSEM, qui & fratrius appella- „tus est sortalicio & oppido Plczina & tandem captivitate diurna mulctavit. „

Hæsus in Silesia Magna MSt. hæc de Obitu ejus: „WENCESLAUS DUX „OPPAVIÆ ET RATIBORIÆ DOMINUS PLESNAE obiit an. 1479. feria se- „cunda die S. Nicomidis Glacii, ubi ab Henrico Seniore Duce Monsterbergensi, qui „bellum illi propter Oppidum Cosle moverat, in Vinculis ad mortem usque retentus „fuerat, in Summo Canonorum Regularium sepultus. „ (Vid. Henelii Adversaria Hist. „Siles. MSt.)

(22.) Testatur de ea Diploma CLXXVIII. Diplomatarii nostri Bohemo-Silesiaci, quo an. 1498. Kal. Januarii Casimiri de Homagio praestando Regem Wladislauum certiorum reddit. De priore ejus Marito Johanne Duce Zatoriensi Dipl. XXXVII. Spec. C. nostri Silesiac D. quo an. 1494. Ducatum Zatorensem Regi Poloniae Johanni Alberto vendit. De altero haec habet Henelius in Adversariis Hist. Silef. MStis: „Georgius „de Schellenberg, Johannis de Schellenberg supremi in Regno Boemie Cancellarii fi- „lius Uxorem habuit BARBARAM NICOLAI DUCIS RATIBORIENSIS FILIAM „JOHANNIS DUCIS GLIVICENSIS VIDUAM, qua occasione Jägerdorffium con- „secutus est, ab hoc Ducatum emit Georgius Marchio Brandenburgensis. „

Litteras Investituræ Georgii Schellenbergii Diploma CLXVI. habet Diplomatarii nostri Bohemo-Silesiaci, quæ aliam Sententiam tueri videntur, ac si non Barbaram, Janussii Ducis Viduam, sed ejusdem Filiam, ejusdem forte nominis Georgius Schellenbergius duxisset.

(27.) An. 1465. Majo Mense ipsum Cracoviæ Casimiri IV. Pol. Regis filiam Elisabethen ex S. Baptism. fonte suscepisse testantur Dlugossus lib. XIII. & Cromerus lib. XXVI. quorum verba ad no. anteced. 20. recitavimus.

Ejusdem Dlugossi Testimonio constat, an. 1471. mense Julio Wladislai filii Casimiri Regis Poloniae, cum ad occupandum Bohemiæ Regnum vocatus proficeretur, comitem fuisse, exactoque biennio an. 1473. ad compescendum VVenceslaum Ducem Ribnicensem, qui cum vicinas Terras percurfaret & vastaret omnibus gravis erat, militem conscripsisse, ut curatius ad no. anteced. 21. diximus.

An. 1469. die Jovis ante Ascensionis festum B. M. V. Olomucii cum reliquis superioris Silesiac Ducibus se Matthia Hungariae Bohemiæque Regi submisit, quod Diplomatarii nostri Bohemo-Silesiaci Diploma CLXXVI. affirmat, vocatur in eo: „Hertzog HANNS, „DER JUNGERE CZU TROPPAVV UND RATIBOR, „ut distingui possit a Johanne seniore, de quo no. anteced. 20. locuti sumus.

Conjugem ipsi Magdalena, Tessinensium Principum Sanguine ortam fuisse, Henelius in Adversariis Hist. Silef. MStis & Balbinus Decad. II. lib. II. in Tabula Ducum Opavensium tradunt, quam tamen Tileius in Tab. Genealogica Ducum Tessinensium nescit. Fischerus vero in Tab. Geneal. MStis Boleslai I. Ducis Tessin. Filiam fuisse arbitratur.

(31.) Margaretham hanc, quam in Tab. Genealog. Ducum Opav. & Ratiboriensium Regum Bohemiæ sanguine oriundorum MSt. omisit Henelius, Dlugossus lib. XI. Casimiro Duci Ossiaczimensi inde Semovito Masoviæ Duci Conjugem dedit, his ad an. 1419. Verbis: „Duodecima mensis Augusti Janussius Ratiboriensis Dux filius Ducis Nicolai Rathiboriensis - - - in Ratibor moritur & in Monasterio Sanctimonialium Ord. Prædicatorum sepelitur, duos relinquens filios Nicolaum & VVenceslaum & UNAM FILIAM „MARGARETHAM primum Casimiro Ossiaczimensi Duci deinde Semovito Masoviæ „Duci junctam Matrimonio. „

Verum sui oblitus idem Autor ad an. 1433. lib. XI. Annam filiam Ducis Glogovensis cognomine Passeris Casimiro Ossiaczimensi Duci Conjugem tribuit, & MARGARETHAM JANUSSII RATIBORIENSIS DUCIS FILIAM BOLESLAO DUCI TESSINENSI l. e. ad an. 1426. his Verbis: „Sexta die mensis Maji BOLESLAUS TESCH- „NENSIS DUX filius Przemislai senioris in Teschin obiit - - - relinquens „quatuor filios - - - & unam filiam - - ex secunda Uxore muliere suæ „Ætatis pulcherrima Osska filia Semoviti Ducis Masoviæ & nepte germana ex sorore „Wladislai Poloniae Regis - - Nam prima Uxor MARGARETHA FILIA JANUS- „SII RATIBORIENSIS DUCIS, quam Patre necquicquam prohibente duxerat, fuerat „infæcunda. „

Nos posteriorem elegimus Sententiam & MARGARETHAM Boleslao Tessinenſi  
Iii iii iii non

non Casimiro Osswiaczimensi Duci junximus, Tilesii imprimis Autoritate persuasi, qui de gestis Ducum Tessinensium ad an. 1407. Diplomatum fide refert, compositam tunc fuisse Litem Przemislauum inter & Boleslaum Tessinenes ac JOHANNEM Ratiborien-  
sum Duce haec tenus actam, de Dote ipsius Sorori solvenda, unde Digito quasi MAR-  
GARETHAM hanc Boleslai Conjugem monstrari, & Johannis II. Ratiborienis sororem,  
non filiam, uti Fischerus in Tab. Genealog. MSt. arbitratur, fuisse elucecere reor.

(32.) Ipsum cum Fratribus an. 1505. die Sabbathi post Jubilate Wratislaviæ egisse,  
cum de Moneta ordinanda utriusque Silesiæ Principes convenient, testatur Diploma,  
quod nomina eorum hoc Ordine refert :

„NICLAS, JOHANS UND VALENTIN VON TROPPAU ZU RATIBOR  
„HERCZOGE.“

(Ex Cod. Dipl. MSt.)

Math. de Michovia lib. IV. cap. 85. & ult. „Anno DOMINI 1506. die Martis, tertia  
mensis Novembris, hora septima noctis praecedentis NICOLAUS senior natu DUX RA-  
(33.34.) „THIBORIENSIS, qui filiam Sbignei de Thanzin in Uxorem matrimonialiter acceperat,  
„fato interceptus & mortuus est. Is ægritudine pressus & jamjam moribundus Cracovi-  
„am ad medendum ei adductus sine profectu medicinarum Vitam finivit, et reductus  
„sepulturam in Rathiboria accepit. Post quem Germanus ipsius DUX JOHANNES se-  
„quutus eum brevi mortuus est. Tertius VALENTINUS nomine gibbo & struma vi-  
„ciatus tamen discretione & Virtute, præstans, tanquam superstes amborum possessio-  
„nem legitime percepit.“

Pohlius in Annal. Wratislav. MStis ad an. 1506. „Den 3. Novembr starb NICLAS  
„HERTZOG ZU RATIBOR, sein Land fiel an seinen Bruder Herzog JOHANSEN, der  
„lebte auch nicht lange, und verließ sein Land seinem jüngsten Bruder Hertzoge VA-  
„LENTIN, welcher einen Buckel hatte, aber sonst ein weiser verständiger tugendreicher  
„Fürst war.“

(35.) An. 1505. die Sabbathi post Jubilate eum cum Fratribus & aliis Silesiæ Princi-  
pibus de Moneta ordinanda cogitasse no. anteced. 32. Diplomatis fide diximus.

An. 1511. die Martis post Palmarum eandem ob causam ipsum Wratislaviæ egisse te-  
statur Dipl. in P. R. Dn. DEWERDECKII Silesia Numismatica pag. 816.

An. 1521. die S. Brixii diem suum obiit, uti asserit Tabula vetus Monasterii ad S. Claro-  
ram Wratislav. quam hoc Volum. ad Tab. Genealog. VI. illustrandam edidimus.

(36.) Fratrem JOHANNIS I. Duci Opav. & Ratibor. an. 1371. adhuc minorenem  
fuisse ipsius Johannis Diploma h. a. die Solis, Oculi, Carnovii editum, quod Specim. C.  
nostri D. est LXVI. testatur his Verbis:

„Wir JOHANS von GOTTS Gnaden Herzog zu Troppau und Rathibor', glo-  
„ben - - - vor unsre CZWENE BRUDER WENCZLAW UND PRZIM-  
„KEN derer Vormund wir seyn, op die möndik worden, und yn zum Erbtheil gepür-  
„te Jegerdorff und Wreudental - - &c.

Eum diem suum an. 1381. obiisse testatur Henelius in Adversar. Hist. Silef. MStis.

(37.) An. 1371. eum adhuc minorenem fuisse ad no. præced. 36. Diplomatis fide  
probavimus.

An. 1382. prid. Dominic. Judica Opaviæ Jus Magdeburgicum confirmavit, testante  
id Diplomate, ad quod in Advers. Hist. Silef. MStis provocat Henelius, qui & eundem Obi-  
tus Annum indicat.

An. 1402. die Lunæ ante S. Mar. Magdal. Wratislaviæ Fœderi Subscripti, quo Sile-  
ſia

siæ Principes de Pace Patriæ conservanda cogitabant. Vid. Dipl. CXXVII. in Diplomata-  
rio nostro Bohemo-Silesiaco.

An. 1404. a Roman. & Bohemiæ Rege VVenceslao simultanea Investitura auctum fu-  
isse Dipl. LXVII. Spec. C. nostri D. affirmat, ex quo Agnatum JOHANNIS II. & NICO-  
LAI Fratrum Ducum Ratiborienium ad no. 6. anteced. probavimus.

An. 1435. jam defunctum fuisse Diploma CXL. Diplomatarii nostri Bohemo-Siles. te-  
statur, quod Wratislaviæ totius Silesiæ Principes de Pace Patriæ conservanda conficiebant,  
in eo enim non Przemislai, sed filiorum nomina occurunt:

„VVENCZLAVV HERTZOG ZU TROPPAU MIT SEINEN BRUDERN.,,

(38.) Ortu Opolensem, Bernhardi Ducis Filiam fuisse l. c. afferit Henelius, sed Annae  
Nomen habuisse, ego CATHARINAM dixi, fide Dipl. LXXXII. Spec. C. nostri D. an.  
1443. ab Incolis Ducatus Monsterbergensis editi, quo se VVilhelmo Duci Oppaviensi sub-  
mittunt. Verba hac pertinentia sunt:

„VVir wollen seiner Gnad (Duci VVilhelmo) beständig seyn - - - und sei-  
„nen Erben und Nachkommen, die sein Gnad von der Hochgeborenen Fürstin Fravven KA-  
„THARINE SEINER MUTTER als einer ungesunderten Fürstinne von dem Land und Stadt  
„hat, &c.,

Unde BOLCONIS III. Ducis Monsterbergensis Filiam fuisse ad Tab. Genealog. IV.  
no. 32. affirmamus

(39.40.41.) Ita Henelius in adversar. Hist. Siles. MStis. Nescit priores Balbinus Decad.  
II. lib. II. in Tabula Ducum Oppaviensium, aliam tamen habet Przemislai Ducis Oppavi-  
ensis filiam Agneten, Joanni Kravarcio de Giczin Baroni Bohemo an. 1433. nuptam.  
Nos ne aliquid prætermissemus videamus Tabulæ nostræ Genealogicæ eas insérere omnes  
voluimus, quanquam nobis Testimonia de iis fide digna deesse fateamur. Joannem  
Czimburgium supremum Moraviæ Capitaneum fuisse testatur Thomas Joannes Pessi-  
na de Czechorod in Mart. Morav. lib. V.

(42.) An. 1435. Wratislaviæ egit cum utriusque Silesiæ Principes de Pace publica.  
Patriæ prospicerent. Vid. Dipl. CXL. Diplomatar. nostri Bohemo-Siles.

An. 1438. Ritiboriæ Sabbatho ipso die S. Lucia Evangelistæ cum Vladislao Po-  
loniæ & Casimiro Electo Bohemia Rege ejus Fratre Pacem iniit, non tamen se Casimi-  
ro homagium præstare posse affirmans „quam si Regni Bohemiæ sacro Diademate fue-  
rit insiguitus.“

vid. Dipl. CXXX. in Diplomatar. nostro Bohemo-Silesiaco.

An. 1433. cum fratribus Oppaviæ Jura & Immunitates confirmabat. Incipit Di-  
ploma: „Nos VVENCESLAUS, NICOLAUS, WILHELMUS ETERNESTUS  
„FRATRES DEI GRACIA DUCES OPAVIE.,,

vid. Henel. in Adversar. Hist. Siles. MSt. qui WENCESLAUM an. 1452. diem  
suum obiisse tradit.

(43.) Cujus alias nomen in Tabulis Genealogicis Ducum Silesiæ tam impressis,  
quani MStis frustra quæras in libello illo supplici invenies, quo circa an. 1480. Johan-  
nes de Hazmburk Uxoris nomine post obitum fratris illius Johannis Ducis Opaviensis  
& Hlubczensis a Judicibus delegatis Mathia Hungariae Boheniæque Regis, Civitatem  
Leobszüßensem seu Hlubczensem cum territorio, dotem præterea promissam, & mun-  
dum muliebrem sibi vindicare conabatur. Nos illum ex Pabroczkii Originibus fami-  
iliarum Illustrium p. 88. in Diplomatar. nostrum Bohemo-Siles. sub no. CCVII. retuli-  
mus, cuius Verba, quæ Sententiā nostram firmant, sunt sequentia:

„Ago & propono (ita loquitur Johannes Zagicz de Hazmburk Actor) quod  
Iii iii iii 2 ILLU-

„ILLUSTRIS olim DUCISSA ELYZABETH UXORIS QUONDAM MEE  
„GENITRIX.,“

(44.) Ita Henelius in Adversar. Hist. Siles. MStis.

(45.) Nomen ejus habet Balbinus Decad. II. lib. II. in Tab. Ducum Oppav. qui secundam Gentis Haznburgicæ matrem fuisse testatur, quod Johannis ab Haznburgk Conjux fuerit, afferit idem quem antea citavimus Libellus supplex.

(46.) De hoc idem libellus supplex Testimonium perhibet, qui & Ducem Hlub-  
ezensem sive Leobschützensem appellat. Opaviam enim Georgius Bohemix Rex ea  
Tempestate habuit, quem postea Victorino Duci Monsterberensi filio dedit. (vid.  
Dissertat. I. §. 9.)

An. 1469. die Jovis ante ascensionem B. M. V. cum aliis superioris Sileſia Prin-  
cipibus Olomucii & Bohemiæ Hungariæque Regi Mathiæ submisit, quod Dipl.  
CLXXVI. Diplomatar. nostri Bohemo-Sileſi affirmat.

An. 1477. Ratiboriæ eum cum JOHANNE Duce Opav. & Ratibor. juniore egis-  
se Litteræ teitantur sequentes, quarum ex authentico Bohemico hoc Excerptum verna-  
culo sermone damus:

„Wir JOHANNS VON GOTTS GNADEN HERTZOG ZU TROP-  
„PAU UND LUBSCHUTZ, und Wir HANNS DER JUNGERE gleichfalls  
„von GOTTS GNADEN HERTZOG ZU TROPPAU UND RATIBOR, be-  
„kennen durch diesen Brief allen, die ihn sehen, lesen oder verlesen hören, daß vor  
„Uns erschienen der Ehrwürdige Vater Nicolaus Canopicus zu Ratibor, und hat Uns  
„einen auf Pergament ordentlich und vollkommen geschriebenen Brief mit vier an-  
„hangenden Innseigeln, welcher ganz unverfehrt gevvesen und keinen Tadel gehabt,  
„vorgezeigt, welcher von Wort zu Wort also lautet: Wir Heinrich von GOTTS  
„Gnaden Herczog zu Mönsterberg und Kofel, Graf zu Glatz, &c. Hauptschuldner der  
„unten beschriebnen Schuld - - - - - Geschrieben in Kofel  
„am andern Tage nach S. Bartholomæi des Apostels des HERrn, im Jahre nach der  
„Geburth des Sohnes GOTtes MCCCCLXXIII. und hat Uns obangesetzter Pater Ni-  
„colaus gebethen, daß Wir ihm von diesem Uns vorgezeigten Briefe unter Unsern  
„Innsiegeln ein Vidimus geben vvolten, haben ihm also seiner Bitt gevvehret, und ge-  
„ben ihm hiemit solches in Kraft dis Brives, dem Wir Unsre Siegel beyfügen lassen.  
„Gegeben zu Ratibor am Dienstage nach dem Fest der Mutter GOTtes, Lichtmesse  
„genannt, im Jahre CHRISTI M CCCCLXXVII.,“

(47.) Henelius l. c. eum an. 1470. diem suum obiisse credit, sed Balbinum sequor, qui  
id circa an. 1480. accidisse l. c. tradit; sine liberis hic mortuum esse, Henelius vero l. c.  
Conjugem Catharinam Megapolensem habuisse, imo liberos aliquot ex ea suscepisse,  
sed omnes an. 1467. peste absumptos fuisse testatur.

(48) Diplomatis de eo Testimonium ad no. anteced. 1433. dedimus. Henelius l. c.  
eum an. 1441. vita decepsisse refert.

(49.) Monsterberensem quoque Ducatum adeptum fuisse Dipl. LXXXII. Spec.  
C. nostri D. testatur, quo se Ducatus illius Incolæ an. 1443. die Jovis post S. Paschæ Fe-  
stum ipsi submisserunt. Hinc curatus de rebus ejus gestis Henelius agit in Chron. Mon-  
sterberensi, qui & an. 1452. eum diem suum obiisse tradit, ad quem L. B. dimit-  
timus.

An. 1443. Ottmuchoviæ Fridricum Stoschium de Schildberg villam Aldelmans-  
dorff emtionis Titulo sibi & posteris afferuisse testatur: vid. Dipl. CXXXIV. Diploma-  
tarii nostri Bohemo-Sileſiaci.

Et dum hæc exaramus sequentes nobis Litteræ occurunt:

„Wir WILHELM von GOTIS Gnaden Herzogk zu Troppaw und Monstirbergk bekennen  
 „offenbar und thun kund mit diesem Briefe allen den, die en sehn odir hören leßen, dass  
 „vor Uns kommen ist Unser lieber getrewer Heincze Runge, und hat uns gebeten um  
 „eine Bestettigung seiner Briefe, die er hot über seinen Hoff, Haus und Garten in der al-  
 „ten Bade-Gässen an der Mauer, des haben Wir angesehen seine Dienste und Bete, und  
 „bestetigen, confirmiren, befesten in Craft dieses Briefes das egnante Haus mit alle sei-  
 „nen Zugehörungen dem egnanten Heincze Rungen Elizabeth seinem Weibe zu einem  
 „Leipgedinge zu eren Lebetagen Jörgen Nickel Conrade eren Erben elichen Nachkom-  
 „melingen und nehesten frey allir Beschwerunge Wachens und Geschosses, also, dass och  
 „ken Stadtbote do nicht zu gebieten hat, und sullen dis haben erplichen ewiglichen czu  
 „tuen und zu lösen noch irem freyen Willen noch lawte der alten Briefe zu Burg-Lehn-  
 „Rechte. Czu Bekenntnüsse haben Wir Unsir Siegel an diesen Brief lösen hengen: do-  
 „bey sint gevvest unsre lieben getreuen Heincze Slawnig, Heincze Senewicz, Bernhard  
 „Czanswitz und Niclos Erlheupt unsir Schreiber, dem dieser Brief bevolen worden. Ge-  
 „geben czu Monstirbergk am Montage Dorothee nach GOTIS Geburth MCCCCXLVII.,  
 (Ex authentico.)

Pohlius in Annal. Wratislav. MStis ad an. 1452. „Dieses Jahr sind gestorben  
 „Hertzog Conrad V. der weisse von der Oels, HERTZOG WILHELM ZU TROP-  
 „PAW, und Hertzog Niclas zu Ratibor.,,

Hessus in Silesia Magna MSta: „ERNESTUS DUX OPPAV. ET MON-  
 „STERBERG. FRATRIS SUI WILHELDI Liberorum (e quibus WENCES-  
 „LAUS miræ pulchritudinis adolescens Veneno periit, FRIDRICUS immatura mor-  
 „te defunctus, CATHERINA nupta Duci Saganensi, HEDWIGIS Abbatissa  
 „Trebunicensis miræ Vivacitatis) tutor fuit parum fidus. Cum enim Ducatus Oppa-  
 „vienensis Pars media ad illum pertineret, altera vero ad Pupilos, vendidit eam Geor-  
 „gio Bojemæ Regi, qui tandem Filio Victorino dedit.,,

(51. 52.) (53. 54.) (50.) Affirmat hoc Tabula Genealogica, quam an. 1558. Johannes Dux Olsnensis  
 & Monsterbergensis in Templo Arcis Olsnensis depingi curavit. Præterea nomen  
 ejus ex litteris supplicibus patet, quibus filia CATHARINA Johannis II. Saganensis  
 Ducis Uxor Wladislaum Hungariae Bohemiæque Regem an. 1494 die S. Hedwigis pro-  
 vindicanda sibi Pignoris Titulo Terra Scynaviensi addit. (vid. Dipl. CCIV. Diploma-  
 tarii nostri Bohemo-Sileiaci) Verba huc spectant sequentia:


„Nachdem als mich E. K. M. von sonderlichen Gnaden und Königlich angebor-  
 „ner Gütte bey dem Halte der Steinavv und Rauden mit allen iren Zugehörungen und  
 „Genußen; die MEINE MUTTER FRAU SALOMEA HERTZOGIN VON  
 „TROPPAW feeliges Gedächtniss in pfandsvveise, und nicht erblich inngehabt  
 „und gehalten hat; und mich dieselben Halde als Pfands-Erbin nach ihrem Abgang  
 „angestorben und geerbet seyn genädiglich gelassen.,,

Idem de ea Testimonium perhibet Conradus Albus Dux Olsnensis, quando an.  
 1483. die Veneris proxima post Octavam S. Corporis CHRISTI Wolaviae Censum an-  
 numium decem Marcarum ex Molendino Raudensi Danieli à Pogarell solvendum litteris  
 suis confirmavit, quas in Dipl. nostro Bohemo-Silef. Dipl. CCVI. exhibemus. Verba  
 ejus hoc pertinentia sunt:

„Die gnannten Czehn Margk Zinses uf der Möle zum Rauden, die em die  
 „HOCHGEBORNE FURSTINNE UND FRAW, FRAW SALOMEA HER-  
 „CZOGINNE VON TROPPAW UND FRAW czur Steinaw, unsre liebe  
 „Schvvester druf verschrieben hat, die Ihre Liebe in pfandsvveise inne hat daselbst  
 „zum Rauden.,,

Matrem ejus EUPHEMIAM, Avum Maternum BOLCONEM III. Ducem  
 Monstirbergensem fuisse ad Tab. IV. Generalog. no. 28. affirmavimus, quam & Hen-  
 Kkk kkk kkk

lii Sententiam tuerit Tabula Genealogica, quam an. 1558. Johannes Dux Olsnensis & Monsterbergensis, in Templo Arcis Olsnensis depingi curavit, quæ hoc familiae Czastalowitensis Schema sicut:



Obiit **SALOMEA** Curæ lib. II. Teste an. 1489. Mense Februario, quod & Pohlius affirmat in Annal. Wratislav. MStis ad an. hunc.

(53.) Testatur de ea libellus supplex ad Wladislaum Ungariæ ac Bohemiæ Regem an. 1494. die S. Hedwigis exaratus, ad quem no. anteced. 50. provocavimus, cuius hæc Verba de Conjugio ejus nos certiores reddunt: „dabey hat auch E. K. M. der Mannschafft und Stäten zu denselben Halde Steynaw und Rauden gehörende geschrieben, „ernstlich gebiettende, mich vor ihre Pfandes-Fraw zu erkennen und darauf zu hulden „und zu schweren, daß sie denn bissher zu thun veracht haben, in der Meynung, daß sie „auch vormals Herrn Georgen von Steyn eine Erbholdung gethan und geschworen „hättien, auch weren sie von dem Hochgeborenen Fürsten Hertzog Conraten dem Weissen in Slezien zu Oelffen, Cosel, Wolaw &c. Herzogen dem GOTT genädig sey, „irem natürlichen Erb-Herrn und Landes-Fürsten an DEN HOCHGEBORNNEN „FURSTEN HEKRN JOHANNS IN SCHLESIEN VOM SAGAN UND „GROSSEN GLOGAVV &c. HERTZOGEN MEINEN LIEBEN HERRN „UND GEMAHL vor langen vergangnen Jahren mit der Erbholdung geweißt.“

Pohlius in Annal. Wratislav. MStis ad an. 1505. „Den 14. Aprilis, verschied zu Breslau FRAU CATHARINA, Hertzogin von Steinaw, Hertzog HANSENS VON SAGAN Wittib, der Hertzoge zu Münsterberg und Oels Schwieger, liegt zu Trebnitz im Creutz-Gange begraben.“

Monumenti ejus in Monasterio Trebnicensi hodie vix Vestigia supersunt, testatur amen de eo Cod. MStus Bibliothecæ Olsnensis his Verbis:

ANNO DMNI MDV. FERIA SECUNDA IN DIE  
 TRIBURII ET VALERIANI OBIIT ILLUSTRIS PRNCEPS  
 DMNA KATHARINA DUCISSA OPAVIE CONIUNX  
 DUCIS JOHANNIS ZAGANENSIS, WRATISLAVIE  
 HQORA VESPERARUM ET EST SEPULTA IN MONASTERIO  
 TREBNICENSI.

(54.) Quod Hessus in Silesia magna MSta de ea Testimonium perhibet ad no:  
ante-

anted. 50. edidimus. ANNAM vocat numero XVI. Abbatissam Trebnicensem. an. 1469. electam, & an. demum 1515. denatam Index Abbatisarum quem Sinapius P. II. Olsnographia p. 631. exhibuit. Nos ejus Ortum sequentis Diploniatis Excerpto probabimus.

„Wir ANNA von GOTTIS Gnaden GEBOHRNE HERTZOGIN VON  
„TROPPAU, und Abbatissin zu Trebnitz, bekennen vor aller männiglich, daß vor  
„Uns kommen unsrer Getreuer Lieber der erbtende Hans Beyer, und hat bekandt, wie  
„dass er recht und rechtlichen erkaufft hat sein Forwerg zum Probsthayn im Gold-  
„bergischen Weichbild gelegen, mit allen Rechten, Reinen, Gräntzen und Freyheiten,  
„als das vor Alters gelegen ist, und von seinen Vorfahren an ihn kommen, und inmas-  
„sen, wie er das selbst bis dahero inne gehabt und besessen hat, nichts ausgenommen,  
„dem Erbtenden Andreas Scholle, Anna seinen Weibe rechten und elichen Nach-  
„kommenden - - - - - Gescheen zu Trebnitz  
„am Tage S. Johannis des Täuffers nach CHRISTI unsers Herrn Geburth M D. und  
„im ersten Jahr. Dabey sind gewesen die Ehrbarn Hans Rensberg Schaffer, Nickel  
„Zornbergk Closter-Vogt, und Baltasar Jänisch, dem dieser Brief befohlen ward,, (Ex  
Cod. Diplomat. MSt.

**Adde Dipl. XVIII. Diplomatarii nostri Bohemo-Silesiaci.**

(55.56.) Fratrem VVILHELMI DUCIS OPPAV. & MONSTERBERG.  
fuisse Diplomatis fide ad no. 42. anteced. probavimus: Phura de Rebus ab eo gestis  
Henelius in Chron. Monsterbergensi & Hessus in Silesia Magna MSta, quem locum ad  
no. anteced. 49. recitavimus, subjungit inde.

„ERNESTUS in extremam redactus paupertatem vixit in Monasterio Leubusino, Filiam habuit SOPHIAM cuidam Domino Bohemis in matrimonium collocatam sed vita impudicæ.”

An. 1454. eum defunctum tradit Henelius in Tab. Genealog. Ducum Opavensium in Adversar. Histor. Siles. MStis.

(57.) Pohlius in Annal. Wratislav. MStis ad an. 1478. „Den 16. Junii, starb  
„PRZEMISLAUS HARTZOG ZU TROPPAU der Aeltere, Primislai und Frau  
„Anna, (potius Catharina vid. no. anteced. 38.) Bernhardi Herzogs zu Oppeln Tochter,  
„Sohn, Canonicus zu S. Johannis, und Cantor zum H. Creutz, alldā er auch begraben  
„liegt.“


Henelius in Siles. Togata MSta hoc ejus Elogium edidit:

„Ottocarus Bojemia Rex potentissimus cum Conjugem suam Margaritham  
„sterilitatis insinulasset ejus rei probationem in se suscepit sub hac conditione: Da,  
„inquit, mihi e Gynæcco tuo puellam aliquam in cubiculum meum, si illa ex me  
„prægnans intra annum non fuerit reus ego sim impotentia & sterilitatis, fin illa hoe  
„Temporis spatio conceperit infantemque ediderit inter infelices infocundasque arbo-  
„res Jure numerator. Probata vero Conditione puellaque ex Austriaco Genere Regi  
„oblata natus ei fuit decimo mense filiolus, cui Nicolai Nomen Rex indidit, quem deinde  
„Ducem creavit Opavia, ita ut ex hoc fonte prima Incunabula repertenda sint Illustrissimæ  
„DUCUM OPAVIENS!UM IN SILESIA FAMILIÆ, unde Principes aliquot  
„prodiere landatissimi. Nicolaus sanc Gentis *ɔixrɪsŋc* Filium habuit *δμάννυον* & nepo-  
„tem ex eo inter alios PRZIMISLAUM. Cui cum plures essent ex Anna (nos  
„Catharinae eam nomen habuisse ad no. anteced. 38. probavimus) Principe Opoliensi  
„liberi filiorum quintus, Patri cognominis ab ipsis Incunabulis liberalissime educatus in  
„celeberrimo maxime Viennensi Gymnasio optimis litteris Operam dedit, (idem affir-  
„mat Rapoldus in fine) cumque natura quietis ac tranquillitatis privatæ quam Onerum  
„& Molestiarum Reipublicæ esset amantior, animum ad Sacra appellere, prout ejus Seculi  
„mores ferebant, quam Prosapiam propagare cumque solo sanguine posset Virtute &

„doctrina mereri dignitatem maluit. Canonicus ergo Wratislavensis in Ecclesia Cathedrali & ad D. Crucis Cantor factus vitam vixit quietam conpositam sanctam, sed quam „Musæ & Elegantia & erudita simplicitas Comitatu suo egregie exornabant cum præser- „tim singulari quoque prudentia & rerum usu inter Sodales autem Sacri Collegii ea pol- „leret auctoritate ut Jodoco I. Antistite Wratislavieni defuncto ipsum præ cunctis aliis „ad Cathedram evehendum censerent nisi Rudolphus Episcopus Lavantinus & Legatus „Pontificis belli adversus Georgium Bohemiæ Regem Tuba annitente præter Barones „Bojemos Catholicæ Religioni addictos Casimiro Poloniae Rege, cui ob bellum Pruteni- „cum iniquissimis Ordinum conditionibus sedatum gratus ille erat, suffragia tulisset con- „sentiente Capituli Postulationi Paulo II. Pontif. Romano. Sic ergo noster quanquam „Indigena quanquam Princeps quanquam plurimorum studio atque omnium bona exi- „stimatione munitus extraneo tamen posthabitus nec quod sua dignitas postulabat asse- „cutus tantum absuit ut id graviter & iniquo Animo tulerit, ut potius se ipso & præsenti „forte contentus propositis præsertim ante Oculos clarissimorum Vironum repulsi, quo- „rum Virtutes ejusmodi Injuriæ non fregerunt sed acuerunt & erexerunt, illud Comici „suum facere visus fuerit:

„Si illud quod volumus eveniret gaudebimus  
„Sin fecus patiemur æquis animis.

„Vita deceffit XVI. Kal. Quint. A. C. post M CCCC LXXVIII. Wratislaviae  
„ad D. Crucis funeratus, ubi quidem & Cadaver ejus post CLIV. Annos anno  
„nimisimum seculi hujus XXXII. integrum adhuc repertum, sed ab impiis  
„militibus parum honorifice habitum fuit.,,



CODI-

# CODICIS SILESIÆ DIPLOMATICI SPECIMEN

QUO  
DUCUM SUPERIORIS ET INFERIORIS  
SILESIÆ

LITTERÆ CLIENTELARES, FOEDERA, CONTRACTUS  
MATRIMONIALES, EMTIONIS ET VENDITIONIS,  
PACTA, CONVENTIONES, MONASTERIORUM  
QUORUNDAM FUNDATIONES ET DOTATIONES,

DENIQUE  
ROMANORUM IMPERATORUM  
PONTIFICUM,  
ET  
BOHEMIÆ REGUM

DIPLOMATA  
MUNIFICENTIÆ IN DUCES, DUCATUS, URBES  
ET COENOBLIA  
QUÆDAM SILESIÆ DOCUMENTA EGREGIA  
CONTINENTUR.

(I.) DIPLOMATA QUÆDAM AD SILESIAM  
UNIVERSAM PERTINENTIA.I. Procuratores CASIMIRI POL. REGIS profitentur  
REGI REGNOQUE POLONIE

nullum in SILESIAM Jus esse. Anno 1335.



Procuratores

Casimir Pol.  
Regis

proficentur

Johannem Boh.  
Regem &

Carolum Pri-

mogenitum

ejus

March. Morav.

Dominio &amp;

Titulo

Regni Poloniae

eis in eo

competentibus

sub pena excommunicationis

promittentes pro se &amp; he-

redibus suis contra hujusmodi

renunciationem &amp; cessionem non contra venire aliqua Oc-

*N nomine Domini Amen.* Anno ejusdem MCCCXXXV. in festo Beatissimi Bartholomei Apostoli *nos* Spikko castellanus: Sbigneus Prepositus Cracoviensis: Petrus castellanus Sandomeriensis: Thomas de Zajunczko & Ninius Mandrozza *procuratores a magnifico Principe & Domno Kazimiro Rege Polonie constituti ad infra scripta realiter atque dati*: ad universorum notitiam tenore presentium volumus publice devenire quod cum Serenissimus Princeps *Dominus Johannes Boëmie Rex & illustris Dominus Carolus Primogenitus ejus*

Marchio Moravie pro se & suis heredibus pretendentes commodum & tranquillitatem Regnorum Boëmie & Polonie ac regnigenarum & Incolarum ipsorum nec non contemplatione & intuitu Serenissimorum *Principum Domni Caroli Hungarie Regis & dicti Kazimiri Polonie Regis* cupientesque ipsis regnis & hominibus hinc inde salubri providere re medio quatenus provide animarum & corporum periculis salubriter obvietur: sponte ac libere renunciaverint omni Juri actioni Exceptioni proprietati Dominio & Titulo Regni Polonie eis in eo competentibus sub pena excommunicationis promittentes pro se & heredibus suis contra hujusmodi renunciationem & cessionem non contra venire aliqua Occasione Ingenio facto pariter & sermone prout in aliis eorum litteris plenius continetur: exceperunt tamen excipiuntque generosos Principes Domnos Duces infra scriptos Vasallos eorum cum eorum Ducatibus terris bonis Dominiis & pertinentiis quibuscumque que tempore prestiti homagii possiderunt & omni modo & forma quibus dicti Domini Duces ipsis Dominis Regi Boëmie & Marchioni Moravie & eorum heredibus sive ipsorum ditioni subjecerunt se successores Duces & Ducatus eorum & Dominia cum appendentiis quibuslibet suis suo & heredum suorum Dominio totaliter reservantur: Exceperrunt etiam Terras VVratislavie & Glogoviae cum omnibus pertinentiis districtibus & Dominio ad ipsam spectantibus quoquo modo. Domni autem Duces & Ducatus predicti hi sunt, *Dimni Boleslaus Lignicensis & Bregensis, Henricus Saginensis & Crostensis, Conradus Olseniensis, Johannes Stinaviensis Silesie Duces, Bolko de Opol, Bolko de Falckenberg, Albertus de Strelitz, Wladislaus Coslensis & Bitumiensis, Wenceslaus Princeps Masovie, Dmnus in Plozk, Lesko de Rathbor, Johannes Osventimensis & Wladislaus de Teschin.* Nos itaque volentes favorem & indissolubilem dilectionis Amicitiam inter prefatos Dmnos Regem Boëmie & Marchionem Moravie & Polonie grataanter hinc inde benevole amplecti, promittimus pro ipso Dmno Rege nro Polonie, *quod idem Dmns Rex Polonicus eisdem Dmnis Regi Boëmie & Marchioni Moravie optime favet de omni Jure Dominio & proprietate que habent vel se habere afferunt in Dominiis Ducibus & Ducatibus predictis ipsisque nullo modo unquam Tempore impediet super ipsis nec Duces aut Ducatus ipsos vindicabit impetet vel assimet in prejudicium Dmnorum predictorum Regis & Marchionis & heredum suorum ipsosque super eisdem in nullo penitus per se vel heredes suos aliqualiter molestabit penam & severitatem excommunicationis ipso facto si contravenerit incursum, insuper pro ipso Dmno Rege Polonie & suis heredibus omni actioni exceptioni prescriptioni & oppositioni Juris consuetudinis aut etiam facti, si que aut aliquod eorum ipsis Dmno Regi Polonie aut heredibus suis in sepe dictis Dominiis Ducibus aut Ducatibus eorum poscent aliqualiter suffragari aut competere quolibet modo in eisdem, non obstantibus aliquibus munimentis litteris scripturis pactis pactionibus statutis reformationibus aut aliis quibuslibet Ordinationibus sub quacunque forma Verborum conceptis etiam si talia forent de quibus de Verbo ad Verbum speciale & expressam oporteret fieri mentionem quibus omnibus & singulis & cuilibet eorum ex certa nra scientia esse & intelligi volumus penitus derogatum: Promittentes sub fidei prestito Juramento quod sepe fatus Dmns Rex Polonie premissa omnia & singula hinc intra festum B. Galli proximum ratificabit ac suis patentibus*

Polonie vero  
RegemDucatibus  
SILESIÆ  
omnibus &

singulis.

bus approbat litteris grataque rata & firma per omnia observabit: In quorum omnium <sup>Tencinii,</sup>  
Testimonium atque robur presentes conscribi & nrorum sigillorum patrocinii fecimus <sup>1335.</sup>  
comuniri. Datum & actum in Trincinio anno & die supra dictis. <sup>in festo B. Bartholomaei.</sup>

## II. Diploma CASIMIRI POLON. REGIS quo ipse nullum sibi in SILESIAM Jus fuisse nec superesse confitetur.

**C**azimirus Dei gracia Rex Polonie nec non terrarum Cracovie Sandomiri Siradie Lanti- <sup>Cazimirus</sup>  
cie Cujavie Pomeranieque Dinnus & heres universis presentes litteras inspecturis <sup>Pol. Rex</sup>  
salutem & notitiam subscriptorum. Salus Vita & perennis Tranquillitas benedi-  
ctio pacis irradiata claris fulgoribus per Orbis clarius resulget Climata, dum Regnorum  
subditis & Terrarum Incolis providetur de commodis & inter principes desiderata gratia  
Unio ac indissolubilis Charitatis federa gratosius amplexantur cum ita sicuti status prece-  
dunt temporum demonstrat inter *Magnificos Principes Dmnos Joannem Boëmie Regem*  
& *Carolum ipsius primogenitum Marchionem Moravie Illustres fratres nros charissimos* ac  
progenitores & predecessores ipsorum parte ex una, nosque ac progenitores nros parte  
ex altera nonnullae seductiones afflictiones & multiplices Calamitates cedesque persona-  
rum ac rerum hinc inde per Tempora agitata noscuntur ac damna perpetrata propter  
que & Regnorum & terrarum gubernacula utrobique gravia pertulere dispendia & jactu-  
ras innumerias quotidie habuerunt: nosque his tot & tantis cupientes salutifere obviare  
periculis & eis finem imponere salutarem affectantes, attentis Affectibus cum jam dictis  
Dominis Rege & Marchione firmam ac perpetuam amicitie gratiam ac fraterne dilectionis  
Vinculum irrefragabiliter colligare in hoc votis eorum & nostris satisfacientes libenti  
Animo recognoscimus dicimus & publice protestamur: nos in *Magnificis Principibus Domini-*  
*nis Ducibus Boleslao Lignicensi & Bregensi, Henrico Saganensi & Crostensi, Conrado Olsni-*  
*censi, Joanne Stinavensi Slesie Ducibus, nec non Bolkone Opoliensi, Bolkone de Falckenberg,*  
*Alberto de Strelitz, Wladislao Teschinensi Ducibus, Wladislao Coslensi & Bitumiensi, Wen-*  
*ceslao Principe Masovie Dmno in Plozk, Leskone Ratiboris & Joanne Ossivicensi Ducibus &*  
*Vassallis eorum cum ipsorum Ducatibus & Dominiis terris districtibus jurisdictionibus perti-*  
*nentiis metis appendiis limitibus antiquis quibuscumque nec non Civitatibus Wratislavia &*  
*Glogovia cum districtibus limitibus finibus & pertinentiis earum universis, nullum Jus pro- nec*  
*prietatem vel Dominium possessionem aut titulum habere, aut habuisse, competere vel competi- heredibus*  
*isse, aliqua in eisdem promittentes ipsos Dmnos Regem & Marchionem aut heredes cohe- nec*  
*redes vel successores eorum super prenominatis Ducibus & Ducatibus eorum seu etiam successoribus,*  
*Civitatibus Wratislaviensi & Glogoviensi cum pertinentiis suis per nos vel heredes cohe- redes & successores nros aut alios quoscumque nullo unquam tempore impedire molesta- re vel impetrare nec Duces ac Ducatus ipsos & ipsorum pertinentias nobis aut heredibus nris vendicabimus aut etiam assumemus in ipsorum Regis Marchionis vel heredum eo- rum prejudicium vel gravamen: quin imo placet nobis & optime favemus eis in eosdem sub fide*  
*renunciantes insuper & cedentes pro nobis & heredibus coheredibus & successoribus no- prestiti Juris:*  
*stris omni Juri actioni questioni proprietati & titulo in perpetuum si que nobis aut heredi- menti.*  
bus vel successoribus nostris competebant competenter vel competere possent quomo-  
dolibet in futurum, promittentes etiam sub fide prestiti Juramenti, factis sacrosanctis Evan-  
geliis & nihilominus sub pena excommunicationis prolate sententie contra hanc nram re-  
nuntiationem cessionem & promissionem aliqua Actione Impetitione suggestione studio  
Ingenio Jure facto atque Verbo nequaquam venire non obstantibus aliquibus pactis pa-  
cti-  
onibus statutis reformationibus Ordinationibus Confuetudinibus prescriptionibus con-  
ventionibus Munimentis Indulgentiis privilegiis vel litteris Apostolicis Imperialibus vel  
aliis quibuscumque scripturis seu impetratis in posterum, nec non Juribus qui-  
buscumque tam Juris Canonici quam Civilis aut etiam Municipalis sub quacunque forma  
Verborum & prolatione conceptis vel in posterum concipiendis & etiam si talia forent in  
quibus de verbo ad verbum specialem & expressam oporteret fieri mentionem: Que om-  
nia & singula & quodlibet eorum cassa & irrita vacua inania esse & intelligi volumus nul-  
liusque fore efficacie penitus & momenti: ipsis etiam ex certa nra sententia per omnia de-  
rogamus in quorum Testimonium omnium atque robur perpetuum presentes scribi feci-  
mus & nrorum sigillorum inunimine roborari. Datum Cracovie in octava purificatio-  
nis B. Mariae Virginis Anno Domini MCCCXXXIX. <sup>Cracoviae,  
1339.  
in octava purificatio-  
nis B. M. V.</sup>

### III. Diploma CAROLI IV. ROM. IMP. & BOHEMIÆ REGIS, quo BOHEMIÆ SILESIAM addidit.

CAROLUS  
IV.

egitans

Duces SILE-  
SIAE & Polo-  
niae olim Boh  
Regibus  
Censum solvi-  
se :

tandem vero

Johanne Patre  
Eju, imperan-  
te

Ducatus suos  
omnes  
Feudi Titulo  
Bohemiar ob-  
tulisse :  
imprimis

D. Rudol-  
phum Rom.  
Regem  
Ottocaro  
Boh. Regi  
Wratislavien-  
sem Ducatum  
ex morte Hen-  
rici IV. Va-  
cantem Nomi-  
ne Feudi con-  
tulisse : quem

Henricus ulti-  
mus Dux  
Wratislav.  
Paecto solemnii

Bohemiar  
addidit :

& hos  
SILESIÆ  
Ducatus  
omnes, &  
Marchiam  
Budissinensem  
ac Gorlicen-  
sem

**I**N nomine Domini, Sancte & individue Trinitatis. **CAROLUS** Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus ac Bohemie Rex ad perpetuam rei memoriam. Insignes laudabilis fame titulos moderni temporis meretur gloria posteritas si quod predecessorum Illustrium circumspecta pridem instauravit provisio vigilanti cura prosequitur & grate follicitudinis munit officio ut fructuosi laboris solertia perenni successorum commendentur niemorie & ex perfectione bonorum Operum quasi ex reluenti speculo verutatis surgat de felicibus mortuis felix memoria rediviva: Sane licet pridem recolende memorie Divus Fridericus Romanorum Imperator Augustus, predecessor noster

de singulari sue benignitatis munere clare recordationis Illustri Wladislao quondam Bohemie Duci qui regnum Bohemia ante coronationem suam regebat & suis heredibus Bohemie Regibus Censum de Terra Polonie quem antecessores ejus Duces Bohemie a Polonia multis temporibus accipere consueverant quemque Polonie & Silesie Duces Sacro Imperio solvere tenebantur prout in litteris Imperatoris prefati evidenter exprimitur liberaliter duxerit erogandum ipsi quoque Duces Polonie & Silesie eundem censum Illustribus Progenitoribus & predictis nrnis Bohemie Regibus in signum subjectionis debite & in recognitionem sui superioris Dominii rite persolverint multis Temporibus retroactis tamen ad abundantius Cautele presidium tractu temporis dicti Duces suorum heredum & successorum nomine atque Vice Principatus Terras ac Dominia sua a clare memorie Illustri Johanne quondam Bohemie Rege Genitore nostro carissimo dum vivaret & demum prefato Genitore nostro defuncto a nobis & a Corona Regni Bohemie in feudum cum solemnitate debita suscepimus nobisque ac nostro Genitori dum viveret tanquam Bohemie Regibus & Corone Regni Bohemie prestiterunt solemniter Obedientie homagii subjectionis & fidelitatis debite juramenta corporalia: Et licet insignis Ducatus Wratislaviensis & Slesie, cum suis omnibus pertinentiis ad utile & immediatum Dominium Illustrium quondam Bohemie Regum Progenitorum & Predecessorum nostrorum & Coronam Regni Bohemie spectaverit ab antiquo, sicut hoc littere recolende memorie Domini Rudolphi Romanorum Regis Predecessoris nostri ostendunt: In qua

rum prima quondam Ordinationem inter Illustrum Ottocarum quondam Bohemie Regem Proavum nostrum charissimum ex una & Henricum Ducem Wratislaviensem parte ex altera videlicet quod dictus Ottocarus Rex eidem Henrico Wratislaviensi & Slesie Duci in casu si Ducem premori contigerit in premisso Ducatu Wratislaviensi & Slesie terris & omnibus suis Dominiis deberet succedere per se factam adserit: & in secunda ipsarum dicto Henrico Duce jam sublato de medio, predictum Regem Ottocarum heredes & successores suos Reges Bohemie de Ducatu Wratislaviensi & Slesie terris & Dominiis prefatis tanquam actu vacantibus propter multa grata servitia, que Illustris Bohemie Reges Sacro Romano Imperio fecerant solenniter investivit lucidius attestatur: tamen Illustris quondam Bohemie Rex genitor noster carissimus prefatus cum Henrico, septimo & ultimo Wratislavie & Slesie Duce, sororio nostro, dum uterque ipsorum Vitem ageret in humanis quandam ordinationem iniit & tractavit videlicet quod dictus Dux Henricus Terram & Districtum Glacensem cum Vasallagiis feidis Dominiis & aliis omnibus pertinentiis suis de consensu dicti genitoris nostri ad vite duntaxat tempora habere deberet, ut tamen eo moriente Ducatus sui puta Wratislaviensis & Slesie ac predictum Glacensem Dominium ad Usum & possessionem Genitoris nostri heredum & successorum ipsius Regum & Corone Regni Bohemie sine difficultate qualibet revenirent: sicut hoc processu dierum ad finem devenit intentum: Eoque dictus Genitor noster dum viveret moriente Duce prefato Ducatum Wratislaviensem & terram Glacensem prefatam tenuit & possedit, & nos utrumque de presenti velut Bohemie Rex in possessione tenentes, utrolibet dominabimur. Et quamvis Marchia Budissinensis & Goricensis que cum ceteris civitatibus Oppidis pertinentiis suis ad Regnum & Coronam Bohemic ab antiquo pertinuerunt per Illustrum Ottocarum quondam Regem Bohemie Proavum nostrum in personas quondam Brandenburgium Marchionum ex certis causis & rationibus alienate fuerint, aliquando tamen Marchionibus predictis absque sexus masculini heredibus decendentibus ex hac Vita Nobiles Milites Clientes cives universique Incole Marchie Budissinensis & Goricensis, prefate animadversione debita cognoscentes,

qua-

qualiter ad Coronam & Regnum Bohemie tanquam ad immediatum & naturalem Dominum dudum pertinuerant ad subjectionem & obedientiam Illustris Joannis quondam Bohemie Regis genitoris nostri tanquam ad ordinarium legitimum & naturalem Dominum suum & ad Coronam Regni Bohemie, de cuius gremio jam dudum constiterant ut prescribitur deliberatione non improvida redierunt: Nos igitur indefessam sollicitudinis operam & diligentiam exquisitam, quam sepe dicti Proavus Pater ac Progenitores nostri carissimi quondam Bohemie Reges ad obtainendum subjectionis Vasallagium & Obedientiam illustrium Slesie & Polonie Ducum videlicet: *Lignicensis, Brigensis, Münsterbergensis, Olsnensis, Glogoviensis, Saganensis, Opoliensis, Falckenbergensis, Strelicensis, Teschinenensis, Tostensis, Bithumiensis, Stinaviensis, Ossvicensis, Principatus Masovie & Ducatus in Plotzka:* Principum & fidelium nostrorum Principatus seu Ducatus Wratislaviensis & Slesie, nec non Civitates videlicet, Wratislaviam, Novumforum, Franckenstain, Stinaviani Goraw & medium partem Glogovie, Nambslavie & pertinentiarum ipsius: & etiam Budissinensem & Gorlicensem Marchiam, ut prefertur non absque magnis Impensis & infinitis laboribus habuerunt in nostre Majestatis acie continuo revolentes ut virtutum ipsorum frequentia & solicitude laborum preteriti sub felici nostro Regimine solidetur: sicut dudum de plenitudine Romane Regie potestatis statuendum duximus, ita & nunc & certa scientia statuimus de nostre Imperialis plenitudine potestatis quod omnes supradictae sententie & clausule Imperialium & regalium litterarum, quas ad probationem dictarum Intentionum adduximus semper & ubique in Judicio & extra & in singulis actibus publicis & privatis quotiens tenorem presentium legi & publicari contigerit ejusdem Efficacie Vigoris & Auctoritatis existant ac si in signis propriis Originalia viderentur: Eo precipue cum eadem Originalia per nos & nonnullos Sacri Imperii Principes Barones Proceres auscultata & examinata fuerunt diligenter: Et demum communicato super Auctoritate omnibus premisis nonnullorum Sacri Imperii Principum Baronum & nobilium consilio Imperiali speciali predictis omnibus de Verbo ad Verbum prout superius intellectis & in examine deliberate & provide discussionis adductis ne ex Interpretatione sinistra quorumlibet nostris heredibus & successorum nostrorum Regum Bohemie & Corone Regni ejusdem Juribus honoribus & statui valeat imposterum derogari: Auctoritate Imperiali dictos Slesie Polonie & ceteros predictos Duces nostros Principes & Vasallos cum Principatibus feudis & Vasallagiis ipsorum presertim cum a Corona Regni prefati immediate dependeant dictum quoque Ducatum Wratislaviensem cum civitate Wratislavia, Noviforensi, Franckenstain, Stinaviensi, Gorensi, Glogoviensi, & ceteris oppidis ibidem nec non Marchiam Budissinensem & Gorlicensem cum Vasallis Vasallagiis feudis feudataris Utilitatibus fructibus obventionibus jurisdictionibus judiciis honoribus juribus consuetudinibus & omnibus dictorum Ducatum & Marchie pertinentiis, velut utile & immediatum Dominium nostrum & Regni Bohemie prefati, eidem Regno & ejus felici Corone in perpetuum adjungimus, incorporamus, inviceramus, adscribimus, adpropriamus, & indivisibiliter & inseparabiliter coniunximus: Speciali etiam ex nomine interpretamur, pronunciamus, diffinimus, protestamur, & dicimus ac de certa nostra scientia declaramus quod prefati Dukes Slesie & Polonie heredes & successores ipsorum in perpetuum quotiens Ducatus eosdem aut alterum ex iis vacare contigerit ipsos vel ipsum a nobis heredibus & successoribus nostris Boëmicis Regibus & Corone Regni ejusdem honiagii obedientie fidelitatis & subjectionis debite teneantur ac debeant prestare & facere corporalia Juramenta supplentes omnem defectum, si quis in litteris vel privilegiis dictorum Imperatorum & Regum Romanorum memorie recolende aut etiam in Ordinatione seu tractatu dicti genitoris nostri quem cum prefato Henrico septimo & ultimo Wratislaviensi & Slesie Duce habuisse dignoscitur seu in redditu Nobilium militum clientum Civium & Incolarum Budissinensis & Gorlicensis Marchie qui ad Regnum Bohemie ut premittitur ex causis legitimis redierunt: vel in prefentibus nostris litteris verborum defectus interpretatione dubia sententiarum obscuritate vel alia quavis Occasione compertus fuerit, de certa nostra scientia ac de predicta Imperialis plenitudine potestatis non obstantibus legibus consuetudinibus Usibus Observantii Juribus Municipalibus vel Communibus statutis seu Edictis publicis vel privatis factis & editis in contrarium quibuscumque quas & que quantum ad hec ac si nominatum de verbo ad verbum presentibus inscripta & inserta constiterent etiam si de his Jure vel Consuetudine deberet fieri mentio specialis revocamus, cassamus, irritamus, annihilamus & de predicta Imperialis Potestatis plenitudine decreverimus firmiter fore nullius penitus momenti: Nulli ergo hominum liceat hanc nostre ad-

junctionis, appropriationis, Conjunctionis, Incorporationis, Inviscerationis, Adscriptio-  
nis, Interpretationis, pronunciationis, diffinitionis, Protestationis, declarationis, discreti  
defectus supplicationis, revocationis, cassationis, Irritationis, & annihilationis paginam in-  
fringere: Contraria vero facientes si qui fuerint (quod absit) ultra Indignationem nostre  
Celsitudinis quam ob hoc se noverit incursum, mille marcas auri puri nostri & Roma-  
ni Regni Fisco componant, ipsarum videlicet medietatem nostre seu successorum nostro-  
rum Curie seu Camere reliquam passis Injuriam irremissibiliter applicandam. Signum  
Serenissimi Principis ac Dmni Dmni Caroli Quarti Romanorum Imperatoris semper

**Testes:**  
 1) Archi-Episc. Rudolphus Senior Dux Saxonie: Sacri Imperii Archimarschallus Avunculus noster: Ac Venerabiles Preczlaus Wratislavensis: Cancellarius Aule nre: Johannes Olmucensi: Johannes Luthoniensis: Theodoricus Mindensis: Henricus Lamudensis Episcopi: Illustris Rudolphus Junior Saxonie & Johannes Opavie Duces: Spectabiles Burghardus Magister Curie nre: Burggravius Magdeburgensis: & Albertus de Anebalt: Comites: & nobiles Johannes de Rosenberg: Johannes de Sternberg: Zdencko de Hasienburg: Gonslaus de Schwanberg: Bozko de Constadt: Dionysius de Lomniz & Ulricus de Visa & alii quam plures nostri fideles pre-  
 sentium sub Bulla Aurea. Datum Prage Anno Dmni M CCC LV. Indictione VIII.  
 VII. Idus Octobr.

1355.  
VII. Id. Oct.

#### IV. Diploma LUDOVICI HUNGARIÆ & POLONIÆ REGIS, quo & sibi & Conjugi suæ nullum in Silesiam Jus esse testatur.

**LUDOVICUS** **N**Os *LUDOVICUS Dei gratia Rex Hungarie Polonie &c. &c.* Notum faci-  
 Ungar. ac Po-  
 lon. Rex  
 mus universis quibus interest vel interesse poterit in futurum per presentes quod ob  
 singularem interne charitatis Ardorem quo Serenissimum ac Invictissimum Principem  
 & Dmnum Dmnum Carolum Quartum Romanorum Imperatorem semper Augustum & Boë-  
 mie Regem Illustrum, Serenissimam Principem Dmnam Elisabeth Romanorum Imperatri-  
 cem & Boëmie Reginam sororem nram & Illustrum ac Magnificum Principem Dmnum  
 Wenceslaum Boëmie Regem prefati Dmni Imperatoris filium ac Illustris Principes Dmnos  
 Joannem & Jodocum ejus Primogenitum Marchiones & Dmnos terre Moravie fratres nros  
 charissimos ceterosque filios & heredes ipsorum pio fraternoque sinceritatis Zelo com-  
 plectimur, ipsis animo deliberato non per Errorem aut improvide sed maturo Princi-  
 pum ecclesiasticorum & secularium, Comitum, Baronum & Nobilium nrorum fidelium  
 ad hoc accedente Consilio & ex certa nra scientia pro nobis ac Serenissima Principe  
 Domina Elisabeth consorte nra charissima Hungarie Polonie Dalmacie &c. Reginæ nec non  
 heredibus heredum heredibus & successoribus nris Hungarie Polonie Dalmacie &c.  
**AUGUSTAM** Regibus in perpetuum promisimus & promittimus bona fide dolo & fraudibus quibus-  
**GENTEM** libet procul motis & sub eo Juramento corporali quod nos, & predicta Domina nostra  
**LUCEMBUR-** consors charissima Regina Hungarie, super lignum vivifice Crucis & super Dei Evange-  
**GICAM** lia in manus reverendi in Christo Patris Dmni Joannis Patriarche Alexandrini Apostolice  
 certiorem reddit,  
 nec sibi  
 nec heredibus  
 nec successo-  
 ribus  
 Poloniæ Regi-  
 bus  
**Jus**  
 in SILESIAM  
 superesse  
 id Juramento  
 corporali  
 super Lignum  
 vivifice  
 Crucis  
 &  
 super DEI  
 Evangelia  
 præsto  
 affirmans:  
 nec se  
 nec heredes  
 nec successores  
 Duces SILE-  
 SIÆ  
 Regni  
 Bohemia  
 Vasallos

Principatus & Ducatus, videlicet, Wratislavie, Suidnicii, Jaurense, Münsterbergensis, Lignicen-  
 sis, Bregeensis, Olsnicensis, Glogoviensis, & Crosnensis, Saganensis, Opoliensis, Falcken-  
 bergenensis, Strelicensis, Thessinensis, Ratiboriensis, & Oppavie, Koslensis, Bytonensis,  
 Osswiciensis, Stinavie, & Gorense, nec non Marchionatus Moravie Lusatiae Budissinensis  
 & Gorlicensis seu alios eorum quoscunque Principatus Ducatus terras homines Domi-  
 nia Civitates Castra seu quaslibet pertinentias eorum communiter & divisim in genere  
 seu in specie sive in Boëmia Moravia Slesia Polonia Saxonia Bavaria Franconia seu alias  
 ubicunque locorum existant vel ad vindicandum seu usurpandum nobis quascunque  
 vel alicuius eorum metas granitas gades seu terminos aut Jura libertates pertinentias  
 coniuetudines vel observantias que seu quas ad presens tenent habent & possident seu  
 Authore Domino adipisci habere tenere obtinere vel possidere poterunt aut debebunt  
 quo-

quomodolibet in futurum seu etiam quecunque alia ad ipsos quovis modo spectantia ubi-  
cunque sita que non sunt nominatim inclusa presentibus etiam si talia forent de quibus  
hic fieri deberet vel posset mentio specialis. Et in eum casum si hujusmodi eorum Prin-  
cipes Principatus Ducatus Dukes Comites Barones Nobiles Milites Civites Civitates Op-  
pida Castra aut Universitates terre seu homines aut eorum aliquis vel aliqui se volunta-  
tis seu sponte libere offerrent offerre vellent vel quovis modo deliberarent subdere sub-  
jicere vel offerrre quod ex nunc prout ex tunc promittimus & spondemus, pro nobis & pere.  
ad Poloniam  
redire velut  
debere recip-  
omnibus & singulis supradictis sub Juramento & fide presatis tales vel talem nullatenus  
assumere recipere seu aliquatenus acceptare quibuscunque adinventionibus Ingenio vel  
Colore quesitis. In cuius rei testimonium presentes nre Majestatis & ejusdem Dmne  
Regine consortis nre charissime Sigillis authenticis simplicibus appensione jussimus  
communiri. Datum in Wissegrad in festo Sancte Trinitatis Anno Domini  
MCCCLXXII.

Datum in Wiss-  
grad 1372.  
in festo S. TRI-  
NITATIS.



## (II.) DIPLOMATA AD EPISCOPATUM WRATISLAVIENSEM pertinentia.

### V. INNOCENTII IV. P. R. Bulla,

qua recipit Ecclesiam Wratislavensem cum omnibus Ecclesiæ bonis in Protectionem,  
& exiit Episcopatum a Jurisdictione omnium aliorum Episc.

& Archi-Episc.

excepta Autoritate Metropolitani  
in Casibus ei a Jure concessis.

**I**nnocentius Epus servus servorum Dei venerabili fratri Thome Epo Wratisla-  
viensi ejusque successoribus canonice substituendis in P. P. M.

INNOCEN-  
TIUS IV.  
P. R.

In eminenti Apostolice sedis specula licet immeriti disponente Domino con-  
stituti fratres nros Epos tam propinquos quam longe positos fraterna debemus ca-  
ritate diligere & Ecclesiis sibi a Deo concessis pastorali sollicitudine providere: Quo  
circa venerabilis in Christo frater Epe tuis justis postulationibus clementer annuimus  
& Ecclesiam S. Johannis Baptiste Wratislavensem cui Autore Deo preesse dinoscereis  
sub B. Petri & nra protectione suscipimus & presentis scripti privilegio communimus  
statuentes & quascunque possessiones quecunque bona eadem Ecclesia impresestiarum  
juste ac canonice possidet aut in futurum concessione Pontificum largitione Regum vel  
Principum oblatione fidelium seu aliis justis modis prestante Domino poterit adipisci  
firma sibi suisque successoribus & illibata permaneant, in quibus hec propriis duximus  
exprimenda Vocabulis: locum ipsum in quo prefata Ecclesia sita est cum omnibus per-  
tinentiis suis: jus Epale quod habet a Tessin, Ratibor, Thost, Opol, Ottmuchau, Re-  
then, Nemethi, Bardo, Stregom, Srini, Legnichzk, Wratzlavia, Milith, Sandovel, Glo-  
gou, Bithom, Crossen, Sagan, Bolezlavez, Grodpz, & Wlay castris: castrum Ottmuchau  
cum suis villis & omnibus pertinentiis suis: castrum de Milith cum foro & omnibus per-  
tinentiis suis: in territorio Wratislavensi Cerequiz, Comvici & Solizlavici villas cum  
hominibus & omnibus pertinentiis suis: Villam que feligono dicitur quam eidem Ec-  
clesie a Duce Bolezlao justo emptionis titulo & ----- acceptam: Calovv, Pstrecovi-  
ci, Scetrina, Cachovv, Badechin, Pivvosono, & Cihntice villa cum omnibus pertinentiis:  
tres villas super aquam Vidavam que Vidave nuncupantur cum omnibus pertinentiis suis,  
quarum unam Crisanus Decanus alteram Johannes Cantor & reliquam Vincentius  
Canonicus Wratislavensis ad ipsos hereditario Jure spectantes eidem Ecclesie pia &  
provida liberalitate dedit: Ostrovici & Zmigrovv villas cum parvis Villis circumiacenti-  
bus & aliis pertinentiis suis: Racicovo, Harbci, Wsevisci, Morantino, Paulivo, Trans-  
vvici, Trescenecz, Borcovici, Gostech, Testen, Badig, Prosov, Tarcovici, Procatvvici,  
& Solnici Villas cum pertinentiis suis: Villam Domanici cum Terra quam redemisti  
de manibus Henrici filiorum de Hoccsvz & aliis pertinentiis suis: Uzpalici apud Do-  
brissam, Rathercici, Comici, Malgost, Srohe, Drimbvna, Obez, Jalche, Otok & Celthe  
villas

Ecclesiam  
S. JOHANNIS  
BAPTISTÆ  
Wratislavien.  
sem

cum omni-  
bus bonis &  
juribus suis

que

speciation re-  
censet

in  
B. PETRI

\*

suam  
Protectionem  
recipit.

villas positas ex una parte fluminis quod Odra dicitur cum pertinentiis suis, ex altera vero parte ipsius fluminis Pilzce, Cofonovo, Zvvant, Crivichono, Zmeniza, Kozlovo, harapuco, bucov, Streganovici, Blis, Biscupici, Stirzenivo que Malusivo dicitur, Jascotle, Camblovici, Galovv minus, Canchagora, Muchobor, Opowno, Barinithi, Oltacino, Huczovo & Gehmanovo Villas cum pertinentiis suis villam apud vadam Jave, cum pertinentiis suis, Concornice, & Replino villas cum pertinentiis suis, villam foravina, quam Benicus Decanus Wratislavensis ad ipm hereditario Jure spectantem eidem Ecclesie provida & pia liberalitate donavit cum pertinentiis suis: Item aliam villam que foravina dicitur & villam Silvestri cum pertinentiis suis: smarchovv, Radcovici, Cochutovo, Seluni & Selini, Radoscovici, Sthurici, Govici, Mancovici, Sedlacovici, Ropcahcoio, Buzcovici, Janscrbreza, Rinacovici, Cresne & Jelmino Villas cum pertinentiis suis: Villam Penth cum pertinentiis suis quam Victor Decanus Wratislavensis ad ipm hereditario jure spectantem eidem Ecclesie pia & provida liberalitate donavit: Creport, Vanzov, Biscupici, Gosting, Zborovici, Lubeth cum silva sibi adjacenti & Prandecimio villas cum pertinentiis suis, tertiam partem ville vincecominici, Crodesovici, Ofek, Nevenino, Racovici, Uzrochova, & Gostecino villas cum pertinentiis suis, Visla, Costmin, Suinii, Zolavici, & Szirpici Villas cum pertinentiis suis juxta castrum Sundovol, villam Gora cum pertinentiis suis, in territorio de Legnicz Clemonovici, Olsune, Companno, Danobe, Lisovici Malah & Stobno villas cum pertinentiis suis villam babino cum pertinentiis suis quam Johannes Archidiaconus Wratislav. ad ipsum hereditario Jure spectantem eidem Ecclesie pia & provida liberalitate donavit, villam prseza cum pertinentiis suis: in districtu Glogovieni & Bitomieni Prichova, borelow, Olsave, Gorka, Cohlevici, Cnidlovici, Zloni, Medilese, Starareka & Staranka villas cum pertinentiis suis: possessiones & redditus quos habet in Obiscuo, Tehozlave, Camora, Transovo, Sepuno, Droblino, Carentici & Bochov villas cum pertinentiis suis: in districtu de boleslavich Ocevane & Biscupici villas cum pertinentiis suis: villam Rapi juxta lom cum pertinentiis suis: In ducatu de Opol villam Viazd cum pertinentiis suis villam Gluche cum pertinentiis suis quam Sebastianus Cancellarius Ducus de Opol ad ipsum hereditario jure spectantem pia & provida liberalitate donavit: villam Scinava cum pertinentiis suis quam Zbrozlaus Castellanus de Opol ad ipsum hereditario Jure pertinentem eidem ecclesie pia & provida liberalitate donavit. In Epatu Poznanensi Nalchovv & Murinovovv Villas cum pertinentiis suis Chanovo super Vizlam & Biscupici que & juxta bithom versus Cracoviam villas cum pertinentiis suis nec non & possessiones alias cum Vineis Pratis terris nemoribus usuagiis & pascuis in bosco & plano in agris & molendinis in viis & semitis & omnibus aliis libertatibus & Immunitatibus suis: ad hec cimiteria Ecclesiarum & ecclesiastica beneficia nullus hereditario Jure possideat. Quod si quis facere presumpserit censura canonica compescatur: Preterea quod communi assensu capituli tui vel partis majoris consilii sanioris in tua dioec. per te vel successores tuos canonice institutum, ratum & firmatum volumus permanere: Prohibemus desuper ne excommunicatos vel interdictos tuos ad officium vel communionem ecclesiasticam sine conscientia & consensu tuo quispam admittat aut contra sententiam tuam canonice promulgatam aliquid venire presumat, nisi forte periculum mortis immininet ut dum presentiam tuam habere nequiverint per alium secundum formam ecclesie satisfactione promissa oporteat ligatum absolviri: sacrorum quoque canonum Autoritatem sequentes statuimus ut nullus Epus vel Archi-Epus absque Wratislav. Epi consensu conventus celebrare causas etiam vel ecclesiastica negotia in Wratislavien. dioec. nisi per Romanum Pontificem vel ejus legatum fuerit eidem injunctum tractare presumat nisi forsitan Metropolitanus ejus aliquod premissorum fecerit in casibus sibi a jure concessis: In ecclesiis quoque Wratislavien. dioec. que ad alios pleno jure non pertinent nullus clericum instituere vel destituere vel sacerdotem preficere sine consensu dioecesis presumat: Decernimus ergo ut nulli omnino Hominum liceat prefatam Ecclesiam temere perturbare aut ejus possessiones auferre vel ablatos retinere minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare sed omnia integra conserventur ----- pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt Usibus omnimodis pro futura: salva sedis aplice autoritate.. Si que igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit secundo tertiove monita nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit potestatis honorisque sui dignitate cadat iramque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat & a *sacratissimo Corpore & Sanguine Dei*

*E Domini redemptoris nostri Iesu Christi alienus fiat & in extremo examine districte sub-jaceat Ultioni: Cunctis autem eidem loco sua Jura servantibus sit pax Domini nri Iesu Christi ----- & hi fructum bone actionis percipient & apud districtum Judicem <sup>Testes</sup> premium eterne pacis inveniant: Amen!*

Ego Innocentius catholice Ecclesie Epus.

R. E. Cardinales,

Ego Petrus fr. Sancti Marcelli psbr. card.

Ego Frater Johs & for Lauren in ----- prbr. card.

Ego Fr. ----- ec. Sancte Sabine pbr. card.

Ego Otto ----- Sce Rufin. Epus.

Ego Petrus Albanus Epus.

Ego Willus Sabinen. Epus.

Ego Egidius Scor Cosmi & Damiani  
Diac. Card.

Ego Ottavianus Sce Marie in Vialata <sup>Datum Lug-</sup>  
duni  
Diac. Card.

Ego Petrus Sci Georgii ad voluma-  
num Diac. Card.

Ego Johs Sci Nicolai in Carce -----  
Diac. Card.

Ego Willus Sci Eustachii Diac. Card.

Dat. Lugduni per manum Magri Martini

Scte Romane Eccle Vicecancellarii V. Id. Aug. Indictione III. Incarn. Domini <sup>V. Id. Aug.</sup>  
Anno MCCXLV. Pontificatus vero Domini Innocentii PPe Quarti anno III.

## VI. Henrici IV. cognomine Probi Ducis Silesiae, Dmni Wratislav.

Diploma

quo EPISCOPO WRATISLAVIENSI JUS DUCALE  
in Terris Nissensi & Ottmouchoviensi concedit.

**I**N nomine Dmni Amen. Licet in eximiis Principatibus constituti Regnorum folia diri- **HENRICUS**  
gamus instantis tamen fati Necessitate compellimur, ut dum meditamur devota mente **IV. DUX**  
novissima, ad placitum disponamus & gloriam celestis Vite longiore. Nos igitur **Hen-**  
**ricus Dux Zlesie Cracov.** & **Sendomir.** meditantes & sollicita revolventes Indagine qualiter **morti prox-**  
per Nos & nos Progenitores Ecclesia B. Johannis in Wratislavia nec non bona possessionis  
ipius Ecclesie atque Monasteriorum, aliorumque piorum locorum possessiones & predia  
que eidem Epatui sunt subjecta multiformibus ac diversis Injuriis Pressuris & Gravamine-  
bus infinitis in nostre salutis dispendium hactenus fuerunt desolata: quorum etiam dam-  
norum estimationem propter infinitatem ipsorum ad certam non possumus reducere **tislaviens**  
quantitatem, in satisfactionem damnorum ipsorum & restaurationem Violentiarum illa-  
tarum tam Personis quam prediis supradictis pro Salute Anime nostre ac Progenitorum  
nrorum, in remissionem Peccatorum que quacunque temeritate commisimus in bona  
Valetudine mentis nostre de consilio & consensu Baronum nrorum damus conferimus &  
liberaliter clargimur omnibus possessionibus Civitatibus Vicis villis omnibusque prediis **EPISCOPO**  
tam rusticis quam urbanis puram perfectam & integrum libertatem ab omnibus servitiis **WRATIS-**  
Teutonici Juris atque Polonici ab omnibus angariis & perangariis Collectis pariter atque  
Vecturis & aliis quibuscumque vexationibus quocunque nomine censemus. **Liberamus** Jus ducale  
etiam expresse & nominatim **Terram Nissensem** & **Ottmouchoviensem** nec non & alia bona perfectum  
Ecclesiastica in Wratislaviensi Dioecesi constituta ab omnibus servitiis supradictis: Renunci-  
antes ex nunc pro nobis nostrisque Heredibus & Successoribus quibuscumque tam ex Te- &  
flamento quam ab intestato venientibus omni Jurisdictioni & Juri Ducali quod nobis compe-  
tebat in possessionibus supradictis conferentes etiam Wratislaviensi Ecclesie Dominium Ju-  
risdictionem & Facultatem majoris Judicii super Caufis Sanguinum & specialiter super  
omnibus Caufis majoribus que Jus Ducale hactenus contingebant: Conferentes etiam ci-  
dem libertatem in Terra Nissenzi predicta & Ottmouchoviensi tam in Judiciis quam in

moneta, volentes ur Epi qui pro Tempore fuerint inibidem plenum Dominium perfec-  
tumque in omnibus habeant Jus Ducale : Ad executionem autem omnium predicto-  
rum ne predicta nra Voluntas & pium arbitrium aliqualiter violetur in possessionem omni-  
um predictorum ipsum Epum ejusque Nuncios seu Jurum procuratores per Subcamer-  
iarum nrnum in corporalem Possessionem fecimus induci : Restituimus insuper Ecclesie  
Wratislaviensi Bandlowicz cum toto districtu sicut Epus prius possidebat quod violenter  
abstuleramus eidem : Nec non omnes possessiones & predia que per Patrem seu Patruum  
1290.  
Wratislavie,  
Testes adsum : vel per nos vite nre temporibus indebite fuerunt occupata : In cujus Rei Testimonium &  
1.) Ducis Can-  
cellarius,  
Palatinus,  
2.) & Equites  
Silesii plures.  
In Vigilia B.  
Joh. Baptiste.

Evidentiam plenioram presentes litteras scribi jussimus nri Sigilli munimine roboratas :  
Actum Wratislavie Anno Dmni MCCXC. Presentibus his : Bernardo Preposito Milieni  
& Cancellario nro, Nankero Palatino nro, Simone Gallico, Henrico de Wiesenberk, Po-  
lizone de Schellenwalde, Schamborio de Schiltbergk, Günthero de Biberstein, Ragulio de  
Pogrell, Petro Stoschewitz, Wernhero de Legnitz, Gisiltero Collneri, Jaroslao de Habers-  
dorff, Badowigio Copatschin, Rascone Dremlingk & aliis quam pluribus fide dignis. Da-  
tum per Manum Ludovici Proto Notarii nri in Vigilia B. Johannis Baptiste.

## VII. JOHANNES · REX BOHEMIAE, EPISCOPI WRATISLA- VIENSIS Jura & Immunitates confirmat.

JOHANNES  
BOH. REX

rata habet  
EPISCOPI  
WRATISLA-  
VIENSIS  
Jura

& ipsi

contra quos-  
cunque  
hostes Opem  
se laturum  
spondet

exceptis Duci-  
bus

Henrico Javo-  
rienfi &  
Bolckone Suid-  
gicensi.

Datum Parisis  
1342.  
d. 4. Octobr.

**I**N nomine Dmni Amen. Nos Johannes Dei gracia Rex Bohemie Lucemburgenf. Comes : Dux  
Zlezie & Dmnus Wratislav. Considerantes sinceritatis Affectum quo Reverendus in Chri-  
sto Pater Dnus Preczlaus Wratislav. Epus nobis studuit sinceris Affectibus complacere : nos  
affectiones eidem Dno Epo vel qui pro tempore fiunt & Ecclesie Capitulo ac toto Clero  
seculari Civitatum & Ditionum Wratislavensium in nostro temporali dominio constitutis  
& specialiter Ecclesie nostre Glogoviensi grata favoris nostri vicissitudine occurtere, ac  
ipsos Regia benignitate reddere consolatos, ut & ipsi quietem consecuti & pacem, nostris  
adulti Beneficiis in Pace, Pacis Domino liberius valeant famulari, omnes gratias, pri-  
vilegia, indulgentias & libertates per quoscunque Duces Comites & Barones Predeces-  
sores nostros in Civitate & Ditione Wratislavensi & specialiter ac precipue per bone me-  
morie divos Principes Dmnos Henricum I. & Henricum II. Henricum III. Henricum IV. Hen-  
ricum V. & Henricum VI. & ultimum tunc Duces Slezie & Dmnos Wratislav. nec non per  
Dmnos Conradum & Bolkonem olim Duces Glogovienses & per nostram Majestatem Regiam  
concessas & datas, seu concessa & data, ratas & gratas, rata & grata habentes eas & ea cuius-  
cunque continentie & tenoris existunt recognoscimus, innovamus, approbamus & nihil o-  
minus ex justa nostra scientia presentibus confirmamus, promittentes bona fide & since-  
riter in his scriptis Reverendo in Christo Patri Dmno Preczlae Dei & apostolice sedis grá-  
cia Wratislavensi Epo predicto presenti & recipienti vice & nomine suo Ecclesie & Ca-  
pituli Wratislavensis nec non Cleri secularis manu tenere semper atque inviolabiliter &  
illibate servare gratias, indulgentias, libertates & privilegia omnia, supradictas ac etiam lu-  
pradicata Epum & Capitulum ac Clerum Secularem predictum contra quoscunque Reges  
Duces Comites Barones tyrannos spoliatores molestatores Injuriatores & Perturbatores  
Eporum cujuscunque conditionis aut status extiterint defensare, ac ipsos & ipsorum bona  
terras statum & Jura defendere & conservare absque omnis doli scrupulo quosquam per-  
ceperimus eos aut ipsorum aliquos molestari & perturbari in personis, rebus vel juribus  
iporum vel ipsis Injurias irrogari aut postquam ipsi vel aliqui ipsorum nobis spolia mole-  
stias injurias vel perturbationes ipsorum intimaverint auxilium a Majestate Regia postu-  
lantes exceptis duntaxat illistribus Principibus Dmnis Henrico Javorenfi & Bulkone Swid-  
niczenfi Ducibus contra quos in terris ipsorum ipsum Dmnum Epum Ecclesiam & Capitu-  
lum predictos non tenebitur adjuvare, nisi forsitan iidem Duces ipsum Dmnum Epum  
Ecclesiam seu Capitulum bonis Epalibus Ecclesie seu Capituli predictorum in Ducatu  
Wratislavensi seu Ducum aliorum vasallorum nostrorum fitis perturbare forsitan cona-  
rentur: tunc Epo Ecclesie & Capitulo predictis contra predictos Duces ad prestandum eis  
Auxilium vel Juvamen volumus obligari. Insuper Epo & Capitulo mémoratis promitti-  
mus bona fide quod nos aut primogenitus noster Marchio Moravie Epum & Capitulum  
Wratislav. Ecclesie consistentes nullo unquam tempore quolibet aggravabimus exactioni-  
bus, talliis, solutionibus, collectis, petitionibus, pecuniarum, annualium, annonarum, ser-  
vitutum, vecturarum, vel aliarum Angariarum seu perangariarum quocunque censeantur  
nomine, aut descensibus vel stationibus ad Villas & allodia Epi Capituli & Ecclesie predi-  
cto-

ctorum, & juxta privilegiorum suorum tenores ipsis in his scriptis meram plenam & omnimodam concedimus libertatem: In quorum omnium Testimonium & robur perpetuo valitetur presentes conscribi & appensione sigilli nostri volumus communiri: Datum Parisis IV. die mensis Octobr. Anno Dmni 1342.

### VIII. JOHANNES BOHEMIÆ Rex innovat Diplomata Prædeces- torum: præsertim Defensionem & immunitatem.

**I**n nomine Domini Amen. Nos Jobannes dei gracia Rex Bohemie Comes Lucemburgens. Dux Slezie & Dmns Wratislav. Universis & singulis presentes litteras inspecturis volumus esse notum: quod animadvertisentes propensius quod licet omnium piorum Operum Altissimus sit Retributor ea tamen que ad divini Cultus fiunt Augmentum in Remuneratio- ne apud ipsum sunt precipua & priora ob Reverentiam DEI, Sanctorum, Johannis Bap- tiste & Johannis Evangeliste Vraisiensis Ecclesie Patronorum quos, speciali Devotio- ne sincerius veneramur, omnia & singula Privilegia, Gratias Libertates ac Indulgentias per quoscunque Duces Slezie & Dmns Wratislavie, Comites & Barones Predecessores nostros ibidem & per nostram Regiam Majestatem Dmno Epo Capitulo & Clero VVratislaviensis Ecclesie concessa, & datas seu concessa & data ratas & gratas seu rata & grata habentes eas & ea cujuscunque Continentie & Tenoris existunt recognoscimus innovamus approbamus & nihilominus ex nostra certa Scientia presentibus confirmamus, imo etiam ex nunc de novo de benignitate Regia prefatis Dmno Epo & Capitulo Clero & singularibus Personis Ecclesie Vratislaviensis Dignitatibus personatibusque eiusdem in omnibus bonis eorum Villis & Allodiis cum suis pertinentiis & specialiter & nominatim in concedit, Villis Epi ut Krinz Swanthal vel Byschorisdorph, Turow, Raduskowiz sive Byskopuz, & Jelin: & in Villis Capituli scilicet Repelin & Cuschaliz & villa prepositi Malthatzin & Villa decani Mochebor Ecclesie ante dictæ meram plenam & omnimodam in his scriptis libera- liter divine Remunerationis ob Respectum donamus largimur & concedimus Libertatem nihil omnino nobis nostris heredibus & successoribus nostris jurisdictionis census aut ser- vitutis deinceps reservantes: Preterea de pietate Regia gratiæ favemus & concedimus Dmno Epo Capitulo & singularibus Personis Wratislav. Ecclesie predictis & successoribus qui pro tempore fuerunt eorundem quod sua Allodia in Terris nostris sita propterea vel intoto in Villis Theutonicali Jure locare & exponere & e converso Villas in Allodia redi- gere aut reducere possint & valeant prout ipsis eorum alicui expedire videbitur pro sue Li- bito Voluntatis: Ita tamen quod sive Ville ex Allodiis aut Allodia ex Villis facte seu facta fuerunt plenissima ac omnimoda ut premittitur perpetue gaudeant Libertate: Insuper Epo & Capitulo memoratis promittimus bona fide quod nos & primogenitus noster Carolus Marchio Moravia nostrique Successores & Heredes Epum Capitulum & Clerum Wratis- laviensis Ecclesie prefate, Laycos quoque subditos quoscunque in nostro Dominio con- stitutos & in bonis Possessionibus predicte Wratislavensis Ecclesie commorantes nullo unquam tempore quolibet aggravabimus Petitionibus Pecuniarum annualium annonarum servitutum Vecturarum Solutionibus Talliis Exactionibus Collectis Angariis & peranga- riis quocunque nomine censeantur aut Defensionibus vel stationibus ad villas & Allodia Epi Capituli & Ecclesie predictarum, sed ipsos & possessiones ipsorum in plenissimis li- bertatibus conservabimus tuebimur ac pro Viribus defendemus: In quorum omnium Testimonium Sigillum nrum Regium Patentibus duximus appendendum: Datum & actum Writislavie in Curia nostra Id. Augusti: Anno Dmni MCCCXLIV.

### IX. EPISCOP. & Capitulum Ecclesiæ Wratislav. se Marchionem

Moraviae

Si sine heredibus CAROLUS IV. deceperit Dominum  
habere confitentur.

**N**os Preczlaus dei gracia Epus: Petrus de Luna Ppositus & Capitulum Ecclesie Wratis- laviensis notum facimus tenore presentium universis & ad Mandatum Serenissimi ac Invictissimi Principis & Dmni Dmni Caroli IV. divina favente Clementia Romanorum Imperatoris semper Augusti & Boëmie Regis Dmni nostri gratiosi qui nobis hoc tanquam Boëniæ jubente Rex precepisse & injunxit se dñe securitatem, Animo deliberato non per Errorem aut improvi-

in eum casum si  
absque heredibus masculinis  
decedere REGEM contingere se  
Johannem Moravie March.  
Fratre ejus Dominum habere consenserunt:  
  
Wratislavie: 1359.  
Fer VI. prox. post Diem S. Dorothee Virg.

de sed sano nobiscum & cum Amicis nostris precedente Consilio pro nobis & successoribus nris in perpetuum promisiimus & bona fide sine dolo promittimus Illustri Principi Dmno Johanni March. Moravie Fratri suo unico germano quod in eum casum ubi prefatum Dmnum nostrum Imperatorem & Boëmie Regem non relictis legitimis masculini sexus heredibus seu heredum suorum pro heredibus in linea masculina descenditibus ab eodem mori contigerit ad prefatum Dmnum Marchionem Moravie de bonis suis in Wratislaviensi Noviforense Namslayiensi Franckensteiniensi Glögoviensi Stynaviensi & Gorensi Districtibus & in aliis Terris Corone & Regno Boëmie utili Dominio & immediate subjectis tanquam ad principalem patronum: de terra vero & Oppido Grotkoviensi & ejus pertinentiis tanquam ad verum legitimum ordinarium hereditarium & naturalem Dmnum nostrum Boëmie Regem & ad neininem alium fide devocatione Homagio subjectione & obedientia volumus habere Respectum: Et ei tunc tanquam Regi Boëmie vero legitimo ordinario hereditario & naturali Dmno nro, Nos quidem Episcopus supra dictus velut Princeps nos vero Ppositus & Capitulum prefati velut subditi & devoti Regni & Corone Boëmie fidelitatis devocationis Obedientie subjectionis & Homagii prestare & facere debita & solita Juramenta: Presentium sub appenis Sigillis Testimonio Litterarum Datum Wratislavie Anno Dmni M CCC LIX. Feria VI. proxima post diem S. Dorothee Virginis.

## X. Incorporatio Territorii Grotkoviensis.

CAROLUS IV. IMP. ET SOU. REX Episcopam & Capitulum WRATISLA. VIENSIS ECCLESIAE Urbem & Ter- ram GROTKO- VIENSEM quam a Boleslao Duke Bregen- si emerant a se & Regno Bohe- mia Feudi Titulo suscepisse affir- mat: Invesituram hanc quoties REGEM BO- HEMIAE coronari con- tingat esse petendam:

**I**N Nominе Sancte & individue Trinitatis feliciter Amen. **CAROLUS IV.** Divina favente Clementia Romanorum Imperator semper Augustus & Boëmie Rex, ad perpetuam Rei Memoriam notum facimus tenore presentium universis quod cum bone Recordatione Illustris Bolislau quondam Dux Slezie & Dmnum Bregensis dum viveret Oppidum Grotkow cum Terra Districta munitionibus & omnibus & singulis Granitiis Metis Circumferentiis Juribus & Pertinentiis suis quod quas & que a clare Memorie Illustri quondam Johanne Bohemie Rege Genitore nro carissimo tenebat in Feudum Animo deliberato sano etiam fidelium suorum accedente Consilio venerabili Preczla Wratislavensi Epò Pncipi & cancellario nec non capitulo ejusdem Ecclesie devotis nostris rite venderit & ipsi & Wratislavensis Ecclesia predicta in Possessione dicti Oppidi & ejus Pertinentiarum ipsius fuerint multo jam Tempore retroacto ac idem Oppidum & ejus Pertinentias a prefato Genitore nro tanquam Rege Boëmie & superiore Feudi Dmno in Feudum & justo ac legitimo titulo feudi Jure More ac Conditione Feudi acceperint: sibi que tanquam Regi Boëmie praesenterint Homagii Obedientie & fidelitatis Juramentum: & deinceps nostris temporibus post felicem Coronationem nram ad Regnum Boëmie, prefati Epus & Capitulum Wratislavensis Ecclesie Animo deliberato non per Errorem aut improvide sed omnium communi accedente Voto pariter & Consensu ipsis ob hoc plures personaliter in Capitulum convocatis prefatum Oppidum Grotkow cum Terra Districta Munitionibus & omnibus & singulis Juribus & Pertinentiis suis suo & Ecclesie Wratislavensis Nominе a nobis tanquam ipsorum Patrono & Dmno nec non Rege Boëmie & ejusdem Regni & Corone herede legitimo & predicti Feudi Dmno in feudum ac veri & justi feudi titulo suscepserint, nobisque & Corone Regni Boëmie praesenterint prout veri Vasalli vero, ordinario legitimo & justo feudi Dominino jure tenentur obedire, subjectionis Homagii & fidelitatis debitum & solituim Juramentum: ac etiam promiserint Virtute & Vigore ejusdem Juramenti per eos legitime & solemniter preti- ti pro se & successoribus suis & Ecclesie Wratislavensi in perpetuum nobis tanquam Boëmie Regi heredibus & successoribus nostris Boëmie Regibus & ejusdem Regni Corone tanquam veris ordinariis naturalibus hereditariis & legitimis Dmnis suis Occasione dictorum Oppidi Terre Districtus & Dominii Grotkoviensis & pertinentiarum ipsius tanquam veri & legitimis Vasalli parere obedire & intendere in omnibus simpliciter ad que Vasalli Dominis suis hereditariis & legitimis obligari nescuntur de Consuetudine vel de Jure: Ac etiam promiserint Virtute & Vigore Juramenti prefati pro se & successoribus suis nobis & Regibus Boëmie qui pro tempore fuerint Dominis & Patronis eorum, quod quotiescumque Regem Boëmie Dmnum & Patronum ipsorum mori contingat, quod tunc Epus Wratislavensis qui pro tempore fuerit una cum melioribus Prelatis Ecclesie nomine & Vice sui & Capituli ad Coronationem futuri Regis debebunt accedere, & ibidem coronato Rege statim ab ipso Oppidum prefatum terras distri-

Etum & pertinentias in feudum suscipere & tempore susceptionis hujusmodi innovare EPISCOPUM  
 Juramentum expressatum superius. Ac ipse Epus qui pro Tempore fuerit velut alii WRATISLA-  
 VIENSEM  
*Pncipes Ligi: Capitulum vero velut Vasalli Regni & Corone Bohemie omnia facient que juxta esse  
 Privilegia & Consuetudines Regni & Corone Bohemie facere tenebantur: berna talliis seu PRINCIPEM  
 Exactionibus ac ceteris Gravaminibus exceptis, ad quos & que ipsos recognoscimus LTGIMUM:  
 non teneri: Quodque premissa facient, toriens quotiens Casuum mutabilitate poscente  
 in Morte Regis Boëmie seu Wratislaviensis Epi fuerit opportunum: Quapropter con-  
 siderata fide promptitudine ac sincere devocationis Affectu quibus antedicti Epus & Capi- hemiz:  
 tulum Wratislaviensis Ecclesie devoti nostri dilecti Nos Regnum & Coronam Boëmie  
 devota & fideli mente notarunt debitum suum in premissis tam in temporibus prefati  
 Genitoris nri & nostris promte devocationis studio fideliter exequentes Animo delibera-  
 to non per Errorem aut improvide sed sano Principum Baronum & Procerum nrorum  
 accedente Consilio Auctoritate Regia Boëmie ac de certa nra scientia dictum Oppidum  
 Grotkow cum Terra districta Municipionibus metis Granitiis Dominiis & Omnibus Per-  
 tentiis suis quibuscumque specialibus Vocabulis designari valeant ipsi Epo Capitulo &  
 Wratislaviensi Ecclesie in perpetuum incorporamus & inseparabiliter per- quibus  
 Temporibus cumnibus decernentes & hoc Regio Boëmie perpetuo statuentes ur DOMINUS  
 Edicto quod non licet Epo & Capitulo Wratislaviensi prefatis seu successoribus & PATRO-  
 rum qui pro tempore fuerint dictum Grotkow & ejus Pertinentias premissas NUS  
 in toto seu in parte quavis etiam causa pretextu, seu Occasione quesitis vendere permu- affectus te-  
 tare donare seu quovis alio titulo alienare, nam si adversus nostri presentis Decreti statu- simonium  
 ti & Perhibitionis seriem quidquam attemptari contigerit hoc ipso facto Auctoritate Re- edat  
 gia prefata ex nunc prout ex tunc decernimus irritum & inae: Promittentes nihilo- in perpetuum  
 minus pro nobis tanquam pro Rege Boëmie heredibus ac successoribus nostris Regibus Terram Grot-  
 Boëmie & ejusdem Regni Corona in perpetuum prefatis Epo & Capitulo Wratisla- coviensem  
 viensis Ecclesie & successoribus ipsorum quod eos Ecclesiam predictam contra omnes Ecclesiae  
 & singulos Reges Duces Invasores Oppressores & Molestatores eorum nec non bono- VVratisla-  
 rum Wratislaviensis Ecclesie tanquam Dominus & Patronus eorum tuebimur & pro Viri- viensi  
 bus defendemus, nulli ergo homini liceat hanc nostre Infeudationis Incorporationis adscribit.  
 Inviscerationis Unionis Decreti Inhibitionis & Promissionis paginam infringere seu Testes:  
 ei ausu teinerario contrariare. Signum Serenissimi Principis & Domini Domini Ca- Archi-Ep.  
 roli IV. Romanorum Imperatoris Invictissimi & Gloriosissimi Boëmie Regis: Testes Pragens.  
 hujus rei sunt Venerabiles Arnestus S. Pragens Ecclesie Archi Epus: Johannes Olomucen- 2) alii plures  
 sis, Albertus Suverinensis & Theodoricus Mindensis Ecclesie Epi illustres, Wilhelmus Marchio Episcopi:  
 Misnensis, Bulko Svvidnicensis, Conradus Olsnicensis, Wenceslaus & Ludovicus Lignicenses, 3) Marchio  
 Przemislau, Theschenensis, Bulko Oppoliensis & Bulko Falkobergensis Duces spectabiles, Misnensis:  
 Burchardus & Johannes Burggravi Magdeburgenses, Comites ac Nobiles Sbirico de 4) Duces  
 Hazmburg supremus Magister Camere nostre, Jodocus & Johannes fratres de Rosem- Silesiz:  
 berg, & Sdenco de Ssernberg Judex Regalis Curie per Bohemiam & alii quam plures 5) Comites &  
 nostri Principes Nobiles & fideles. Presentium sub nre Imperialis Majestatis Sigillo 6) Proceres  
 testimonio litterarum. Datum Wratislavie Anno Domini M CCC LVIII. Indict. XI. Id. Decembe- Bohemiz.  
 Id. Decembr. Regnorum nrorum Anno XIII. Imperii vero IV. 1358. Wratislavie:*

### XI. Preczlaus Episcopus VVratislaviensis & Capitulum emerunt Castrum Frideberg, vendiderunt Myelitz.

**I**N Nomine Domini Amen. Cum nos Preczlaus Dei gracia Wratislaviensis Epus Ecclesie PRECZLAUS  
 nostre cui presunus dispositione divina & subditorum nostrorum ex injuncto nobis EP. VVRA-  
 pastorali Officio coimmundum teneamur prospicere & prosectum: Igitur ad perpetuam TISLAV.  
 rei Memoriā notum esse volunus universis & singulis presentes litteras inspecturis, cogitans  
 quod considerantes attentius & sollicita meditatione pensantes quot & quantis Ecclesia domna Eccle-  
 nra Wratislaviensis ex parte Castri Friedberg nostre Wratislaviensis Dioeceseos in Terra sie VVratislav.  
 nra Epali Nissensi consistens que terra est dicte Wratislaviensis Ecclesie patrimonium spe- ex Castro  
 ciale turbationum & persecutionum procellis exposita fuerat temporibus retroactis in illata  
 tantum quod ne dum homines ipsius Ecclesie & bona in terra consistentia supra dicta  
 ab hominibus & Dmni dicti Castri mala plurimia sunt perpetrata, sed etiam Gentes &  
 Incöle ceterarum vicinarum terrarum depredationibus & Gravaminibus Injuriis multi-  
 pliciter turbabantur, cupientes quoque juxta sapientis consilium prudenter mala succi- dere

consentiente  
Capitulo

illud  
ab Haugovic  
ziana Gente

cujus tum  
Possessio

emit:

Castrum vero  
Militz  
quod  
plus afferat  
Incommodi  
quam  
Commodi

eodem Capi-  
tulo  
consentiente  
vendit:

dere ut salubriter bona succedant & quantum nobis est possibile nocendi offendiculum subducere ut futuris obviemus periculis & faciliorem habeamus Aditum ad optata dum nobis & ipsi Ecclesie pro terris & hominibus ejus in quorum utique quiete quiescimus & gratulamur in pace nil consultius supereret deliberatione nobiscum & dilectis fratribus nostris Canonicis & Capitulo ejusdem Wratislaviensis Ecclesie prehabita diligentia & Tractatu etiam cum ipsis super hoc sepius repetito solemni, prout hoc similiter dictæ Ecclesie requirebat Necesitas & evidens Utilitas exposcebat: cum idem castrum Fredberg cum omnibus suis Juribus Jurisdictionibus & pertinentiis universis nobis suis est expositum ad vendendum ad cuius etiam Emptionem nonnulli Duces nobiles, & potentes ferventius aspirabant, per quorum Emptionem si processisset in facto Jurisdictionis & Dominium Ecclesie predicte nostre in prefata Nissenii & Ottmuchoviensi dictæ Dioeceseos Terris non solum impediri de facto in posterum sed etiam prout vehementer presumebatur enervari penitus potuisset: Nos una cum eisdem Fratribus Capitulo videlicet Wratislav. Adjutorio divino suffulti memoratum Castrum Fredberg a Dmno Heynozone Milite & Wenceslao dictis de Hugovic Fratribus, natis quondam Henrici de Hugovic. Militis nec non a pueris & heredibus etiam utriusque sexus quondam Rudgeri de Hugovic Heynczonis & Wenceslai Fratris cum omnibus & singulis suis Juribus Honoribus Jurisdictionibus Libertatibus Dominiis fructibus minere cujuslibet Vasallatibus Jure successoris Montibus seu Montanis Vallibus Terris Aquis Agris Nemoribus Rubetis seu Silvis Molendinis Pratis Venationibus Pascuis Piscaturis Aquarum Decursibus Oppido & Domibus prope Castrum & ipsi castro adjacentibus cum Prediis & Villis videlicet Svemlovic Mezno Hermansdorph Kiendorff Scoramsdorph Seczikisdorf Wilhelmsdorf Kruthinvalde Marquartsdorf preter decimam campestrem inibi que est & semper fuit Epalis Item Dominckisdorff Strakinhayn Allodium ante Castrum predictum nec non Molendina scilicet pro Frumentis molendis & Lomol nec non quatuor Mansos in Villa Craos jacentes reservato nobis & nostris successoribus servitio dextrariali in eisdem & quorum etiam Mansorum Proprietas & dominium ad nos similiter & nostros Successores pertinebit cum uno Piscatore super Fluvio Widuavia quas & que sive possessa seu deserta sint item Venditores modis quibuscumque causis juribus vel titulis obtinebant nec non cum universis & singulis Juribus supremis & infimis Reditibus Proventibus Usibus & Utilitatibus Possessionibus & Pertinentiis suis quo-cunque vel quibuscumque nominibus censeantur pro Ecclesie nostre Wratislaviensis dictique Capituli & subditorum nostrorum perpetuo commodo & profectu justo Emptionis Titulo communiter emimus & comparavimus pro tribus millibus & centenario Marcarum Grossorum Pragensem Wratislavie ----- & consueti quatuor scilicet solidos Grossorum hujusmodi pro Marca qualibet computatis, cajus quidem Pecunie solutio medietas nos reliqua vero medietas Capitulum nostrum predictum attingit per nos & idem nostrum Wratislaviense Capitulum communiter ac successores nros & iam dictum capitulo communiter jure hereditario & in proprium seu Proprietatem perpetue habendum tenendum & etiam possidendum: tandem consideravimus diligenter quod Castrum Melicz dictæ nostre Wratislaviensis Dioeceseos quod nobis & dicto nro capitulo est commune etiam in tantum quod nos una cum dicto nro Capitulo & ipsum Capitulum una nobiscum Capitaneos Castellanos sive Burggravios ipsius castri consti-tuere & destituere semper habuimus & habemus Ecclesie nre plus esset Gravamen quam Utilitas propter plura, videlicet propter magnas & graves Expensas & Impensas pro Conservatione & custodia castri predicti quodque nihil aut modicum Utilitatis & com-modi nobis ac dicto Capitulo proveniebat, ex ipso ipsum Castrum Melicz habito cum nro Capitulo Tractatu solemni & pluries etiam repetito cum Vasa seu Supellectilia & alie res mobiles nobis non essent pro prefato Castro Fredberg ad solvendum supra dictas pecunias seu pagandum non dubitantes ex premissis & submissis nram & Ecclesie ac ipsius Capituli Conditionem fieri meliorem de ipsius Capituli nri unanimi Consen-su & Consilio concordi vendere decrevimus cum Oppido & villis suis ipsi Castro adjacentebus & ad ipsum pertinentibus ac aliis suis Pertinentiis ut Pecunias pro Emptione prefati Castri Fredberg debitas saltim in Parte aliqua solverimus: Porro cum dicti Castri Melicz Medietas esset nostra & residua Medietas nostri Capituli memorati: nosque pro nostra LII. Marcas & ipsum Capitulum pro parte sua tantundem Singulis annis Castellano seu Capitaneo pro Conservatione & Custodia ipsius Castri solvere oportebat: & licet solius Capituli esset Oppidum Melicz & Thelonium & circumiacentes etiam plures Ville

Ville in quorum quarumque Utilitatibus Utilitatem nram Epalem provenientem nobis & Mense Epali inibi excedebat: tamen quia in Villis & Pertinentiis Castris Fredberg superius designatis nos cum ceteris Epis pro Tempore existentibus nomine Mense Epalis predice etiam plures Utilitates videlicet in Vasallatibus & aliis rebus notorie dino-  
sciebamur habere antequam ad Eniptionem dicti Castris ejusque Pertinentiarum potui-  
mus ut premittitur pervenisse: unde equa compensatione habita hinc & inde in ipsum Capitulum nrum Wratislavense qui sunt & pro Tempore fuerint Medietatem dicti Ca-  
stris Fredberg ac omnium & singulorum bonorum Villarum Juriuni Jurisdictionum Ho-  
norum Utilitatum Redituum Proventuum superius expressorum ad idem Castrum Fred-  
berg quorumlibet Pertinentium ex causa Venditionis prefate nec non & illorum bono-  
rum seu Villarum que de Silvis ad idem castrum spectantibus extirpandis futuris Tem-  
poribus possit redigi ad Culturam: plenum quoque Jus & Dominium totius Medietatis  
hujusmodi vel prorsus Juris in eadem Medietate nobis aut nris successoribus reservan-  
tes transferimus transmittimus & transfundimus per presentes: Villam tamen Waldo-  
ro in transfusione Medietatis hujusmodi omnino excepte que in Emptione hujus-  
modi cum eam *Swidgerus de Hugovicz* habeat non transivit Constituentes etiam  
ipsos in his scriptis ex nunc perpetuis Temporibus totius Medietatis omnium premis-  
tarum quemadmodum & nos & successores nros qui pro tempore fuerint alterius dimi-  
die Partis fore recognoscimus equaliter & uniformiter veros Dinos & legitimos Posse-  
sores. Adjicimus etiam supra dictis quod nos & successores nri Wratislavenses Epi-  
qui pro tempore fuerint una cum dicto Capitulo & ipsum Capitulum una nobiscum &  
nris successoribus debeamus & debemus debeat & debent communiter perpetuis tem-  
poribus ejusdem Castris Fredberg Capitaneos sive Castellanos constituere & destituere  
quando & quotiens fuerit opportunum, constitutus vero totaliter ut prefertur nobis &  
successoribus nris qui pro Tempore fuerint & ad nras & ipsorum Manus ceteris quo-  
que Prelatis & Canonicis ad hoc ab ipso Capitulo deputatis nomine Capituli ejusdem &  
ad manus ipsius cum Castro prefato fidelitatem & Obedientiam & debitas & consuetas  
promittere tenetur & debet, & quod nobis & eisdem successoribus nostris ipsi quoque  
Capitulo pareat & intendat fideliter dictumque Castrum diligenter custodiat & gubernet  
quodque prelatus vel Canonicus Ecclesie nre Wratislavensis predice in Capitaneata &  
Castellania seu Regimine & Tentione Castris prefati quando & quotiescumque se locus  
obrulerit seu repertus fuerit voluntarius & idoneus ad praefata erit aliis omnibus prefe-  
rendus: cuius quidem Idoneitatis ad nos & successores nostros simili & communiter cum  
prefato Capitulo Discussio pertinebit: porro deficiente Prelato vel Canonicis memora-  
te nostre Wratislavensis Ecclesie qui ut prefertur castrum velit gubernare prefatum Va-  
fallus ex tunc sepe dicte dunataxat Wratislavensis Ecclesie sub modis & tenoribus supra  
scriptis ad ante dicti Castris Tentionem Castellaniam sive Regimen assumatur: In quo-  
rum omnium Testimonium & Evidentiam pleniorum presentes scribi jussimus & Si-  
gilli nostri appensione muniri: Actum & datum Wratislavie in Crastino B. Jacobi A-  
postoli Anno Domini MCCCLVIII. presentibus Dmnis *Illustri Prncipe Duce Conrado Olf-*  
*nicensi: Reynckone Schof: Niczkone Czambori de Heczerdorf: Heynaczcone de* 1) *Dux Olsri-*  
*Rychimbach: Poppe de Hugovicz: Petro Meczibor: Ramfoldo Stosche: & Jarocz-* 2) *Equites Si-*  
*lao de Pogrella Militibus, ac Alberto Notario Curie nre qui presentia in commissio ha-* lefi.  
*buit Testibus & aliis plurimis ad premissa.*

## XII. Nissensis Civitas Regi Boemiae se contra quemcunque auxilia præstare promittit, eo casu excepto, si cum Episcopo Wratislavensi Rex Bellum gerat.

**N**overint universi presentes litteras inspecturi: quod uos Nicolaus Kellner Magister Consules Nis-  
Consulum: nec. non Petrus Groschner, Sidlinus Hoppe, Nicolaus Winandi & senses  
Conradus Caratz Consules Civitatis Nissensis affectantes ex animo Serenissimi Prncipis fe  
*Dmni Caroli Romanorum Regis semper Augusti, & Boëmie Regis* nobis gratias attrahere &  
favorem sperantes ex promotione ipsius nobis Civitati ac terre Nissenli pacis & tranquill- nullum Regem  
litatis commoda multiplicita provenire, sibi heredibus & successoribus suis Boëmie Regi- aut  
bus pro nobis & successoribus nris de speciali & expresso Mandato *Dmni nri Preczlae* Principem  
Epi Wratislav. & consensu Capituli ejusdem Ecclesie bona & sincera fide nra promitti-  
mus

CAROLO  
BOH. REGI  
hostem

in Utrem in-  
termittere,  
sed

contra quemvis  
auxilium  
Præberere velle  
pollicentur:

eo casu excepto  
si  
BOHEMIÆ  
REX  
cum  
Episc. VVrat-  
lav.  
tanquam  
iporum Do-  
mino  
naturali  
Bellum gerat,

quibus litteris  
PRECZISLAI  
EP. VVRA-  
TISL.  
confensus acco-  
dit.

Nisse :  
1351.  
In die omnium  
SS.

mus in perpetuum & spondentes quod nullum penitus Regem Prncipem vel Potenteum extraneum utpote extra Wratislaviensem dioecesin constitutum *predicto Dmno Carolo* seu ipsius heredibus & successoribus Boëmie Regibus & etiam suis Prncipibus in ipsa Wratislaviensi dioecesi suos Prncipatus & Dominia habentibus qui simul Vasalli existunt & etiam Civitati VVratislaviensi & omnibus annexis ad ipsum Regem & Regnum pertinentibus contrariari seu adversari volentem in Civitatem nram Nissensem perpetuis temporibus debeamus intromittere seu quoconque modo receptare in predicti Dmni Caroli heredum & successorum ejus Regum Boëmie ac dictorum Prncipum Vasallorum suorum & ipsius Civitatis Wratislav. Dispendum: nec eisdem extraneis Regibus Prncipibus & potentibus cuiuscunque conditionis seu status existant, adversus dictum Dmnum Carolum heredes ac successores suos Boëmie Reges: nec non Prncipes Vasallos ipsius ac etiam Civitatem Wratislaviam prebere Auxilium consilium vel favorem eo sal-

vo cluntaxat & excepto, si Rex Boëmie qui illo Tempore fuerit Dmnos nros Epos qui pro tempore fuerint Capitulum vel Clerum illius & ipsorum bona quod absit forsitan publice impugnaret: tunc dictos Dmnos nros Epos Capitulum & clericum ipsius adjuvare tenebimur & eis tanquam Dmnis nris hereditariis assistere modis omnibus pro posse. Et si aliquis vel aliqui Prncipum Vasallorum in dioecesi Wratislavi. existentium vel ipsa Civitas VVratislavia ipsos Dmnos nros Epos capitulum vel clericum ipsius molestare vel ipsis guerram movere vel negotiis eorundem negotia sua opponere conaretur, tunc Dmnis nris predictis toto nro posse similiter assistemus & nihilominus Rex Boëmie qui pro tempore fuerit super eo per predictos nros Epos vel capitulum requisitus mandare tenebitur suis Prncipibus Vasallis & civitati VVratisl. guerram Ecclesie VVratislaviensi movere volentibus vel moventibus ut ab Impeditione hujusmodi quiescant omnimode donec inter partes ipsas decernatur Justitia: & si Prncipes ipsi vel Civitas VVratisl. justitia voluerint contentari ex tunc ipse Dmnuis Rex Boëmie Dmnos nros Epos Capitulum Ecclesiam VVratislaviensem nos civitatem & terram Nissensem in Juribus suis tenebitur adjuvare: Sopitis vero & complanatis impugnationibus & adversitatibus hujusmodi inter Regem Boëmie seu Prncipes Vasallos suos & ipsam VVratislaviensem Civitatem ex una: & Dmnos nros Epos qui pro tempore fuerint & Capitulum parte ex altera: quotiens illud acciderit tunc sepe dicto Dmno Carolo nec non heredibus & successoribus suis Regibus Boëmie ad predictorum nrorum promissorum Observantiam perpetuis volumus temporibus obligari. In cuius rei Testimonium sigillum Civitatis presentibus est appensum:

Nos quoque *Preczlaus dei gracia Wratislaviensis Ecclesie Epus* una cum Capitulo supradicto firmiter sperantes & tenentes iudubie ex predicti Dmni Caroli & heredum ac successorum ejus Regum Boëmie protectione gratia & favore Nos Ecclesiam nram ac singulares personas ejusdem ipsamque terram Nissensem continuis pacis & quietis proficere Incrementis: presentes litteras sepe dicto Dmno Carolo heredibus quoque & successoribus suis Boëmie Regibus nos mandasse dari recognoscimus & in testimonium hujus sigillum nrum & dicti Capituli nri presentibus apponi jussimus seu appendi. Datum Nisse Anno Dnni cccc. l. In die omnium SS.

### XIII. Preczlaei Episcopi Wratislaviensis Litteræ, quibus Duces Silesiæ & Civitatem Wratislaviensem Regis Regnique Bohemia Clientelam subiisse testatur, Regemque Ecclesie Wratislav. immediate Patronum esse.

PRECZIS-  
LAUS  
EPISC.  
VV RAT.  
jussu  
JOHANNIS  
BOH. REGIS  
&  
CAROLI  
MARCH.  
MORAVIAE  
litteras edit:  
quibus Duci-  
CES SILESIÆ

**I**N Nomine Dmni Amen. Nos *Preczlaus dei & Apostolice sedis providentia Epus Wratislaviensis* omnibus presentes litteras intuentibus publice profitemur: quod *Magnifici Prncipes Dmni Boleslaus regensis, Bolko Falckenbergensis, & Bolko Oppolensis, Vladislaus Koczlenensis, Casimirus Tschinensis, Nicolaus Oppavensis & Ratiboriensis, Semovitus Glivicensis* Duces nre Wratislaviensis Dioecesos in nra presentia constituti sponte recognoverunt & publice sunt confessi se munitiones suas & terras ipsis subjectas singuli suas terras & munitiones in manus *Serenissimi Prncipis Ducis Dmni Joannis Regis Boëmie* resignasse dictasque munitiones & terras taliter resignatas ab eodem Dmno Joanne Rege suo & heredum suorum nomine Regni Boëmie in perpetuum feudum recepisse Juramentum quoque fidelitatis & homagium ipsi Regi Boëmie suis heredibus seu successoribus suis legitimis pro se & eorum heredibus prestitisse: Similiter etiam Nobiles terre & Consules Civi-

Civitatis Wratislaviensis suo & Civitatis ac Universitatis ejusdem Civitatis Nomine in CONSULES  
 nra presentia constituti sponte recognoverunt & publice sunt confessi, pie memorie VVRATIS-  
 Henricum sextum & ultimum olim Ducem Wratislaviensem ipsius Ducatus Wratislavi- LAVIENSES  
 ensis Dmnum hereditarium Civitatemque Wratislaviensem & Ducatum ipsius cum suo ho- in sua præsen-  
 nore Jurisdictione & districtu eidem Dmno Regi donasse tradidisse & cessisse sponte & se publice &  
 libere de eisdem per Regem predictum & heredes ipsorum non dividendo ea a Rege Boë- REGIS RE-  
 mie & Corona Regni ejusdem perpetuo possidenda, seque Universitates & singulares per- GNIQUE BO-  
 sonas Civitatis & aliorum locorum & Oppidorum dicti Wratislaviensis Ducatus eidem HEMIAE  
 Dmno Joanni Regi Boëmie & suis heredibus verum & fidele homagium presticisse pro- Clientela  
 mittentes firmiter quod Regibus Boëmie & Corone Regni homagium fidem & Jura- subiisse  
 menta fidelitatis per ipsos preftita eidem Domino Regi ac suis heredibus perpetuo fide- confessos  
 liter observabunt: quare excellens Princeps Dmnus Carolus Marchio Moraviae Primogenitus testatur:  
*dicti Regis* qui predictis Recognitioni & Confessioni affuit coram nobis a nobis instanter  
 postulans ut sibi super eisdem Recognitionibus & Confessionibus nras daremus testimoni-  
 niales litteras & nihilominus si aliquem vel aliquos de predictis venire contra Religio-  
 nem Iuramenti prefti contingere in futurum, ipsos ad Observationem hujusmodi Ju-  
 ramenti per Censuram Ecclesiasticam cogeremus: Nos igitur Personas tam Regis quam Et  
 Primogeniti predictorum specialibus favoribus prosequentes dicto Dmno Carolo Mar- cum CARO-  
 chioni presenti, & Dmno Genitori suo absenti de Consilio nri Capituli promittimus & LO March.  
 spondemus pro nobis & Successoribus nris quod si quis Ducum predictorum heredum Moraviae  
 & Successorum suorum quod non credimus fieret in futurum transgressor predicti Jura- pactum  
 menti nos ipsum vel ipsos ad Conservationem fidei & Juramenti per Censuram Ecclesia- mutua Defen-  
 sticam per requisitionem dictorum Dmnorum Regis & Marchionis postquam nobis de fionis  
 transgressione hujusmodi constiterit legitime compellemus: Insuper cum dicto Dmno init.  
 Marchione vice Regia & sua talem inivimus concordie Unionem, quod nos nulli Regi  
 vel Prncipi ipsos impugnare volenti contra ipsos Dmnos Regem & Marchionem here-  
 desque ipsorum prestabimus Auxilium Consilium vel favorem imo sincere dilectionis  
 affectu desiderantes dicti Dmni Joannis Regis heredum & successorum suorum Regis  
 Boëmie Rempubl. salubriter prosperare sibi tanquam Patrono Principali in Ducatu Wrat-  
 islavensi sicut memoratus Dux Henricus sextus & ultimus Patronus fuisse dignoscitur ab  
 antiquo cui immediate successit Dmnus Rex prefatus munitiones nras Ecclesie & terre  
 Nissensis quarum plenum Dominium & liberum nos habemus contra quoscunque Reges  
 & Duces extra tamen nram Wratislaviensem Dioecesin consistentes dictum Dmnum Re-  
 gem forsitan invadentes aperientur & facientur pro defensione Patrie absque tamen nro  
 & Ecclesie Wratislaviensis ac subditorum nrorum damno vel prejudicio aperiri: Nobis  
 vero & Capitulo recipientibus nomine Ecclesie nre promisit Vice Regis & suo nomine  
 Dmnus Marchio supradictus quod ipsi nos Ecclesiam nram & terras ipsius ab omnibus  
 Regum Prncipum Potentum & Tyrannorum maxime Boëmie & Moraviae & quorumli- In domo habi-  
 bet aliorum Invasionibus impugnationibus & Injuriis pro Viribus protegent ac etiam de- tationis  
 fensabunt: Per promissa tamen Priviliegis donationibus & libertatibus datis & concessis Cruciferorum  
 per quondam Prncipes Zlesie eidem nre Ecclesie non intendimus aliquot prejudicium ge- Ord. S. Joan.  
 nerare: In quorum Testimonium sigillum nrum presentibus est appensum: Actum & prope Wrat- Hierosolym.  
 Datum in domo habitationis Cruciferorum Ordinis S. Joannis Hierosolymitani prope in oœcava S.  
 Wratislaviam in Octava B. Johannis Baptiste Anno Dmni MCCCXLII. Joh. Bapt. 1342.

XIV. Preczlaei Episcopi & Capituli Ecclesiæ Wratislav. litteræ,  
 quod RÈGES BOHEMIÆ Ducatus & Civitatis Wratislaviensis,  
 aliorum quoque Ducatum Silesiæ nullo modo a Regno  
 BOHEMIÆ dividendorum aut alienandorum  
 Domini sint hæreditarii ordinarii ac naturales legitimi:  
 & quod Rex BOHEMIÆ Dominus sit ac Patronus Ecclesiæ Wratislaviensis,  
 Episcopus vero cuni præcipuis Pralatis ex Capitulo,  
 Coronationi Regis adesse debeat.

N Os Preczlaus dei gratia Epus: Petrus de Luna Ppositus: Johannes de Lithomyssel PRECISLAUS  
 Cantor: totumque Capitulum Wratislaviensis Ecclesie notum facimus tenore pre- EP. WRAT.  
 sentium universis: Quia Serenissimus & Invictissimus Princeps & Dmnus Dmnus Carolus confitetur  
 Imperator Romanorum semper Augustus & Boëmie Rex Illustris Dmnus & Patronus noster CAROLUM  
 IMP. gratio

BOHEMIÆ  
REGEM  
&  
EJUS SUC.  
CESSORES  
BOHEMIÆ  
REGES  
Veros  
Naturales he-  
reditarios &  
legitimos  
SILESIÆ esse  
DOMINOS.

*gratiosus* tanquam Boëmie Rex Prncipatus Ducatus terrarum & districtum & Civitatis Wratislaviensis Oppidi Noviforenſis & aliorum Oppidorum & omnium que pertinent ad premissa hereditarius Ordinarius ac Naturalis Dmnus & legitimus heres existit: sicut etiam clare memorie *Illustris Prnceps Dmnus Johannes quondam Boëmie Rex ipsius genitor* pro se heredibus & successoribus suis Regibus Boëmie & ejusdem Regni Corona omnia predicta & eorum quodlibet ex donatione pie Recordationis Illustris Prncipis quondam Dmni Henrici sexti & ultiui Ducis Wratislaviensis hereditario justo & legitimo titulo posse dicit: & quia omnium Prncipatum & Ducatum omnium & singulorum Prncipum sive Ducum Zlesie & Oppol. quibus etiam specialibus appellantur Nominibus, Ducatu Svvidnicensi. & Javvriensi duntaxat excepto partim directo partim vero utili & immediato Dominio est prout universalis cunctorum notitia superior Dominus generalis & Prncipatus nec non Ducatus predicti cum omnibus honoribus Juribus & pertinentiis suis ab eo tanquam Rege Boëmie & a Corona Regni Prefati in feudum dependent sicut hoc Prncipes & Duces predicti in nra constituti presentia confessione notoria publice fatebantur: Profitendo etiam qualiter prefato Dmno nro Imperatori tanquam Regi Boëmie heredibus & successoribus Boëmie Regibus & ejusdem Regni Coronae tanquam veris naturalibus hereditariis & legitimis Dmnis pro se ac successoribus suis Zlesie & Oppol. Ducibus prestiterint homagii fidelitatis obedientie & subjectionis debite consueta ac solemnia Juramenta & quod predicti Ducatus Zlesie & Oppoliensis nec non Ducatus vel Civitas Wratislaviensis & etiam alia Oppida terre districtus & pertinentie cum omnibus Dominiis honoribus & Juribus suis Regno & Corona Boëmie de communi Voluntate voto & Consilio eorundem Prncipum & etiam aliorum quorum ad hoc requiri debeat assensus uniti ac incorporati & inviserati sunt & esse debent adeo irrevocabiliter & inconvulse ut a prefatis Regno & Corona Boëmie scindi dividi seu alienari non debeant quovis modo: sicut hoc Prncipum predictorum & aliorum similiter quorum interesse potuit est Juramentis corporalibus approbatum solemniter: Et cum Epalis sedes seu Cathedra Ecclesie nre Wratislaviensis noscatur sita in Civitate Wratislaviensi predicta que *Civitas ut premititur Regno & Coronae Boëmie ac Dmno nro Imperatori prefato tanquam Regi Boëmie est immediate subjecta*, qui nobis & Ecclesie nre predicta multas speciales munificentias de Regia Munificentia noscitur contulisse ob hoc grata Vicissitudine sibi ne tantoruni beneficiorum simus ingratiti occurrere cupientes animo deliberato non per Errorem aut improvide sed maturo & communis precedente Consilio pari omnium nostrum Voluntate voto pariter & assensu nobis ob hoc pluries in Capitulo congregatis pro nobis & successoribus nris in perpetuum recognoscimus & tenore presentium publice profitemur quod prefatus Dmns noster Imperator tanquam Boëmie Rex pro se heredibus & successoribus suis Boëmie Regibus & ejusdem Regni Corona est Patronus noster Principalis & Dmns ratione Wratislaviensis Ecclesie & bonorum ipsius que habemus in communi vel singulari in terris sive districtibus Wratislaviensi Noviforenſi Frankenstein & Namslaviensi quas & quos in presentiarum obtinet & ipse aut sui heredes & successores Regni Boëmie *favente Deo* futuris temporibus obtinebunt, quodque ad ipsum heredes & successores suos Boëmie Reges Regnum & Coronam Boëmie tanquam Principalem Patronum & Dmnum nrum tenemur & volumus fidelem habere respectum ac ipsos tanquam Principales Patronos & Dmnos nros juvate fideliter & sicut expedit dignis honoribus venerari: Et licet quedam alia bona nra & Ecclesie nre predicta sint etiam hinc inde in Terris & Pncipatibus Ducum Silesie & Oppolicensis Regno Boëmie incorporatis & unitis ut premititur: quia tamen omnes Pncipatus hujusmodi a Regno & Corona Boëmie in feudum dependent: id circa fatemur etiam bona nra eadem preterquam ea que in Svvidnicensi & Javvrenſi Ducibus sunt fore in Regno Boëmie constituta: Protestamur tamen expresse quod bona hujusmodi ad nulla Onera pecuniaria personalia sive realia sint cuiquam penitus obligata: *Promittentes bona fide nra sine omni dolo prefatis Dmnis & Patronis nris Boëmie Regibus pro nobis & successoribus nris quod quotiescumque Regem Boëmie Dmnum & Patronum nrum mori contingat quod tunc Epus Wratislaviensis qui pro tempore fuerit una cum melioribus Prelatis Ecclesie nomine & Vice sui & capituli ad Coronationem futuri Regis tanquam ad solemnitatem & gaudium Patroni & Dmni nri Wratislaviensis ecclesie tenebuntur & debebunt accedere & ibidem coronato Rege statim ab ipso Oppidum Krotkoff cum ipsis terra & districtu & omnibus ac singulis Juribus & pertinentiis suis nomine Wratislaviensis Ecclesie in feudum suscipere, & tempore susceptionis hujusmodi Juramen-*

Episcopum ve-  
to VVrat.

cum  
melioribus  
Prelatis

ad Coronatio-  
nem BOHE-  
MIÆ REGIS

tanquam ad  
Solemnitatem  
& gaudium  
PATRONI  
ET DOMINI  
ECCLESIAE

tum

tum homagii fidelitatis & obedientie ac subjectionis quod alias prefato Dmno nro Imperatori tanquam Boëmie Regi ratione oppidi & terre jam dictorum prestitimus solenniter innovare: ac ipse Wratislavensis Episcopus qui pro tempore fuerit velut alio Princeps Lygii: Capitulum vero ejusdem Ecclesie tanquam Vasalli Regni & Corone Boëmie omnia Terram Grot: & singula facient que juxta privilegia & Consuetudines Regni & Corone Boëmie facere convenientem in tenebuntur toties quoties casuum mutabilitate poscente in morte Regnis Boëmie seu Wratislavensis Epi fuerit opportunum, berna tagliis seu exactioribus ac ceteri gravaminibus exceptis ad quas & que non recognoscimus nos teneri, ut etiam Re publica Regni & Corone Boëmie pro magnificientia Patronorum & Dmnorum nrorum Boëmie Regum & subditorum Regni predicti grata salute felicia quondam incrementa suscipiens obediens & felicibus Auctore Deo successoribus augeatur: Promittimus bona nra fide & sine omni dolo pro nobis & successoribus nrnis in perpetuum prefato Dmno nro Imperatori tanquam Boëmie Regi heredibus & successoribus suis Boëmie Regibus quod nulli unquam Regi Princi seu akeri Persone vel hominibus cujus cunque status dignitatis gradus seu conditionis existant qui Regni & Corone Boëmie Principes Principatus & Ducatus Civitatem Wratislavensem & alia similiter in nra Wratislavensi Dioecesi seu alibi sitos aut sita nec non Dmnia Jura Metas seu Provincias ipsorum impugnare offendere vel invadere niterentur adversus Dmnos & Patronos nrros Boëmie Reges qui pro tempore fuerint prestabimus & faciemus prestari aut fieri sustinebimus a nobis vel nrnis subiectis auxilium consilium vel favorem imo omnes & singulas munitiones nras & Ecclesie Wratislavensis nominatim Terre Nissensis que Terra Nissensis disponente Dmno præterquam ad superscripta & infrascripta promissa Juvamina & aperturas libera semper exstirbit & existet ac alias munitiones ubiquecuerint constitute adversus Invasores Impugnatores seu offensores quo libet complices adjutores & fautores corum prefato Dao nro Imperatori tanquam Boëmie Regi heredibus & successoribus Boëmie Regibus Capitaneis Officialibus & hominibus ipsorum dum & quoties opportunitas illud exegerit pro defensione Patrie Principatum Ducatum Domorum Jurium pertinientiarum & honorum Regum Regni & Corone Boëmie qui & que exprimuntur superius promittimus debemus & volumus aperire fideliter & efficere & procurare per homines Officiales & Commissarios nrros absque euju libet difficultatis Obice legaliter aperire. Si tamen quod idem Dmrus noster heredes & successores ipsius Reges Boëmie non facient cum invasoribus hostibus & emulis hujusmodi preter voluntatem nrnam concordiam, vel quod alias reddamur indemnes ac contra omnes & singulos Invasores Oppressores & molestatores nrros Ecclesie nre & bona ipsius tueantur & pro Viribus defendant; Harum quibus sigillum nrnum & Capituli dictae nre Wratislavensis Ecclesie sunt appensa testimonio litterarum. Actum & Datum Wratislavie ultima die Mensis Nov. Anno Dmni MCCCLVIII.

XV. Administratores & Capitulum Ecclesiae Wratislavensis testantur,  
Ecclesiam Wratislavensem consistere in Regno Bohemie, & Reges  
Bohemiarum ipsorum Dominos esse ac Patronos,  
præterea ut Coronationi Regis adesse & Territorium Grotkovo in feudum suscipere  
debeant, imo a Rege Wenceslao concessum  
ut Insulam in qua Cathedralis Wratislavensis Ecclesia sita est muro turribus  
portis ac pontibus exornare ac cingere possint;  
& quod Regibus Bohemiarum in monte S. Crucis castrum suis sumtibus  
extruere teneantur.

**I**N Nomine Dmni Amen. Nos Joannes Brunonis Ppositus Labacensis & Nicolaus de Rysemburg Ppositus Brunensis & Ecclesie Wratislavenses Canonici & Administratores in spiritualibus & temporalibus ejusdem Wratislavensis Ecclesie generales, Johannes Gosvini Scholasticus, Conradus de Rovsingen, Jacobus Augustini, Joannes Brunonis, Wernherus de Czeteras, Joannes Dervici, Johannes de Herndorff, Hermannus Naklis, Petrus de Cymcynidorff, Nicolaus de Regnicz, Joannes Luminatoris, Nicolaus Wernheri, Franciscus de Geviczka, & Wenceslaus de Lythomissel Canonici nec non Capitulum Ecclesie Wratislavensis: Notum facimus tenore presentium universis:

*Quia Serenissimus ac Invictissimus Princeps & Dmns Wenceslaus Dei gracia Romanorum Rex semper Augustus & Boëmie Rex Princeps & Dux Silesie Dmns Wratislav. Dmns. & Patronus noster gratiosus: Ecclesiam Wratislaviensem in Regno Boëmie consistentem nos & Capitulum Wratislaviense nec non terras possessiones bona & homines ad eam Ecclesiam & nos communiter & divisim spectantes non solum Jura Jurisdictiones temporales concessiones donationes Privilegia gratias & indulta per Progenitores suos & alios Prncipes & homines fideles Ecclesie Wratislaviensi & nobis hactenus concessas & datas concessa pariter & donata confirmando: verum etiam novis Regie Municientie concessionibus gratiis & indultis consulendo liberaliter & dotando de presenti per certi tenoris litteras perpetuo duraturas Ecclesie Wratislaviensi & nobis concessas & datas pluriūm gratiosè respexit: Et insuper eandem Ecclesiam nos terras homines atque bona nostra opportune protectionis sue presidio realiter defendendo, ob hoc grata vicissitudine ne tantorum acceptorum beneficiorum simus ingrati quantum possumus occurrere cupientes animo deliberato non per Errorem aut improvide sed maturo & communī precedente Consilio pari & omnium nostrum Voluntate pariter & assensu nobis ob hoc plures personaliter in Capitulo congregatis pro nobis & successoribus nr̄is in perpetuum recognoscimus & publice tenore presentium profitemur: Quod prefatus Dmns noster Romanorum Rex tanquam Boëmie Rex pro se heredibus & successoribus suis Bohemie Regibus & ejusdem Regni Corona est Patronus noster Princeps & Dmns ratione Wratislaviensis Ecclesie & bonorum ipsius que habemus in Communi vel in singulari in Prncipatibus Ducatis atque terris sibi in eodem Regno & Coronæ Bohemie subjectis & in feudum dependentibus ab eisdem quos & quas in presentiarum obtinet & ipse & sui heredes ac successores Reges Bohemie favente Dmno futuris Temporibus obtinebunt: Quodque ad ipsum heredes & successores suos Bohemic Reges Regnum & Coronam Boëmie tanquam Prncipalem Patronum & Dmnum nr̄um tenemur & volumus fideliem habere respectum ac ipsos tanquam Prncipales Patronos & Dmnos nros fideliter sicut expedit dignis honoribus venerari promittentes bona fide sine omni dolo Dmnis atque Patronis nr̄is Bohemie Regibus pro nobis & successoribus nr̄is fidelitatem & obedientiam ut etiam Republica Regni & Corone Bohemie pro Magnificentia Patronorū & Dmnorū nr̄orum Boëmie Regum & subditorum Regni predicti grata salute felicia semper incrementa suscipiens felicibus Authore DEO successoribus augeatur: Memores quemadmodum quod dictus Serenissimus Princeps predictus Patronus & Dmns noster gratiosus Dmns Wenceslaus Romanorum & Boëmie Rex Illustrissimus inter ceteras liberalitatis gratias Wratislaviensi Ecclesie & nobis concessas ac etiam totum sumnum, Insulam seu Locum Johannis Baptiste in quo & in qua Wratislaviensis Ecclesie Cathedralis Epi Prelatorum Canonicorum Collegiarum Ecclesiarum ac Ecclesiasticarum Personarum ibidem existentium Principalia Domicilia situata muro turribus portis Pontibus per totum ejus Circuitum construi & muniri concessit: Volens etiam & statuens ibidem in antiquo Castro seu parte montis Ecclesie S. Crucis pro se heredibus & successoribus suis Boëmie Regibus castrum seu habitationem Regalem construi erigi & firmari prout super his sunt certe Regales littere continentie plenioris promittimus bona nostra fide & sine omni dolo pro nobis & successoribus nr̄is Regibus Bohemie, quod nulli unquam Regi Prncipi Duci vel alteri persone vel hominibus cuiuscunque status gradus dignitatis aut conditionis existant qui Regni & Corone Boëmie Prncipes Prncipatus & Ducatus Civitatem Wratislaviensem & alie ore Wratislaviensis Dioecesis seu alibi siros sita nec non Dominia Jura metas five pertinentias ipsorum impugnarent offenderent vel invaderent adversus Patronos & Dmnos nros Bohemie Reges qui pro tempore fuerint prestabimus a nobis vel nr̄is subditis Auxilium consilium vel favorem: Imo etiam Summum Wratislaviense Muro firmatum quem Epus existens pro tempore & Ecclesia complete construere tenebuntur quam omnes & singulas Civitates Oppida & Castra & munitiones nostras & Ecclesie Wratislaviensis in terra Nissensi ac alibi ubique fuerint constitute adversum Invasores Impugnatores & Offensores, quoslibet complices, adversarios & fautores eorum sicut premititur prefato Dmno nro Romanorum & Boëmie Regi tanquam Boëmie Regi heredibus & successoribus suis Boëmie Regibus Capitaneis officialibus ac hominibus ipsorum dum & quoties Opportunitas illud exegerit pro defensione Patrie Prncipatum Ducatum Dominiorum terrarum Jurium pertinentiarum & honorum Regum Regni & Corone Regni Boëmie promittimus debemus & volumus sine tamē prejudicio Epi qui pro tempore existet*

WENCES.  
LAUM  
BOHEM.  
REGEM  
Privilegia fa-  
gula confir-  
mass  
imo  
novis Eccle-  
siam auxisse  
testantur:

Speciation  
quod Insulam  
S. JOHAN.  
NIS in qua  
Cathedralis  
Ecclesia:  
EPISCOPI  
&  
Canonicorum  
Domicilia  
Muro fir-  
mare  
possint:

stet Ecclesie & Capituli Wratislaviensis absque fraude & dolo aperire fideliter & efficere & procurare per homines Officiales & Commissarios nros absque cujuslibet difficultatis Obice legaliter aperiri sic tamen quod idem Dmnus noster heredes & successores sui Boëmie Reges non facient cum Invasoribus emulis & hostibus hujusmodi per Voluntatem nram Concordiam & quod alias ad hoc ut Ecclesia Wratislaviensis reddatur indemnitis provideant cum effectu. Ac contra omnes & singulos Invasores Oppressores & molestatores Ecclesiam Wratislaviensem nos bona nra & homines tueantur pro Viribus & defendant. Quas etiam promissiones Epus qui pro tempore fuerit admissus & signanter in receptione feudi terre & Oppidi Grotkow dicto Dmno nro *Dmno Wenceslao Romanorum & Boëmie Regi* tanquam Boëmie Regi pro se heredibus & successoribus suis Boëmie Regibus ac Regno & Corona de novo cum effectu facere tenebitur: Et easdem suis & Capituli Wratislaviensis Ecclesie patentibus litteris roborare. Harum quibus Sigilla nrorum videlicet Administratorum predictorum & Capituli dictae nre Wratislavien sis Ecclesie sunt appensa testimonio litterarum. Actum capituloiter & datum Wratislavie Anno Dmni M CCC LXXXII. VI. Kal. Junii.

Actum  
Capitularites  
&  
datum  
VVratisl.  
1382.  
VI. Kal. Jun.

## XVI. Episcopus & Capitulum Wratislaviense fatentur se oppidum Grotkow a Rege Bohemiæ JOHANNE & ejusdem Regni Corona in Feudum recepisse.

**I**N Nomine Dmni Amen. Nos Preczlaus Dei gracia Epus, Henricus de Baruth Ppositus, PRECZLAUS Stephanus Decanus, Henricus Scholaisticus, totumque Capitulum Ecclesie Wratisla- EPISC. viensis omnibus & singulis presentes litteras inspecturis volumus esse notum, ac tenore & Capitulum presentium publice profitemur: Quod Oppidum Grotkow cum terra & districtu ac VVratisl. omnibus & singulis Juribus & pertinentiis suis quod dudum ab Illustri Prncipe Dmno Terram Grot. Boleslao Duce Zlesie & Dmno Bregensi rite ac rationabiliter comparavimus pro nobis & koviensem a Bolezlao Duce Brig. nra Wratislaviensi Ecclesia predicta quod dudum etiam dictus Dux Boleslaus ab Excellen- tissimo Prncipe & Dmno nro Johanne Rege Boëmie in feudum habuit & possedit recipimus & a JOHAN. nro & dicta nre Wratislaviensis Ecclesie Nomine in verum feudum ab eodem Dmno NE BOH. Rege Boëmie Dmno nro, cui ratione Terre dictae Grotkoviensis ad Jura feudalia se- REGE cundum naturam veri feudi tanquam Vasallus & Princeps Dmno suo sumus obligati tanquam vero feudi Dmno nos & nri successores occasione dictae terre Grotkoviensis Feudi nomine constanter & fideliter de cetero intendere tenebimus & parere. In cujus rei Testimo- recepisse veri testantur: nium Sigillum nrum Epale maius & ipsius Capituli Wratislaviensis presentibus sunt Appens. Actum & datum IX. Kal. Decembr. Anno Dmni M CCC XLV. in domo Fratrum minorum: Presentibus Illustribus Principibus Dmno Carolo Primogenito Mar- Testes: chione Moravie: Joanne duce Karintie filio ipsius Regis: Bolkone Oppolicnsi: Henrico Zaganen- 1) REGIS si Ducibus: Princeps & Vasallis Dmni Regis Bohemie supradicti: nec non Reverentis in FILII: 2) Duces Christo Patribus. Dmnis Arnesto S. Pragensis Ecclesie Archi- Episcopo & Joanne Epo Misnensi Silezii: ac Henczone de Plawen: Hincone dicto Berka de Dube Burggravio Pragensi: Henri- 3) Episcopi: co de Lucemburg: Wanckone de Wartenberg fidelibus dicti Dmni Regis ac honorabi- 4) Proceres libus Viris Dmnis Joanne Archi-Diacono Glogoviensi: Friczkone de Panowicz Cano- 5) quidam nris Wratislav. & aliis pluribus fide dignis. Canonicæ.

## XVII. Episcopi & Capituli Wratislaviensis Litteræ quibus terram Grotkoviensem a CAROLO Rege Boëmie in feudum recipiunt.

**I**N nomine Dmni Amen. Nos Preczlaus Dei gracia Epus, Petrus de Luna Ppositus, Jo- PRECZL. hannes de Lithomyssel Cantor, totumque Capitulum Wratislaviensis Ecclesie notum LAUS EPISC. facimus tenore presentium universis: Quod cum bone memorie Illustris Princeps Dominus & Capitulum Boleczlaus quondam Dux Zlesie & Dmnus Bregensis dum viveret Oppidum Grotkow cum ECCLESIA terra districtu munitionibus ac omnibus & singulis grenitiis metis circumferentiis Juri- VVRATIS- bus & pertinentiis suis quod quas & que a clare Recordationis Magnifice & excellenti Prnci- LAV. se pe Dmno Johanne olim Bohemie Rege Dmno & Patrono suo tenebat in feudum animo deli- Grotkovien- berato sano etiam fidelium suorum accedeunte Confilio nobis & Ecclesie nre Wratisla- sem a Bolezlao viensi vendiderit & nos & Ecclesia nra Wratislaviensis predicta in possessione dicti Op- Duce Brigens pidi & pertinentiarum ipsius fuerimus multo jam tempore retro acto ac idem Oppidum emisse & ejus

keiner Verbind- oder Schuldigkeit sondern bloß aus denen in dem disfals mit ermehrtem Herzogs von Lothringen Lbd. Gevollmächtigten den 2. Novembris verwichnen Jahres aufgerichteten besondren Tractat deutlich enthaltenen Motiven und fürnemblich in Beherzigung des bey letzter mit dem Herzogthum Montferrat vorgegangnen Disposition und dessen an des Herzogs von Savoyen nunmehr König von Sardinien Lbd. beschehnen Einräumung von Ihme Herzogen von Lothringen und seinem Herzoglichen Haus erlittnem Schaden und nicht minder zu Bezeugung unsrer gegen Ihme und besagtes Sein mit Uns durch Bluth-Freundschaft verknüpftes Hauss tragenden besondren Neig- und Hochachtung als ein vvahres und zvar ad Masculos & Fœminas abstammendes Lehn iedoch dergestalt und mit der Bedingnüs überlassen gereicht und verliehen, dass nicht nur bey dem durch Göttliche Disposition sich etvan ereignenden Abgang dieser Herzoglichen Linie sothanes Titulo & Jure Feudi von selbter haltend- und besitzende Fürstenthumb der Crohn Böhaimb hinwiderumb heimfallen sondern auch venn die Gelegenheit zu andervveitiger Seiner des Herzogs von Lothringen Lbd. und dessen Herzoglichen Hauses Indemnisation oder für das Herzogthum Montferrat verschaffende Äquivalent sich herfür thuet, und die Bevvürckung eines oder des andern erfolget Er und Seine Succesiores das obbedeuteter massem Titulo Feudi überkomme Fürstenthum Teschen ohne Anstand hinwiderumb an Uns oder di nachkommende Könige und die Chron Böhaimb abzutreten: Inmittelst aber in Religions-Sachen und der selben iezeigen Zustand nichts zu alteriren, die daselbstigen Stände und Städte bey ihren vvolh hergebrachten Juribus & Privilegiis unbirret ingleichen bey der bisherigen Forma Regiminis in dem Politico und Justiz - Wesen vorinn auch die gevöhnliche Hegung des Land-Rechts und Forstellung der Tag-Farthen dann die Beybehaltung der Landes-Aembter mit einlaufet: Wie nicht minder bey der in Justiz und Landes - Angelegenheiten alldorten eingeführten und üblichen Taxa es unveränderlich bevvenden zu lassen: Nebst deme auch die bey Politischen und Justiz - Mitteln daselbst zur Vancanz kommende Officia mit tauglichen der alldortigen Statuten und Gevwohnheiten vvie auch üblichen Sprachen kündigen Subjectis zu ersezen fürnemlich aber die Conservation des Jablunckischen so genannten Geheges oder des daselbstigen dem Herzogthum Schlesien auf den unverhosten Fall einiger Unruh und Feindseeligkeit gegen die benachbarte Provinzen zur Beschützung und Vormauer dienenden Grännz - Gebürges, damit nemlich die alldortigen Waldungen nicht ausgeholzet noch durch den Acker-Bau Vich-Weyde oder in andere Wege ruiniret vverden sich angelegen zu halten verbunden seyn sollen. Thun dieses auch hiermit reichen und verleyben obgedacht des Herzogs von Lothringen Lbd. und debro Descendenten beyderley Geschlechts bemeltes Herzog- und Fürstenthumb Teschen sambt allen desselben Hoheiten Dignitatēn Würden Regalien Einkommen und Nutzungen auch allen andern Ann- und Zugehörungen Recht- und Gerechtigkeiten vvissentlich und in Kraft dieses Briefes als regierender König zu Böhaimb. und Obristler Herzog in Schlesien dergestalten und als: Dass mehrgedacht Sein des Herzogs von Lothringen Lbd. und dero Leibes Lebns-Erben vvo dieselbe verhanden seyn vvürden offters ernanntes Fürstenthum Teschen sambt allen und ieden dessen obspecificirten Pertinentien vvie auch Lehns-Berechtigungen und vvas dannenhero zu gevarten seyn möchte auch allen andern Hoheiten Herrlichkeiten und Besugnüssen vvie andre Fürsten und Lehnträger die in besagten unsren Erb-Herzogthum Schlesien innhabende Fürstenthümer besitzen genüßen und gebrauchen oder genüßen und gebrauchen können sollen und mögen von Uns Unsern Erben und nachkommenden Königen und der Cron Böhaimb zu rechten Lehen innhaben besizen nützen gebrauchen und gebrauchen können auch aller Recht und Gerechtigkeiten derer die Herzoge zu Teschen von Alters her und andere Herzoge in Schlesien sovvolh bey dem Ober-und Fürsten-Recht, denn denen Fürsten-Tagen und andern gemeinen Lands-Versammlungen in dero Session und Stimme als auch sonst in ein und andern befugt sein sich ebensals ersfreuen dessen allen theilhaftig fahig und berechtigt, dahingegen schuldig sein sollen, so oft das Lehn zum Fall kommt mit Folge, Empfahrung und Verdiensten sothanan Lehns halber sich gegen Uns Unsre Erben nachkommende Könige und der Cron Böhaimb vvie es sich Unsern Königl. und Ober-Lands-Fürstl. Lehn-Rechten nach eignet und gebühret zu verhalten Uns von vvegen solches Lehns getreu gehorsamb und gevwärtig zu sein, Unsern Schaden zu verhütten, Frommen, Nuzen und Bestens zu befördern und zu Beobachtung sothanes Lehn auch vvo selbes zum Theil oder gar ansprüchig gemacht vvürde

vvürde nirgends anders als vor Uns als regierendem Könige zu Böhaimb Unsfern Erben und Nachkommen einfolglich der Cron Böhaimb vwohin dasselb ordentlich gehöret zu verrechten zu vertheidigen und zu versprechen verschviegene Lehn zu offenbaren und alles das zu thun vvas ein getreuer Fürst und Lehn-Träger gegen seinen König als Lehns-Herren und der Cron Böhaim schuldig und verpflichtet ist vvie auch Lehns-Recht und Gerechtigkeit mit sich bringet, zufügen und versprechen auch hiermit wissentlich für Uns Unsre Erben und nachkommende Könige zu Böhaim und Obriste Herzoge in Schlesien Kraft dieses Briefes mehr *erwebnten Herzogs von Lothringen Ld: und dero selben Leibes Lehns-Erben* in abstiegender Linea aller und ieder an oft ernannter Fürstenthumb Teschen etwan fürkommenden Ann- und Zusprüchen wie auch draufhaftenden Schuld halber zu Recht oder außerhalb den derselben wie es hanget und langet zu schützen zu schirmen zu vertreten zu entheben auch allerdinns schadloß zu halten und darwieder in keinerley Weise oder Wege beschwehren zu lassen: Wir wollen iedennoch Uns hierbey nicht nur die Superiorität und alle davon dependirende Jura dann die Ober-Lannds-Fürstl. Hoheit und Ober-Lehns-Gerechtigkeit, das Jus Legis f. rendæ, Pro-vocationis & Fisci Regii vvie auch unsfern Lannds-Fürstl. Bier-Groschen und die Zoll-Gerechtigkeit die allgemeine Mittleydung und Landes-Contributions vvie solche Nahmen haben mögen und von denen treugehorsamsten Fürsten und Ständen unsers Erb-Herzogthums Schlesien vervvilliget zu vverden pflegen allermassen es bey denen andern daselbstigen Fürstenthümern Herkommens und gebräuchig ist, ingleichen die Ritter-Dienste sovwohl Respectu der Lehns-Träger als der daselbstigen Stände, dann die Werbungen Militar - Einquartirungen und Besatzungen in den haltbaren Pläzen und Grännz-Posten ausdrücklich reserviret und vorbehalten haben sondern auch das denjenigen Clausuln und Bedingnüssen so gegenwärtigem Lehns-Brief specifice inferiret sind geziehende Folge geleistet vverde:

Und gebiethen hierauff allen und ieden Unserer Erb-Königreich, Fürstenthümer und Landes-Unterthanen vvas Würden, Standes, Ambts, oder Wesens die seyn innsonderheit aber *Unserm Königl. Ober-Ambt in dem Herzogthum Schlesien* auch allen Unsren Haupt-und Amt-Leuthen aufs Königl. Böhmischer Macht und als Obrister Herzog in Schlesien das Sie oftvers *erwebnten Herzogens zu Lothringen Lbd. und dessen Successores* an solcher Belehn und Begnadigung vvie auch denen davon dependirenden Freyheiten nicht irren Ihnen in keinerley Wege Einhalt thun noch solches iemand andern zu thun verstatten, sondern Sie dabey schützen, schirmen und handhaben auch hierinn kein andershun sollen bey Vermeidung Unserer und nachkommender Könige zu Böhaimb und Obristen Herzoge in Schlesien Straff und Ungnad: Alles getreulich und sonder Gefehrde.

Zu Uhrkund dieses Briefes mit Unserm Kayser- und Königl. annhangendem größern Innsiegel: Der geben ist zu Laxemburg d. 12. Maij 1722.

\* \* \*

#### (IV.) DIPLOMATA AD SILESIÆ INFERIORIS DUCATUM OLSNENSEM EJUSQUE COENOBIUM TREBNICENSE (tribus a WRATISLAVIA milliaribus distans) PERTINENTIA.

**XXXIX. Fundatio Monasterii Trebnitzensis HENRICII Barbati**  
Duc. Siles. Anno 1203.

**M**Emorie Novercatur Oblivio, & longinquitate temporis gestorum series obscuratur: **HENRICUS** nisi Vivaebus literarum indicis ad posteros propagetur: Quod igitur in remissionem **DUX SILE-**  
peccatorum humili devotionis affectu partivi, huic pagelle ad notitiam tam presentium **SILÆ**  
quam futurorum transferendum commisi. **Ego Heinricus Dux Slesie filius Ducis Boleslai** **BOLESLAI**  
*pro salute animarum patris, matris, & mee, Ceterorumque carorum meorum in Trebnitz ad* **FILIUS**  
*bonorem DEI & Beati Bartholomei Apostoli Monasterium fundavi: Et eidem Monasterio* **in** **honorem DEL**  
*ad Usu famularum DEI inibi, DEO jugiter obsequantium, ipsum predium meum* **B. BARTHOL-**  
*Treb-* **LOMAEI**  
*& Apostoli*

**Monasterium fundat**  
**eui Predium Trebnitz adscriptis:**  
**anno & alias Villas:**  
**Wgrinovo :**  
  
**Martinovo :**  
**Clissovo :**  
  
**Rozetrovo :**  
**certis Lapidibus**  
**Ambitum Monasterii indicans:**  
**quorum 1.) inter quer-  
cus & villam Zulich Zla-  
vich : 2.) ad ortum Rivuli qui ean-  
dem Villam a dextris habet : 3.) ubi villa Michaelis & villa Episcopa-  
lis & Rassovo : 4.) ubi villa Episcopi & Rassovo se contingunt : 5.) ad ortum fluvii qui Ves-  
na dicitur : 6.) ad ortum Rivuli juxta Buchotin : 7.) inter Villas Petrovichi : Minichi : & Wgrinovo : 8.) ad rivum Desnicha : 9.) ubi Biscupichi : Koval : & Malchow convenient : 10.) ad rivu-  
lum inter Ro-  
zerovich & Re-  
potovich : 11.) inter Biscu-  
pich & Roze-  
rovo ad fluvi-  
um Chadeleia : 12.) ad ortum rivi dicti Ma-  
colio :**

*Trebnizense cum omnibus pertinentiis suis plenarie donavi: Ecclesia & in eodem predio in honorem sancti Petri constructa, cuius patronatus mibi juris est, auctoritate patris nostri Episcopi Cypriani Universitatisque collegii Vratislavien: Canonicorum, cum omnibus ergo suis Juribus sicut & universo Decimarnm proventu ad presatam Ecclesiam pertinentium memorato Beati Bartholomei monasterio, Unanimiter est collata. Et omnibus liquido constet, Quod inter terminos subscriptas quedam Ville predio Trebnizensi commutationis, quedam emptionis, quedam donationis titulo accesserunt; Wgrinovo hac ratione limitibus predii Trebnizensis ambitum est, quia homines quorum illa Villa quondam fuit, Narocbnici & Domino terre servitutis obnoxii fuerunt, quia causam Dominus Leonhardus ipsam dixit esse suam, benignitate magis quam Stricto jure, Cum ipso hoc modo egi; Villam quam dicunt Lazcovici & villam de Kamene, quas nunquam tempore Patris mei potuit obtinere nomine commutationis ei contuli, & Leonardus cum gratiarumi actione Wgrinovo Sancto Bartholomeo concessit, nihil sibi juris in eo vendicans. Martinovo pater meus a Stephano Martini filio per Villam juxta Lozin sitam, nomine Blznivo commutavit. Ville que dicitur Clissovo a Martino Borisch XII. Marcis argenteis partem comparavi Aliam partem filii Theodori & filii Stephani, & ceteri ipsorum contribules probato suam esse coram me & Baronibus meis Beato Bartholomeo contulerunt: Tertiam ejusdem Ville partem a Monachis de Lubens conferens eis commutationis nomine Stuchcovo sitam supra Kori commutavi. Particulam dicte Ville quam sibi Bagdanus Presbiter pertinere dicebat, licet in figura juditii eam adipisci non valueret, tamen omnem requisitionis speciem ei & posteris ejus preseindens, ipsum IIII. marcar. placavi. Reliquam partem de eidem Clissovo, quam Predzlaus ab heredibus emerat, dans ei sortem de Narochnick de Lubus, titulo commutationis adeptus predio Trebnizensi adjunxi. Rozetrovo congregationi Ecclesie sancte Marie in Vratislaw conferens in Chinchia, quæ sub patre meo penitus perdiderat, nec ulla tenus adipisci poterat, eam cum multa prefati collegii pace sub commutationis contractu obtinui, & limitibus Trebnizensis inclusi. In Mazlech autem partem quam habuit in mea recepi: Et ob hoc tam predictum Chinchiam, quam alias Villas ejusdem collegii, quæ ex magna parte perdite fuerunt, melioravi & signis roboravi. Apud filium Brictii Circuitum Villæ ejus per Villam nomine Legchen commutavi: Aliam partem ejus quam emerat Nicolaus Gregorii filius per commutationem dans ei Gorenlaze: & quandam sortem, cum ejus consensu obtinui: Decano & Benico pro parte Ville Zulich lauich quam eidem ambitui inclusi, dedi commutationis nomine Villam apud Sorau & Villam Beari Vincentii dictam Opatovo, loco ejus & loco Zuentech quam mihi retinui. Sancto Vincentio tribui Villam juxta Labotisb quæ dicitur Knexnibi, quæ diu perdita nec poterat de jure requiri, & unam sortem mei camerarij & partem ville Falconiariorum in Vratislaw quam Joseph Judeus habuit. Tradidi etiam Beato Vincentio mensam carnificii in Conflonloc mihi spectantem. Ne itaque studio quispiam malignitatis, integrati predii Trebnizensis derogare temere moliantur, totum præfactum predium in Circuitu aggerum erectione & arborum Significatione limitare curavi. Ad abundatioris autem Cautele providentiam, ne quis ullis temporibus terminos corrumpere & limitibus subdole iniurias irrogare machinetur impostorum, & ambitu Trebnizensi lapides apicibus mei nominis insculptos ad controversiam si quale terminis fuerit, reprimendam, caute terre infodi præcepi. *Primus* situs est ubi rivulus oritur, inter quercus & Villam que dicitur Zulit Zlavich, & ad eandem Villam directe currens alii rivo qui eidem Ville proximus est illabitur: *Secundus* ubi oritur rivulus qui eandem Villam proxime a Dextris habet. *Tertius* ubi villa Michaelis & Villa Episcopalis & Rassovo se contingunt. *Quartus* ubi Villæ Episcopi Abbatis, Rassovo se contingunt. *Quintus* ad ortum fluvii qui Vesna vocatur. *Sextus* ad ortum rivuli juxta Bachotino. *Septimus* ubi Villæ Potrocovichi, Minichi, Wgrinovo ad eundem copulantur terminum. *Octavus* ubi oritur fluvius nomine Desnicha, *Nonus* ubi Biscupichi, Covale, Malchow convenient. *Decimus* inter Rozerovichi & Reportovichi ad rivulum. *Undecimus* inter Biscupichi & Rozerovo ad fluvium nomine Chadeheia. *Duodecimus* ad ortum rivi dicti nomine Mapotovich: *Tertiusdecimus* inter Domanovichi & Villam que fuit Bricci ad fluvium nomine Sennicha. *Quartusdecimus* in Gorni ad fluvium nomine Lubsa, inter Domanovichi & Stichovichi. *Quintusdecimus* ad ortum fluvii qui vocatur yunicha, inter Golendinovo & stichonichi. *Sextusdecimus* inter pratum quod Lubanovo nomen habet & Gorivi dicti Maledinovo. *Decimusseptimus* inter Golendinovo, & Sulizlinchi & Zudacovo. *Decimas autem**

autem de tota terra que intra Limitos prescriptos continetur, Ecclesie Beati Bartholomei ex integro in frugibus debetur, De quibusdam Villis in ambitu constitutis ratione prioris juris, quo *Beato Petro* soluebatur, de quibusdam donatione Episcopi. Sicut de Malussino Rassovo, & de parte Bochoeino, quia de Malussino *Cyprianus Episcopus* dedit *Sancto Bartholomeo* Decimam, Benico Decano qui eam tenuit. De Rassovo vero de parte Brochocino, idem dedit ibidem decimam Magistro Ottone, cuius prebende spectabat, consentiente. Et ei loco ipsi Decime dedit Kovale & Villam Zuancossi, quod pertinuit Bernardi præbende. Bernardus autem recepit pro his & pro medietate mar. ab E. p[ri]scopo Zcoriniche ecla Legnitz. Posterorum notitiis non sublateat. Quod *forum quod quondam in Trebnitz fuit, Avis meus ob remedium anime sue ad utilitatem Canonicorum Vratislavensium in Czirguitz translulit, quod longis temporum spaciis ab Avo meo & patre meo ratum permanxit, quod & ego approbo.* Verum quiares exigit, ut Monasterium Beati Bartholomei propter familiares necessitates forum aliquantisper habeat in Vicino favore *Episcopi Cypriani*, & omnium canonicorum consensu, forum in Trebnitz sine ulla diminuatione census Czirgiensis fori, statui. Quia vero plebs per plura fora divisâ minor est ad singula presumo quod forum Trebnizense foro Canonicorum propter nimiam Vicinitatem occasionem, detrimenti valeat irrogare quod ne fiat, ut *Canonicis* redditum salua semper maneat suorum integritas VII. marcis argenti in telonio provenientibus annuatim diminutionis Suspitionem resarcivi, Quod *Episcopi Cypriani* & communi Canonicorum assensu firmatum & approbatum est. Cetera *Monetarius de tabernis*, que sunt vel erunt in Trebnicensi Circuitu, nullum magis emolumen- tum speret, Quia numero marcarum in summam redacto, de singulis marcis singulos scotos accipiat. Similiter de Carnificibus. Inter abjectionem vero veteris, & nove assumptionem monete, Monetarius ibi habeat jus sal vendendi, sicut & in aliis locis, nullis opificibus res suas vendentibus gravamen. Omnes autem homines circuitus predicti Cultores Vinee, pro omnibus operibus meis tenentur operari in Trebnitz sex septimanis scilicet post octavam pasche duabus, post octavas Pentecostes duabus, ante festum S. Martini duabus. In æstate quilibet metere debet V. capetia, secare plaustratas foeni in pratis Monasterii. In itinere Ducis duos currus & duos custodes dare te- nentur. Item non judicentur, nisi a proprio Judice. Quod si grandis emerserit causa, in *presentia principis vel Castellani Vratislavi*: Hec de ambitu Trebnizensi. Hocque robur perpetue firmitatis obtinere volo, quod predicto Monasterio emolumentum ta- berne de Biruechnig in Vratislau dono. De singulis aliis Vratislavensibus tabernis ad me spectantibus XX denarios ad hebdomadam dierum, similiter de Krazensibus cum vi- gore stabilitatis assigno. Preterea aliud predium quod Cotovichi dicuntur, memorato contuli Monasterio cum hominibus, quod etiam totum in circuitu certis limitibus com- munivi, ibidem lacum & clausuram pro captura Piscium ad Usum DEI familiarum dedi. Debent autem eis Piscatores dare qualibet quarta feria veru piseibus honoratum quod *mech* vulgo sonat similiter sexta feria. Sabbatho vero dimidium. Et ut eidem Ville homines capiendis piseibus & aliis Monasterii utilitatibus expeditius possint insiste- re. ipsos ab omni taxatione publica & ab omni operum meorum angaria immunes esse decrevi: hoc duntaxat excepto, quod si me juxta transire contigerit, duo plaustra dent & duos custodes. Conductim etiam nisi cum homines nobilium non ducant, tam isti quoque Trebnenses & ad Trebnitz spectantes. Itius quoque Circuitus decimam memoratus Episcopus Sancto Bartholomæo tribuit, consentiente Lamperto Canonico, cuius prebende pertinuit, data sibi commutatione totius Villa Minich, cuius pars media prebende Bernardi, media Beato Petro in Trebnitz spectabat. Bernhardus autem tam pro sua parte de Minich, quam pro supradicta Kovale & Villa Zuancossi Zcoriniche in Legnitz ab Episcopo Cypriano in concambio recepit. Dedi insuper *Beato Bartholomæo* villam Ozorovich, & ipse illam circuivi, & cum Decime pertinerent Parochie in Le- gnitz *Beate Marie*. Et *Cyprianus Episcopus* ut eam in Trebnitz daret, vellet totidein aratri quot ibi erant commutare; Clemens plebanus illius Ecclesie me precibus evicit, ut cum Radack milite de villa sua Chinino dans sibi aliam pro ea facerem concambio, & præfatum Chinino, ubi propter recessum hominum ejusdem Clementis decima penitus deperierat, hominibus replarem, laudans hoc facto cedere Decime de Ozorovich & com- mutationi ejus quam Episcopus ei offerebat renuncians. Quod ut facere promissem prout & feci, idem Clemens gratum habens, prefatum Decime & commutationi ejus E- piscopo laudante renunciavit. Episcopus autem Cyprianus approbans quod suo con-

13) prope Do-  
manovich ad  
fluvium Sen-  
nicha:14) in Gorci  
ad fluvium  
Lubla:15) ad ortum  
fluvii Junicha:16) inter pra-  
tum Lubanno-  
vo & Golendi-

novo:

17) inter Go-  
lendinovo:  
Sublizlinchi &  
Zudacovo

posuit.

Ex Villis quz  
hoc Ambitu  
continetur  
Decimas in-  
tegras in fru-  
gibus Mon-  
asterio dicavit:Eidem Forum  
concessit:  
& Monetario  
ne Opificibus  
res suas ven-  
didentibusgravamen in-  
ferat injunxit:Reditus inde  
de variis Ta-  
bernis:Premium Co-  
tovichi:Villa Oz-  
rovich:

& Decimam  
de Zorovich:

senſu Ego & prefatus Clemens egimus, Docimam de Zorovich perpetualiter attitulavit Ecclæ Trebnizenſi. Preterea petitione filiorum Petri Fœlicii Bogumibi, & Mlodey - - - yaxony, redditi eis Villam ſitam in montibus nomine Pirzniche, & ipſi ob hac cum ſuis conſanguineis dederunt pro anima predicti Avi ſui ſancto Bartholomeo Villam in Campo Zlesie yaxanovo dictam. Hoc pacto ut relicta yaxony Avi eorum uſum ejus quoad Vi- xerit habeat. Sed eo moriente ad S. Bartholomeum ex integro devoluatur. Hujus rei testes ſunt: Cyprianus Episcopus Vratislavienſis. Gerardus Abbas S. Vincentii. Conradus Abbas Lubensi. Benicus Decanus: Martinus Cancellarius & Magister Egidius Archi- Diaconus. Foelix Mathias Baldivius: Paulus Pribizlaus Martinus Fridericus Bernhar- dus Egidius de Vratislavia Franco. Laurentius Albus Vratislavienſis Canonici, Baro- neus Zicoxlaus debiton. Andrey de Glagow Zobeslaus de Bardo. Hancker de Bo- leslauſitz Stephanus de Lignitz, Chastobor de Zadoul. Vicislaus de Groſten: Hi ſunt Castellani. Potr ſubſamerarius, Zobeſlaus Unem & frater ejus. Stepan nad & filius Budivoj Venemiu frater ejus Zawzlaus Dapifer. Predzlaus Pincerna, Otezlaus Ozemo. Pribislaus agazo, Indrich lictor: Voyteh de uchi: Nicolay Bedrichovich, Ja- nus Janichou: Dobgeſt Gaulou Moyieck moyekou. Indrich Kernch. qui tunc ſuper- venerat Indrich Borizlanch. Dubrogrosz Venmirow. Predzlaus Jan fratres ejus. Actum est hoc in ſcepin ante Eccleſiam Beati Nicolai, in Vigilia Apostolorum Petri & Pauli. Babambergenſi electo Dno \* Egberto & patruo ſuo præpoſito Neppone tunc mecum. exiſtentibus. Stoyſa Stoycou una cum Uxore dedit ſe & omnia ſua cum parte Villæ quæ eum contingit, Beato Bartholomeo hac ratione idem ſi vel ipſe pre me moriatur vel ipſa ſuperiſtes eorum statim cum tota ſuba ad prædictum locum tranſeat. Sciant autem præ- ſentes & futuri, quod omnia ſpediclo Claſtro collata & DEO præſante in futurum confe- renda Dominus Cyprianus Episcopus Vratislavienſis cum uivero ſuorum collegio Canonico- rum in Octava Epiphanie ſanctimoniabuſis in prælibatum locum introductis, cereis in terram projectis, extinctis, ſub poena diſtriicti anathomatis conſirmavit, Venerabilis & pater Domi- nus Heinricus Gnezdensis Archiepiscopus, proxime post hoc in feſto Beati Vincentii Dia- coni, caſu Vratislau ſuperveniens, memoratam conſirmationem Epifcopi Cypriani & anathema, accenſis cereis & extinctis nihilominus iteravit. Si quis vero ductis temera- ria præſumptione ſupra memorata irritare, aut quoquevmodo violare præſumpſerit. Damnabilis excommunicationis ſententiam in ſe merito excipiens indignationem & iram DEI & Beatorum Bartholomei & Adalberti indubitante incurret. In nomine Domini Gesta & iſtituta ſunt Anno ab incarnatione Domini M CC III. Ducatus mei ſecundo.

#### XL. Donatio Henrici I. Barbatii villæ Budkovv Monialibus in Trebnitz facta Ao. 1207.

HENRICUS  
BOLEZLAI  
DUX SILE-  
SIAE  
ſitam in Di-  
ſtrictu ſtina-  
vienſi Villam  
Budkovv  
Monasterio  
Trebnicensi  
confert

**I**N nomine ſancte Trinitatis, & individue Unitatis Amen. Cum longinuitate Tem- po- ris, geſtorum ſerius obſcuratur, niſi vivacibus literis perhennetur. Igitur Henricus DEI Gratia & Beati Johannis, Patrisque mei Boleslai Duciſ gratia: Silesie Dux: In remiſſio- nem Pecatorum meorum, & pro ſalute animarum Patris & matris, & omnium Parentum meorum, omniumque Christianorum. Ad honorem DEI ſancteque Mariae ſemper Virginis, & Beati Bartolomei apoftoli: Villam meam Budkow dictam, ſitam in districtu ſtina- viensi ad Ducatum pertinens, tam in ſpiritualibus quam in temporalibus, cum omni lib- bertate & Utilitatibus universis ad ipsam ſpectancibus ſecundum quod in metis ejusdem ville Budkow ſunt circumferentialiter limitata, Videlicet Agris cultis & incultis, Patris Pafeuis, Syluis, Rubetis, ſylvarumque Utilitatibus, Miricis, Pinetis, cum apibus ot melle- ficiis, cum feris & ferarum venationibus, Cum aquis & aquarum decurſibus & Pifeato- ribus liberis, qui in Odera libere pifeari valeant, Juxta terminos granitiarum & quiete cum censibus Jurisdictionibus & Universis ſervitiis. Monasterio Trebnicensi, Quod ego ipſe fundavi, plenarie donavi, & contuli Monialibus inibi DEO famulantibus Cyſter- tiensis Ordinis, & fratribus eis ſervientibus, Uſibus eorum in Perpetuum pro- futura. Decerno ut singuli prouentus villæ jam dictæ, cedant in Vestitum Do-

\* Qui XV. in Ordine Epifcopus Bambergensis: Meraniae Dux: Comes Palatinus Burgundiæ: & Gertrudis Ungariae Reginae Frater: Bertholdi Filius: Conradi Duciſ Silesie Henrici I. Barbatii Fratris ſucceſſor fuſt: electus an. 1203. circa Id Januarij defunetus an. 1235. Vid Hoffmanni Annales Bambergenses lib. IV. §. 9. uſque ad 32. Tom. I. Scriptor. Rer. Germanicarum quos Excellentiss. Dn. Jean. Petrus a Ludevigg an. 1718. in fol. edidit.

Dominarum seu Monialium in Trebnicia. Volo etiam ut Scultetus cum Villanis predicte Ville coram Castellano citati, non respondeant, nec ad ædificationem Castrorum ab omni ex-debeant adjuvare. Et ab omni expeditione sint immunes: Nullus Judex Judicium habere debet, nisi Procuratores *Beati Bartholomei in Trebnitiae*. Scultetus vero Mandatis abbatissæ tenebitur obedire. Statuo etenim & ab universis meis progenitoribus volo observari æternaliter, ut Scultetus Villæ nominatæ suam sculpetiam fuscipiat a Monasterio Trebnicensi. Incolæ vero ab omni exatione petitione, collecta fine adduce auxilio permanebunt exempti Ita quod Povvoz. Przevvoz. Narzez, Lessne eadem Villa debent cessare in perpetuum. Sed pro sustentatione earundem Monialium & fratrum ipsius servientium integra conservantur Rogo igitur Universos Christi fideles & firmiter interdico, ne quis unquam huc nostræ tam solenni Donationi temere audeat contraire. Qui locus fecerit Precor Deum Omnipotemitem & memorati loci Patronos, ut quæcunque Persona sit ille vel illa, plaga terribili & infonabili a planta pedis usque ad verticem feriatur. Includo insuper quod nemo de bonis prænarratis quidquam auferat per vim vel quolibet ex catu, Quia ablato quamdiu tenuerit, nisi restituerit, nullum Vigo. Actum: Stinavie 1207. rem habebit possidendum. In testimonium eternam Omnium Premissorum presentem Chartam scribi mandavi, Sigilli mei munimine roboratum. Actum in Stinavia, quinto id. Julii. Anno ab incarnatione Domini M. CC. VII. Testes hy sunt Gelhardus Castellanus Glogoviæ, Nenckerus Castellanus Büthomiensis Petrus \* Castellanus de Barodo. Stephanus Castellanus de Legnitz Stephanus Castellanus Saganensis. Et alii quamplures fidei digni vocati in Testimonium premissorum. Datum per Laurentium Canonicum Vratislaviensem Notarium Curiæ meæ, Quia me præsentia habuit in commissa.

#### XLI. Fundatio Altera Monasterii Trebnitensis HENRICI I. Barbati Duc. Sile. Ao. 1208.

**L**onginquitate temporis gestorum series obscuratur nisi vivacibus literis perhennetur. Ego igitur *Henricus Dei & Beati Johannis Patrisque mei Boleslai Dux gratia, Zlesie* HENRICUS Dux: In remissionem peccatorum meorum & pro salute animarum patris & Matris & BOLEZLAI omnium Parentum meorum omniumque Christianorum ad honorem DEI, sanctæque Fil. MARIAE semper Virginis & Beati Bartholomei Apostoli in Trebnitz Monasterium fundavi, & sive præmium Trebnizense cum Baronibus meis, pro ut mihi Deus inspiravit, circuivi, & quidquid mihi juris fuit in illo circuitu, scilicet ad Ducatum spectans, tam in spirituali- bus quam temporalibus, illi Monasterio plenarie contuli. Primum Capellam meam Sancti Petri cum omnibus suis pertinentiis & omnes Villas meas in ambitu constitutas, TREBNI- illuc dedi. Alias vero quæ fuérunt Ecclesiastice & Clericorum hereditarie vel militum acquisivi, commutatione emptione vel donatione. Ecclesiasticas tantum commutationes Clericorum vel Militum quasdam commutatione quasdam emptione & quedam a militibus pro DEI sunt amore donatae sicut inferius patebit. Villa Wangrinovo taliter est acquisita: homines quorum hæc quondam suit Villa, Narochnici Lubusenses fuerunt; gula confirmata: Quia Dominus Leonardus eam requirebat benignitate magis quam rigore juris cum ipso hoc modo transagi. Villam nomine Lazecovice & Villam de Kamene, quas nunquam tempore patris mei de jure potuit obtinere, nomine commutationis ei contuli, & ipse cum gratiarum actione de Wangrinovo Sancto Bartholomeo cessit. Martinovo Pater meus a Stephano filio Martini per Villam prope Lozzin sitam, nomine Blizocino commutavit. Tunc cum Stephanus Slesiam exivisset, Pater meus eam Comiti Beroni contulit. Sed postmodum prædictus Stephanus veniens, eam a Karolo filio Beronis evicit. Et ego misericordia Karoli, Juvi cum, ut ipsum a Stephano redimeret, quam XIII marcis redemit, & quod nunquam eam de Catero rehahere posuit, Jussus est prout moris est, haustum aquæ ebibere. Sed ego parens verceundæ suæ præcepit ei in Cypho argenteo medonem propinari, & ebibit coram me & meis Baronibus, contra se in testimonium. De Villa Klizzovo partem a Martino Borischich XII. marcis argenti comparavi. Aliam partem

\* vide quæ de Castellano in Bardo sub Initium Chron. Monasterbergensis curatus exposuit Henelius.

partem filii Theodori & Stephani & cognati eorum evictam coram me & meis Baronibus *Beato Bartholomeo* contulerunt. Tertiam eidem Villæ partem cum Decima a Monachis de Lubens, conferens eis per commutationem Stucechovo sitam supra Kori, commutavi: Particulam prædictæ Villæ, quam sibi Bagdanus Præsbiter pertinere dicebat, licet ea a patre meo & suis Baronibus in jure fuisse abjudicatus, & coram me eam nunquam de jure retinere potuisset, tamen ut nullam quærelam idem, vel sua posteritas habere posset, ipsum IIII. marcis placavi, quas cum bona voluntate acceptavit, Quintam partem ejusdem Klizzovo, quæ Zancirovo nuncupatur, quam Bridzlaus filius Prozimiri ab heredibus emerat, dans ei Villam quæ Brilovo dicitur. Narochinconum de Lubens commutavi. Rozerovo cum Decima a congregatione *Sanctæ Mariæ in Vratislau* commutavi, dans ei ad Tinich partem de Milino: Flexus multa prece ipsorum, quam sub patre meo in Judicio perdiderant, nec poterant de jure requirere, mihi recepi pro eodem forte in Madzlech. Et ut eorum meliorarem commutationem causa precis & orationis eorundem: Goream etiam cum meis Baronibus circuivi, & addidi eis Villam nomine Kneynici, & plura quam promiserim. Insuper in Budissou, quicquid de jure perdiderat *Ecclesia Sanctæ Mariæ*, reddidi Domino *Alardo Abati*, committens fidei suæ, ut ipse reciparet ibi, quicquid videretur ei fuisse aliquando *Ecclesia sue, sive justæ sive non.* Et ipse pro beneplacito suo recepit quantum fuit ei visum. Ad hæc etiam Curiam dedi ei in foro *Vratislavienſi* pro Decima de Razerovo. Apud Johannem filium Brictii Circuitum Villæ ejus per Villam nomine Legche commutavi. Partem ejus a Nicolao filio Gregorii, quam emerat, & quæ *Nicolayovo* vocabatur, commutavi, dans ei Villam prope *Vesnam* nomine Gozerlave & sortem mei Pistoris ibidem, Item apud *Benicum Decanum Vratislavienſem, cum consensu Domini Cypriani Episcopi & Canonicorum* commutavi partem Villæ Zulichlavich & dedi ei sortem nomine *Sorau*, & sortem ibidem *Opacovo* dictam, & pro eodem Opacovo quod dedi *Sancto Johanni* & pro Villa quæ vocatur Zuentrech, quam ad Ducatum recepi, dedi *Beato Vincentio* Villam juxta *Zobisch*, quæ dicitur *Kneynici*, quæ diu perdita non poterat de jure requiri, & sortem Camerarii mei Vifoste & Villam Falconiorum in Vratislau, quam *Judæi Josepb & Thazkel* habuerunt. Super addidi etiam *Beato Vincentio* mensam Carnificii in Cozcondol, quæ mihi spectabat. Ne itaque quispiam prædictas Villas in Trebnitz quas dedi, possit evincere, omnes univi, & tempore bona memoria Cypriani Episcopi cum meis Baronibus ambivi & signis munivi. Tota autem decima quæ in ambitu totaliter continetur, ex integro est *Beati Bartholomai*, In quibusdam Villis ratione *sanceti Petri Capellæ*: In quibusdam donatione *Episcopi Cypriani*, sicut in Malussino, Rassovo & in parte Brachocino: Quia in Malussino dedit Decimam *Cyprianus Episcopus Beato Bartholomæo*, Benico Decano annuente, qui ipsam tenuit. De Rassovo autem & de parte Brochocino, idem dedit ibidem Decimam Magistro Odone cui spectabat, consentiente: Et ei loco ipsius Decimæ dedit Kovale & Villam Zuantosch, quæ erunt Bernardi prebendæ. Bernardus vero pro his duabus & pro medietate Villæ Minich ab eodem Episcopo *Zkorinice* juxta Legnitz recepit. Sciant autem universi, quod forum quod quondam in Trebnitz fuit, Avus meus ob remedium animæ suæ ad utilitatem Canonicorum transtulit in Czirgutz, quod longis temporum spaciis permanit, quod ego approbo. Verum quia necessarium est *Beati Bartholomei Monasterio* forum aliquantis per habere in Vicino, favore Domini Episcopi Cypriani, & omnium Canonicorum, forum in Trebnitz, sine diminutione Czirguicensis census statui, & quia plebs per fora divisa minor est ad singula, præsumo quod forum Trebnitense foro Canonicorum propter nimiam vicinitatem detrimentum valeat irrogare, quod ne fiat, Canonicis VII. marcis argenti in Wratislavienſi Thelonio, provenientibus diminutionis suspicionem resarcivi, quod tam meo quam *Episcopi Cypriani & omnium Canonicorum* assensu firmatum est. Cæterum Monetarius de tabernis, quot sunt vel erunt in ambitu Trebnitensi nec plus habeat per annum quam totidem scotos, quot marcas fuerunt, projectis tamen de more denariis, similiter de Carnificibus in revocatione moneta Monetarius ibi habeat jus sal vendendi sicut in aliis locis nullis officiis res suas vendentibus dans pomote. Et sciendum quod Tabernas in foro Trebnitensi sitas & Tabernam in Vratislau de Birvecknick dedi duabus fororibus ad Vestes. De Singulis vero Vratislavienſibus Tabernis ad mespectantibus & de Urazencibus dedi eisdem singulis testimonii XX. denaries ad pisces. Item in itinere meo de toto circuitu tenentur Trebnicenses mihi duos Currus & duos Custodes dare, & conductum præbeant militari. Non judicentur nisi a suo judge sed si grandis emerserit causa, coram me vel Castellano

stellano Vratislavensi: Et ubicunque judicentur, Claustro suo dent adjutorium, præter hoc quod Judici spectat, quod treschne dicitur. Contuli quoque *Beato Bartholomeo* Villam nomine Kotovici cum hominibus, & cum omni quod illic Circuivi. De eodem etiam ambitu duos Currus & duos Custodes habere debo in Transitu & ipsi conductum ducant more nobilium. Hujus quoque Circuitus Decimam dedit *Dominus Episcopus Cyprianus Beato Bartholomeo*, consentiente Lamparto Canonico, cuius prebendæ pertinuit, data sibi commutatione totius Villæ, Minich, cuius pars media spectabat prebendæ Bernardi, media urro *Beato Petro in Trebniz*. Dedi etiam Villam nomine Ozorovicæ, & ipse eam circuivi. Et cum modo pertineret Decima *Parochie D. Mariae in Legnitz*. Cyprianus Episcopus ut eam in Trebnitz daret, voluisset totidem aratis quod ibi erant commutare. Clemens plebanus illius Ecclesiaz me precibus evicit: Ut cum Radack Milite de Villa sua Chinino, dans aliam pro ea sibi facerem concambium, & præfatum Chinino, ubi propter recessum hominum, Clementis Decima penitus perierat, hominibus replerem, laudans hoc pacto cedere Decimæ de Ozorovich, & commutationi oblare ab Episcopo, quod priusquam feci, Ipse Clemens præfatæ Decimæ penitus renunciavit. Episcopus vero Cyprianus factum nostrum approbans Decimam de Ozorovich perpetualiter assignavit conventui Trebnizensi. Præterea Dominus Cyprianus Episcopus cum consensu Canonicorum contulit congregationi Trebnicensi Decimas ad Zcinau & ad Scobno pertinentes, quam collationem sigillo suo roboravit. *Dominus etiam Papa Innocentius III.* privilegio suo hoc confirmavit: Similiter *Dominus Henricus Archi-episcopus Gnezdensis*. Sciant autem præsentes & futuri, quod omnia sepedicto Claustro collata & DEO præstante in futurum conferenda: Dominus Cyprianus Episcopus cum suorum Collogio Canonicorum in Octava Epiphaniæ Ducatus mci Anno II. & Episcopatus sui etiam II. Sanctimonialibus in prælibatum locum introductis, cæreis in terram jactis & extinctis sub pœna districti Anathematis confirmavit, *Venerabilis* insuper *Archiepiscopus Gnezdensis Dominus Heinrichus*, proxime post hoc in fœsto Beati Vincentii, casualiter superveniens Vratislau memorati Episcopi confirmationem & Anathema cum eo pariter coram omnibus Canonicis & multo populo in Superiori Choro Ecclesiaz, accensis & extinctis cæreis nihilominus innovavit. Acta sunt hæc Anno ab incarnatione Domini M.CC. III. Procedente tempore *Laurentio Episcopo exiſtente* rogatu Sanctimonialium & multorum hominum inductus consilio, & quia mihi Videbatur competentius, Ut firmioribus & manifestioribus signis ambitus Trebnicensis terminaretur. Illam sortem quæ dicitur ſorau, quam prius Benico Decano pro parte Zulitzlich dederam, & aliam partem de eodem Zulitzlich cum decima quæ ad rivulum qui dicitur Vischava remanserat a memorato Episcopo cum consensu sui Capituli commutavi, dans *Beato Bartholomeo* usque ad prænominatum rivulum Vischavam, qui tunc Villam Zuliczlich distinguit, *Beato* vero *Johanni* pro hoc dedi villam conterminam *Czirgutz*, quæ fuit *Comitis Andreæ Ranzky*. Sed de voluntate ipsius data *Beato Bartholomeo* cum duabus filiabus fratris sui Viszeslai: Dedi etiam ei Bozcechovo Zedliche & prata circumiacentia. Præterea dedi eidem bonam partem terra ad Zirgutz usque ad aquam quæ dicitur *Zucha*, quæ erat a Comite Berone sub Patre meo & ab Ozzada ad Zavon addita, nec poterat requiri de jure; Præterea pro duobus agris, quos tempore Domini Cypriani Episcopi juxta Bozcechovo in errore pertransieramus, dedi *sancio Johanni* magnum agrum meorum hominum Birzau juxta Zucham, qui Similiter ad Savon ablatus erat. Et addidi eidem ad Pilzech meorum agazenum, quæ dicitur Kosanovo, & agros meorum Hortulanoruin, & sortem mei molendinarii cum Molendino, & ultra Tabernani aliquod agros. Et Langultra Curiam Episcopi, inter Oderam & Lacum ejus sitam. Insuper contuli *Dominus Laurentio Episcopo* & hominibus ejus de Pilzech usum quercenti, tam in glande quam in Lignis aridis sine substantiali detimento circuivi. Dedi quoque ei molendinum juxta *sancetum Petrum* in Legnitz, & in Scrobo duos homines stanum & nozalam fratrem ejus cum pueris & Villa eorum. Insuper cum Wilck & Heinrico fratre ejus filiis Michaelis Cambivi Panglovo, eujus partem ad rivulum dedi *Beato Bartholomeo*, Reliquam extra rivulum dedi Magistro Jacobo, Lapicidae. Et iphis pro Panglovo detli Domanicovo, quod dicitur Gorka in Provintia de Nenchi juxta villam eorum, Item apud Johannem Cantorem & fratres ejus Dominum Egidium & Peterconem inclitem, & Nicolaum nepotem eorum cambivi Benicovo, dans Cantori Villam in Vidua, de qua deduxi meos hortulanos & Camerarios. Et Domino Egidio dedi Raprochovo de gratia quod nullo jure requiri:

rere potuit, & hoc acceptavi pro parte una, & marcas argenti quinque addidi sibi. Villam vero quæ dicitur Indrichovo, quam pater meus dederat Janissō filio Galli Capellano suo & post mortem ipsius & filii sui; Ego dederam Villam prædictam & Villæ alterius juxta Lausitz, Janissi partem filiabus ejus duabus, quæ postmodum Sanctimoniales factæ, se ipsas & Villas Beato Bartolomeo contulerunt, rogatu & consensu Trebnicensis conventus dedi Petroconi & Nicolao, pro parte hæreditatis eorum. Post modum Cambium cum domino Cypriano Episcopo inceptum, sed eo morte prævento, cum successore ejus Domino Laurentio Episcopo, cum consensu Capituli sui feci, De parte Villæ Episcopi, quam Dobrogost habuit, dans ei partem hominum meorum Villæ Zlaviconis & fratribus suorum, quæ est ultra rivulum nomine Chachea, & partem Villæ Episcopi, quæ est citra rivulum pronominatum, Dedi hominibus meis Zlavicow, & fratribus ejus, & ipsos cum eadem Villa dedi Beato Bartholomeo. Et idem pro Janichovo, quod tempore Cypriani cambieram. Sed limitibus Trebnicensibus tempore Domini Laurentii Episcopi inclusi, cum consensu Capituli Vratislaviensi dedi Beato Johanni Villam nomine Uzimovo, quæ est juxta Operovo, Et Domino Egidio de Uraz rogatu suo pro decima de xanichovo, indulsi ponere tabernam, juxta Villam Oporovo quam Beato Johanni contuli, pro anima Patris mei & refectione anniversaria quam pro illo constitui, Item Paulo Canonico Vratislaviensi filio Johannis pro villa sua quæ Paulovo dicitur, ad multiplicos præces ejus dedi partem Villæ quæ dicitur Mocressovo, sitam inter Lesnich & Pilavam. Et sciendum quod Villarum quas secunda circuitione ambitu Trebnensi inclusi. Dominus Laurentius Episcopus Decimas si quæ prius non spectabant cum Capituli sui consensu plenarie contulit, igr totius ambitus Decimæ tam a Domino Cypriano quam ab ejus successore Laurentio plenarie Beato Bartholomeo Collatæ. Ego vero cum eodem Domino Laurentio Episcopo & quibusdam Canonicis, & cum meis Baronibus denuo circuiens ambitum Trebnicense, munivi Signis, scilicet aggerum erectione & arborum Signatione, Sed cum hæc signa nihilominus sufficientia fuit viâ, ad majoris abundantiam cautelæ, decrevi lapides nominis mei literis insculptos juxta quosdam aggeres ponere. Sunt auten hæc loco in quibus di lapides suffossi sunt. Primus locus est ubi oritur rivulus qui vocatur Vischava qui dividit Trebnitz a reliqua parte Zulizlavich, Secundus inter Villam Episcopi quæ dicitur Nanoyovici & Rassovici Nichalovici. Tertius inter Opacovici Rassovo & Navoynoci. Quartus vero ubi oritur rivulus Vesna inter Opacovici & Brochocino. Quintus vero ubi oritur rivulus scilicet altera pars Vesnae quæ dividit Brochocino per medium: Sextus in ortu rivuli qui dicitur Ozzovi: Septimus inter Machnici & Brochocino. Octavus vero ubi oritur rivulus qui fluit per Panglou & idem disternat, usque ad alium qui fluit per Villam Benicovo: Idemque est Signum usque ad locum in quo Benivoro, Potrocavici Vangrinovo concurrunt. Nonus in yazuini inter Petrovici & Vangrinovo. Decimus in via Urazensi inter Minici & Zuarocivi & Vangrinovo, Undecimus super rivulum qui dicitur Defchnica inter Vanprinovo & Drossovo & Zvaracovici. Duodecimus inter Drossovo & Zvaracovici & Malchovo, Tertius decimus inter Qvaracovici & Kovale & Malchovo; Quartus decimus inter Kovale & Repocovici & Malchovo, Quintus decimus inter Malchovo & Repocovici & Kamparovo. Sextus decimus inter Kamparovo & Bischovo & Rosero, super rivulum qui in alium, qui dicitur Charchea illebitur, & idem rivulus est in signum usque ad Vadum, quod dicitur Lubench, & hic inter Semirovo & Zkafici & Domanovici & Paulovo. Decimus Septimus super rivulum qui dicitur Zennichæ inter Brichovo & paulovo & Domanovici. Decimus Octavus apud Lobzoukop, inter Brizovo & Domanovici. Decimus Nonus ubi ----- super lupiam inter stricovicci & Domanovici & Zanzechnicam super rivulum qui dicitur yunicha, & idem rivulus est in signum usque ad alium rivulum qui dicitur Vischava. Item Vischava est in signum usque ad ortum suum & ibi finit Circuitio. Omnia itaque sic in Trebniz disposita & ordinata vel bonorem DEI & Beatae Marie semper Virginis, Beatique Bartholomei Apostoli donari, sanctimonialibus & fratribus eis servientibus usibus earum in perpetuum profutura. Et sciendum quod imo hunc sanctimonialium Ordinem prælegi, quia cum Triplicis Ordinis in terra mea sint Claustra, ad quæ Virilibus sexus configere poterat & potest, pro salute animarum, Claustralibus quietis refrigerium solummodo Sexui deerat muliebri. Sed modo in saepem memorato Claustra, per Dei misericordiam fragilitas muliebris habere potest configium pro suorum expiatione Peccatorum. Rogo igitur universos & infirmiter interdico, ne quis unquam aliquem

lapides termini  
nos  
alterius

prorogat:

&  
prioribus  
XVII.

dnois alios  
addit:

rogans  
1.) INNO-  
CENTIUM  
III.  
P. R.

quem

quem Monachorum ordinem in prædictum Claustrum inducere, præter hunc sanctimo-<sup>1) HENRI-</sup>  
nialium ordinem, moliatur. Et quicunque secus fecerit, Precor Deum Omnipotentem  
& memorati loci Patronos; Ut quæcunque Persona sit ille vel illa, plaga terribili & in-<sup>2) CUM Archi-  
sanabili a planta pedis usque ad Verticem feriatur. Rogavi enim Dominum **PAPAM** &  
**Innocentium III.** ut id ipsum & omnia supra scripta, sub horrendi Anathematis sententia,  
confirmaret. Et **Dominum Henricum Archiepiscopum Poloniae.** Et **Cyprianum Vratislavien-  
sem Episcopum** & ita fecerunt.</sup>

Hæc autem Confirmatio & excommunicatio Reverendi patris nostri **Domini Hen-  
rici Archiepiscopi Polonie.** Ego **Henricus, Dei & Beati Adalberti gratia Polonie Archiepi-  
scopus Domini Henrici Ducis Slesiae de Claustro Trebnicensi institutionem, & presentis privile-  
gii ----- confirmo.** Et quæcunque Persona violaverit ipsius statutum, & hujus privile-  
gii, *Auctoritate DEI Omnipotens*, & Beatorum Adalberti Petri Pauli & Bartholomei mei  
& omnium sanctorum, & domini mei Innocentii Papæ, & mea meorumque suffraga-  
neorum, sit excommunicata, & cum inquis sine remedio, nisi respiciat, condeinnetur.  
Hæc est autem confirmatio & excommunicatio **Domini Laurentii Vratislavensis Episcopi:**  
*Ego Laurentius miseratione Dei & Beati Johannis Vratislavensis Episcopus,* confirmo Do-  
mini mei Henrici Ducis Slesiae, de Claustro Trebnicensi & presentis Privilegii statutum,  
& quæcunque Persona illud violaverit, nisi resipiens plene emendaverit, auctoritate  
*DEI Omnipotens & Beati Johannes Baptiste sanctorumque Apostolorum Petri & Pauli &*  
*Bartholomei, & omnium sanctorum & Domini Papæ,* Dominique mei Archiepiscopi  
Gnezdensis, & potestate mihi tradita, omniumque conventuum Episcopatus mei, sit ex-  
communicata, & cum Juda proditore Domini, qui se ipsum suspendit, & cum Dathan  
& Abiran, quos terra vivos absorbit, habeat perhenniter portionem. Amen. Acta <sup>Anno:</sup>  
sunt hæc anno ab incarnatione Domini Millefimo CC. VIII. Dueatus mei Anno VII. Ab Incar-  
nac. DO-  
Archiepiscopatus Domini Henrici Anno IX. Episcopatus vero Domini Laurentii An- MINI: 1208:  
no primo.

## XLII. Donatio Henrici I. Barbatii villæ Cothowitz

Monialibus in Trebnitz facta Ao. 1208.

**I**n nomine Sanctæ Trinitatis & individuae Unitatis. Amen. Acta præsentis temporis de-  
perire solent defacili, nisi scripturæ præsidio & testiuni adminiculo roborata fuerint,  
ad memoriam futurorum sempiternam, Igitur nos **Henricus DEI & Beati Johannis Pa-** <sup>HENRICUS</sup>  
**trisque mei Boleslai Ducis gratia Slesiae Dux:** In remissionem peccatorum meorum, & <sup>BOLEZLAI</sup>  
pro salute Animarum Patris & matris, & omnium Parentum meorum omniumque <sup>FIL. DUX</sup>  
**Christianorum Ad honorem DEI sancteque Mariæ Virginis illibatae, & Beati Bartholomei vil-<sup>SLESIAE</sup>**  
**apostoli.** Villam meam Cothowizi nominatam prope Uraz positam, Cum omnibus  
ejusdem fructibus Villæ, & utilitatibus, solutionibus, exactiōibus, Povvoz, Lessne,  
Narzas, & omnibus & singulis solutionibus quibuscumque vocentur Vocabulis de jure  
vel etiam consuetudine, adinventis seu adinveniendis, & cum omni piseatura adiacenti  
eidem Villæ, & cum omnibus limitibus & terminis, prout ego cum meis Baronibus, di-  
vina inspirante Clementia propria persona mea circuivi, & eum fluvio Odera jam dictam  
hæreditatem attingenti, & cum lacubus & Universis eorundem piseibus in illis, Et in  
fluvio Odra contentis, & cum omnibus sylvis & pratis ibidem, Cum Collationibus vi-  
delicit, Ecclesiæ & Scultetia, nihil penitus juris neque Domini in Circuitu bonorum  
supradictorum nobis & nostris progenitoribus reservando: Incolæ vero prætaetæ Vil-  
læ Cothoviz coram Castellano super causis singulis citati non respondebunt: Sed co-  
ram procuratoribus *Ecclesiæ sancti Bartholomei apostoli* respondere de trebnitia tenean-  
tur non dabunt Przemodam, nec sequentur vestigia animalium furtim ablatorum. Quam <sup>nomine perpet-  
ui Testamenti</sup>  
Villam superius cum omnibus suis usibus descriptam videlicet Cothoviei, prout mihi  
divina indidit Clementia Monasterio in Trebniz Monialibus earumque fratribus inibi-<sup>Monasterio</sup>  
dem DEO famulantibus ad refectorium nomine perpetui testamenti, contuli, dedi, & <sup>confert:</sup>  
donavi in perpetuum quiete & pacifice possidendam. Qui vero huic meæ donationi  
causa temerario contraire præsumperit, indignationem & favorem *DEI Omnipotentis*  
cum Dathan & Abiron super se noverit excitasse.. In testimonium omnium prædicto-<sup>Actum: Neo-</sup>  
rum Chartam jussi scribi Sigilli mei munimine roboratam. Actum & Datum in No-<sup>fieri: 1208.</sup>  
vo foro Quarto ydus Junii Anno Domini Millefimo CC. VIII. Testes hy sunt Geb-<sup>IV. Id. Julii.</sup>

**Testes :**  
 1) Castellani :  
 2) Ministri &  
 Officiales  
**DUCIS :**  
 3) Equites : &  
 4) Canonici.

hardus Castellanus Glogoviensis. Nenkerus Castellanus Buthomiensis. Petrus Castellanus de Bardo. Stephanus Castellanus Legnicensis Czanstoborius Castellanus de Sandovel. Przibislaus Subcamerarius. Otheslaus de Stinau. Henricus Tribunus de Glogou: Artmannus Tribunus Buthomiensis. Bogumilis Venator Buthomiensis. Dirsiko sup. Dapifer Czanstoborius Castellanus de Krossen. Miszczlau Boczeck. Bogdanecz armiger. Dirseus filius Przibislai, Peregrinus filius. Gothardi filius. Nanckerus Petri filius, Detercus magister Glogoviensis. Laurentius Canonicus Vratislavien-sis & Prothonotarius Curiæ. Et aliis multis qui huic Donationi interfuerunt est noto-rium & manifestum.

### XLIII. Fundatio Ultima Monasterii Trebnizensis

Henrici I. Barbari.

Duc. Siles. Anno 1218.

HENRICUS  
BOLEZLAIE.  
DUX SILESIÆ

que an. 1203.  
& an. 1208.  
Monasterio  
Trebnicensi  
donaverat  
denuo recente-  
speciatim &  
confirmat:

**L**onginquitate temporum gestorum gestorum series obscuratur, nisi vivacibus literis perennetur: Ego igitur *Heinricus DEI & Beati Johannis patrisque mei Boleslai Ducis gratia Slesie Dux*: In remissionem peccatorum meorum & pro salute animarum Patris & Matris & omnium Parentum meorum, omnicunque Christianorum, *ad honorem Dei, sancteque Mariae semper Virginis & Beati Bartholomei Apostoli* in Trebniz Monasterium fundavi, & prædium Trebnizense cum Baronibus meis, pro ut mihi Deus inspiravit, circuivi; Et quicquid mei Juris fuit in illo circuitu, scilicet ad Ducatum spectans tam in spiritualibus quam temporalibus, Illi Monasterio plenarie contuli: Primum Capellam meam *sancti Petri* cum omnibus suis pertinentiis & omnes villas meas in ambitu constitutas, illuc dedi. Alias vero quæ fuerunt Ecclesiasticae & Clericorum hereditarie vel militum, acquisivi commutatione emptione vel donatione. Ecclesiasticas tantum commutatione. Clericorum vel Militum quasdam commutatione, quasdam emptione & quædam a Militibus pro DEI sunt amore donatae, sicut inferius patebit. Villa Wangzinovo taliter est acquisita: Homines quorum hæc quondam fuit Villa Naroch-nici Lubussenſes fuerunt. Quia tunc Dominus Leonhardus eam requirebat, benignitate magis quam rigore juris, cum ipso hoc modo transfigi: Villam nomine Lazcovici & Villam de Kamene, quas nunquam tempore Patris mei de jure potuit obtinere, nomine commutatione ei contuli, & ipse cum gratiarum actione de Wangzinovo *sanc&to Bartholomeo* cessit, Martinovo, Pater meus a Stephano filio Martini per villam prope Lozzin sitam, nomine Blizocino commutavit. Tunc eidem Stephanus cum Slesiam exivisset, Pater meus eam comiti Beroni contulit, sed postmodum prædictus Stephanus veniens, eam a Karolo filio Beronis evicit. Et ego misertus Caroli, juvi eum, ut ipsam a Stephano redimeret, quam XIII. marcis redenit, & quod nunquam eam de cætero repetere posset, *jussus est prout moris est, baustum aquæ ebibere, sed ego parcens verecundia sua, præcepi ei in Cipho argenteo medonem propinari, & ebibit coram me & meis Baronibus contra se in Testimonium.* De Villa Blizzovo partem a Martino Borissich XII. marcis argenti comparavi: Aliam partem filii Theodori & Stephani & cognati eorum evictam coram me & meis Baronibus. *Beato Bartholomeo* contulerunt. Tertiam eidem Villæ partem cum Decima a Monachis de Lubens, conferens eis per commutationem stuchovo sitam supra Kozi, commutavi: Particulam prædictæ Villæ, quam sibi Bagdanus Presbyter pertinere dicebat, licet ea a patre meo & suis Baronibus in Jure fuisse abjudicatus, & coram me eam nunquam de jure retinere potuisset, tamen ut nullam querelam idem vel sua posteritas habere posset, ipsum IIII. marcis placavi, quas cum bona voluntate acceptavit. Quintam partem ejusdem Klisovo, quæ Zancirovo nuncupatur, quam Pritzlaus filius Prozimir ab hæredibus emerat, dans ei Villam quæ Brilovo dicitur, Narochniconum de Lubens, commutavi. Rozerovo cum decima a congregatione sanctæ Mariæ in Vratislau commutavi, dans eis ad Tinich partem de Milino, Flexus multa prece ipsorum, quam sub Patre meo in judicio perdiderant, nec poterant de jure requirere, mihi recepi pro codem sortem in Mazlech, & ut eorum meliorem commutationem, causa precis & orationis eorumdem: Gorcam eis cum meis Baronibus circuivi, & addidi eis villam nomine Kneygnici, & plura quam promiserim. Insuper in Budissou, quicquid de jure perdiderat Ecclesia Sanctæ Mariæ, reddidi Domino Alardo Abbatii, committens fidei suæ, ut ipse reciperet ibi, quicquid videretur & fuisse aliquando Ecclesiæ suæ,

suz, sive juste sive non. Et ipse pro beneplacito suo recepit quantum ei fuit visum. Ad hæc etiam curiam dedie ei in foro Vratislavensi pro Decima de Zozerovo Apud Johanneum filium Brictii circuitum Villæ ejus per Villam nomine Legche, commutavi, Partem ejus a Nicolao filio Gregorii quam emerat, & quæ Nicolayovo vocabatur, commutavi, dans ei Villam prope Vcnam nomine Golerzave & sortem mei pistoris ibidem: Item apud Benicum Decanum Vratislavensem cum consensu Domini Cypriani Episcopi & Canonico-rum commutavi partem Villæ Zulizlavich, & dedi ei sortem nomine Soraw & sortem ibidem Opacovo dictam, & pro eodem Opacovo quod dedi sancto Johanni, & pro Villa quæ vocatur Luentcech, quam ad Ducatum recepi, dedi *Beato Vincentio* Villani juxta Zobisch, quæ dicitur Kneynici, quæ diu perditæ, non poterat de jure requiri, & sortem Camerarii mei Vissote, & Villam Falconariorum in Vratislau, quam Judæi Joseph & Thalzel habuerunt. Super addidi etiam Beato Vincentio mensam carnificiæ in Cozcomlot, quæ mihi spectabat. Ne itaque quispiam prædictas Villas quas in Trebnitz dedi possit, evincere, omnes univi, & tempore bonæ memoriae Cypriani Episcopi cum meis Baronibus ambivi & signis munivi, Tota autem Decima quæ in ambitu totaliter continetur, ex integro est *Beati Bartholomei*, In quibusdam Villis ratione Sancti Petri Capellæ, In quibusdam donatione Episcopi Cypriani, sicut in Malusino, Rassovo & in parte Brochocirio, quia in Malusimo tedit Decimam Cyprianus Episcopus Beato Bartholomeo B. Decano annuente, qui ipsam tenvit: De Rassovo autem & de parte Brochocino, idem dedit ibidein Decimam Magister Ottone cui spectabat, consentiente, & ei loco ipsius Decimæ dedit Kovale & Villam Zventosich, quæ erant Bernardi præbendæ, Bernhardus vero pro his duabus & pro medietate Villæ Minich ab eodem Episcopo Zkorimice juxta Legnitz recepit. Sciant autem universi, quod forum quod quondam in Trebnitz fuit, Avus meus ad remedium animæ suæ ad utilitatem Canoniconorum transtulit in Zirgvitz, quod longis temporum spaciis permanit, quod ego approbo. Verum quia necessarium est Beati Bartholomei Monasterio forum aliquantis per habere in Vicino, favore Domini Episcopi Cypriani, & omnium Canoniconorum forum in Trebnitz, sine diminutione Zirgquzensis census statui, & quia plebs perfora divisa minor est ad Singula, præsuīno quod forum Trebnicense foro Canoniconorum propter nimiam Vicinitatem detrementum valeat irrogare, Quod ne fiat, Canonicis VII. marcis argenti, in Vratisl. thelonio, provenientibus diminutionis suspicionem resarcini, quod tam meo quam Episcopi Cypriani & omnium Canoniconorum assensu firmatum est. Cæterum Monetarius in renovatione monetæ ibi habeat jus säl vendendi tribus foris, sicut in aliis locis. Et secundum quod Tabernas in foro Trebnicensi sitas, & Tabernam in Vratislau de Birvechnick dedi Conventui in Trebnitz. De singulis vero Vratislavensis Tabernis ad me spectantibus & de Uratzenibus dedi eidem conventui singulis septimanis XX. denarios ad pisces. Item in itinere meo de toto circuitu, tenentur Trebnenses nihilo duos currus & duos Custodes dare, præbeant more militari. Non judicentur nisi a suo judice, sed si grandis emer-ferit causâ, coram me vel Castellano Vratislavensi & ubicunque judicentur, Claustro suo dent adjutorium, præter hoc quod Judici spectat, quod Treschne dicitur. Contuli quoque Beato Bartholomeo Villam nomine Kotuvici cum hominibus, & cum omni quod illic Circuivi. De eodem etiam ambitu duos currus & duos Custodes habe-re debo in transitu, & ipsi conductum ducant more nobilium. Hujusquoque circuitus Decimam dedit Dominus Episcopus Cyprianus Beato Bartholomæo, consen-tiente Lamperto Canonico, cuius prebendæ pertinuit, data sibi commutatione totius Villæ Minich: cuius pars media spectabat præbendæ Bernhardi, media vero Beato Petro in Trebnitz, Dedi etiam Villo nomine Ozorovici, & ipse eam circuivi, Et cum modo pertineret Decima parochiæ Beatæ Mariæ in Legnitz, Cyprianus Episcopus ut eam in Trebnitz daret, voluisse totidem aratris quot ibi erant commutare; Clemens Plebanus illius Ecclesiæ me precibus evicit, ut cum Radack milite de villa sua Chinino dans aliam sibi pro ea facere concambium, & præfatum Chinino ubi propter recessum hominum Clementis Decima penitus perierat hominibus replerem, laudans hoc pacto cedere Decimæ de Ozovovich, & commutationi ablatae ab Episcopo, quod prius quam feci ipse Clemens præfatæ Decimæ penitus renunciavit. Episcopus vero Cyprianus factum nostrum approbans Decimam de Ozovovich perpetualiter assignavit Con-ventui Trebnicensi. Præterea Dominus Cyprianus Episcopus cum consensu Canonico-rum contulit congregationi Trebnicensi Decimas ad Zeinau & ad Zcobno pertinen-tis, quam collationem Sigillo suo roboravit. Dominus etiam Papa Innocentius III. pri-vilegio suo hoc confirmavit. Similiter Dominus Heinricus Archi - Episcopus Gnez-

densis. Sciant autem præsentes & futuri, quod omnia sæpedicto Claustro collata, & Dominio præstante in futurum conferenda. Dominus Cyprianus Episcopus cum suorum collegio Canonicorum in Octava Epiphaniæ Ducatus mei anno II. & Episcopatus sui etiam II. sancti: monialibus in prælibatum locum introductis, cærevis in terram jactis & extinctis sub poena districti Anathematis confirmavit. Venerabilis insuper Archi-Episcopus Gnedzensis Dominus Heinricus proxime post hæc in festo Beati Vincentii, casualliter super veniens Vratislaviam, memorati Episcopi confirmationem & anathema cum eo pariter coram omnibus Canonicis & multo populo in superiori choro Ecclesiæ, accensis & extinctis Cærevis nihilominus innovavit, Acta sunt hæc Anno ab incarnatione Domini M CC III. Procedente tempore Laurentio Episcopo existente, rogatu Sanctimonialium & multorum hominum inductus Consilio, & quia mihi ipsi Videbatur competentius, ut firmioribus & manifestioribus Signis ambitus Trebnizensis terminaretur, illam fortem quæ dicitur Soraw, quam prius, B. Decano pro parte Zülizlinch dederam & aliam partem de eadem Zülizlinch cum Decima quæ ad rivulum qui dicitur Vischava remanserat, a memorato Episcopo cum consensu sui Capituli commutavi, dans Beato Bartholomeo usque ad prænominatum rivulum Vischavan, qui tunc villam Zülizlich præterfluebat, nunc autem tam Trebnensem circuitum quam reliquam partem Zülizlich distinguit. Beato vero Johanni pro hac dedi Villam conterminam Czirquitz, quæ fuit Comitis Andreæ Ranyky. Sed de voluntate ipsius data beato Bartholomeo cum duabus filiabus fratribus sui Vesulavi. Dedi etiam ei Bozechovo Zedlische, & prata circumiacentia. Præterea dedi eidem bonam partem terra ad Zirgitzusque ad agrum, quæ dicitur Zucha, quæ erat a Comite Berone sub patre meo & ab Ozzada Zavon addita, nec poterat requiri de jure. Præterea pro duobus agris, quos tempore Domini Cypriani Episcopi juxta Rozerovo in errore pertransieramus, dedi sancto Johanni magnum agrum meorum hominum Birzan juxta Zucham, qui similiter ad Savon ablatus erat. Et addidi eidem ad Gilzech meorum agozonum, quæ dicitur Kosanovo & agros meorum hortulanorum, & fortem mei molendinay cum Molendino, & ultra Tabernam aliquod agros, Et Langultra Curiam Episcopi, inter Oderam & Lacum ejus situm. Insuper contuli Dino Laurentio Episcopo & hominibus ejus de Pilzech usum quercenti, tam in glande quam in lignis aridis sine substantiali detrimento quercenti. Et in propria persona ad Pilzech circuivi: Dedi quoque ei Molendinum juxta *sancrum Petrum* in Legnitz & in Zrcobino duas. homines Sdanum & Nozalam fratrem ejus cum pueris & Villa eorum. Insuper enim Wilck & Henrico fratre ejus filiis Michaëlis Cambivi Panglovo, cuius partem ad rivulum dedi Beato Bartholomeo, Reliquam extra rivulum dedi Magistro Jacobo lapicidæ. Et ipsi pro Panglovo dedi Domanicovo, quod dicitur Gorca in Provincia de Nenchi juxta villam eorum. Item apud Johannem Cantorem & fratres ejus Dominum Egidium & Petroonem militem, & Nicolaum nepotem eorum cambivi Benicovo dans Cantori Villam in Vidau, de qua deduxi meos hortulanos & Camerarios. Et Domino Egidio dedi Raprachovo de gratia, quod nullo jure requirere potuit, & hoc acceptavit pro parte sua & marcas argenti quinque addidi sibi. Villam vero quæ dicitur Indrichovo, quam pater meus dederant Janis filio Galli Capellano suo & post mortem ipsius & filii sui ego dederam Villam prædictam & Villæ alterius juxta Laufitæ Janissi partem filiabus ejus duabus, quæ postmodum sanctimoniales factæ, se ipsas & Villas *Beato Bartholomeo* contulerunt: Rogata & consensu Trebnensis conventus dedi Petrossni & Nicolao, pro parte hereditatis eorum. Postmodum Cambium cum domino Cypriano Episcopo inceptum, sed eo morte prævento, cum successore ejus Domino Laureatio Episcopo cum consensu Capituli sui feci de parte Villæ Episcopi, quam Dobrogost habuit, dans ei partem hominum meorum Villæ Zlaviconis, & fratrum suorum, quæ est ultra rivulum nomine chachea, & partem Villæ Episcopi, quæ est citra rivulum prænominatum. Dedi hominibus meis Zlavicow, & fratribus ejus, & ipsos cum eadem Villa dedi Beato Bartholomeo. Et idem pro Janichovo, quod tempore Cypriam cambieram. Sed limitibus Trebnensisibus tempore Domini Laurentii Episcopi inclusi, cum consensu Capituli Vratislavensi dedi Beato Johanni Villam nomine Vzemovo, quæ est juxta Operovo, Et Domino Egidio de Urazragatu suo pro decima de yancihovo, indulsi ponere Tabernam, juxta Villam Operovo quam Beato Johanni contuli, pro anima patris mei & refectione anniversaria quam pro illo constitui. Item Paulo Canonico Vratisl. filio Jobannis pro villa sua quæ Paulovo dicitur, ad multiplices præces ejus dedi partem Villæ quæ dicitur Moreffovo sitam inter Lessnich & Pilavam, Et sciendum quod Villarum, quas secunda circuitione ambivi Trebnensis inclusi.

clusi Dominus Laurentius Episcopus Decimas sie quæ prius non spectabant cum Capitu-  
li sui consensu plenarii contulit: Sunt igitur totius ambitus Decimæ tam a Domino Cy-  
priano quam ab ejus successore Laurentio plenarie Beato Bartholomeo Collatæ. Ego  
vero cum eodem Domino Laurentio Episcopo & quibusdam Canonicis & cum meis Ea-  
ronibus denuo circuiens ambitum Trebnizense munivi signis, scilicet aggerum erectio-  
ne & arborum signatione, sed cum hæc signa mihi minus sufficientia sint visa, ad majoris  
abundantiam Cautelæ decrevi Lapides nominis mei literis insculptos juxta quosdam ag-  
geres ponere, Sunt autem hæc loco in quibus hi lapides suffossi sunt. Primus locus est ubi  
oritur rivulus qui vocatur Vischava qui dividit Trebniz a reliqua parte Zulizlavich. Secundus  
inter Villam Episcopi que dicitur Navoyovici & Rassovici Nichalovici. Tertius inter  
Opacovici & Rassovo & Navoyovic. Quartus vero ubi oritur rimulus Vesna, inter Opa-  
covici & Brachacino. Quintus vero ubi oritur rimulus scilicet altera pars Vosnæ quæ  
tundit Brochocino per medium, Sextus in ortu rivuli qui dicitur Ozzono, inter Machni-  
ci & Brochocino. Septimus inter Machnici & Panglovo & Brochocino. Octavus vero  
ubi oritur rivulus, qui fluit per Panglou & idem disternat, usque ad alium qui fluit per  
Villam Benicovo: Itemque est signum usque ad locum in quo Benicovo Petroovici Van-  
grinovo concurrunt. Nonus in yazuini inter Potroovici & Minici & Vangrinovo. De-  
cimus in via Urazensi inter Minici & Zuarocovici & Vangrinovo. Undecimus super  
rivulum qui dicitur Deschnica inter Vangrinovo & Drossovo & Zuaracovici & Kovale  
& Malchovo, Quartus decimus inter Britzovo & Domanovici & Paulovo super Zemni-  
eam. Quintus decimus super Luplam inter Schikovici & Brichovo. Sextus decimus  
super Junicam, qui rivulus est in signum donec eum intret aliis qui dicitur Vischava. Item <sup>Ao. m. p.</sup>  
Vischava est in signum, donec eum intret aliis qui dicitur Granzna. Item ipse Granz-  
na est in signum usque ad ortum suum, Facta est autem hæc ultima Circuitio Anno ab in-  
carnatione Domini M. CC. XVIII. Ducatus mei Anno XVII. Episcopatus vero Domini  
Laurentii Ao. XI. Omnia itaque sic in Trebniz disposita & ordinata ad bonorem DEI & Bea-  
ti Mariae semper Virginis Beatique Bartholomei Apostoli, Donavi sanctimonialibus Cistertien-  
sis ordinis & fructus eis servientibus, usibus earum in perpetuum profutura. Et sciendum  
quod imo hunc sanctimonialium ordinem prælegi, quia cum triplicis ordinis in terra  
mea sint claustra, ad quæ Virilis Sexus configere poterat & potest, pro salute animarum  
Claustralis quietis refrigerium solummodo Sexui deerat mulibri. Sed modo in sæpe  
memorato Claustro per Dei misericordiam fragilitas muliebris habere possit configuum  
pro suorum expiatione peccatorum. Rogo igitur Universos & firmiter interdico, ne quis  
unquam aliquem Monachorum ordinem in prædictum claustrum inducere præter hunc  
Sanctimonialium ordinem moliatur. Et quicunque fecus fecerit, præcor DEI & omni-  
potentem & memorati loci patronos, ut quæcumque persona sit ille vel illa, plaga terribili  
& insanabili a planta pedis usque ad verticem feriatur. Rogavi & Dominum Papam In-  
nocentium III. ut idipsum & omnia supra scripta sub horrendi Anathenntis sententia con-  
firmaret & Dominum Henricum Archiepiscopum poloniæ & Cyprianum Vratitlayensem  
Episcopum & ita fecerunt.

#### XLI V. Donatio Henrici I. Barbatii duarum villarum Tuzmanstorff & Hartlibsdorff Monialibus in Trebniz facta Anno 1223.

**I**N nomine Patris & filii & spiritus sancti Amen. Cum ea quæ ex largitione Principum <sup>HENRICUS</sup>  
DEO & sanctis ejus offeruntur, Necessario sibi indiget remedio Scripturarum subve-  
niri, & Testium Adminiculo, Ut sint gestarum rerum stabile & perpetuum firmamentum.  
Ego Henricus DEI & Beati Jobannis, Patrisque mei Boleslai Ducis gratia Slesiae Dux. In <sup>BOLEZLAI</sup>  
remissionem Peccatorum meorum, & pro salutaribus incrementis animarum Patris &  
Matris & omnium Progenitorum meorum, omniumque Christi fidelium: Ad bonorem <sup>villas suas</sup>  
DEI sanctæque Marie Virgines: Et Beati Bartholomei Apostoli, Meas duas Villas Tucz-  
mansdorff & Hartlibsdorff nominatas sic in Vulgari, in Castellatura Lewmbergensi, situa-  
tas, Cum Baronibus meis prout mihi divina indidit Clementia, Uno ambitu Circuivi: <sup>Tuzmans-</sup>  
Et quicquid mei Dominii & Juris fuit & est Villis eisdem, nihil excipiens: Quod ad Du-  
catum spectabat, tam in spiritualibus, quam in temporalibus, cum omnibus libertatibus <sup>dorf</sup>  
& immunitatibus, Agris, Sylvis, Pratis, Montanis, lapidum, Cenibus, & Universis Seruiri-  
is Monasterio Trebnensi, Quod per me est fundatum, Donavi, Dedi, & plenarie contuli,  
<sup>in</sup> <sup>Castellatura</sup>  
<sup>cum</sup> <sup>Lewmbergensi</sup>  
<sup>nominibus liber-</sup>

tam in spiritu. nomine perpetui Testamenti, Monialibus inibi Deo famulantibus, & fratribus eis servientibus: Ad Perpetuos Uſus eorum valitura. Statuo etenim, ut singuli proventus cedant de iam dictis Villis & pertineant de infirmitiorum, pro consolatione & refectione infirmarum Virginum Monialium in Trebnitia depræſſarum Variis periculis infirmitatum. Volo igitur, Ut Incolæ Villarum Twzmannsdorff, & Hartlibsdorff, non respondeant coram Castellano, nec debeant Citari. Neque teneantur ad ædificationem Castrorum, ab omni expeditione sint inimunes. Nullus judex nec Castellanus Judicium habere debet in Villis memoratis: niſi Procuratores Ecclesiæ Sancti Bartholomei de Trebnitia. Decerno & Universis meis successoribus injungo in æternum firmiter observari, Ut Schulteti dictarum villarum duarum Scultetias & hæreditates suas a Monasterio Trebnicensi ſuscipient. Et Abbatissæ præfati Cœnobii collationem earundem, cum servitiis & collationibus Ecclesiæ, & Juspatronatus ſuper illus Ecclesiæ, perpetuis temporibus obtinebit ab omni exactione, Petitione Collecta ſine auxilio a Duce exempti, Petitione Collecta ſine auxilio a Duce exempti permanebunt, exempti etiam a singulis Angariis, In quod Powoz, Narzaz, Przewod, Lessne, & omnia quæ ab Angariis pertinent debent cefſare in perpetuum in eisdem Villis. Hospitationes vel stationes Principum aut quorumcunque ab iisdem villis remoyeo, Depono penitus ab omnino. Sed pro ſuſtentatione, refectione, conſolatione infirmarum ſive infirmorum, ad infirmitiorum Trebnicensiæ integra & illi lata conſerventur. Rogo igitur & firmiter interdico universis Chriſti fidelibus, nec quis unquam huic meæ donationi auſu temerario præſummat contrarie. Qui ſexus fecerit: Exoro D E U M Omnipotentem Creatorem celi & terra, Ut quæcumque Persona fit ille vel illa, Patronis ſuffragantibus loci memorati, ſemipaternæ indignationis favorem ſuper ſe noverit incitaffe: Et in die novifimo cum Justis non resurgent, ſed cum Juda proditore pefſimo & inpiis, maledictis, portionem accipiat, & Damnationi perpetua æternaliter confuſi ſubjiciantur. In testimonium ſempiternum, omnium præmissorum, præſentem Chartam ſcribi mandavi, Sigilli mei niunime roboratam. Actum in Lewnberg: Sexto Calendas Auguſti, Anno ab incarnatione Domini MCCXXIII. sub testimonio Domini Laurentii Episcopi Vratislavienſis: Domini Laurentii Lubucensis Episcopi. Domini Conradi Prutenorum Episcopi: Henrici de Legnitz, Crizani, Notariis meis, Jerozla de Rutzezen, Przeldani de Glogovia. Stephani de Buchoni, Przibislai de Zandovel. Conradi de Crossen Castellanis meis. Buguslai Judicis, Jacobi Voxilliferi, Michaelis Agaze. Datum per Laurentium Canonicum Vratislavienſem Notarium Curia noſtræ.

#### XLV. Donatio Henrici I. Barbari villa Lanke Monialibus in Trebnitz facta Anno 1223.

**HENRICUS BOLEZLAI F.** IN nomine Chriſti Amen. Noverint Universi, præſentes & futuri, Quod Ego **Henricus DEI gratia Dux Sclesæ**, contuli Ecclesia Beati Bartolomei in Trebniz Villam, quæ Lanke vocatur, cum omnibus suis pertinentiis, addens eidem lacum Meduad in provincia Croſcensi, qui prius ad prædictam Villam non pertinebat; Præterea Conies Przibislauſ rēdemit Villam quæ Zarnovo vocatur, quam frater ſuus Dvizeck filius Gozlaui, Domino Vitulao Decano Pasnaniensi, vendiderat cuius medianam partem prædictæ Ecclesiæ doño dedit, pro reliqua vero parte commutationem recepit, ſcilicet Villam Johannis filii Martini in Pömdlſeo. Utramque igitur tam Lanke quam Zarnovo, ego mei expensis locabo jure tentonicali, ex omni earundem utilitate, Quæ in argento, in annonा, in melle, in Lacubus provenit, ſtatuiens duas ſolemnes refectiones, Unam in die Beati Bartholomei, Alteram in anniversario, post decurſum vitæ meæ. Quicquid autem expletis duabus refectionibus ſuperfuerit, hoc cedat ad veftitum Dominarum. Confero etiam Utilitatem Villæ quæ dicitur Archiraczdorff, ad veftitum Dominarum. Actum in Virdelou ſexto mens Julii: Anno ab incarnatione Domini 1223. sub Testimonio Domini Laurentii Vratislavienſis Episcopi: Domini Conradi Prutenorum Episcopi. Henrici de Legnitz. Nicolai Crizani notariis meis. Stephani de Chelin Jarozlai de Kezen. Prezdlavi de gloſou Stephani de Bitom, Przibislai de Sandovel. Conradi de Crossen. Peregrini de Barbo. Castellanis. Boguslai, Judicis Curia, Pandugini Pincernæ Misconis. Dapiferis. Nicolai, Agaze, Jacobi, Vexilliferis.  
**A&um:**  
**Iu. Viedelow:**  
**VI. Julii:**  
 1223.  
**Testes:**  
 1.) Episcopi:  
 2.) Ministri  
 &  
**Officiales Du-**  
 eis

**XLVI. Diploma Henrici I. Barbati super foro Trebnicensi**  
A. 1224.

**I**N nomine Domini nostri Ihesu Christi Amen. Rerum gestarum præteritarum Veritas ad memoriam posterorum non pervenit, quam scriptorum auctoritas non manifestat & ostendit. Hoc Ego *Henricus Gratia Dei Zlęzie Dux* cautius considerans scire volo tam præsentes quam posteros: Quod proinde cupiens commodis & Utilitatibus intendere Monialium in Monasterio Trebnicensi DEO famulantium, meæ fundationis, Hæc et iam defectibus ipsarum in Virtualibus obviare. Et quia præter forum eas sit permanere difficile, in quo sibi necessaria aliquando suis denariis pro restauratione meliori valeant comparare, forum vel oppidum ante fores Monasterii, de consilio Baronum meorum <sup>HENRICUS BOLEZIAI FIL.</sup> forum Monasterii Trebnicensis certis Limitibus circumscribitur: In quo mercaturæ vel mercimonia: Sal, Panni, Carnes, Cerevisia, Panes & omnis mercatura vel omnia venalia vendentur & ementur, ab omnibus ibi ad forum venientibus: Locavi ego & disposui forum ante oppidum Trebnicense per istum modum: Quod incipiendo *palum incusfi in rivulum* in oppositum, directæ, profundæ Viæ, quæ *Kuklinka* nominatur, intendens ambitum facere Oppidi jam dicti: Et hoc primum signum & meta mee fit circuitionis: Et sic ultra gradiens in rivulo prædicto sursum usque ad fontem ex quo oritur rivulus prædictus, qui fons *Cadlubka* vocatur perexi. De fonte vero Cadlubka iterum modicum regrediens tendendo ad dextrum propter sortem bonorum Radconis, quem occupare volens transivi sursum relinquens sortem hæreditatis Radconis ad finistrum, & ira pergens usque ad iter, quod ducit de Vangrinovo ad Capellam Sancti Petri, & ibi quiescens secundum palum incusfi, Deinde ulterius procedendo ad dextrum descendens circa finem fovearum profundarum usque ad terminos hæreditatis Droschwo, & ibi stans incusfi palum Tertium, ex hoc transivi directe tenendo limites hæreditatis Droschov ad finistrum usque ad terminos & limites hæreditatis Zanzirzovo ad sinistram usque ad Viam quæ dueit de Malschowo ad Capellam sancti Petri, & stando quintum palum incusfi. Ab eo vero loco signato in via eadem deambulans usque ad montana Lagoschii, ignibus hortulani residentes circa Capellam sancti Petri laborant prohumulo & ibi quiescens sextum palum incusfi. Et ita ulterius procedens contra solem tenendo montana prædicta ad finistrum usque ad limitem in qua *Crux Boguchwali bone memorie stat erecta*, & sic de cruce ea ad dextrum paululum descendit iterum ad Viam quæ dicitur de Malzovvo ad Capellam sancti Petri. Et in eadem via modicum pergens usque Vineam Bogdani & Bogumil fratribus, & ibi stans septimum palum incusfi: A quo signo descendens ad dextram circa fossatum Vineæ jam dictæ & circuivi Vineam, ut non molestarem fratres præscriptos, transiens iterum ad Viam jam sapientius descriptam, per quam viam directe decimavi usque ad meum locum, ubi fossata dicti oppidi fodere decrevi & ibi octavum palum incusfi. Et ita ab eodem signo penes locum fossati faciendi orbiculariter transiens iterum ad viam & non citra usque ad rivulum prius nominatum, in quem palum primum facti per me ambitus incusfi. Et circuitionem hanc per singula signa circumquaque solato non magno mandavi circumfodi & limitari, ut quicquid in ambitu illo Utilitatis est, vel in posteram *DEO auxiliante* accreverit claustro in æternum permanebit: Duo mansi Capellæ prout ab antiquo *sanc-*  
*ti Petri* spectabunt, unus mansus liber & alter censualis ad *Advocatiam* pertineant. Tres vero mansi pro areis & loco oppidi & paucis cives obtinebunt. Quicquid autem citra dictos septem mansos de agris per mansuram in ambitu jam dicto per Procuratores Monasterii inventum fuerit, hoc ad usum Monasterii prout melius fieri potuerit, convertatur. Omnes exactiones, Collectas, Powoz, Przevod Narzaz & omnia pertinentia ad Angarias eidem Monasterio liberaliter assignamus, nomini Veri & perpetui Testamenti. Nihil penitus juris neque dominii ibidem ad Ducatum reservando. *Collationem & Jus Patronatus Capelle sancti Petri, Abbatissa obtinebit.* Volo igitur ut omnis pensio mercaturæ usque ad minutissimum quod est Gruvella & cæpe, quod Targovve dicunt per tineat ad Monasterium Trebnicense. Decerno & ordino, ut sal in dicto oppido a nemine vendatur, nisi a Procuratoribus Ecclesiarum sancti Bartholomæi: *Quicunque sol adduxerit ibidem de quoque curru unum quarale Salis ad Monasterium præsentabit.* Similiter omnia macella carnium & scumma Panum & futorum, sarcorum, fabrorum, & omnium Operariorum Utilitas cum collecta Podvorovve dicta ratione decimæ ab areis exigendæ ad Monasterium pertinebunt. Nutrium etiam *Caldrum* dictum cum una & quæ Redi-  
tus ex isto Foro  
percipere Mor-  
nasterium de-  
beat speciatim  
recesserit:

*Czeccina libera de Cobelitz addidi Monasterio, qui in die fori edicta Monasterii proclamare & homines ad præsentiam *Judicij* trahere vel evocare in perpetuum teneatur. Et tergowe custodit diligenter & recipiet & congregat omnes Utilitates in præscripto foro eos Monasterio fideliter præsentando. Et quicunque ad forum annuale ibidem adduxerit pannos, de quolibet panno dabit dimidiā scotum Tabernatores & quolibet plaustrata Cerevisia duos scotos argenti solvere tenebuntur. Statuo etenim ut omnia Jura judicandi tam supremarum causarum quain infimarum super effusione sanguinis, super furta & homicidiis nihil eorum excipiens quæ pertinent ad iudicium, quemadmodum ad meum Ducatum spectabant, ad Procuratores Ecclesie sancti Bartholomei Apostoli judicanda pertinebunt, nemine impediente, injungo igitur Universis Christi fidelibus & firmiter interdico, ne quispiam studio malignitatis huic nostræ Donationi temere derogare moliatur. Qui secus fecerit, indignationem Dei Omnipotens & Mariae matris ejus virginis illibatae, & omnium sanctorum & Patronorum loci, noverit incursum: Et Majestatem sancte Trinitatis & individuae Unitatis, in die novissimi Judicij non intuetur. Sed cum Dathan & Abyron perpetua damnationi includatur in æternum. In hujus facti & gestæ rei memoriam hanc paginam scribi mandavi Sigilli mei munimine roboratum.*

**Aetum:** Actum Trebnitz intrando: Majum primo die: Testes: 1) Castellani & 2) Officiales DUCIS. Ao. 1224.

**Trebnitz in-**  
**trando :** intrando Majum primo die sub præsentia testium fidelium subscriptorum, quorum nomina haec sunt: Sobeslaus Comes de Croffen, Stephanus Castellanus de Glogow. Boguslaus Vratislaviae Castellanus. Radslaus de Boleslavitz Castellanus. Jawornis Judex meus Grziniuslaus Conradi filius. Stephanus Castellanus de Nimtz. Gallus Thesaurarius meus. Prziboviūs frater ejus & alii quam plures probi viri & honesti. Datam per Laurentium Canonicum Ecclesie Vratislaviensis. Ab incarnatione Domini Anno Millesimo CC. Vicefimo quarto.

## XLVII. Donatio Henrici I. Barbatii villæ Lazi cum mellificibus & aliarum Villarum utilitatibus Monialibus in Trebnitz facta

Ao. 1224.

**HENRICUS**  
**DUX SILE-**  
**SIÆ**  
in introitu Fi-  
lie sue in  
Claustrum  
Trebnitz vil-  
lae Lazi:  
Dobram:  
Groveno:  
& Viezdel cum  
Mellificibus  
Cœnobio  
Trebnicensi  
confert:

omnia Jura  
qui Moneta-  
rius in Treb-  
nitz habuerat  
tollit:

imo villas Do-  
maviovam:  
Gandikovo:  
Forum Olo-  
bock:

**R**erum gestarum Præteritarum Veritas ad memoriam Posteriorum non pervenit, quam scriptorum auctoritas non manifestat & ostendit. Hoc ego *Henricus gratia DEI Dux Silesiae* cautius considerans. Scire volo tam præsentes quam Posteros. Quod in introitu Filie mee in Claustrum Trebnitz: Contuli Beato Bartholomeo ejusdem loci Patrono tres Damnisas mellis, & quinquaginta parvas plaustratas foeni quæ mihi de Stante in Militz prius pertinebant: Dedi etiam Villam Lazi cum mellificibus meis Přistnice, pro qua dedi Bogumilo & fratri suo Mlozeoni duas fortes decimaram, & tertiam eorum quæ dicuntur Naroshenici juxta Swinbrod. Recepérunt etiam Villam in Dobra, quam Bogumilus Concarkovec de licentia mea Claustro contulerat, Addidi quoque Grovono cum mellificibus & decimis omnibus. Similiter Viezdel cum mellificibus, pro quam tota & parte de Sessovvo dedi Laurentio filio Stanislai Villam nonine Berice, & Villam hominum meorum Chechi, insuper acceptavit Villam quam Chazlavus me concedente Claustro dederat. Prædictis autem mellificibus indulsi partem pensionis, solvet autem qui quatuor boves habet, VIII. Dannizas, & qui duos habet, quatuor. Istud vero mel cum melle de miliz edat ad potum dominarum, & cera ad illuminandam Eccleſiam. Statuens ut perpetuo, nocte ac die careus ante Altare Beati Bartholomei ardens nunquam deficiat. Has itaque omnes prædictas villas ego in persona mea sub uno ambitu circuivi, & certis signis limitavi, ut quicquid ex ambitu illarum est in præsenti, vel in posterum acreverit, claustro permaneat: Addidi etiam Tabernam in Vratislavia in fine pontis, & unam mensam ad macellum, ut secum mihi claustrum recipiat, & in utroque tam in taberna quam Macello nullus aliquod jus habeat præter claustrum. Omnia etiam jura quæ haec tenus Monetarii in Trebnitz, habuerunt, tam in foro quam in Tabernis, penitus relaxavi, præter quod in renovatione monetarum, per tria fora monetarius solem vendat. Præterea villam quæ dicitur Domaviova, quam Petro filio Vogeslavi contuleram, amici sui post mortem ejusdem Sancto Bartholomeo contulerunt. Et ego Capellam in eadem Villa & Villas melitum, qui dicuntur Pogrodschi, & aliorum hominum Villas eidem Villæ adjungens in propria Persona unum ex his Circuitum feci, Villam quoque Gandikovo, quam Domino Roudberto Capellano contuleram, Quia idem Roudbertus, pro quadam pecunia mihi & Claustro obligatus descensit filio suo consentiente sæpe dicto claustro

claustro contuli. Insuper dedi Molendinum super Vidavam juxta pontem Mikore & loco propriis expensis CL. mansos teutonicis juxta Kirstnicae, ut Claustrum quinque pauperes procuret, in Victu & Vestitu. Ad hoc contuli Olobok forum cum villis & lacibus, & universis accidentiis, statuens ut de Annona, lacibus & melle duæ refectiones fiant, Una in die Beati Bartholomei, alia in anniversario, meo, ita quod in utraque abunde & honeste conventui serviatur. Census vero argenti earundem villarum totus in Vestitu congregationis expendatur. Adjunxi etiam Villam Hardtprestdorff nuncupatum, habentem quinquaginta mansos, cuius tota Utilitas similiter ad vestitum proveniat. Facta sunt hæc Ao. Domini M. CC. XXIV.

An. 1234.

### XLVIII. Donatio Henrici I. Barbatii certarum hubarum prope Monsterberg Monialibus in Trebnitz facta.

Anno 1234.

**I**N nomine Domini Amen. Quia sicut videnius & frequenter audimus, Mors æquo pectoris pulsat tabernas pauperum & turres potentum, Nec sit aliquid sub sole quod non tendat ad interitum: Ego igitur *Henricus DEI gratia Slesie Dux*, gestarum mearum seriem HENRICUS generationi præsenti, & generationi advenienti notam facere cupiens: Scire volo universos Quod Ego pro remedio animæ meæ Mansos, quos Teutonici Huben vocant, Mansos quos- inspiravit divina clementia, prope Monsterberg, id est, Sambice, Incipiens circuitum prædictum modo scilicet, a passu Civitatis jam dictæ transiens versus partem æquinoctialem per meam sylvam perrexii usque ad metas Javorii ad sinistram ad metas Domaslai, Mansos quos- inspiravit divina clementia, prope Monsterberg, id est, Sambice, Incipiens circuitum prædictum modo scilicet, a passu Civitatis jam dictæ transiens versus partem æquinoctialem per meam sylvam perrexii usque ad metas Borzugevo pertransivi. Ab inde vero per directum transiens pro remedio animæ sue Cœnobio Trebnicensi confert: quoisque ad metas Konowska perrexii. Abinde vero declinando ad dexteram usque ad metas Marzinowska & Piserzovska. Abinde vero declinando ad sinistram usque ad metas Brezonov perrexii: Abinde me converti ad dexteram relinquendo sylvam Domini Episcopi ad sinistram transivi per directum usque ad metas Schuzendorff. Abinde transiens per directum usque ad terminos Ossyna perrexii. Abinde perransiens directe usque ad agros meorum Civium de Zambice ambitum nieum terminavi. Volens ab omni servitute & Onere liberos: omnes Utilitates in ambitu jam dicto, ob amorem DEI, & Beati Bartholomei, cœnobio numero CC. Trebnitiam pertinere, Ducentos mansos prædictos cum Universis inhabitationibus, & Scultetis & collationibus Scultetiarum, & Ecclesiarum, eorundem mansorum justo & recto Titulo proprietatis præfatae Ecclesiæ donavi & approbavi, nomine perpetui Testamenti. Incolæ eorundem mansorum & sculteti coram Castellano non respondebunt. Prziwodam, & Porvoz nulli teneantur, & ab omni exactione, & angaria sint exempti: & a stationibus Ducalibus sint penitus liberi: Vestigia furumi non prosequuntur. Omnipotens nihil juris neque dominii mihi & meis progenitoribus in superius dicto ambitu, & Ducantis mansis reservari, sed omnia integra pro instaurandis novis adiunctiis, & ruituris reparandis in æternum assignavi. Super quo Sigilli mei, & Sigilli Ecclesiæ de Trebnitia appensione præsentia muniri curavi. Sub Testimonio *Henrici filii mei, Thomae Vratislavensis Episcopi*: Stephani Castellani de Nemptz. Buguslai Castellani de Vratislavia fratri ejus Radoslai. Judicis majoris. Dirfikonis Castellani de Bardo. Moiconis Castellani de Bythoni. Conradi Castellani de Crosno. Facta sunt ista. Anno Domini Millesimo Ducentesimo Tricesimo quarto. Per manum Laurentii Canonici Vratislaviensis nostri Notarii.

Testes:  
1) HENRICUS  
II. F.  
2) Episc. Wrat-  
islav. &  
3) Castellani.  
An. 1234.

### XLIX. Diploma Ducum Boleslai & Conradi de Ols Fratrum super libertatibus Ecclesiæ Vratisl. & donatione villæ Pirzino & Jure Ducalis villæ utriusque Domaszino

Anno 1315. Olsna. 12. Calend. Decembris.

**I**N nomine Domini Amen. Nos Boleslaus DEI gratia Dux Silesia & dominus in Olesnitz BOLCO DUX notum esse volumus universis & singulis tam præsentibus quam futuris, quod licet pro SILESIAE gravibus damnis injuriis & offendis per nos & officiales ac ministros nostros Venerabili OLSNENSIS Injuriarum in Christo patri Domino Henrico DEI gratia Episcopo Vratislavien, nec non Ecclesiæ, Ca-

a se & Officia libus suis Ecclesiæ Wratislav. illatarum pœnitens villam Pirsino cum omni Jure Ducali  
 Jus Ducale in utroque Do- mafino  
 Episcopo & Ecclesiæ Wratislav.  
 consensu  
**FRATRIS CONRADI DUCIS SILESIE OLSNENSIS confert.**  
 Aetatis apud Olesnitz: XII. Kal. Dec. Anno 1315.  
 Testes:  
 1.) Equites: &  
 2.) Canonici.

nonicis, & Clero ipsius multipliciter irrogatur, tam in decimis, quam in aliis juribus & bonis Ecclesiasticis eorundem quæ in nostro dominio & Ducatu obtinebant & obtinere noscuntur, plenari & condignam Satisfactionem & emendam impendere non possumus, gestientes tamen desiderabiliter & volentes prædicto venerabili patri Domino Episcopo Vratisl. & ejus Ecclesiæ ad reconciliationis gratiam redire & eam satisfactionem eidem Ecclæ: quam possimus exhibere *Illustris principis Domini Conradi Ducis Silesie, & Domini de Nimbislavia fratris nostri charissimi*, nec non consulum & Baronum nostrorum fano consilio accedente pro prædictis Dominis, injuriis & Offensis in satisfactionem & emendas assignavimus & tradimus villam nostram Ducalem Pirsino dictam vulgariter prope Bolescino situatam, cum omnibus suis pertinentiis agris, pascuis & rubetis & aliis utilitatibus qui buscunq; cum omni nostro jure Ducali & dominio ipsi Venerabili patre nostro Domino Henrico Episcopo Vratislavien. & ejus successoribus nomine prædictæ Vratislavien. Ecclesiæ, perpetuo possidendum libere & habendam damus & conferimus tradimus & assignamus liberaliter. Jus quoque Ducale & omne dominium, quod in bonis patrimonialibus Domini Petri Bartholomei Canonici Vratislavien. scilicet in utroque Damascino antiquo & novo habere dinoscuntur integraliter & in totum damus, tradimus, & rationabiliter assignamus Venerabili patri nostro Domino Henrico Vratislavien. Episcopo autedicto cum suis successoribus nomine prædictæ Ecclesiæ Vratisl. possidendum perpetuo & habendum libertatem insuper per progenitores nostros datam liberaliter ac concessam & si pius innovatam in bonis & possessionibus prædicti Venerabilis patris Domini Vratisl. Episcopi, Clerci & Ecclesiæ quibuscumque in nostro Ducatu & dominio constitutis, ratificantes, nec non ratam & gratam habentes ipsam præsentibus iterum innovamus & nihilominus damus & concedimus prædictis bonis & possessionibus Ecclesiasticis omnibus & singulis in nostro dominio ubilibet constitutis, plenam & integrarum libertatem, & eximimus & absolvimus ipsa bona ab omni servitio jure Ducali & onere quolibet, quocunque etiam nomine censeantur, quam libertatem perpetuis temporibus duraturam cum nostris successoribus promittimus bona fide inviolabiliter observare & nullo tempore quo quomodo contra facere vel venire, immo excommunicatas publice in quantum potuimus & nobis possibile suit evitabimus & tenemur prædictum Venerabilem patrem dominum Episcopum & Ecclesiam ejus & clerum conservari in suis iuribus omni nobis gratia suffragan. In quorum omnium prædictorum testimonium & evidentiā pleniorē præsentes literas *nostro & predicti fratris nostri Domini Ducis Conradi Sigillis duximus roborandas*. Actum & datum apud Olesnitz 12. Calend. Decembris Anno Domini M. CCC. XV. Præsentibus Boguscone de Smolna. Johanne de Prusnitz peregrino Copassino militibus nostris Alberto filio quondam Nenkeri, Heinzkone de Wefna, Johan de Betkow dicto Brat, Jan Rudigero civi olesnic. nec non Dominis Henrico Archidiacono Vratisl. Lutoldo Scholastico Glogoviensi Magistro Arnoldo Archidiacono Glogovien. Canonicis Vratislav. Guscone & aliis multis fide dignis.

## L. Literæ CONRADII DUCIS OLSNENSIS quibus Ducatum suum BOHEMIÆ REGI feudi Nomine offert.

**CONRADUS DUX SILESIAE GLOGOV. ET OLSN. JOHANNI BOHEMIÆ REGI tanquam Vasallus**  
 In nomine Domini Amen. Noverint universi tam presentes quam posteri notitiam presentium ac copiam habitari: Quod quia nos *Conradus DEI gracia Dux Zlesie & Glogovie ac Dmnus in Olsna ob specialis amoris affectum quem erga Magnifici Principis Dmni Joannis Boëmie & Polonie Regis ac Comitis Lucemburgensis Dmni nri charissimi gerimus Celsitudinem habito nobiscum amicis quoque ac fidelibus nris Consilio diligent ac deliberatione matura accendentibus etiam favore & consensu eorundem expressis ad subscripta bonum in hoc nrum principaliter consequendum ac fidelium terrarum Civitatum honorum & bonorum omnium nrorum infra scriptorum commodum statumque in ante pacificum perpendentes Princeps & Vasallus suus heredum successorum suorum Boëmie Regum ac ipsius Regni Boëmie in perpetuum fieri & fore decrevimus, omnia & singula bona nra sub eisdem libertatibus & Juribus quibus a Predecessoribus nris ad nos pervenisse noscuntur, omnes terras nras quas ad presens possidemus vel possidebimus quocunque titulo in futurum tam citra quam ultra fluvium qui Odera dicitur, cum Civitatibus Wartembergen, Mylicz, Trebnicz, Trachnberg, Wolaw, Lubens, Winzk, Herrnstadt, & castris eis adiacentibus, cum aliis, Plazk vel Prausnik, Sandoval, cum omnibus suis ap- pen-*

**Ducatum suum feudi nomine offert:**

pendiis, Dominiis, Oppidis, Villis, Allodiis, feudis, feudalibus, Nobilibus & plebejis,  
 Juribus, redditibus proventibus & utilitatibus eorundem quocunque vocentur nomine <sup>coque titulo</sup>  
 vel in quibuscumque consistant nostro heredum & successorum nrorum Slesie & Glogo-<sup>recipit:</sup>  
 vie Ducum ac Dmorum Olsnensium nomine in Regis ipsius manibus sponte & libere  
 resignantes, ab eo in feudum recepimus perpetuum factoque sibi per nos fidelitatis debi-  
 te homagio predicto corporali nihilominus juramento ipsi Regi heredibus & successori-  
 bus suis predictis tanquam veris Dmnis nr *velut Princeps & Vasallus* eorum ac *Regni Jure Belli sibi*  
*Boëmie* antedicti parere deinceps promisimus & intendere ineisdem & contra quemlibet <sup>reservato:</sup>  
 Prncipem & hominem ipsos pro Viribus fideliter adjuvare Reservata nobis edificandi ac  
 instaurandi municiones novas in terris & bonis nr premisis & destruendi veteres ubi-  
 cunque & quandocunque nobis videbitur pro nro terrarum predictarum & hominum  
 nrorum commodo expedire libera Voluntate: Volentes & firmiter statuentes ut si forte <sup>Spe vero, Du-</sup>  
 nos heredes aut successores nr sublati de medio fuerimus, heredibus legitimis & pre-<sup>cum</sup>  
 fertim masculis non relictis, ex tunc jam dicta bona nra terre civitates & oppida <sup>Stirpe extincta,</sup>  
 omnibus suis pertinentiis ut predictur *ad fratres nros Prncipes Illustres Dmnum Henr. REGI BOHE-*  
*cum Ducem Zlesie & Glogovie Sagamensemque Dmnum ac Dmnum Joannem Ducem Zlesie MIAE*  
*& Glogovie ac Dmnum Stinavie* heredesque suos masculos duntaxat si quos reliquerint  
 si autem nullos post se masculos legitimos reliquerint ad Regnum Boëmie predictum li- <sup>salva Duci Ju-</sup>  
 bere & hereditarie debeant pertinere: Hoc tamen adjiciendum duxinus nominatim <sup>risdicione:</sup>  
 quod si nos ipsi heredes vel successores nr prefati cum clericis civibus rusticis vel Judeis  
 nr alicuius cause aut judicium questionis instauraverimus de his & hujusmodi Rex he-  
 redes & successores predicti *nobis heredibus & successoribus nr superstitibus* intromittere  
 se non debeat modo quovis: Sivero nobiles vel fideles terrarum nrarum suprascripta-  
 rum debitam per nos heredes vel successores nros de suis questionibus aut causis nobis  
 motis de quibus juxta litterarum regalium datarum nobis continentiam secundum fide-  
 lium nrorum sententiam & dictamen subire tenemur & facere Judicium assequi non pos-  
 fint justitiam Regem heredes & successores suos prenotatos adire poterunt libere quere-  
 las ipsorum proponere & defectus: Nosque heredes & successores nr predicti citati ibi-  
 dem coram Rege & successoribus ac heredibus suis Boëmie fuerint aut Polonie, coram qui  
 altero vero Prncipe per nos ab hoc Judice deputato sisti tenebimus in terra Wratislavi- <sup>in terram</sup>  
 ensi duntaxat judicium facere & subire de nobis heredibus & successoribus nr conque- <sup>Wratislavien-</sup>  
 rentibus quibuslibet justicie complimentum: Illud insuper specifice duximus exprimen- <sup>sem, non ultra</sup>  
 dum quod si fortasse nos vel successores nros gravatos Inopia debitum aut alia cauia ratio- <sup>Ducem</sup>  
 nabili aliquam territorii vel dominii aliquanti de nr vendere vel obligare contingat <sup>evocare de-</sup>  
 munitionem Prncipi nobis equali aut alteri Regno Boëmie competenti vel etiam terri- <sup>&</sup>  
 torium non habenti fideli vel Vasallo nro, ex tunc munitionem eandem sive territori- <sup>in omnibus</sup>  
 um lubeat & dominium sive non vendendam aut obligandam ipsis Regi heredibus & <sup>Urbibus quas</sup>  
 successoribus suis Boëmie Regibus exhibere pre ceteris debeamus Qui si ipsam emere <sup>Ducem vende-</sup>  
 vel cum pignore recipere noluerint Princeps ipse munitionem predictam <sup>re contigerit</sup>  
 quoque habentem emens aut pignore tenens in feudum ipsam recipere tenebitur ab eius- <sup>Jure Protimi-</sup>  
 dem Ipsisque tanquam veris suis Dmnis servire parere & intendere de eadem: Alter ve- <sup>feus</sup>  
 ro non Princeps emens vel pignore tenens munitionem nrarum territoriorum aut dominium <sup>gaudeat.</sup>  
 ut predictur non habentem a nobis heredibus & successoribus nr eam in feudum  
 recipiet: hoc adjecto: quod Rex heredes & successores sui antedicti munitiones supra-  
 dictas pro summa eadem in qua obligate fuerint vel vendite redimere valeant quando  
 velint: Illud etiam preterire nolumus quod si Rex heredes aut successores sui antedicti  
 nos heredes vel successores nros in adjutorium sibi per nos prestandum ad partes alienas  
 in Boëmiam aut Polonię evocaverint convenientiam nobis debitam ne serviis nimiis <sup>Auctum:</sup>  
 aut intolerabilibus pregravemur facere teneant: In quorum omnium Testimonium pre- <sup>Wratislav.</sup>  
 sentes litteras fieri & sigilli nr munimine jussimus communiri. Datum & auctum Wr- <sup>1329. VI. Id.</sup>  
 mnibus usibus Utilitatibus proventibus & redditibus ut est prescriptum fratres nr̄i Dmni  
 Henricus & Conradus Duces prefati nobis reddere ad Vite nre tempora tenebuntur facien-  
 tes nos predictorum omnium verum & rectum Dmnum: mandantesque omnibus & singu-  
 lis dictarum terrarum inhabitatoribus quatenus nobis ad vite nre tempora sicut ipsis ser-  
 viant & obedient ideoque ex novo promittant quod nos pro vero & recto Dmno habeant  
 causas propter quascunque quas fratres nr̄i prememorati possent adinvenire homagio ta-  
 men ac fidelitatis juramento excepto quod pro se & suis heredibus legitimis ut est expref-  
 sum reservabunt etiam fratres nr̄i prefati nobis promittunt quod nec ipsis nec ipsorum nata  
 vel nascenda posteritas in omnibus prescriptis non debeant nos aliqualiter impedire. Ce-  
 terum promittunt fratres nr̄i quod nos & terras predictas protegere defendere & adjuvare  
 debeant sicut se ipsis & terras ipsorum & nos circa terras predictas pacifice pro ipsorum  
 Juribus conservare nec nos ullo unquam tempore commovere vel alienare: admittunt  
 etiam fratres nr̄i voluntarie ex Consensu quod si DEO favente successuris temporibus Uxo-  
 rem legitimam ducere nos contingeret quod unam ex civitatibus predictis cum ipsius distri-  
 ctu Stinavensem videlicet vel Goraviensem eidem consorti nre in Donationem propter  
 ruptias sue Vite temporibus licet poterimus assignare: Et si illam videlicet Uxorem favo-  
 re & consilio fratribus nr̄orum duxerimus & ex ea filium vel filios generaremus vel genera-  
 verimus tum dicte terre ad dictos filium vel filios nros successores pertinebunt: si vero  
 Uxorem duceremus Consilio ipsorum non habito nec favore quod Civitas Vrawenstadt  
 cum omnibus Dominiis & Juribus ut prius expressum est ad ipsis & heredes ipsorum libere  
 revertatur: Si vero Uxore legitima nobis tradita prius facto eidem dotalito absque filio  
 vel filiis moreremur tunc Civitatem & districtum sibi pro mille quingentis marcis redimere  
 & exsolvere possunt & debent quandocunque eis facultas occurrerit redimendi: Promit-  
 tunt etiam fratres nr̄i predicti quod si cum nr̄is feudalibus civibus & rusticis aliquid placi-  
 tar habemus quod ad nr̄am illos vel Judicis Curie nre presentiam debemus evocare & quod  
 se intromittere non debeant de eisdem: Promittimus etiam fratribus nr̄is predictis omni  
 penitus sine dolo quod Lutoldum de Lobil si pro Castellano Stinavensi resignaverimus  
 idem ipsum promittere fratribus nr̄is antefatis ipsum mandabimus vel Conradow de Cha-  
 chindorff vel alium fratribus nr̄is congruentem dictis Henrico & Conrado idoneum & ho-  
 nestum: Promittimus etiam fratribus nr̄is fide data quod nec guerrare nec contendere de-  
 bemus cum aliquibus circum sedentibus Principibus nisi fratribus nr̄orum mediante consilio  
 & favore promittentes sincere & bona ira fide omni penitus sine dolo & Zelo malo vendi-  
 tionem hujusmodi proinde per nos factam nunquam in antea revocare occasione vel causa  
 quacunque: sed eam ratam gratam firam & inviolabilem semper observare ac attendere  
 nec contra eam facere vel venire nullo unquam Tempore publice vel occulte de Jure vel  
 de facto: In cuius rei testimonium memoriam & cautelam presentes fieri & sigilli nr̄i ap-  
 pensione fecimus roborari: Actum & datum Stinavie feria post diem B. Bartholomei  
 Apostoli proxima: anno Dmni M CCC XXVII<sup>o</sup>. presentibus strenuis Viris Dmni  
 Henrico de Brunav: Joanne de Lobil: Lutaldo de Lobil: Conrado de Chachindorff:  
 Petro de Gorin: Petro Libnick vasallis nec non Nicolao, Theodorico fratribus advocatis,  
 Henrico Tabernatore Conrado Bruleno civibus Stinavensibus & aliis fide dignis: Nobis-  
 que cum humili devotione & instantia supplicaverit quatenus prefatum privilegium &  
 Contractum Venditionis inter ipsis initum & factum ideo quod dictus ducatus a nobis in  
 feodium dependet & quod ad hoc necessario noster requiratur Consensus confirmare &

& feudi nomine eum a RE-  
GE BOHE-  
MIAE Con-  
radus & Hen-  
ricus susci-  
piunt:

excepto Civi-  
tate & castro  
Lobin quod  
fibi REX ad-  
scripsit:

approbare dignaremur: Nos itaque prefatos *Conradum & Henricum Duces Zlesie* pre-  
dictos ampliori benevolentia & gracie affectu prosequi pre ceteris dispositi ipsorumque  
supplicationibus nobis porrectis benignius inclinati omnem Contractum prefatum quem-  
admodum in dicto continetur Privilegio de liberalitate regia & de certa nra scientia rati-  
ficamus approbamus & presentis scripti patrocinio confirmamus: exceptis tamen ex-  
presse civitate & castro Lubin cum universo suo districtu territorio & dominio nec non  
universis & singulis Juribus honoribus Utilitatibus redditibus nobilibus Vasallis feudalibus  
& non feudaris hominibus & aliis pertinentiis omnibus in quibuscumque rebus consistant  
vel quo cumque censeantur nomine quam quod vel que nobis heredibus & successoribus  
nris perpetuo proprietatis titulo reservamus: Concedimus quoque liberaliter & conse-  
rimus predictis *Conrado Olsnensi & Henrico Sagarense Ducibus* ipsorumque heredibus in  
perpetuum ex dispositione dicti *Ducis Joannis Stinaviensis* prefatam terram seu *Ducatum*  
*Stinavensem* scilicet Stinaviam Goran Vravvenstadt cum castris ipsis adjacentibus: no-  
vam Civitatem Lindam castrum Heinendorff Polkewitz Gobenam cum omnibus ipsorum  
districtibus in feudum honorabile & hereditarium, volentes ut easdem terras cum  
omni eo Dominio jure & titulo quibus alias ipsorum terras & ducatus a nobis tenent in  
feudum ex nunc in antea temporibus perpetuis a nobis heredibus & successoribus nris  
Boëmie Regibus in feudum habere & recipere debeant & possidere: promittentes pro  
nobis & heredibus nris bona fide omni absque dolo ipsos *Conradum & Henricum Duces*  
predictos ac heredes ipsorum in ipsorum Juribus dicti Ducatus Stinavensis ut premittan-  
tur manutene & defendere & generosius conservare nec eundem ducatum per nos  
aut heredes nros impetrare vel aliquam ipsis proinde mouere brigam actionem vel que-  
stionem. Renunciantes nihilominus expresse omni contractui inter nos & prefatum Du-  
cem Johannem super prefatis terris pridem inito & facto & omnibus Juribus que nobis  
& heredibus nris competit vel competere possunt ex contractu hujusmodi quem qui-  
dem contractum & Jura inde subsecuta quibus nos juvari possemus cassamus irritamus  
& totaliter nullamus: omnia igitur & singula in supra scripta nra confirmatione con-  
tentia pro nobis & heredibus nris promittimus servare custodire & attendere constan-  
ter: nec contra ea vel ipsorum aliquid facere vel venire per nos alium vel alios de jure  
consuetudine vel facto: Renunciantes in his omnibus & singulis supradictis exceptioni-  
doli mali, in factum actioni, beneficio restitutionis in integrum, exceptioni, constitutio-  
ni, consuetudini literis & indulgentiis apostolicis Imperialibus vel a Romanis Regibus im-  
petratis vel impetratis & omnibus aliis tam Juris Canonici quam Civilis Auxiliis: per  
que nobis & heredibus nris suffragium & sepe fatis Ducibus & heredibus ipsum Präjudi-  
cium posset quodlibet generari. In cuius rei testimonium presentes litteras sigillo nro  
fecimus communiri: Actum & datum in Aldenavy in Die annunciationis B. Virginis  
gloriose Anno Dmni MCCCXXXVIII.

Actum in Al-  
denau: 1338.  
In die Annunc.  
B. V. M.

### XCVIII. Litteræ Ducis JOHANNIS STINAVIENSIS quibus JOHANNI REGI BOHEMIÆ Terram Goreensem vendit.

JOHANNES  
DUX STINA-  
VIÆ

Terram Go-  
reensem

BOHEMIAE  
REGI vendit  
pro M. Marc.  
grossorum  
denariorum

*In nomine Dmni Amen. Nos Johannes DEI gratia Dux Zlesie Dmnis Stinavie ad univer-*  
forum notitiam tam presentium quam futurorum volumus publice pervenire: Quod  
nos bona & nra libera voluntate sana mente & corpore maturo & deliberato nro nro-  
rumque publico consiliariorum consilio sponte & libere non compulsi non coacti nec ali-  
qua suggestione pravitatis illecti terram nram Goram cum Civitate & castro Gora Ter-  
ritorio & omnibus & singulis limitibus Dominio honore Jurisdictione baylia meri &  
mixti Imperii Juribus Patrociniis & presentationibus Ecclesiasticorum beneficiorum nec  
non Vasallis feudalibus Vasallagiis feudis emphyteutis & ad glebam adscriptis homini-  
bus ac universis Juribus Censibus fructibus Usibus Usufructibus proventibus & obven-  
tionibus suis universis que & qualescumque sint & in quibuscumque rebus consistant vel  
confistere poterunt in futurum & cum omnibus libertatibus & Utilitatibus agris cultis &  
incultis Vallibus montibus campis pratis pascuis venationibus aucupationibus piscinis  
molendinis pescationibus aquis aquarumque decursibus sylvis rubetis nemoribus & aliis  
singulis pertinentiis & appendiis suis Serenissimo Prncipi Dmno nro Dmno Joanni eadem  
gratia Boëmic Regi Comiti Lucemburgensi & nomine suo suis heredibus seu successoribus  
Boënie Regibus justè rite legitime & rationabiliter exhibitis Ceremoniis & solemnita-  
tibus Venditionis & Emptionis que in hujusmodi contractibus adhiberi consueverunt  
vendi-

vendidimus vendimusque vero titulo & nomine venditionis tradimus stipulatione mutua Pragens. Poloni  
 inter nos hinc inde celebrata pro mille Marchis grossorum denariorum Pragensium Po-  
 lonicalis numeri pecunie parate quam pecuniam nos profitemur perceperisse & habere REGE in feu-  
 ipsum Dmnum Regem & successores ejus de ipsa Pecunia solutos nosque quietos publice dum honora-  
 cognoscentes: Ipse autem Dmnum Rex ipsam Terram Goram cum civitate castroque Go-  
 ra & Territorio suo nec non Vasallis & Utilitatibus suis una cum civitate Vrownstadt  
 expedita & exsoluta penes Dmnum Conradum Olsnicensem Ducem fratrem nrum no-  
 bis in feudum honorabile & perpetuum dedit cum aliis terris nrnis & Civitatibus possi-  
 denda fruenda utenda & utifruenda & habenda usque ad tempora vite nre pacifice &  
 quiete: Tunc deinceps post mortem nrnam ad ipsum Dmnini Regem & successores suos  
 Boëmie Reges protinus libere devolvenda: Ipsa autem terra Gorensis cum Civitate  
 Vrownstadt & ipsarum Vasallis & homines nobis interim in Vita nra intendere parere  
 obediens & subesse debent subesseque promittere absque omni prestito fidelitatis Homia-  
 gio aut etiam Juramento: Verum tanien ipsa terra prefata Vrownstadt ac Vasalli &  
 homines earum statim prefato Dmno Regi nomine suo suisque successoribus Boëmic  
 Regibus prestare tenentur fidelitatis debite homagium & fidei juramentum ipsumque so-  
 luum & successores suos verum legitiuum supremum & immediatum Dmnum recogno-  
 scere debebunt: Nos autem volumus promittimus & tenemur prefatos terram Goren-  
 sem cum civitate Vrownstadt ac carum Vasallos feudales & homines prefatos penes anti-  
 qua Jura libertates Immunitates & Gratias eorum nrnis inviolabiliter conservare tempo-  
 ribus nullamque eis inferre seu inferre quempiam permittere molestiam injuriam aut of-  
 fensam pro totis nrnis Viribus & pro posse: Idem etiam Dmnuis Rex promisit promittit &  
 tenetur nos Vasallos terras Civitates & earum homines penes Jura libertates privilegia &  
 immunitates omnes & singulas nrnas manu tenere servare & custodire prout alii Pncipes  
 Polonie Vasallos suos habent eisque quomodolibet potiuntur nos quoque non molesta-  
 re impedire vel etiam amovere debet ab ipsa possessione pacifica terrarum Civitatum ca-  
 strorum & possessionum omnium totis vite nre temporibus prout in ipsius Dmni Regis  
 litteris super eo datis evidenter appetet renunciantes itaque expresse pro nobis Vasallis  
 Civitatibus & hominibus nrnis universis & singulis presentibus & futuris in premissis omni-  
 bus & eorum quolibet omni actioni exceptioni explicationi prescriptioni Impetitioni  
 Interjectioni doli vel mali non numerate pecunie non soluti non ponderati & non electi  
 auri vel argenti cuilibet exceptioni alii Juris tam Canonici quam Civilis seu municipalis  
 reformationis constitutionis consuetudinis Privilegii indulgentie aut statui & literarum  
 Aplicarum aut in Imperatorum vel aliorum quarumcunque formarum conceptione Ver-  
 borum interpretatorum seu interpretandorum que Privilegia statuta indulgentias refor-  
 mationes constitutiones & litteras ex nunc prout ex tunc esse intelligi volumus cassa &  
 irrita & inania nulliusque fore efficacie penitus aut momenti ita quod prorsus assumatur  
 quod nobis aut Vasallis vel in Civitatibus nrnis contra premissa aut premissorum aliqua  
 in toto vel in parte posset de Jure aut inde facto competere in futurum vel quocunque  
 alio modo forma seu quesito quovis colore alio valeat aliquiliter suffragari: Promitten-  
 tes corporali prestito juramento tactis corporaliter DEI Evangeliis contra premissa vel  
 eorum aliquid verbo aut facto directe & indirecte publice vel occulte ullo unquam  
 Tempore non venire in quorum omnium Testimonium atque Robur perpetuo valitu-  
 rum presentes conscribi & nrri sigilli munimine fecimus communiri. Datum & actum  
 Wratislavie in Domo Regali sub testimonio & in presentia Virorum Dmnorum Ottonis  
 de Globus: Petri de Drossen: Wolframi de Panovvicz: Ottonis de Maticem: Luthol-  
 di de Lottin: & Nicolai Advocati de Stinavia ac aliorum nonnullorum fide dignorum  
 ad hoc vocatorum & rogatorum. Anno Dmni MCCXXXVII. Feria V: ante Domini-  
 nicam in qua cantamus Lætare.

Wratislaviz:  
 In Domo Re-  
 gali: 1337. fer.  
 V. ante Domini-  
 nicam:  
 Lætare:  
 Testes:  
 Equites Si-  
 lessi:  
 &  
 Advocatus  
 de Stinavia:

## XCIX. Litteræ HENRICI II. quibus Terram Gorensem auget.

**I**N nomine Dmni Amen. Ne Rerum Dominia mancant indistincta necessarium est ut HENRICUS  
 unius cuiusque territorii ambitus seu circuitus munientur: Igitur nōs Henricus DEI  
 REGNI PO-  
 gracia secundus: Heres Regni Polonie Dux Schlefic Dmnuis Glogovie & Posnanie: seirē VO-  
 LONIAE  
 litimus universos pncium noticiam habituros q̄tqd civitati nre Gorensi adjecimus & ad-  
 didimus villas infra scriptas videlicet Culpenavv versus Hernstat Graba Hinconis Gra-  
 ba

**fines & Termi-**  
**ni Terra Go-**  
**rensi sunt**  
**de finit.**

**Glogovia:**

**1310.**

**In die B. Gre-**  
**gorii Papæ:**

**Testes:**

**1.) Dapifer:**

**2.) Burggravi-**

**us de Dony:**

**&**

**3.) Equites.**

ba Bernardi Graba Nickelwitz tres villas dictas Cloda Scheditz tres villas dictas drobrassyna Elgotam Scirynna benexuo Jablona & Scessowitz Item Villas in Laska sitas ucz reocena gulan Osseiduo Jestersemba Mechaw Conradiswalde Nechlaw Tarachaw Langkenaw Wronaw Syffridi villam Weschkw Tarpenaw Schlesewo Crossyna Richnaw Glinka Seibar Slanotiz & alias Villas in Meseritz infra Baritz & Oderam a Villa Czichnau usque ad locum ubi Odera & Baritz convenient & villam Stephani ( modo dieitur Seitsch ) volentes ut ville supraioiate ad sorum & ad Judicium in Goram ppetue debeant perrinere: In cuius credentiam pfecta nri sigilli munitione duximus roboranda. Actum Glogovie Anno Dni MCCCX. Presentibus Alberto Dapifero de Burnis: Ottone Burggrabio de Dony: Theodorico de Lidelow: Janckone de Hugewicz & aliis multis. Datum p manus Fri-  
zonis nri prothonotarii in die B. Gregorii Pape.

### C. Litteræ JOHANNIS DUCIS SILESIÆ STINAVIENSIS quibus PRIMOGENITUM REGIS BOHEMIÆ Pignoris Nomine Terram Gorensem habere testatur.

**JOHANNES**  
**DUX**  
**STINAVIAE**  
**se**

**CAROLO**  
**March. Mora-**

**Pignoris**  
**nomine**

**pro**  
**VIII. Marc.**  
**gross. Denar.**  
**Prag. Polon.**  
**Pagamenti**  
**Terram Gore-**

**sem**

**dedisse**

**affirmat:**

**Wratislavia:**  
**1343.**  
**fer. VII. infra**  
**octav.**  
**Corporis**  
**CHRISTI**

**N**Os Jobannes DEI gracia Dux Zlesie & Dni Stinavie recognoscimus & ad universorum presentium & futurorum volumus notitiam pervenire quod bona deliberatione & maturo consilio cum fidelibus nris prehabito nram perspicientes conditionem fieri meliorem Excellentissimo & Magnifico Princeps Dmno nro charissimo Carolo Serenissimi Regis Bohemie veri nri Dni primogenito Marchioni Moravie heredibus & successoribus suis castrum Gor & Civitatem cum Territorio nec non Villis Possessionibus granitiis limitibus metis terminis Agris cultis & incultis pratis pascuis sylvis iubetis nemoribus Venationibus Occupationibus Aquis Aquarumque decursibus pescationibus molendinis ad Aquam vel ad Ventum expositis montibus Vallibus planis habitis & habendis Vasallis & hominibus honoribus Jurisdictionibus plenoque Dmno nullo diminuto penitus vel excepto ac aliis Juribus fructibus Utilitatibus & pertinentiis universis quibuscumque nominibus censeantur prout ad nos a nris progenitoribus pervenerunt & sicut eadem hucusque cognoscimus possedisse pro octo millibus Marcharum grossorum Denariorum Pragensium Polonici Pagamenti rite & rationabiliter nomine pignoris obligavimus & de certa scientia presentibus obligamus taliter quod de castro Gor predicto duntaxat ad presens sibi cessimus & id sue tradidimus & agnoscimus & assignamus sue potestati: Civitatem vero Gor cum Territorio & omnibus suis antedictis pertinentiis fructibus & Utilitatibus quibuscumque pro Vite nre tempore de prefati Dni Marchionis Moravie benevolentia & concessu sine impedimento quolibet possidere debebimus & tenere sed post mortem nram eadem Civitas & Territorium in predictis omnibus suis pertinentiis & appendiis ad predictum Carolum Marchionem Moravic heredes & successores suos sine difficultate qualibet & absque resistentia seu renitentia cuiuscumque pro predictis octo millibus Marcharum libere nomine Pignoris devolvetur habenda tuenda utisfruenda & pacifice possiden- da: Promittimus bona fide vice & nomine Juramenti prefato Dno Marchioni heredibus & successoribus suis cum predicte Civitatis Gor nec non Civitatis Stinavie ac omnium aliarum nrarum munitionum seu fortalitorum apertione ac omni qua valemus potentia contra quemlibet Dnum cuiuscumque preminentie aut status existant etiam si nobis consanguinitate & affinitate quomodolibet sit astrictus assistere & fideliter adherere quanto- ciusque & quotiescumque per ipsos aut suos Capitaneos vel Officiales quoscumque fuerimus requisiiti: In quorum omnium testimonium Presentes fieri & sigilli nri appensione fecimus communiri. Actum & datum Wratislavie feria VII. infra octavas Corporis Christi: Anno Dni MCCCXLIII.

### C.I. Brief Herczog LUDWIGS ober dy Verrichtunge zwischen Hertzogen HEINRICH von Zagan: und Hertzog CONRADEN und syner Sone umb dy Lannt: Grünebergk: Lyndam: Polkwitz: Hyneendorff. Feria secunda in Rogacionibus A. D. 1365.

**LUDOVICUS**  
**DUX BRE-**  
**GENSIS**  
**Arbitus**

**N**Os Ludovicus DEI gratia, Dux Silesie & Dominus Bregensis recognoscimus tenore presencium universis. Quod sicut Magnus Princeps Dux Conradus Dominus Olsnicensis: Patruus noster Karissimus pro se suoq; primogenito inclito Duce Conrado ac eorum be- redi

redibus ab una, atq; Illustris Princeps Dux Henricus Dominus Glogoviensis noster Sororius in controversia  
dilectus pro se suisq; filiis ac heredibus eorum, parte ab alia, omnes causas, liter controver- de finibus  
sias & quaslibet tocius dissensionis materias, quas inter se parte ab utraq; conceperunt ali- inter Contra-  
quamdiu promulgarunt ppter teras per clare quondam memorie Ducem Job.annem relietas, dum  
videlicet Grunenberg, Lyndam, Polkowicz Heinczendorff & Mezeriez, quas idem Dux Olsensem &  
**Henricus Sororius noster**, ante & post mortem ipsius Ducis Johannis possedit ac in posse- Henricum Sa-  
fione habuit & ad hoc dinoscitur possidere & pro quibus dictus Dux **Conradus Patruus ganensem Du-**  
**noster Karissimus** intentabat ac prescripsit se habere legitimam fraterne successionis  
portionem, ad nos tanquam ad verum arbitrum ex bona liberi arbitrii voluntate statuerunt  
easdem per nos more legitimi arbitrii discutendas & amicabiliter componendas. Nostro  
arbitrio qualq; tradicione semota obedire parere & efficaciliter consentire cum fidu- ce in nata:  
cia promittentes. Ita propter bonum patriæ ac amicitiam utrarumq; parcium, dñdum  
quod non licuit inimice distractam DEI cum auxilio vinculo amoris perpetui concor- decernit:  
diter reformandam, onere hujusmodi arbitrii licet nobis multum pondero fiducia- ut Henricus  
liter suscepito, prefatas causas lites & dissensiones dissolvimus & discutimus in hunc mo- Contado intra  
dum, videlicet quod predictus **Sororius noster Dux Henricus Dominus Glogoviensis, una cum Anni spatium**  
**primogenito suo Duce Henrico prescripto, patruo nostro Duci Conrado & suo primogenito Du-** DC. Marc.  
**ci Conrado sexingentas marcas** grossorum pragensium polonicalis numeri in terminis sub- gross. Prag.  
notatis, videlicet super proximo Carnibrivio trecentas marcas & ab eodem carnisprinio Polon.  
proximo ad unum integrum annum similiter CCC. marcas & certis ad hoc deputatis fide- numeri  
jussoribus certificare & persoluere debent prout hoc literis eorum ac eciam suorum fide- solvat:  
jussorum scimus esse factum. Et ideo sepedictus noster Patruus Dux Conradus, suis eq; ratione  
quoq; primogenitus Dux Conradus pro se & eorum heredibus dictis terris & earundem Urbes:  
terarum pertinenciis renunciare debent locis & modis ad hoc opportunis absq; omni spe  
cujuslibet juris actionis, repetitionis & impetionis iphis de jure & de facto suffragari va- Grünenberg &  
lentibus, in eternum, omnes & singulas restituendo literas, quas super dictarum terarum Iudam:  
successiones & porciones habere conprobantur, scilicet vigore nostri arbitrii statuimus, Polkowitz:  
arbitramur & volumus quod pretaxatus noster patruus **Dux Conradus Senior** ad vite sue  
tempora in Silvis Mezericensibus & bonis ad Mezericz pertinentibus sine omni impedimento venacionem habere & exercere ac feris & ferinis uti pro sua debeat voluntate. Conradus Se-  
Nec non omnia bona que in districtu eodem Mezeriez suis propriis comparaverit pecuniis nisi quam diu vixerit debeat possidere cum omni dominio, ac post suam mortem suis  
servitoribus quibus decuerit tribuere debeant, qui eadem tandem ipso mortuo a supradi- nior ad Vitæ  
sto Sororio nostro Duce Henrico & suis heredibus debeant suscipere ac iphis fidelitatis ho- Dies habeat.  
magium præstare, jugiter & fideliter observandum. Præmissam igitur nostri arbitrii ordinacionem volumus ab utrisq; partibus sub fide nobis promissa sine dolo inviolabiliter Aetum in Loc.  
perpetuis temporibus observari. In cuius rei testimonium presentes dedimus nostri Si- bin:  
gilli munimine roboratas feria secunda in Rogaciōibus, Anno Domini Millesimo tre- 1365.  
centesimo sexagesimo Quinto in Lobin. fer. II. in Ro.  
gationibus.

## CII. Litteræ JOHANNIS REGIS BOHEMIÆ quibus HENRI- CUM V. DUCEM SILESIÆ GLOGOVIENSEM in fidem clientelamque recipit.

Wir Johannis von Gots Gnaden Chunig zu Behem Graf zu Lucemburc Obrifler Fürst JOHANNES  
zu Slezie und Herr zu Breslaw &c. &c. vichen und bekennen mit diesem Brise allen BOHEMIÆ  
denen die im Leben und hernach künftig wären daß unser liber getreuer Fürst Herr REX  
Heinrich Herzog in Slezie Herr zu Glogow und zu Sagan alle seine Lande mit ihren feudi titulo  
Weichbilden Purgen Vesten Stäten und Leuten mit allen ihren rechten Gräntzen und Henricum V.  
Nutzen hat von Uns und von dem Chunigreich zu Behem heut an diesem Tage für sich Ducatum Glo-  
und für seine Erben und Nachkommen mit rechter Czier und Ehr zu rechten Lehen goviensem  
und Mannschaft empfangen als sie weyland sein Vater zu gutter Gedächtniß von Uns a se  
empfangen und gehalten hat zu Mannschaft und zu Lehen und haben Wir genädig- recepisse:  
lich Ime und seinen Erben dieselben alle seine Lande und halb Glogaw mit ihren Weich-  
bilden und vvas darzu an seinen Theil gehöret mit Herrschaft Purgen Städten Vesten  
Leuten Rechten die Er darczu hat und mit Gremten nuezen und genichtsam recht  
und redlichen nach gemicinen und natürlichen Lehen recht verliehen auch daß über das

imo exspectati-  
vam in Agna-  
torum Contra-  
di I. Olsnensis  
& JOHAN-  
NIS Stinavien-  
sis Ducatus  
obtinuisse  
testatur:

Er und sein Erben völliglich mögen empfinden Chunigliche Gunst und Gnaden so verleihten Wir in Ihm mit rechter gevissen *unser liben getrewen Fürsten Herzog Chunradus von Olesnicz und Herczog Hans von der Steynaw* seiner Vettern alle ihre Lande ob sie ohn Erben stürben also das der *vorgnannte Herczog Heinrich* für siech und all sein Erben und Nachkommen Uns Unsren Erben und Nachkommen Chunigen cazu Behem hat gelobt und verheissen an Eides statt mit guttem trewen ohn alle arge List das sie Uns mit den vorgnannten Landen die sie innhaben odir hernach als es geschrieben ist gewinnen die cazu Lehn gen und Uns und dem Chunigreich cazu Behem sullen getrevvlich vvarthen dienen und tuen an allen Unsren Nöten nach Gewohnheit der Lande und als ein belehnter Fürst und Mann seinem rechten Herrn dienen warten und tuen soll: Wir sollen auch nach seinen vorgnannten Land Leuten und Vesten nicht stellen trachten noch stehn es geschehe dann mit seinem guten Willen: besunderlich so loben Wir was Er Vesten verloren hat und ihm gebrochen sein von dem Chunig von Cracaw das Wir Ihme darzu raten und helfsen sollen und wollen dass Er die wieder gevvinne und auch vvierder fürbabs seine Land und Grenzen mag behalten: Und darüber dieser Sach aller sind gezeugen die Würdigen Veter *Herr Ernst Erczbischof zu Prag: Herr Preczlas Bischof zu Breslaw unsre Fürsten Herr Johans Bischoff zu Meissen und die leuchtigen Karll unser erligebohrner Sun Marggraf zu Merbeeren: Johannes unser Sun Herczog zu Chernnen: Bolcko Herczog zu Opol unser Fürst* und auch unsre lieben getrewen Reizze Foyt von Plawen Hinck gannt Berck von der Duben Heinrich von Leuchtenburg Wank Pesk und Benefeli von Wartenberg Haymann von der Duben gannt von Nachod Kunz von Lutiez unsrer Kämmerer in Behem Hermann von Schoenburg gannt von Chruniczaw Jesk von Michelspurc Fridrich von Biberstain und andre Unsre Land-Räte und Ritter und Layen gemiet und darüber cazu einem Uhrkund und cazu einer evvigen Stetigkeit geben wir diesen offnen Brief versiegelter mit unsrem haangendem Innsiegel der gegeben ist cazu Prag an Sannt Clemens Tage nach Christes Geburth dreyczenhundert Jar und in den Vier und Vierzigsten Jare.

### CIII. Diploma BOLCKONIS DUCIS SILESIÆ SWIDNICENSIS quo alteram Glogoviæ Partem fesc adeptum confitetur.

BOLCO II.  
DUX SVID-  
NICENSIS  
se a REGE  
BOHEM,  
ad Vice dies  
alteram Civi-  
tatis Glogo-  
viensis Partem  
acepsisse:  
nullum vero  
se defuncto  
Conjugi in  
eam Jus esse  
proliferetur:

**N**Os Bolcko DEI gracia Dux Zlesie de Fürstenberg & Dnus de Sweidnitz notum facimus universis presentes litteras inspecturis Quod quia Serenissimus ac Invictissimus Princeps & Dnus Dnus Carolus quartus divina favente Clementia Romanorum Imperator semper Augustus & Boëmie Rex Dnus noster gratiosus ob singularis Amoris Affectum quo nos gratiose complectitur medietatem Civitatis Glogovie ad se & Regnum suum Bohemie ejusque Regni Coronam immediate spectantem cum Villis Curiis Censibus Utilitatibus honoribus Civibus Vasallis Incolis & Rusticis ac universis pertinentiis predicte Civitatis medie ac districtus ejusdem nobis dedit atque donavit tenendam habendam utifruendam per nos & ad Vite nre tempora pacifice possidendam ita quod post nrum obitum ad ipsum seu heredes & successores Reges Boëmie & ad Regnum Boëmie omnimodo revertatur ideoque sue Gratiae grati esse volentes eidem Dno nro promisimus & presentibus ex certa nra scientia bona fide nra sincere absque omni fraude promittimus quod quam primum ad presentiam suam DEO volente venerimus ex tunc juxta suam vel non extante quod absit heredis & successoris sui Regis Bohemie informationem & consilium pro nobis & heredibus nris ipsum & heredes aut successores suos Reges Boëmie cum litteris & promissis fidelibus *Illiſtrissime Principis Dne Agnetis Ducisse Zlesie & in Sweidnitz & Jaurov*: sufficienter certificare sibique cavere volumus & debemus quod post obitum nrum dicta medietas Glogovie cum universis pertinentiis suis prefatis absque omni contradictione Impedimento & difficultate ad memoratum Dnum nrum Dnum Imperatorem & Regem Bohemie seu heredes & successores suos Reges Bohemie & ad Regnum Bohemie ejusque Coronam infallibiliter & omnimode revertatur: Et si quicunque eijuscunque conditionis dignitatis vel status post nrum obitum ipsum Dnum nrum Imperatorem ut Regem Bohemie heredes & successores suos Reges Bohemie qui pro tempore fuerint in receptione & recuperatione dictæ Civitatis medie Glogoviensis nec non districtus & pertinentiarum omnium predictarum quomodolibet impediare vel eas occupare tentaverit eadem Conthoralis nra heredes nri nec non & Nobiles Civitatenses vasalli & terrigene Swidnicenses & Jaurenses predicti eos ad obtinendum recuperandum ac plenissime capiendum Civitatem medium antedictam cum suis pertinentiis preli-

prelibatis fideliter & efficaciter tota sua potentia adjuvabunt: Illud autem specialiter expresse promittimus bona fide quod ad regimen & ad gubernationem Civitatis & districtus predicatorum honestum Virum statuere volumus & debemus qui cum eisdem Dno nro Imperatori ut Regi Bohemie heredibus & successoribus suis Regibus Bohemie jurata fide promittet quandocunque nos mori contingat ea sine omni dolo ipsis fideliter assignare & in ipsorum reddere potestatem. Et quotiescumque uno deposito alium in eodem Regimine statuemus toties similem promissionem juratam ipsis fieri procurabitur bona fide a quolibet qui per nos illis fuerit constitutus. In cuius rei testimonium presentes litteras fieri & sigilli nri de certa scientia jussimus appensione muniri. Datum Swidnitz Anno Dni Oculi mei MCCC LXI. Dominica quadragesimali qua cantatur: Oculi mei.

\* \* \*

## (X.) DIPLOMATA AD SUPERIORIS SILESIAE DUCATUS OPPOLIENSEM ET RATIBORIENSEM PERTINENTIA.

### CIV. Diploma WLADISLAI DUCIS OPOLIENSIS Raudensi Monasterio concessum.

**I**N nomine Domini Patris & Filii & Spiritus Sancti Amen. Quoniam omnia temporalia labuntur cum Tempore & facta mortalium sicut ait Sapientissimus Salomon suis spatiis transiunt universa cunctaque preterita operit oblivio: Ideo prudenti Consilio inventum est ut illa que sunt recordatione digna per scripture diligentiam perenni Memorie commendentur: Ea propter Nos Wladislaus filius Kazimiri DEI gratia Dux de Oppol una cum Venerabili Conjuge nostra Zofanna & filiis nostris videlicet Miskone, Kazimiro & Boleslao notum facimus Universis Christi fidelibus ad quorum visum vel auditum presens pagina poterit pervenire quod nos pari consilio eodemque consensu claustro de Wladislaw Ordinis Cisterciensis a nobis fundato super fluvium qui dicitur Ruda in honorem B. Marie & Fratribus ibidem DEO servientibus talem contulimus auctoritatem ut homines eorum liberi familiique servi & mercenarii ipsorum in omnibus Villis prediis & possessionibus quas modo possident & quas in posterum per Industriam ipsorum vel per collationem proborum Virorum poterint acquirere commorantes plenaria gaudeant libertate: videlicet ut aliquod castrum nullam penitus in eis habeat Jurisdictionem nec ad aliquod Castrum edificandum vel reparandum teneantur ire nec ad aliquam expeditionem procedere teneantur. Nec Palatinus nec Castellanus vel Judex aliquis coram se citandi vel judicandi ipsos habeat aliquam facultatem, sed tantummodo coram nobis & coram nostris Successoribus per Camerarium portantem literam anulo nro vel sigillo proprio sigillatam citati de se querulanti buste tenebuntur respondere. Cum vero a nobis vel nostris Successoribus fuerint judicati si in iure ionem vel penam condemnati fuerint si in trecentis five sex marcis vel quindecim aut septuaginta aut qualiterunque fuerit solutio estimata totam solutionem Abbas percipiet nullo Judice nulloque officiali five Zupario exigente percipienteque aliquam portionem: si autem aliqua persona hominem vel famulum aut mercenarium Abbatis preslati claustri aliter citaverit quam supra scriptum est: citatio talis irrita maneat & inanis. Preterea concedimus Judici quod Abbas in suis Villis Possessionibus & Prediis sibi subditos decreverit judicare omnem causam tam parvam quam magnam ut furtum vel rapinam vel homicidium & quicquid aliud inter suos subditos contigerit exoriri justo Judicio discutere discernereque & justificare justum & injustum in solutionem vel in penam prout Jus exigit condempnare. Volunus autem ut supradictus Judex Abbatis in Stanicia habeat clypeum & baculum ferrum & aquam ut non sit necesse Castrum adire cum suos homines in Judicio aliquo supradictorum judicaverit expurgandos. Si vero contigerit inter homines Abbatis rixam intervenire & homicidium perpetratum (quod absit) fuerit hominis Abbatis qui occisus fuerit caput videlicet solutionem nullus accipiat nisi ipse Abbas vel alias ex parte illius. Si autem contigerit inter homines Abbatis & homines alienos oriri litem & homicidium interesse: Judex Abbatis & Judex ipsorum extraneorum pariter confedebunt judicantes: Et quicquid acciderit inter eos solutionis ea que Dux deberet accipere videlicet Castrum si causam videlicet homicidium perpetratum judicarent illa Daus Abbas percipiet absque aliqua contradictione: Insuper pro spe retributionis eternae & pro remedio animarum nostrarum nec

non pro redemptione animarum antecessorum & successorum nostrorum pie & devote conferimus supra nominato Claustro quicquid Juris habemus vel habere possumus in cunctis villis possessionibus & prediis ipsius Monasterii: hoc est in venatione ferarum omni in captura Castrorum aut in aliis modis ut licitum sit Monachis & hominibus eorum uti silvis Aquis & omnibus bonis que in eis sunt prout Abbati visum fuerit expedire: Item in supradictis hereditatibus Claustris sepe dicti Stanie & ceteris superius pretractis Stroza Prewod Powoz Poradine vectigal tributum vel census indictionem vel aliud quodecumque ordinarium aut extraordinarium servitium vel prestationem & si quid aliud est quod ad nostrum convertere possemus Usus vel servitium aut Utilitatem aliquam hec omnia liberaliter & benigne concedimus Abbatii ut ea convertat in Usus & commodum sui Monasterii a modo & usque in sempiternum. Ut autem hec Eleemosyna & Libertas a nobis data firma & inviolata in suo robore permaneat perpetua presentem paginam sigilli nostri munimine & sigillo

consensu  
Wratislav.

Episcopi:  
Testibus:

- 1) Priorate Fratrum Pradicatorum de Ratibor:
- 2) Comitibus quibusdam, &
- 3) Ducis Cancellario.

Actum in Ra-  
tibor: 1258.

XII. Kal. Nov. Acta sunt hec in Ratibor XII. Kal.

Nov. Anno Dni M CCLVIII.

## CV. GREGORIUS X. PONTIF. ROM. omnia Cœnobii Raudensis Jura confirmat.

**G**regorius Epus Servus Servorum DEI Dilectis Filiis Abbatii & Conventui Monasterii de Wladislav. Cisterciens. Ordinis Wratislav. Dioec. Salurem & Aplicam Bened. Cum a nobis petitur quod justum est & honestum tam Vigor Aequitatis quam ordo exigit rationis ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur Effectum. Ea propter dilecti in Domino Filii vestris justis supplicationibus inclinati omnes libertates & Immunitates a Predecessoribus nostris Romanis Pontificibus per Privilegia seu alias indulgentias vobis & Monasterio vostro concessas nec non libertates & exemptiones secularium exactiōnum a Regibus & Principibus & aliis Christi fidelibus rationabiliter vobis indultas sicut eas justae ac pacifice obtinetis vobis & per vos eidem Monasterio Auctoritate Aplica confirmamus & presentis scripti patrocinio communimus: Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nre Confirmationis infringere aut ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare presumpserit indignationem Omnipotentis DEI ac Beatorum Petri & Pauli Aplorum ejus se noverit incursum. Datum Lugduni X. Kal. Junii: Pontificatus nostri anno tertio.

## CVI. Aliæ Ejusdem GREGORII X. Litteræ quibus idem Cœnobium sub B. Petri Protectionem suscepit.

**G**regorius Epus Servus Servorum DEI: Dilectis Filiis Abbatii & Conventui Monasterii de Wladislav Cisterciens. Ordinis Wratislaviens. Dioec. Salut. & Aplicam Bened. Cum a nobis petitur quod justum est & honestum tam Vigor Aequitatis quam Ordo exigit rationis ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur Effectum. Eapropter Dilecti in Dno Filii vestris justis postulationibus grato concurrentes Assensu personas vestras & locum in quo divino estis Obsequio mancipati cum omnibus bonis que in presentiarum rationabiliter possidetis aut in futurum justis modis prestante Dno poteritis adipisci sub B. Petri & nostra Protectione suscipimus: specialiter autem terras Domos Possessiones & alia bona vestra sicut ea omnia justae ac pacifice possidetis vobis & per vos Monasterio vostro Auctoritate Aplica confirmamus & presentis scripti patrocinio communimus: Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nre Confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare presumpserit indignationem Omnipotentis DEI & Beatorum Petri & Pauli Aplorum ejus se noverit incursum. Datum Lugduni III. Kal. Junii Pontificatus nostri anno tertio.

CVII.

**CVII. CASIMIRI DUCIS OPOLIENSIS DOMINI IN BY-**  
**THUM WENCESLAO REGI BOHEMIÆ & ejusdem Regni Coronæ**  
**præstitum Homagium.**

**M**agnifico & Illustri Dno suo Wenceslao serenissimo Regi Bohemie & Marchioni Moravie Kazimirus DEI gracia Dux Opoliensis & Dnus in Bythom: cum prompta devotione sue fidelitatis servitum indefessum: Cum nature ingeniose artificio creaturam suam sumimus Opifex in propagandarum rerum omnium Origine sic formaverit sieque disposuerit ut quelibet res votive conservationis locum sibi appetat ibique auxiliaris Opis adminiculum querat ubi in sue stabilitatis permanentia melius & facilius se tuerit: Et amicitie Vigor sic in creatis suas extendat propagines ut diversis potestatibus mundialis Machine dif- fidentia uniat & res rebus concordi subjiciat Unioni: Mortalium quidem conditio cum naturalium rerum dispositionem a DEO progressam Opifice non immerito etiam imi- tetur ut ibi locum homines querant refugii ubi auxiliare presidium absque spe refuga salubrius invenitur & illorum se submittant liberius potestati qui dilectionis & amicitie puritate a retroactis temporibus progenitores tanquam radicibus perceperunt eos favorabilius prosequuntur: Imitans equidem premissa & attendens subsequentia quod ex favore quondam Dni Ottogari Regis Boëmie memorie recolende pater meus recordationis felicis quondam Wladislau Dux Opoliensis propter devotionem & Obsequia quibus se totum cum prompta benevolentia eidem dederat nulla promotionis & honoris beneficia suis temporibus sit fortitus Ego qui in bonis & utilibus Actibus sequor libenter vestigia Patris mei considerato filiorum & evidenter cognito quod bonitas favor & potentia Vre Dominationis qui clare Indolis Insignibus renitentes & paterne prudentie nancientes Vestigia non lente scitis subditorum vrorum commoda procurare plurima mihi filiis heredibus Ducatu & hominibus meis in ipso Ducatu existentibus honoris pacis & profectuum afferre poterunt Incrementa maxime cum per vos & successores vros melius quam per alium a meis violentis & meorum fidelium oppressoribus a quibus hucusque sumus oppressi & opprimimur poe- quoq; con- tro cum eisdem meis fidelibus defensari de consilio deliberato ac bona Voluntate ac Consensu sensu filiorum meorum Boleslai & Wladislai ac propinquorum amicorum Baronum & aliorum meorum & ipsius Ducatus mei Nobilium non coactus nec Vi nec metu inductus sed bona REGIS BO- spontanea & libera Voluntate mea volens in hoc meam filiorum heredum & successorum HEMIAE meorum conditionem facere meliorem vre heredum ac successorum vrorum omnium Regum Boëmie potestati & dominio me filios heredes & successores meos & successorum meorum heredes Ducatum Castra Civitates Oppida & universas possessiones meas & omnium Baro- rorum Nobilium & aliorum Terrigenarum meorum in ipso Ducatu meo degentium sive suum manentium ac ipsos Barones Nobiles & Terrigenas meos de unani consensu eorum non nullis etiam ipsorum presentibus subjeci & in his scriptis subjicio & manere volo perpetuo sic subjectos eosdem nihilominus Barones Nobiles terrigenas alias Cives & universos Ducatus mei Incolas seu habitatores a fidelitate & homagio quibus mihi & meis heredibus filiis ac universis successoribus sunt astricti ex nomine fine difficultate qualibet tenore presentium absolvendo. Resignavi etiam & ex nomine resigno publice per Vexillum meum eundem meum Ducatum & omnia Jura ejusdem Ducatus cum Juribus & Dominiis que mihi filiis heredibus & successoribus meis universis in eundem Ducatum competitunt meo filiorum meorum qui nati sunt & qui nascentur imposterum omnium heredum & successorum meorum nomine ad manus Potestatem & Dominium vestrum qui recipitis a me per Vexillum facta publice resignationem eandem pro vobis ac heredibus vestris ac heredum successoribus a vobis in perpetuum descendentibus universis in presentia subscriptorum testium ad hoc per me filios Barones & Nobiles Ducatus mei predictos specialiter rogatorum: Et renunciamus expresse meo filiorum meorum heredum & successorum meorum quorumlibet nomine omnium Privilegiorum patrocinii & libertatibus que mihi & eisdem filiis heredibus & successoribus meis super Ducatum ipsi & Juribus ejus competitunt vel competere possunt in futurum: Et specialiter illi libertati renuncians quam mei Predecessores Duces Opolenses habuerunt in antea & quam ego huc usque habui & mei filii heredes & successors in futurum habuissent ex consuetudine aliqua vel de Jure in eo quod nulli alteri Principi poterant subjici vel debebant a vobis Domino meo in feudum & Jure feudi predi- & cium Ducatum Dignitatem titulum & honorem ejusdem Ducatus nec non Barones & Nobis in Testium Praesentia

Nobiles & omnes alios homines & habitatores ejusdem Ducatus ac omnia alia Jura Ducatus predicti recepi & ex tunc recipio vobisque tanquam meo & feudi Dominio homagium feci & facio. & vobis fidelitatem devotionem & obedientiam perpetuam promisi & nunc promitto corporali Juramento interposito in presentia testium eorundem ordinando & omnino volendo ut filii heredes & successores meo universi in ipso feudo mihi de cetero succedentes de Manibus vestris & successorum vestrorum idem feudum & Ducatum recipere & vobis vestrisque successoribus homagium fidelitatem obedientiam interposito etiam juramento promittere ac fideliter facere in perpetuum teneamur obligando nihilominus me filios heredes & successores meos solemn stipulatione interposita vobis & successoribus vestris Boëmiae Regibus quod quotiescumque vel quandocumque vos jussieritis vel vestri jussent successors vos & eos juvabo & juvari volo per successores meos contra omnem hominem fideliter toto posse tanquam vester Vasallus quilibet sive Baro Regni vestri: Nec non ad omnia & singula in perpetuum que Jura feudi exigunt & requirunt & etiam ad illa que quisque Vasallus suo vero Domino facere potest in omnibus atque debet: Promitto insuper & promisi pro me heredibus & successoribus meis predictis sub predicto Juramento predicta omnia & singula predictorum rata & firma tenere & adimplere ac servare perpetuo nec unquam contra eadē vel eorum aliquod venire vel facere per me vel alios aut aliud quoquomodo. Et renunciavi expresse atque renuntio tenore presentium in omnibus premissis & quolibet premissorum pro me filiis heredibus & successoribus meis omnibus omni actioni Defensioni rei cuiuslibet & omni auxilio Juris Canonici & Civilis consuetudinibus constitutionibus & statutis contrariis privilegiis seu indulgentiis quibuslibet & illis specialiter Privilegiis seu Indulgenciis quibus a sede Apostolica vel a Romano Imperio seu a quibuscumque aliis vel alio Polonie Principibus est propositum ne alemannie vel aliis Principibus se subjiciant & eis homagium faciant & aliis quibuscumque tam generalibus quam specialibus privilegiis seu Indulgenciis quas ego vel heredes mei possumus contra predicta vel aliquid predictorum de Jure objicere vel de facto & que mihi & successoribus meis vel contra premissa omnia vel eorum aliquod ego filii heredes & successores mei venire possumus & si ea non teneamus vel non servaremus possent competere vel aliqualiter suffragari. In cuius rei testimonium & robur perpetuo valitum presens privilegium voluntarie ac libenter vobis trado & offero: Sigillorum mei proprii & Venerabilium Patrum Dominorum Tobie Pragensis & Theodorici Olomucensis Episcoporum ac Illustrium Principum Dominorum Bolkonis Duci Zlesie & Domini de Lewenberg agne Nuolai Duci Oppavensis nec non honorabilium personarum Christiani Breunoviensis S. Benedicti: Jordani montis Sion Premonstratenensis: Reinheri Cladrubensis S. Benedicti & Henrici Oszei Cisterciensis Ordinum Abbatum Pragensis Diocesis: Et Virorum Venerabilium Magistrorum Ulrici Pragensis: Joannis Sacensis: Ulrici Melnicensis & Pardi Boleslavensis Ecclesiarum Prepositorum Magistri Gregorii Pragensis Domini Budislai Olomucensis & Domini Bartholomei Wissegradensis Ecclesiarum Decanorum ad mearum petritronum Instantiam appensione in testimonium evidens roboratum: Acta sunt hec Prage in Castro Palatioque Regio in presentia Personarum superius expressarum & in presentia Baronum Nobilium meorum videlicet Zboeslai Judicis Terrae mee Jeschonis Burggravi Bythunensis: Grimislai Dapiferi mei: Michaëlis Marechalci mei: Andree dicti Beliek: Bernhardi & Theodorici Militum: Leonhardi, Pauli, Geschonis, Stephani & Stephani Cudiwoji Domicellorum Nobilium meorum & terre mee predictæ: Et in presentia Nobilium Virorum Otgeri de Lomniez summi Camerario Regni Boëmie: Alberti de Seberg Marschalei ejusdem Regni Boemie: Sdeslai de Sternberg Pragensis Burggravi: Benefici de Wartemberg Camerarii ejusdem Domini mei Regis Boëmie Wenceslai Bavorii de Strackonitz Burggravi in Clinberg: Protiveni de Borowsko Camerarii Serenissime Domine mee Regine Boëmie Alberti Dapiferi & Joannis de Michelsberg Theodorici Spatzmanni in Weinberg Burggravi: Potonis de Potenstein Burggravi in Thust: Hinkonis de Lichtenburg: Hinkonis de Duba: Mutine de Kostomlat: Zbilai de Trzebun: Fridrici de Sonemburch: Ottonis de Illemburch: Bohuslai de Bor: Dluhomili de Wezde: Ulrici de Novadomo: & in presentia multorum aliorum tam Religiosorum quam Secularium Clericorum & Nobilium popularium & Civium qui propter hoc s̄ eccliter de omnibus Regni Boëmie finibus pro Testimonia fuerunt convocati: Anno Domini MCCLXXXIX. IV. Id. Januarii: Indictione II. Et nos Theodoricus DEI gratia Episcopus Olomucensis rogati per predictum Dominum Kazimirum presenti In-

stru-

Fidelitatis &  
devotionis  
Juramento:

Testibus:  
1.) Pragensi &  
Olomouensi  
Episc.  
2.) Ducibus Si-  
lesia  
3.) Baronibus  
Oppotensi-  
bus:  
&  
4.) Proceribus  
Bohemie.

Aetum  
Prage:  
In Castro &  
Palatio  
Regio:

A. 1289.  
IV. Id. Janua-  
rii.

strumento per Magistrum Ambrosium Canonicum Ecclesie nre Olomucensis nrum Notarium nro nomine subscribi & sigillum nrum fecimus appendi.

*R*udolphus DEI gracia Romanorum Rex semper Augustus Universis Sacri Romani Imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam & omne bonum: Universita-tis vestre noticie innotescat quod nos Ordinationem seu promissionem de terra & princi-patu VVratislavie & Slesie que a nobis & Imperio habentur in feodium quam *Illustris quon-dam Henricus Dux Wratislavie* noster Princeps cum *Illustriſſimo & preclaro Wenceslao Re-ge Boëmie* filio & Principe nro charissimo videlicet quod idem Rex Boemie in terra & principatu VVratislavie & Slesie si ipsum Henricum Ducem premori contigerit sibi de-bere succedere iniisse dignoscitur & fecisse habemus gratiam & ratam eam de plenitudi-ne potestatis Regie confirmantes & dantes has litteras nostras sigillo nostro munitas in te-stimonium super eo. Datum Erfordie VII. Kal. Octobr. Indict. III. Anno Dmni MCCXC. Regni vero nri XVII.

Has quoque litteras CAROLUS IV. ROM. REX eod. ut supra Anno &  
Die Pragæ confirmavit.

CXXV.

**CXXV. DIPLOMA LUDOVICI BAVARI ROMANORUM  
IMPERATORIS quo HENRICO VI. Ducatum VVratislaviensem feudi  
nomine confert.**

**L**udovicus DEI gratia Romanorum Rex, semper Augustus, Universis sacri Romani Imperii fidelibus, ad quos præsentes pervenerint, gratiam suam & omne bonum: Ad utilitatem & incrementum honoris nostri & Imperii pervenire non ambigimus, cum subditis nostris, maxime eis, per quos nostra & ipsius Imperii commoda poterunt efficacius promoveri, Regiam adhibemus benevolenciam liberalem. Hinc est quod vobis tenore præsentium facimus esse notum, quod Nos hac consideratione, ad petitionem *Illustris Heinrici Duci Vratislavie Principis & Affinis nostri dilecti*, ac propter obsequia, que nobis & imperio utilia in futurum inpendere poterit & debet, Civitatem Vratislaviensem, oppidum Newenmark & castrum Uras, cuin eorum pertinenciis & appendicibus universis, que *quondam Henricus Dux Vratislaviensis illustris, bone memorie, dictus der biderbe Hertzog Heinrich*, olim ab Imperio tenuit & possedit, *eidem Heinrico Duci, nostro Affini & Elisabet, Offamie & Margaretha ipsius filiabus nunc existentibus ac aliis suis liberis, tam masculini quam feminini sexus, quos ipsum in futurum habere contingerit favorabiliter & gratiose in feodum a nobis & Imperio tenendum, per ipsos & habendum, contulimus & concessimus ac eciam concedimus per præsentes, volentes nichilominus & addicentes de gratia speciali, quod si præfatum Ducem & suas filias prænominatas aliis ejusdem Ducis masculini vel feminini sexus liberis nullis superstitionibus decidere contigerit, ab hac luce extunc *Illustris Anna dicta Duci nunc Comboralis*, si supervixerit, usufructum Civitatis, Oppidi, Castrorum & pertinenciarum ipsarum prædictarum habeat & possideat tanquam in feodum a nobis & Imperio pro tempore vite sue. In cuius rei testimonium præsentes conscribi & sigillo nostro Majestatis jussimus communiri: Datum in Fulda XII<sup>o</sup>. Kalendas May. Anno Domini Millesimo C<sup>o</sup> C<sup>o</sup> C<sup>o</sup> X<sup>o</sup> IIII<sup>o</sup>. Regni vero nostri Anno Decimo.*

**CXXVI. JOHANNIS BOHEMIÆ REGIS Diploma quo Ducatum Vratislaviensem Regno BOHEMIÆ illatum esse confitetur.**

**I**n nomine Domini Amen. Fidelitatis nre dexteram merito iis liberalius impertimur in quibus fidei caritatisque sinceritas per amplius requiritur: Ex eo nos Joannes DEI gratia Boëmie & Polonie Rex Comesque Lucemburgen ad memoriam sincera pietate revocata quam nobis *Illustris Princeps Dnus Henricus Dux Slesie & Dnus Wratislav.* pre ceteris amicis suis exhibuit propter favorem & fiduciam quam ad nos toto corde gessit & adhuc gerit adeo quod totam Terram suam Wratislav. eo Jure sicut eam ipse habuit & possedit ad manus nras virium compos suarum voluntarie resignavit ob commune terre sue commodum & honorem diseretis & constantis fide Viris nobis quamplurimum dilectis feudalibus Consulibus juratis Scabinis Wratisl. ac aliarum Civitatum ejusdemque terre totius Incolis universis bona fide omnique sine dolo per presentes damus promittimus publice & spondemus quod idem *ingenuus Princeps Amicus noster dilectus Dn Henricus Dux Slesie & Dnus Wratislav.* cui ex debito eandem tenemur fidem quam nobis, debet esse totius Vite sue temporibus & permanere Civitatis Wratislav. aliarumque civitatum castrorum oppidorum villarum vasallorum atque totius Terre VVratislav. verus cum plena potestate Dnus & non alter videlicet cum Titulo Autoritate dignitate Utilitatibus preventibus perceptionibus exactionibus pertinentiis feudo Judiciis Jure Patronatus suorum omnium beneficiorum Ecclesiasticorum & generaliter cum omni Dominio & Jure nullo penitus excluso quibus hucusque usus est veluti ex paterna successione predictam suam terram post divisionem *cum fratribus suis Magnificis Principibus Ducibus Slesie Boleslao Bregensi & Wladislao Legnicensi* Dominis habitam tenuit annis pluribus & adhuc tenet solo homagio per predictos Cives ac fideles suos Wratislav. feudales nobis heredibus ac successoribus nris Boëmie Regibus semper reservato: ita quod nullum debeant habere Dmnum verum quam diu vixerit eundem fide firma adjicientes certo & voluntario ex promisso quo si tempore succedente *Dn Henricus Dux* per nos & heredes nros vel per quoscunque legitimos successores nros Bohemie Reges quod absit ex quocunque proposito & occasione a Terra ejus VVratislav. ejus Juribus & Dominio predictis quibuscunque censeantur Nominibus attentatus fuerit alienari transponi aut quocunque modo

(Q)

ab

LUDOVICUS  
BAVARUS  
IMP.  
Ducatum Wra.  
tislaviensem  
HENRICO  
VI. Duci  
Feudi tam  
masculini  
quam feminini  
Titulo confert:

In Fulda.  
1323.  
XII. Kal. Maij.

Ducatum hunc  
acepisse:

Duci vero Do-  
minium & ad  
vitæ dies lumen-  
fructum super-  
esse testatur.

ab ea transmutari etiamsi de hoc nostras heredum & successorum nrorum Regum Boëmie receperint litteras speciales ex nunc prout ex tunc libera Electione sepe dictis feudalibus civibus ac aliis predicte terre VVratislav. Incolis precipimus firmiter & mandamus quod hujusmodi mandatum quemadmodum eorum fidei bene convenit & honori reputare debeant irritum & inane: Etiam si quodcunque feudum suo tempore vacare contigerit illud a nobis debet suscipi sed idem Dnus Dux Henricus prefatus debet habere conferendi ipsum plenariam potestatem: Insuper si aliquas nostris cum Inimicis guerras inierimus tunc omnes Munitiones predicte nobis tunc debent & omni tempore aperiri sic tamen quod dictarum munitionum dictus Dnus Henricus quietus maneat possessor Vite sue temporibus sicut prius: Ut igitur per nos heredes nros atque nros successores legitimos Reges Bohemie omnia premissa quilibet postergata contradictione inviolabiliter obseruentur & ne ex aliqua Occasione publice vel occulte quoquo modo contrarium attentetur presentes dedimus litteras nro majore munimine consignatas. Actum VVratislav. presertibus spectabilibus & nobilibus Viris fidelibus nris dilectis Gottfrido de Limmingen & Georgio Gresuto Comitibus: Hincone Berca de Duba Burggratio Pragen: Henrico de Lypa Juvene: Ottone de Boroa: Benifio de VVartenberg: Heinemann de Duba dicto de Nachod: Henrico de Lichtenberg: Arnolfo de Bittingen & Henrico Bavaro de Bopardia & aliis quam pluribus fidc dignis. Anno Dinni MCCCXXVII. proxima feria post diem palmarum.



## (XII.) DIPLOMATA AD INFERIORIS SILESIÆ DUCATUS LIGNICENSEM BREGENSEM ET VVOHLAVIENSEM PERTINENTIA.

CXXVII. Tabulæ Fundationis Domus Cisterciensium LUBENSIS:  
quas BOLESLAUS ALTUS DUX SILESIÆ  
Anno 1178. edidit.

**BOLEZLAUS DUX ZLESIE** & individue Trinitatis. **Ego BOLEZLAUS Dux Zlesie, Filius primogenitus Illustris condam Principis Wladizlai Maximi Ducis Zlesie & Cracovie Inclyteqz, Dne ZIE: WLADIZLAI & ADELHET- DIS F. Cœnobium LEUBUSI- NUM Cisterciensi Ordini dicat:** *IN Nomine Sancte & individue Trinitatis. Ego BOLEZLAUS Dux Zlesie, Filius primogenitus Illustris condam Principis Wladizlai Maximi Ducis Zlesie & Cracovie Inclyteqz, Dne Adelheidis filie Imperatoris Henrici Quarti: Universis Christi fidelibus tam futuris quam presentibus, Salutem ac prosperitatem vite presentis pariter & future; Quando quidem velocitate dierum nostrorum transituri sumus, quemadmodum fugere solet Umbra, & evanescere sumus, consultissimum constat anime salvande providere, cuius vitam scimus in eternam permanere: Igitur pro dilectione Dni nostri Jesu Christi Liberatoris Animarum nostrarum, & pro Veneratione Sancte Genetricis ejus perpetue Virginis Marie ac pro interventione Sancti Johannis Baptiste & St. Jacobi Apostoli, omniumqz sanctorum Dei, annuente nec non rogante Dno Walthero Episcopo Wratislaviensti & Ejus Capitulo, Monachos adductos „de Portensi Cœnobio, quod est in theutonia super salam fluvium collocatum, in loco qui dicitur Lubens & est in antiqui cœstri Sinu super fluminis Odere Fluenta, ubi prius pauci Monachi nigri Ordinis resederant, ut ibi in Unitate & Communione Sancte Catholice Ecclesie, sancti Benedicti Regulam, atqz Cisterciensis Ordinis Instituta teneant in remedium Anime mee, ac pro animabus progenitorum affiniumqz meorum Anno ab Incarnatione Dni Millesimo Centesimo quinquagesimo. Qua propter omnes attinentias Cenobii Lubensis tam veteres quam novas in mea defensione comprehendo, & Successoribus meis per omne tempus hujus Seculi tuendas, fovendas, & defendendas, sub intimatione ultimi magniqz Judicii Dei, pro solo divine remunerationis intuitu, recommendo. Si qua ergo spirituialis persona sécularisve potestas, vel quisquam de supariis, vel aliis bonis hominibus bona aliqua huic Lubensi Cenobio justa donatione vel devota oblatione seu ambitione aut venditione contulerit, inconcussa & illibata ei semper permaneant secundum Apostolica privilegia, que data sunt Cisterciensi Ordini, in quibus ei confirmatur *integritas decimorum de Terris suis, & hominibus pecudibus & jumentis*. Et quia, quod DEO dicatum est, non nisi divinis Legibus subjacere debet: Ideo quicunqz homines cujuscunqz conditio- nis vel gentis possessiones hujus Cenobii coluerint, vel super eas in habitaverint, per Abbatem*

batem in eis collocati, sive *Poloni* sunt, sive *theutonici*, vel *gallici* cuiuscunq; etiam juris, ab *omni Jure Polono* *sine exceptione aliqua* & ab omnib<sup>9</sup> serviciis, solutionibusq; pecuniaris exactionibus, araturis ac vectigalibus, cuicunq; debeantur, sive principi sive *Castellano*, vel *superiis* aliis, sint in perpetuum Liberi & exempti, nec cogantur cuiquam alteri, nisi Abbatii & suis fratribus aliquid solvere, dare ducere, arare, vel servitium aliquod facere aut exhibere; Porro omnes possessiones eorum, que nunc sunt & in futurum erunt, tam in prediis quam in hominibus Abbatis & monachorum solummodo erunt, atq; dicentur, quia mihi *eos assumpsi non pro terreno servicio*, neq; pro agricolis meis vel structoribus, sed pro *sacerdotibus*, & *literatis*, *divinorum officiorum celebratoribus*, *cœlestium contemplatoribus* & *oratoribus* meis ad *DEUM ac parentum meorum*, & sequacium filiorum meorum; Omnes insuper homines in bonis Claustrorum commorantes, cuiuscunq; sint Gentis, vel conditionis, tam posteri, quam presentes, nulla Castra vel munitiones mihi tenebuntur vel cuiquam successorum meorum construere neque ad *expeditiones aliquas extra terram ire*, neque ad hec subventiones alias ministrare in *vecturis pecunie*, *percoribus* aut *annonis sive coloni* sint seu *Judices* vel *Scholteri*, sed medio tempore ad servitium Abbatis & Claustrorum stabunt, omnes in propriis expensis quidquid, ipsis preceptum fuerit, laborando. Si vero contigerit hostilem exercitum terram velle ingredi, tunc coloni *Abbatis de villis pedites*, *Sculteti equites*, ad communem terre defensionem procedere tenebuntur. Judicium nihilominus de omni causa, tam *capitis*, quam *manus*, totaliter *Abbatis* & Monasterio do, ut ipse per *Judices* suos tam *theutonicos* quam *Polonos*, omni querulanti Justitiam faciat, in quolibet Jure, tam suis hominibus quam alienis, & quidquid solutionis inde evenerit, tam pro *culpis*, quam pro *penis*, hoc Abbatis & suorum Judicium totum erit: *Curie quoq; Claustrorum*, quoquot fuerint, cum omnibus pertinentiis ipsarum & famulis, omni supra scripta gaudeant libertate. Quia omne Jus & Dominium ad me & ad successores meos pertinens ipsi Abbati & cenobio Lubensi do, trado ac resigno. Verum ne sanctum canibus dari videatur, absolvo Cenobium Lubens & omnes Curias, villas & possessiones ejus, que subiectuntur, ab omni *conservatione equorum*, *cannum*, *falconum*, *aucupum*, *venatorum*, ne res DEO date usu nefario consumantur, sed tantum modo in Sacerdotum & Clericorum usus ministrentur, qui quotidie in Cenobio DEO servire debent pro mea meorumq; salute exorantes. Jam vero subiectitur hic possessionum ac hereditatum descriptio: Cum *Jure patronatus Ecclesie fori Lubensis*, & omnes attinentia ejus, cum omni utilitate & plenaria libertate, in quo *panum*, *carnium tabernas*, quotquot eis utilia videbuntur, macella possunt collocare, mercandi, vendendi, secundum quod *Noviforense* utuntur omnimodo frui debent libertate & idem *forum Lubens* jure *theutonico* plenam ipsis quando voluerint locandi praesto facultatem. Item *fluvium Oderae* & *termini* circa oderam cum utroq; littore, & ultra transitus fluvii ejusdem in naulo suo, cum sylvis, pratis, agris, pascuis, aquis, *piscationibus*, *venationibus*, *castroribus* & *mellificiis* atq; *molendinis*, Cum omni *Jure meo Ducali*, cum omni Dominio, cum omni libertate, cum omni utilitate, que nunc est super terram in omnibus bonis & prediis claustrorum, & que sub terra esse poterit in futurum, nulli de his omnibus debendo aliquam portionem. Item duas Villas meas *Mogses majorem* & *minorem*, cum *jure patronatus Ecclesie*, & cum omni meo jure Ducali, cum omni Dominio, cum omni libertate, cum omni Judicio, utilitate & fructu super terram & in terra cujuscunq; *Minere*, cum exactionibus, censibus ac omnibus pertinentiis secundum quod in metis & in greniciis suis ab antiquo fuerunt, & sunt distincte Abbati Lubensi, & conventui suo trado, consero & resigno. Item transitus Odere circa Kose Kole cum naulo suo & via publica, quæ dicit in Chomezan, & ulterius in Novi forum. Item Bogunow, Dobrogostendorff, item Godekendorff, Mertinsdorff, Wilksin, & Breslava, cum omnibus suis circuitionibus & attinentiis secundum quod in metis & greniciis suis limitate sunt & distincte, cum agris, cultis & incultis, pratis, pascuis, paludibus, sylvis, mericis lignis, rubetis, mellificiis, aquis, aqueductibus ravalis, molendinis, cum censibus & proventibus cum omni *Jure meo Ducali*, cum omni Dominio, cum omni libertate, cum omni utilitate, cum omni *Judicio manus* & *capitis* Abbati & conventui Lubensi trado, consero, & resigno, ita ut a modo nullus Judicium vel superiorum meorum vel posteriorum meorum nihil Juris seu Judicii, nec mandati habebunt nec habere debent in omnibus villis, hereditatibus, possessionibus, bonis prediis, que nunc habent, vel in futurum a meis successoribus seu aliis Christi fidelibus habere poterunt. Sed omnia Jura Judicia, ex quibuscunq; causis vulnerum & mortis, ad Abbatem & Judices monasterii pacifice perpetue debent pertinere Judicibus meis & omnium

posteriorum meorum irrequisitis. Nihil mihi, nec omnibus posteris meis, quicquam Juris, Judicii, Dominii, seu precepti, penitus reservando in dictorum monachorum prediis atq; bonis. Et hec omnia & singula successoribꝫ meis integra & illibata semper in omne seculum fovenda & conservanda super eorum animas recommendo. Verum ne quis in posterum hec infringere ausu temerario presumat, & ne quis res vel possessiones prefati monasterii quolibet modo vi vel fraude diminuat, Sigilli mei ea communivi *impressione & appensione* ad presentem paginam adhibitis idoneis testibus quorum nomina sunt hæc: Boleslaus & Jaroslaus duces, filii mei, & Mieslaus Dux de Ratibor, & Conradus frater ejus, Dux de Glogow, Zvinceslaus Janus, obeslaus dapifer & Jeronymus Cancellarius meus, qui presentia habuit in Commissio, Johannes & Theodoricus Capellanei mei, Stephanus Castellanus de Legenitz, Fredericus Castellanus de Sagan & alii quam plures nobilis Viri clerici & Laici. Acta sunt hæc publice & data in Legeniz. Anno ab in carnatione Domini Millesimo Centesimo Septuagesimo Octavo: in die B. Michaëlis Archangeli.

Testes:  
1. Fratres &  
2. Filii Ducis:  
ac  
3. Officiales,  
Aetum Lignicui  
1178. in die B.  
Michaëlis.  
Archangeli.

### CXXVIII. Diploma HENRICI I. Barbari Ducis Silesiae quo Cœnobio Leubusino villam Schönfeld donavit.

HENRICUS  
D. Silesiae

jussu Parris  
BOLEZLAI  
qui an. 1201.  
in villa Lesnitz  
decessit

donationis Ti-  
ratum  
quo  
territorium

circa Borow s.  
pulchrum  
Campum ab  
Avo WLA-  
DIZLAO ad  
Bogdanum be-  
ne de se exule  
meritum & a  
poteris hujus  
ad Leubufi-  
num Cœno-  
biom tempore  
JAKOSLAI  
DUCIS OPO-  
LIENSIS Fra-  
tris HENRICI  
transfierat con-  
firmat:

& certis limiti-  
bus  
territorium  
hoc

*In nomine DOMINI Amen.* Quoniam teste Veritate in novissimis Diebus erunt tempora periculosa & multorum Charitas refrigescat merite acta & ordinata ne impiorum perversitas valeat perturbare scripture ac testium est fidelis Cautio & perennis: Ego ergo HENRICUS DEI & B. Johannis Gracia Dux Zlezie ne acta mea que perpetua fore volo ullatenus evanescant presentis scripto tenore omnium CHRISTI fidelium presentium ac futurorum notitie declaro: quod *felicis memorie inclitus Princeps & Dux BOLEZLAUS PATER MEUS* cœnobium Lubesiense fundavit & bonis sibi a DEO datis liberaliter dotavit & *Ord. Cisterciens. Fratribus* pro Remedio Anime sue progenitorum ac sequacium suorum ad honorem DEI & B. V. M. in possessionem contulit sempiternam: Preterea vovit ut ubicunque in suo Dominio Vita decederet quod illius loci ambitus totus cum omnibus suis pertinenciis in Lubesiense Claustrum ubi sibi sepulturam statuit nomine ac Jure testamenti libere pertineret: Cui cum vocante DEO in Lesnicz decederet anno DOMINI M. CC. I. super animam meam mihi commisit ut ipsum Lubesiense Cœnobium pio Amore prosequens Votum suum completem terminosq; universarum Possessionum illius dilatarem & in persona propria circuiens firmiter communire: quod etiam postea studiosius de meo & non alieno perficere curavi: respondens quoq; in hoc dicto Cœnobio pro territorio Lesnicensi quod propter Iter meum in Legnitz de Wratislavia & illuc iterum redeundo carere non poteram ullo modo: & quia nullam possessionem prefati Cœnobii certis terminis indistinctam permittere volui etiam illam que noviter illi accessit circa Borow que nunc pulcher Campus dicitur & antea lanza vocabatur certis terminis ambire curavi: De qua possessione seu Villa hoc posteriorum memoriae sollicite recommendo scilicet quod pie recordacionis AVVS NOSTER DUX WLODIZLAUS ministro suo Bogdano de Borau pro fidelibus laboribus suis quos secum exulando fecerat eam contulerat & suis successoribus in possessionem eternam qui Bogdanus moriens ipsam filio suo Razo nomine jure hereditario dereliquit cum situ castelli super quem constituerat domum suam: Processu vero Temporis Dominus Bartholomeus Diaconus de Borow patruelis memorati Razonis in presencia Patris mei & mea ac fratris MEI JAROZLAI EPISCOPI WRATISLAVIENSIS Tunc DUCIS DEOPOLIA eandem villam emit a Razo & eam Lubensi Cœnobio contulit perpetuo patris mei & meo ac fratris mei prius favore & assensu expostulato sollicite & obtento Jus omne in ea suis abnegans filiis ac cognatis quem cum ego in propria persona plurimum sollicitassem ut filio suo Bogdano portionem aliquam conferret nihil conferre voluit ad preces meas sed tamen postmodum Abbas & fratres Lubesienses coram Dno JAROZLAO EPO WRAT. FRATRE MEO cum eodem Bogdano finaliter transegerunt ipsum in Ugazo predio ipsorum super aliquot agros pro servitio perpetuo collocantes: Ego itaq; predictam Villam ut premissum est Lubesiensibus per Bartholomeum donatam in persona mea cum meis Baronibus & Capellanis vulgique multitudine circuiens his metis ac Terminis distinxii: videlicet in parte aquilonari ab Occidente usq; in Orientem terminus est via precedens de Strofa in Vanzow usq; ad fluvium Slenze ubi lapidem grandem pro signo ponit faci in opposito littore: inde per ascensum fluvii contra Orientem ex opposito Boriow usq; ad paludem magnam que est inter Boriow & desertum meum quod Gola dicitur: item

item inde erga Meridiem ad austrum ad terminos ville Tynecz & circa illos per occidentem usque ad viam Strofe supra memoratam: Ego etiam Usui fratum Lubensium in molendino & piscibus providere volendo totum Fluvium Slentze cum paludibus suis & pratis intra dictos Terminos eis contuli cum utroq; littore & singulariter cum littore meridiano deserti mei quod Gola vocatur: super quod littus meus Apifex Goluch nomine residebat usq; ad terminos ville Tynecz ut piscinas & molendina constituant & ad hoc Opus ligna in eadem Gola mea accipiant abundantanter: Quodsi clausuram piscine propter copiam piscium & Aque facere voluerint inter Situm Cattelli super quod Curia eorum jam tempore patris mei est locata & inter Golam meam hoc procurare studeant quod Via que tendit de Domazlow per ipsam Golam ad Nemsche castrum non impediatur sed fiat cum ponte vel clausura que Gare vel Groble nuncupatur: De Littore quoq; sepe dicto Gole mee fluvio continuo semper in perpetuam terram accipiant pro molendinis & clausuris piscinarum ac vie nemine obstante: nec eos in pescationibus suis quantuncunq; aqua diffundetur vel extendetur aliquatenus impediente seu in piscinis Violentiam faciente. Hanc itaq; limitationem quam ego personaliter feci & alias cum Baronibus meis prefato Cœnobio confirmo in perpetuo tempore permanuras: Et quicunque eas minuerit vel quicquam contrarium intulerit manifeste contra Dominum facere & suam salutem - - & DE- Datum ad: US cum non resipiscat in presenti vita & futura minuat ac confundat. Acta sunt autem 1.oz. Testibus: hec Anno Domini M. CC. II. Secunda feria Pentecostes presentibus probis Viris & fide 1.) Cypriano Episcopo dignis quorum nomina sunt hec: *Dnus Cyprianus Epus Wratisl. 2. v.* Benitus Decanus: Mar- Wrat. tinus Canonicus & Cancellarius meus: Egidius Archi-Diaconus & alii plures Canonici 2.) Canonicis: ac Clerici: Item Comes Jaramus Castellan. Wratislav. Wilesca: Castellanus de Nemisch: 3.) Castellani Stephanus Castellanus de Legnitz: Andreas Castellanus de Sandowal: Woitzlaus Judex quibusdam. Curie: Nankerus Castellanus de Bolezlaw: & alii quani plures nobiles Viri qui ad colloquium in Borioro fuerunt convocati: In hujus rei ac fidei robur & memoriam sempiternam presentem paginam conscribi jussi per Manum Andree Notarii mei & meo Sigillo firmiter insigniri Amen!

## CXXIX. Diploma Ejusdem HENRICI Barbari DUCIS SILESIAE quo An. 1203. V. Id. Septembr.

Quingentos mansos magnos Franconicæ Mensuræ eidem Monasterio obtulit.

**I**NNomine Domini Amen. Heinricus Divina favente clementia Dux Silesie, cunctis tenu- HENRICUS rem praesentium comparentibus, salutem in Domino sempiternam. Duplex beneficium DUX dinoscimur impendisse, cum donationes a nobis rationabiliter celebratas, etiam per privile- SILESIÆ giorum evidentiam contra decursum temporis & hominum malitiam sattagimus communi- nire. Ea propter presenti scripto duximus declarandum presentibus & posteris Universis: Cœnobio Lu- Quod nos pro remedio anime nostre & progenitorum ac sequatum nostrorum contulimus beni Monasterios. DEI genitricis semperque Virginis Marie in Lubens, Quingentos mansos magnos quingentos Franconicæ mensuræ, in memore & in montanis juxta montem qui dicitur Cholme, qui Mansos ma- cuni sylva sua in Slupe pertinet ab antiquo. Contulimus autem ipsos mansos in hæredita- Mensuræ tem & proprietatem sempiternam: cum omni Utilitate & fructu qui nunc in eis est, & esse confert: poterit in futurum, tam sub terra quam supra terram, cum sylvis & in sylvis & aquis ac Venationibus sub hac forma.

Primo centum mansos ad petitionem pie memoriae Domini Conradi Episcopi quondam Halberstadensis, jam dudum dicto Monasterio dedimus libere & absolute. Deinde alios Centum in commutationem bonorum in Scepin & Nabitin ante civitatem Wratislaviæ ad sanctum Nicolaum. Item alios centum in commutatione bonorum in Vrauce super flu- vium Vidavam. Item Centum pro utraque Crurcuo circa Slupe, & pro respectu Laboris, magni obsequii, quod Lubens: fratres Nobis in constructione tectorum & Campanulis in Trebnitz impenderunt. Item centum sub ea conditione donavimus, ut tres præbendarii pauperes, pro remedio anime nostræ ac patris nostri & filiorum nostrorum, & speciali titulo elemosinæ nostræ in Lubens perpetuo sustententur. Hos ergo mansos large propter petrofa & Syluosa mensurari, fecimus locavi quibus non est agrorum respectus & in persona propria magnoque labore, cum multitudine Baronum nostrorum ac populi Circumsedentis, ambientes signis & metris fecimus fideliter communiri: Et haec sunt nomina Villarum in eis nuper Jure teutonico locatarum scilicet, Pomzen, Muchovo, Helmerichsdorff, Se- in quibus villa- jure Teutonico locata: 1.) Pomzen: 2.) Muchovo: 3.) Helme- richsdorff: 4.) Sebotten- dorff:

5.) Rüdingers-  
dorff:  
6.) Rudels-  
dorff:  
7.) Kunzen-  
dorff:  
8.) Jegerdorff  
&  
9.) Strezen-  
bach:

bottendorff, Rüdingersdorff, Rudelsdorff, Kunzendorff, Jegerdorff & Strezenbach. Et de mansis, quodquod voluerit Abbas pro sylva & mellificiis ac pascuis reservabit ac disponet per omnia pro Clauſtri sui utilitate. Et quia quod DEI est, divinoque cultui mancipatum incongrue ſubjicitur ſervitiis aliorum nec debet aliquo modo perturbari. Propterea omnes homines eujuscunque ſint gentis vel conditionis liberi vel serviles, qui ſub Abbate refēdrent in his bonis, volumus omnimodo, ut ſemper gaudeant libertate, & fruantur omnimodo immunitate ac gratia ſervitoribus ordinis Cifterciensis a ſede Apostolica collata. Et quia *pater noster Inclytus quondam Dux Boleslaus fundator Lubensis*, omnibus hominibus ejusdem clauſtri, & in prædiis illius commorantibus plenissime condonavit, & decedens huic ſeculo, Nobis ſuper animam noſtrā & ſuccelloribus noſtris ſuper animas ipsorum in omne ſeculum ſervandum & faciendum cum imprecazione maxima divini Judicii commen- davit, ſicut & nos noſtris Sequacibus, Principibus commendamus, quod omnes homines Clauſtri hujus eujuscunque gentis aut Juris fuerint, nulli omnino homini praeftabunt ali- quod ſervitium vel ſolutionem vel exactionem, vel ſtrofam, vel aliquod vextigal, nec caſtra Princeps conſtruunt, vel emendabunt aliqualiter, neq; Civitates, neq; ad expeditionis ibunt, quæ fient extra terram, neq; ad has ſubſidium aliquod exhibebunt: ſed ſolum ad metas terraꝝ pro defenſione ipſius, Coloni pedites, & Sculteti equites pro perabunt. Tempore autem aliarum expeditionum quæ fient extra terram, vel munitionis civitatum ſeu Caſtrorum laborabunt in opere Clauſtri, quicquid eis fuerit imperatum. Judicium ni- hilominus de omni cauſa in his mansis & in aliis bonis Clauſtri Abbatii de totaliter tam de capite quam de manu, ut ipſe per ſuos Judices tam teutonicos quam Polonos omni quarelati Justitiam & Judicium faciat in quolibet Jure tam ſuis quam alienis, & quicquid inde ſolutionis evenerit tam pro culpis quam pro poenis immediate Abbatis ſuo- rumq; Judicium totum erit. Si vero aliqua cauſa tam Difficilis emerſerit, vel cuiusq; temeritas aut potentia efficerit, quod debito modo per Judices Abbatis terminari non po- fit, tunc ad Curiam principis diſponatur in proximo Caſtro, non niſi coram principe ju- dicanda, & eo Jure in quo iſ, qui impetitū reſidebit, ſive fit teutonicus ſive polonus: Ita- duntaxat, quod quid pecuniæ pro ſolutione culparum vel poenarum de homine Clauſtri quocunq; ſolui debuerit, tunc duæ partes cedent Abbatii & tertia ſubpariis curiæ rema- nebit, & hoc propter teſtimonium & bonum ſaeis. Nullus etiam hominum Clauſtri per aliquem ſuorum complicum citabitur ad Princeps vel alterius eujuscunq; Judicis preſentiam, niſi forte (quod abſit) ſibi quarelati per Judices Abbatis fuerit Justitia de- negata, ſed nec per alium niſi ad Abbatis Judicem debet citari, niſi Justitia deficiente. Nec ſic comparebit, niſi per literas principis evoratq; ſuo tamen Jure, ut ſupra dictum eſt, reſponsurus, falvo Jure ſolutionis poenarum & culparum ad Abbatem pertinente. Verum ne quis in posterum haec infringere temerario auſu praefummat, & ne quis res praefati Mo- naſterii quolibet modo vi vel fraude diminuat ſigilli noſtri ea communivimus impref- fione adhibitis idoneis teſtibus, quorum nomina ſunt haec: *Ciprianus Episcopus Vratisl.* Benicus Decanus, Martinus Cancellarius noſter, Egidius Archydiaconus, Joannes Cantor, Item Andreas Caſtellanus de Glogau, Nenkerus Caſtellanus de Bolzlaui, Voislaus Juſdex Curiæ, Stephanus Caſtellanus de Lignitz, Viſlaus Caſtellanus de novo Caſtro, Schantzto- bor Caſtellanus de Zandovel, & alii quam plures honesti viri Clerici & Laici. Actum & datum, publice in Glogou: Anno Domini MCC. III. Quinto Idus ſeptembris. Indi- ctione ſexta.

### CXXX. Litteræ DUCUM LIGNICENSIVM quibus terras suas JOANNI BOHEMIÆ REGI offerunt in Feudum.

DUCES I.T.-  
GIO BRE-  
GENSES a  
REGE BOHE-  
MIAE JO-  
HANNE ſe  
Wratislavie  
ante fores Ec-  
clieſiæ B. JO-  
ANNIS

**N**Os Boleslaus: Wenceslaus: & Ludivicus DEI gratia Duces Slesie & Domni Legnicenses ad universorum tam preſentium quam futurorum notitiam tenore preſentium vo- lūmus devenire quod nos habita deliberatione & contraſto inter nos & eum fidelibus nr̄is. Conſilio diligent, nullo metu nos penitus urgente ſed motu proprio & bona nra & libera Voluntate induc̄ti omnes terras & civitates nr̄as Legnicz videlicet eum Caſtro ibidem: Goldberg: Haynaw cum caſtro adjacente: Brigm cum caſtro: Olaw: Grotkaw: Niſptz cum caſtro: Namplaw cum caſtro: Beroltzstadt cum Caſtro: Creuzeburg cum caſtro: Biczen: Landisberg & Cuntzenstadt cum caſtro: Cocenow & Treuentz caſtra nra cum Territoriis & pertinentiis ipsorum omnibus & ſingulis quibuscumque diſtinguuntur No- minibus & in quibuscumque conſtant rebus quas & que ab ineunte nra Aetate a parenti- bus

bus & progenitoribus nris liberas semper & ab omni Servitute disbrigatas tenuimus & possedimus *Principis Magnisci Dmni Joannis Boëmie & Polonie Regis ac Lucemburgensis Comitis Dmni & Sororii nri charissimi ante fores Ecclesie B. Joannis in Wratislavia submissius Ditioni*, ipsa & ea pro nobis & heredibus nris presentibus & futuris dicti Regis libere resignantes in manus ut *Principes Vasalli sui heredum & successorum suorum ac Regni Boëmie fieri valeamus*: ipse vero Dmminus Rex affectionem nram & vota considerans grato favore nobis occurrentis nos & heredes nostros in Principes & Vasallos suos heredum & successorum suorum Regum ac ipsius Boëmie recepit placite & assumpsit prefatas terras Civitates nras atque castra cum omnibus suis ut premititur appendiis nro & heredum nrorum predictorum nomine in feudum perpetuum & hereditarium conferendo. Itaque Regem ipsum heredes & successores suos prenotatos de cetero Dmnos nros & legitimos nos & heredes nros recognoscere & eis intendere fideliter & assistere perpetue teneamur: *unde si quod absit nos ipsos, heredes nros migrare contingeret ab hac Vita heredibus masculis legitimis de Corporibus nostris procedentibus non relictis, sepe dicte terre nre & Civitates cum castris & appendiis suis omnibus ad supra dictos Regem heredes & successores suos nec non ad ipsum Regnum Boëmie nomine & Titulo Domini devolventur*: si tamen urgente Casu aliquo Civitatem nram aliquam sive Castrum cum territorio vel fine territorio nos vel heredes nri vendere compellamur Principi vel nobili Viro alteri qui Civitatem ipsam vel Castrum a nobis vel heredibus nris in feudum recipere voluerit & habere ipsam vel ipsum eidem Regi heredibus & successoribus suis emenda offerre tenebimur & exhibere pretio si voluerit comparanda: Sin autem: ex tunc licebit nobis illam vel illud Viro fidei & idoneo vendere qui in feudum ipsam vel ipsum ab ipsis Rege heredibus aut successoribus suis recipiat facturus & exhibitus eis servitia debita juxta morem suorum fidelium aliorum & consueta: Mandamus igitur universis & singulis baronibus nobilibus clientibus Vasallibus fidelibus Civibus Oppidanis villanis ac ceteris nris hominibus omnibus & singulis qui nunc sunt vel erunt tempore futuro quatenus supra dicti Regi & successoribus heredibus suis si quod absit ut predictur nos & heredes nri deceaserimus heredibus masculinis non relictis tanquam veris & naturalibus Dmnis suis ad quos ipsos presentibus ordinamus & dirigimus servitiis & modis alis juxta communem fidelium Polonie consuetudinem intendere debeant & parere: Testes premissorum sunt venerabiles *Dmni Nankerus Wratislavensis: Witko Misnensis Ecclesiarum Episcopi: Principes & Duces illustres Dmni Henricus Wratislavensis: Wladislaus Bitumiensis: Henricus: Conradus & Joannes Glogovienses: Bolko Falckenbergensis* quorum omnia sigilla ad preces nas una cum sigillis nrum duorum Boleslai scilicet ac Wenceslai Ducum: Wladislaus Bitumiensis ac ceteri Principes Duces predicti vocati ad premissa Testes & rogati premissis omnibus principaliter interfuimus scriptis presentibus sigilla nra ad perpetuam rei Memoriam & in Testimonium evidens appendentes. Datum Prage in die B. Lucie in Die B. Lucie, Anno Dmni MCCCXXXI.

### CXXXI. JOHANNIS BOHEMIÆ REGIS Diploma in favorem DUCUM LYGIO-BREGENSIUM editum.

**I**N GOTIS Namen Amen. Wir Jobanns von GOTIS Gnaden Kunig zu Beheimb und Pohlen: und Grav zu Luczemburg: verzichen und thun kund allen die diesen Briv se- hen odir hören lesen das Wir mit bedachtem Muth mit Unserm gutten Willen mit unsrer Manne Rath mit dem hochgebohrnen Vürsten Herrn Boleslaven Herzogen von Schlesien und Herrn czur Lignicz um alle Brüche und Kriege die zvvischen Uns und Ihme von seiner Brüder wegen Herrn Heinrichen und Herrn Wlocken Herzogen von Schlesien und Herrn von Brigk bisher gevvehret haben über das Land czur Liegnicz Burgk und Stadt Haynavy Burgk und Stadt Goldberg die Stadt Chozenavv Burgk Brigk und vvas darzu gehöret gefühnet und geeint und evviglihen berichtet seynd also das vvir ihm feinen Erben und Nachkommen dieselben und alle andre ihre eigene Lande die Er von seinen seiner Erben und Nachkomlingen vvegen und mit Willen und unbezvungen Vasallos ueffgeben hat Uns und Unsren Erben und Nachkommlingen Chunigen zu Behaimb fe vero illos seynd verschaezt odir unversaczt vvo sie die haben iczund beyde diesseit der Oder und dort jenseit und die Er mach gevünneii vvo sic die gevunnen verliehen haben zu einem rechten Erblehn: Die-

Dieselben Land seynd benannt: Lignicz: Brigm: Burgk und Stadt Haynaw: Burgk und Stadt Goldberg: die Stadt Choczenavv: die Burgk Brigm: Burgk und Stadt Nimptsch: Burgk und Stadt Olavv: die Stadt Grotkavv: die Stadt Nambslavv: Burgk und Stadt Berolstadt: Burg und Stadt Creuzburch: Burgk und Stadt Rötzberg: Triffensee und Riezin mit Weichbildern: derselben Burgk und Städte: und vvas daczu gehöret Lannd und Gutt und Leut es sey verlehnet odir unverlehnet: mit allen Rechten Freyheiten und Nuezen als sie von Alter und ihren Eltern an sie kommen und bracht seynd: Und globen Wir mit Unsren Trevven ohn alle arge List von Unsrer Unsren Erben und Nachkomlinge vvegen und meynen den ehgnannten Unsren Schvvagern seine Erben und Nachkomlingen czu lassen und czu behalten gegen allermenniglich bey allen ihren Rechten und bey aller Freyheit in vvelche vveis dass an sie kommen und bracht ist von ihren Vorfahrn und nicht hindern es sey an Mannschaft Gulden Czinsen Zöllen Gerichten den obristen und den nidrigsten in Burgken Städten Dörffern und uff dem Lande: allerhand Bergvvergk an Gold Silber Bley Zinn odir vvie das Erz genannt sey: München, Pfaffen Clöstern Münchhöfen Kirchhöfen Juden odir vvirckbar vvoran das leit: als dass der ehgnante unsrer Schvvager seine Erben und Nachkomlinge mögen fridlich ohn alle Fragen und Irlaub brechen und bavven nevve und alte Veste wo sie

daß gelüst ihren Landen czu frommen und czu gutte: Geschéhe es auch daß ihr Mann Rittermessige Levvt mit den vorgnannten unsren Schvvager seinen Erben und Nachkomlingen odir sie selber mit ihren ehgnannten Mannen hernach oder iczund ichthalben czu Rechten odir czu Sachen kämen, darumb sollen Wir uns nicht annehmen sondern ob denselben ihren Mannen von ihm vvird recht versagt odir nicht recht geschehen mocht von ihren Mannen so sollen die offtgnannte Unser Schvvager seine Erben und Nachkomlinge vor Uns Unsre Erben und Nachkomlinge odir vven Wir darczu seczen ihren Genossen recht geben und nehmen: Hett auch ihrer Manne einer odir mehr Gutt von Uns und auch von Ihm der soll Unser Gutt vor Uns vor auch vvarthen und daß Er vveis an odir sic darumb angeht vor ihnen und ihren Mannen und nirgend anderswo: Wer aber daß andre Leute die ihre Genossen nicht vveren noch ihre Mann mit ihm Unserm Schvvager seinen Erben odir Nachkömmeling icht hätten zu sagen umb Schuld Gutt odir von andern Sachen vvie das fey darumb sollen Wir Uns nicht annehmen dievveil sie recht bieten zu thun vor ihren Mannen: Möcht abir denselbigen davon ihm nicht recht geschehen so mögen sie sich vor Uns beruffen und ihr Recht erfolgen und umb alle Sache dadurch sie vor Uns vverden geladen odir beruffen sollen Wir ihn seczen czum Richter ihren Genossen ob Wir sie selber nicht ledig vvären zu hören: Und des sollen sie nicht vvarthen vvan in dem Lande czu Preslavv: Geschicht aber daß ihre Genosse einer odir mehr sie Unserm Schvvager seine Erben odir Nachkömlinge haben czu beklagen die mögen sie vvol vor Uns beklagen und dann sollen sie folgen vor Uns vvo Wir seyn in Böhmen odir in Pohlen: Auch soll man ihre Leute rittermessige oder Lehn-Levvte und vvie sie genannt seyn umb desselben unsers Schvvagers odir seiner Erben und Nachkömmelinge Schuld odir Geld nicht bekümmern noch auffhalten in Unsren Landen Städten Dörffern odir Vesten: aber ihren Bürgern mag man vvoohl czusprechen mit einem Recht vvo man die findet in den ehgnannten Unsren Landen: Auch sollen Unser Schvvager seine Erben odir Nachkomlinge nach ihren Lehen czu empfahen Uns Unsre Erben und Nachkomlinge nicht fürbaß suchen vvenn in dem Chunigreich Böleimb: Es ist auch gemacht ob der offtgnannt unsrer Schvvager seine Erben und Nachkömmeling etliche ihre Städte odir Weichbilder Vesten von nöthen odir andrer Sachen verkauffen odir verseezen müsten daß sie sollen dieselb Stadt odir Vesten Uns Unsren Erben odir Nachkömmlingen des ersten anbieten: Und ob Wir sie denn nicht kauffen noch einlösen umb das Geld do sie einander Mann umb kauffen odir einlösen vvolle so mögen sie einen andern ihren Genossen odir einem füglichen Manne die Stadt odir Veste verkauffen odir verseczen: Und vver sie kaufft odir czu pfand einnimbt der soll sie von Uns Unsren Erben und Nachkömlingen czu Lehn empfahen und neimen gleicher Weiss als Unser Schvvager seine Erben und Nachkömlinge sie haben gehabt: Doch sollen Wir und Unsre Erben odir Nachkömlinge allevege Macht haben dieselbe Stadt odir Veste czu lösen umb das Gutt darumb sie verseczt ist ob sie derselben Stadt odir Vesten selber nicht entlösen: mit solcher Bescheidenheit daß Wir und Unsre Erben und Nachkommen ihm unserm Schvvager und seinen Erben die offtgnannten Städte odir Vesten sollen vviedergeben czu lösen vvan sie die gelösen mögen

quod quibus  
conditionibus  
factum sit

speciatim re-  
censet:

gen mit allen Rechten als sie von Ihm verseczt ist: Was sie aber Guttes von Städten und an Weichbildein Vesten ihren Mannen verkauffen odir verseczen dessen dürfen sie Uns nicht anbieten die es von dem offignamten Unserm Schwager und seinen Erben odir Nachkömlingen zu Lehn empsahen und nehmen: Die vorgefchribne Rede globen Wir mit guttem trewen ohn alle arge List ewiglichen stät und gancz zu halten. Und darüber so geben Wir diesen Briw versiegelt mit Unserm Innseigel zu einem offien Uhrkund und Geczeuchnüs. Der geben ist zu Breslaw do man czecht nach Christi Geburth Dreyzehnhundert und im newn und czwanzigsten Jahre: am nechsten Dienstag nach des H. Creuzes Tag: als es befunden wird.

Actum Wenceslasiav 1319.  
Die Martis prox post Inv.  
vent. S. Crucis

## CXXXII. WENCESLAI & LUDOVICI FRATRUM DUCUM LIGNICENSIMUM

Litteræ quibus se Vasallos Regum & Regni BOHEMIAE  
profitentur.

**N**Os *Wenceslaus & Ludovicus fratres DEI Gratia Duces Slesie Dni Legnicensēs*: Reco-  
gnoscimus & ad universorum volumus notitiam pervenire quod quia per alias no-  
stras certi tenoris litteras profitemur nos ab *Excellētissimo Principe Dmno nro charissimo*  
*Dmno Joanne Rege & a Regno Boēmie terras nras & Possessiones universas & singulas quas*  
habemus aut ex successione seu devolutione paterna vel alias sub Dominio Regis & Re-  
gni Boēmie que feudales fuerint obtinebimus in futurum in feudo & Jure feudi obtainere  
ac ipsius Domini Regis & successorum suorum Regum & Regni Boēmie nos esse merito  
Principes & Vasallos: Id circa promittimus in solidum bona fide vice & nomine Jura-  
menti quod ex nunc ad *Magnificum Principem Dmnum Carolum antedicti Dmni nri Dmni*  
*Joannis Boēmie Regis primogenitum Marchionem Moravie Arunculum & Dmnum nrnum cha-*  
*risimum tanquam ad ipsum Dmnum Regem habere respectum in omnibus & ubilibet de-*  
beamus sibique & mandatis suis intendere fideliter & parere prefato quoque Dno nro Re-  
ge divina clementia decedente vel ipso in vita quomodolibet annuente terras nras  
predictas ab ipso Dno Carolo quandocunque voluerit & mandaverit in feudum perpetu-  
um suscipere ac prestare sibi de servando perpetue fidelitatis homagio solitum Juramen-  
tum Nec non omnia & singula que in dictis litteris continentur observare fideliter & im-  
plere: In cuius rei testimonium presentes fieri & nrorum sigillorum appensione volumus  
communiri: Actum & datum in Castro Pragensi III. Kal. Aug. Anno Dmni MCCCXXXVIII

WENCESLAUS & LU  
DOVICUS  
Frates Duces  
Lygio-Bregen-  
sesse R U G E  
a beate a C A  
ROLO March.  
Morav & Finis  
Principes &  
Tere. f. es  
feudi & r u o  
recipere velle  
contentur:

Actum:  
In Castro Pra-  
genisi:  
1338. III. Kal.  
Aug.

## CXXXIII. BOLESLAI DUCIS SILESIÆ DOMINI LEGNI- CENSIS Litteræ, quibus fatetur se quādā bona sua pignori dare posse, modo reluendi Potestas ipsius heredibus aut BOHEMIAE REGIBUS reservetur.

**N**Os *Boleslaus DEI gratia Dux Slesie & Dmns Legnicensis & Bregensis Recognoscimus* BOLZLAUS  
tenore presentium universis quod cum *Magnificus Princeps & Dmns ac sororius noster* DUY. I. IGN.  
*charissimus Dmns Joannes Boēmie Rex ac Lucemburg. Com.* nobis benevole concederit &  
indulserit ut aliqua vel aliquas munitionum nrarum quāmcunque vel quāscunque Regi Po-  
lonie pro quatuor millibus aut *Dmno Bolkoni Duci Slesie & Dmno Swidnicensi* pro duobus  
millibus marcharum polonici Pagamenti prout in aliis Litteris dicti Dmni Regis nobis  
datis continetur possimus pignore obligare: Volentes igitur prefato Dno Regi Boēmie ac  
nobis nrisque heredibus precipue in hoc precavere promittimus bona fide & sincere pre-  
fatas munitiones seu munitionem prefatis Dmnis Regi Polonie aut Ducis Swidnicensi non  
aliter titulo pignoris obligare nisi semper reservata nobis aut nrīs heredibus aut prefato  
Dno Regi aut suis heredibus libera & plenaria potestate easdem munitiones seu munitionem  
exsolvendi redimendi & in ea summa pecunie pro qua fuerint obligate: Et si (quod  
absit) Nos aut predicti nostri heredes & filii predictas munitiones vel munitionem exi-  
mtere vel redimere non poterimus extunc prefatus Dmns Rex aut sui heredes & nullus  
alius hominum dictas munitiones vel munitionem redimere & liberare poterunt & de-  
bebunt in summa pecunie pro qua fuerint obligate quandocunque eis videbitur oppor-  
tunum & melius expedire: & eas veleam tam diu habeant in pignore quoque nos & no-  
stri filii & heredes prefati eas redimere poterimus secundum modum quo ipsas vel ipsam  
prafatius Rex Polonie aut Dux Swidnicensis prius tenuerunt nomine pignoris ut prius est

DUY. I. IGN.  
& BREG.  
se Terras &  
Urbes non  
nisi relutionis  
Juri Bohemiae  
REGI sine Du-  
cibus Lygio-  
Bregensisibus  
servato

Pignori dare  
vele promit-  
tit.

Testes: expressum: Promittimus etiam & tenebimus ab illo cui prefatas munitiones vel munitio-  
 1.) Septem Vir nea obligaverimus dicto Dno nro Regi aut suis heredibus litteras ordinare patentes quod  
 Savo. & ipsas vel ipsam prefato Dno Regi Boëmie aut suis heredibus & nulli alteri restituat & det  
 2.) Stephanus de Parckwitz: fine contradictione qualibet ad redimendum quodeunque videbitur eis utilius expedire:  
 Pragæ: Harum quibus nrnum & infra scriptorum sigilla sunt appensa testimonio literarum: Et  
 1341. nos Rudolphus DEI gratia Dux Saxonie Archi-Marescallus S. R. I. ac Stephanus de Parck-  
 fer. II. prox. wiez per dictum Dmnum Ducem rogati pro testibus in premisorum Evidentiam nostra  
 post fest. exal- sigilla una cum sigillo ipsius presentibus duximus appendenda: Datum Prage feria II. pro-  
 tat. S. Crucis. xima post festum exaltationis S. Crucis Anno Dmni MCCCXLI.

### CXXXIV. Diploma DUCUM LYGIO - BREGENSIUM quo se BOHEMIÆ REGIS Vasallos profitentur.

Frates Duces LTGIO-BRE-GENSES **I**N nomine Dmni Amen. Nos Wenceslaus & Ludovicus fratres, gracia DEI Duces Zlezie Dni Legnicenses recognoscimus & ad universorum notitiam volumus pervenire quod cum liquido constet Magnificum & illustrem Pncipem Bolezlauum Ducem Zlezie Dnum Bre-  
 gensem genitorem nrnum Karissimum dudum suas Terras castra Civitates Munitiones & Oppida cum suis Territorii districtibus Villis hominibus nobilibus Militibus Clientibus & Va-  
 fallis nec non aliis Appendiciis & pertinentiis universis ab Excellentissimo & Magnifice-  
 ratiōne Bolez- laus Pater ipso- rum fecerat. **P**ncipe Dno nro Karissimo Dno Joanne Rege & a Corona Regni BOEMIE in perpetuum feo-  
 dum suo ac nro nomine cum solemnitate debita suscepisse prestito sibi de fervando per-  
 petue fidelitatis homagio solito Juramento ut ipse Genitor noster ac Nos qui sumus ip-  
